
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00369503 8

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
3e SÉRIE I. 5

LETTRES DES PAPES D'AVIGNON
SE RAPPORTANT A LA FRANCE

Publiées ou analysées d'après les registres du Vatican par les anciens membres de l'École Française de Rome

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES
DU PAPE

N° 1

JEAN XXII
(1316-1334)

RELATIVES A LA FRANCE

EXTRAITES DES REGISTRES DU VATICAN

PAR

AUGUSTE COULON
ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME
ARCHIVISTE AUX ARCHIVES NATIONALES

CINQUIÈME FASCICULE
FEUILLES 24 à 38. — COLONNES 365 à 592

PARIS
ANCIENNE LIBRAIRIE THORIN ET FILS
FONTEMOING & Cie, ÉDITEURS
LIBRAIRES DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
DE L'INSTITUT FRANÇAIS D'ARCHÉOLOGIE ORIENTALE DU CAIRE, DU COLLÈGE DE FRANCE
ET DE L'ÉCOLE NORMALE SUPÉRIEURE
4, Rue Le Goff, 4

NOVEMBRE 1913

JOHANNIS PAPAE XXII

EPISTOLAE TAM SECRETAE QUAM CURIALES

AD GALLICAM HISTORIAM SPECTANTES

ANNI I-IV

1 Lyon, 29 août [1316].

Arnaldus, sanctæ Mariæ in Porticu diaconus cardinalis, Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, respondet quod coronatio papæ ulterius prorogari non potest. (Reg. 110, p. i, fol. 11, c, 29; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1316, § iv.)

« *Excellenti et magnifico viro, amico carissimo, domino Philippo, clare memorie domini regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti, Arnaldus, miseratione divina sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, salutem et felices ad vota successus.* De conscientia sanctissimi in Christo patris domini nostri summi pontificis et ejus expresso mandato in notitiam excellentie vestre deducimus quod nuper, die lune, tertio videlicet post ejus assumptionem ad apostolatus officium[1] spectabilis vir dominus comes Foresii et magister Radulphus de Perellis, clericus vester, ipsius domini nostri presentiam adeuntes, pro parte vestra supplicarunt eidem instantius quod in aliquo loco regni Francie celebrare vellet coronationis sue solemnia, diemque ipsi coronationi prefigere in qua possetis, juxta conceptum inde per vos desiderium, interesse, arbitrantes ad id dies quindecim ex tunc computandos ad adventum vestrum posse sufficere illosque concedi petentes, cum infra illos se credere dicerent vos posse venire pro certo, et de supplicatione hujusmodi vestro nomine facienda cuicunque in pontificem Romanum assumpto ac a vobis idem clericus asserebat speciale suscepisse mandatum. Prefatus autem dominus noster, vobis in hiis et aliis procul dubio cupiens complacere ac assistentiam vestram eidem coronationi gerens placidam atque gratam, licet breviorem diem ipsi coronationi antea prefixisset, eam tamen ad illorum instantiam usque ad dictos dies quindecim petitos, ut premittitur, prorogavit; et deinde, veniente viro magnifico domino Delphino Viennensi et pro ulteriori prorogatione solerter instante, dominus ipse noster ad complacendum vobis uberius, et ut, si fieri posset, vestram posset habere presentiam, per alios octo dies coronationem prorogavit eandem. Novissime vero venerabili viro domino P. de Capis, Remensi canonico, clerico vestro, adhuc instante pro prorogatione majori, idem dominus noster, de fratrum suorum consilio et habita deliberatione super hoc cum eisdem, respondit illi quod, quantumcunque vestris complacere vellet affectibus, quantumcumque etiam vestra cuperet letificari presentia, absque enim scandalo plurium, presertim dominorum cardinalium, qui jam apud Avinionem, ubi erat ex indictione publica in proximis kalendis octobris, au-

dientia Romane curie resumenda, rerum suarum permiserant partem non modicam, sine quibus amplius nequibant commode remanere Lugduni, et multorum prelatorum magnatum quoque et nobilium in curia ipsa sistentium et avide coronationem expectantium antedictam, et insuper absque totius reipublice gravi dispendio coronationem ipsam non poterat ulterius prorogare, quoniam ante illam ardua que incumbunt negotia expediri, nuntii qui ad partes varias sunt mittendi, interim destinari non poterant, cum nec ante uti bulla consueverint Romani pontifices, et jam instabat tempus audientie, ut prefertur, apud Avinionem indicte, quod absque dampno intolerabili mutari vel differri non posset; vestrum etiam poterat in ipsius coronationis expeditione festina interesse versari, quia si pro Flandrie vel aliis vestris et regni negotiis dominum ipsum nostrum interim scribere oporteret, id non posset ante coronationem hujusmodi facere, cum nec ante, ex more, bulla, ut predicitur, possit uti; propter quod cum ipse sciat vos virum esse virtutis, bonitatis experte conscientieque sincere, ut nullatenus velitis cum tanto dispendio, tantoque scandalo aliquid in hoc agi, supponit idem dominus noster indubie quod prudentie vestre mansuetudo moleste non feret si requisitionem dicti canonici ad exauditionem admitti, premissa consideratione attenta, non sinit. Ipse quoque laudabilem vestrum veniendi contemplans affectum, vos nedum a veniendo habet, ut et condecet, excusatum, quin etiam perinde reputat et gratiarum prosequitur actione, ac si personaliter interessetis coronationi predicte. Hec scribimus vobis quia dominus noster ante sue coronationis solemnia non posset, juxta morem ecclesie Romane laudabilem, vobis vel alii cuicumque aliquid scribere, cum nec antea bulla integra possit uti. Dat. Lugduni, IIII° kalendas septembris. »

[1] Le lundi 9 août; Jean XXII fut en effet créé pape le samedi précédent : « *In nomine Domini, amen. Anno a nativitate Domini MCCCXVI°, indictione XIIII^a, die VII^a mensis augusti, sanctissimus pater dominus noster, dominus Johannes, divina providentia papa XXII apud Lugdunum in summum pontificem fuit creatus et die II^a mensis octobris ejusdem anni intravit Avinionem.* » (ARCH. VAT., *Introitus et Exitus*, n° 13, fol. 55; voy. aussi ci-après, n° 2). Il ne devait plus quitter cette ville. Voici quel fut son itinéraire, depuis son sacre, qui eut lieu le 5 septembre 1316 à Lyon, jusqu'à son entrée à Avignon, le 2 octobre suivant.

5 septembre : Lyon (n°s 2-22).
6 septembre : Lyon (n°s 23-25).
7 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 1, c. 3).
8 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 13 v°, c. 39).
9 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 234, c. 725).
10 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 151 v°, c. 470).
11 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 1, c. 2).
12 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 194, c. 600).
13 septembre.....
14 septembre : Lyon (REG. 63, fol. 79, c. 233).
15 septembre.....
16 septembre : Lyon (n°s 32-35).
17 septembre : Lyon (n° 36).
18 septembre.....
19 septembre.....
20 septembre : Châteauneuf Calcernier ou du Pape, arrondissement et canton d'Orange, Vaucluse (REG. AVIN., t. XXXV, fol. 201).
21 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 254, c. 795).
22 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 18 v°, c. 52).
23 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 12, c. 36).
24 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 230, c. 713).
25 septembre.....
26 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 20 v°, c. 58).
27 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 199, c. 620).
28 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 7, c. 22).
29 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 246 v°, n° 770).
30 septembre : Châteauneuf Calcernier (REG. 63, fol. 77, c. 225).
1er octobre : Avignon (REG. AVIN., t. III, fol. 265).
2 octobre : Avignon (REG. 63, fol. 97 v°, c. 302).

Le 18 et le 19 septembre marquent probablement le temps que le pontife mit à franchir la distance (200 kilomètres environ) qui sépare Lyon de Châteauneuf Calcernier. La date d'Avignon, 1er octobre, semble en contradiction avec la mention tirée des *Introitus et Exitus* que nous reproduisons au début de cette note. Une erreur, dans l'un ou l'autre des registres cités, est peu admissible; il faudrait croire que la cour était déjà arrivée le 1er, et que l'entrée solennelle aurait eu lieu le lendemain; c'est là une hypothèse que nous ne donnons que sous toutes réserves. Quant au régent, il renonça à obtenir un nouveau délai et assista à la cérémonie du 5 septembre, ainsi que le prouvent, outre sa présence à Lyon que nous constatons, le 10, le 12 et le 13 de ce mois (ARCH. NAT., JJ. 53, fol. 102, n° 243; fol. 137, n° 327; — JJ. 56, fol. 166, n° 378; — HISTORIENS DE FRANCE, t. XXI, p. 467), les mentions suivantes dans le compte de Geoffroi de Fleury de 1316 :

« Pour 14 aunes de marbré pour faire une robe pour nostres sire le roy, que il ot a Lions, au sacre nostre père le pape », et plus loin : « Item une robe de kamokas dont le roy fut vestu à Lions. » (L. Douet d'Arcq, *Comptes de l'argenterie des rois de France au* xive *siècle*, Société de l'Histoire de France ; Paris, 1851, p. 5 et 8.) L'éditeur met en note, pour cette dernière mention, la date de juillet 1316 ; mais cette partie du compte, partant de la mi-août 1316, nous pensons avec Bertrandy qui fait les mêmes remarques, qu'il s'agit du voyage du sacre (*Recherches historiques sur l'origine, l'élection et le couronnement du pape Jean XXII*, Paris, 1854, p. 54, note 2 ; — Voy. G. Servois, *Documents inédits sur l'avènement de Philippe le Long*, dans l'*Annuaire-Bulletin de la Société de l'Histoire de France*, 1864, IIe partie, p. 58, note 1). Il est de même parlé, dans un registre du Trésor des chartes, des deniers prêtés au roi quand il alla au couronnement du pape « l'an [mil] trois cenz sèze » (Arch. nat., JJ. 60, fol. 32, n° 66). Les *Compoti consecrationis pape Johannis XXII anno CCCXVI*, cités dans la table de Robert Mignon, se rapportent sans doute au même fait (Hist. de France, t. XXI, p. 528).

2 Lyon, 5 septembre 1316

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis ipsius in summum pontificem electionem Johannes XXII notificat. (Reg. 109, fol. 1, c. 1 ; — Reg. 63, cur. fol. 352 v°, p. c. 1 et 1011 ; — A. Ciaconius, *Vitæ et res gestæ pontificum Romanorum*, éd. 1677[1], t. II, col. 400, extrait.)

« *Venerabilibus fratribus*..,[2] *archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis*. Mira et inscrutabilis — Dudum siquidem sicut tuam credimus notitiam non latere, sancte recordationis Clemente papa V, predecessore nostro, de presentis vite meroribus ad celestem patriam evocato, nos et fratres nostri ejusdem Ecclesie cardinales, de quorum numero tunc eramus, cupientes eidem Ecclesie de pastore celeriter providere, juxta constitutionem apostolicam super hoc editam, nos inclusimus in conclavi quoad in civitate Carpentoratensi, ubi tunc Romana curia residebat, ad hoc extiterat preparatum. Demum vero electionis predicte negotio imperfecto, ex certis causis legitimis conclave predicto egredi necessitate compulsi, nos ad diversa loca transtulimus, prout unicuique nostrum expediens visum fuit ; cumque postmodum, diffusi temporis spatio, sicut Domino placuit, interjecto, ad civitatem Lugdunensem pro ejusdem electionis negotio concorditer venissemus, vias nostras illo dirigente qui novit, et tandem die septima preteriti mensis augusti, in loco fratrum ordinis Predicatorum Lugduni in quo residebamus insimul pro prefato electionis negotio, fuissemus in loco solito congregati, benignus sapientie spiritus, nesciens tarda molimina, tam prolixe ipsius Ecclesie viduitati pie compatiens, cum eam nollet ulterius viduitatis incommodis subjacere, fratrum ipsorum corda sic adduxit ad spiritus unitatem quod, miro Dei et nobis nimirum stupendo consilio, ad imbecillitatem nostram oculos dirigentes, nos, tunc Portuensem episcopum, ad suscipiendum onus nobis ex humano defectu inportabile, curam videlicet universalis gregis dominici, concorditer, nemine discrepante, in summum pontificem elegerunt. Nos autem, difficultatem officii pastoralis, continui laboris angustias et precellentiam dignitatis apostolice infra nostra precordia recensentes, nostrumque metientes virium pravitatem, timore ac tremore concussi, vehementer hesitavimus, nec indigne. Quid enim tam timendum tamque pavendum quam fragili labor, indigno sublimitas et dignitas non merenti ? Verum, ne post ejusdem vacationis tam diffusa et dispendiosa tempora obstinata contradictionis reluctatio profusionis dispendii occasionem induceret, nos, quamquam de nostra, quam noster nobis animus attestatur, insufficientia desperantes, humiles nostros ad montem illum convertimus oculos unde nobis spe multa promittitur auxilium oportunum, sicque de superhabundantia illius omnipotentie concepta fiducia cui cum voluerit subest posse, nec non de ipsorum fratrum nostrorum eminenti scientia, industria circumspecta et experientia multa in agendis comprobata confisi, quorum sano consilio dirigi speramus in dubiis, et fulciri suffragiis in adversis, in humilitatis spiritu consensum tribuimus electioni predicte, tantique oneris sarcine imbecilles exposuimus humeros, debiles misimus manus ad fortia et colla nostra humiliter jugo summisimus apostolice servitutis. Dat. Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno primo. »

[1] Cette édition est celle à laquelle il faudra se reporter pour tous nos autres renvois.

[2] Nous devons faire remarquer ici que les deux points destinés à remplacer le nom d'un personnage lorsqu'on ne tient compte que de sa fonction (Voy. A. Giry, *Manuel de*

diplomatique, Paris, 1894, p. 535) sont, dans les registres 109 et 110, d'un usage absolument arbitraire ; on les trouve, par exemple, concurremment avec le nom propre (Reg. 110, p. I, fol. 59, c. 193) ; aussi avons-nous dû, dans certains cas, n'en pas tenir compte; dans d'autres, nous ne les reproduisons que sous toutes réserves.

3 Lyon, 5 septembre 1316.

Philippo, regna Franciæ et Navaræ regenti, de eodem cum clausula speciali. (Reg. 109, fol, 2, c. 3 ; — Reg. 63, cur. fol. 333, c. 1 et 1011.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regenti regna Francie et Navarre.* Mira, etc. — nam et si ceteros paterne benivolentie prospitiamus intuitu, ad te, tamen, nativi etiam soli memoria zelum sincere caritatis accendit et ad magnitudinem tuam summis favoribus confovendam virtus originis singularius nos inducit — Dat. Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno primo[1]. »

[1] La date ne se trouve que dans le registre 63.

4 Lyon, 5 septembre 1316.

In eumdem modum Carolo, comiti Marchiæ. (Reg. 63, cur. fol. 333 v°, p. c. 1 et 1011.)

5 Lyon, 5 septembre 1316.

Clementiæ, Ludovici regis Franciæ relictæ, idem notificat eique favores promittit. (Reg. 109, fol. 2 v°, c. 6; — Reg. 63, cur. fol. 332 v°, c. 1 et 1011.)

« *Carissime in Christo filii Clementie, regine Francorum illustri, relicte clare memorie Ludovici, regis Francorum, etc.* Mira et inscrutabilis — Dat. ut supra[1]. »

[1] Cette date ne se trouve que dans le registre 63. On saura d'ailleurs que, dans les registres 109 et 110, qui renferment les secrètes, la formule : *dat. ut supra* est loin de répondre, en général, à la date qui précède. Nous constatons en effet, si nous nous en rapportons à cette formule, qu'une même lettre, reproduite dans les deux registres, aurait deux dates différentes (Voy. n°s 742, 1148) et que, dans d'autres cas, la date ainsi obtenue est en contradiction avec la date réelle déterminée par d'autres moyens (Voy., par ex., n°s 745 et 747). C'est pourquoi nous n'en avons tenu compte qu'avec la plus grande réserve et seulement lorsqu'un rapport évident entre les documents ou quelqu'autre raison probante nous y autorisait.

6 Lyon, 5 septembre 1316.

Carolo, comiti Valesii, idem notificat eumque hortatur ut ad pacis et prosperitatis regni Franciæ conservationem studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 4, c. 19; — Reg. 63, cur. fol. 333 v°, p. c. 1 et 1011.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii.* Mira, etc. — Ceterum, fili benedictionis et gratie, quia nos de regno Francie oriundi singulariter ad illius tranquillitatem et pacem afficimur et que contrarium saperent abhorremus, tue providimus excitare diligentie studium ut, prudenter attento quod te, veluti virum provectioris etatis inter ceteros de stirpe regia prodeuntes, circa ea quæ ad quietem et prosperitatem ipsius regni pertinent promovenda, instantius convenit vigilare, pro honore Dei et tui decentia, sic laudabiliter, sicque viriliter in omnibus que conservationem status pacifici et prosperi dicti regni concernunt te cures impendere, quod divinam inde gratiam et favorem apostolicum merearis uberius — Dat. Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno primo[1]. »

[1] La date ne se trouve que dans le registre 63.

7 [Lyon, 5 septembre 1316.]

Ludovico, comiti Ebroicensi, de eodem scribit eique tranquillitatem et libertatem Ecclesiæ commendat. (Reg. 109, fol. 4 v°, c. 20; — Reg. 63, cur. fol. 333 v°, p. c. 1 et 1011.)

« *Dilecto filio Lodovico, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Ebroycensi.* Mira, etc.[1] — preconium augeatur[1]. »

[1] Voir la lettre précédente qui donne la date de celle-ci.

8 Lyon, 5 septembre 1316.

Archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis prædictam promotionem notificat. (Reg. 63, cur. fol. 332, c. 1 et 1011.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis, etc.* Mira et inscrutabilis. — Dat. Lugduni, nonis septembris, pontificatus nostri anno primo. »

9 Lyon, 5 septembre 1316.

In eumdem modum archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

10 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 334, p. c. 1 et 1011.)

11 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

12 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

13 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

14 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Auxitano ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

15 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Turonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332, p. c. 1 et 1011.)

16 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Senonensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011.)

17 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011.)

18 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Burdegalensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011.)

19 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Rothomagensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011.)

20 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011.)

21 Lyon, 5 septembre 1316.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 63, cur. fol. 332 v°, p. c. 1 et 1011).

22 Lyon, 5 septembre 1319.

In e. m. episcopo Aniciensi. (Reg. 63, cur. fol. 333, p. c. 1 et 1011.)

23 Lyon, 6 septembre 1316.

Philippum, regna Franciæ et Navarræ regentem, ad restitutionem decimæ quatuor annorum quæ, juxta concessionem a Clemente V Philippo et Ludovico, quondam regibus Franciæ, factam, pro regni necessitatibus collecta fuerat, cum ejusdem concessionis littere reperiri non possent, minime teneri declarat. (Reg. 110, p. i, fol. 1 v°, c. 2; — Reg. 63, com. fol. 4 v°, c. 14; — Arch. nat., J. 716, n°s 5$^{1-4}$, orig. scellés sur soie[1].)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie Philippi Francorum regis filio, Francie ac Navarre regna regenti.* Inclite domus Francie, cui Dominus benedixit, cujusque magnificis meritis apostolica Sedes jugiter honoratur precelsa devotio ante nostre mentis oculos clara prefulgens continue perseverat. Dum enim meritorum hujusmodi precellentiam contemplamur, digne nostras operationes impendimus ut gloriosa preeminentia status ejus a quorumlibet onerum liberata pressuris, in habundantia prosperitatis excrescat et quietis ac pacis affluat ubertate. Habet siquidem exposite nobis tue petitionis assertio quod felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, statum miserabilem Terre Sancte pia meditatione considerans eique volens de oportuni succursus auxilio providere, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum regni Francie convertendam in ipsius Terre Sancte

subsidium, usque ad sex annos, tunc proxime secuturos imposuit colligendam, et demum, cum dicto predecessori fuisset expositum quod clare memorie Philippus, rex Francorum, genitor tuus adhuc vivens ejusque regnum Francie, occasione guerrarum, que inter ipsos ex parte una et gentes comitatus Flandrie fuerant ex altera, peccatis exigentibus, suscitate, nec non et ex certis aliis causis, magnis debitorum oneribus premebantur, dictus predecessor, regi ac regno prefatis super hoc affectu paterno compatiens et benigna meditatione considerans quod idem rex ejusdem Terre Sancte negotium, ductus beate considerationis spiritu, prosequendum assumpserat, decimam quatuor annorum predictorum reddituum prefato regi per litteras suas gratiose concessit colligendam post dictorum sex annorum lapsum et pro dicti regni necessitatibus expendendam. Sed quia onera dicti regni adeo regem urgebant eundem quod dictorum sex annorum lapsum comode non poterat expectare, idem predecessor voluit et concessit quod decima supradicta per dictos sex annos in Terre prefate concessa subsidium, pro primis IIII annis ipsorum sex annorum, eidem regi pro dictis necessatibus libere traderetur, et subsequenter ipsius decime pro illis quatuor annis, quibus fuerat, ut premittitur, dicto regi concessa fieret pro Terre Sancte negotio memorato collectio. Verum cum tam rex prefatus quam inclite memorie Ludovicus, rex Francorum, primogenitus ejus, qui in dicto regno successit eidem, ac tu, post ipsius Ludovici decessum, majorem ipsius decime partem per dictos quatuor annos in Terre predicte, sicut prefertur, subsidium deputate receperitis usque modo illamque usibus dicti regni duxeritis applicandam, nobis cum instantia supplicasti ut, cum littere supradicte concessionis hujusmodi reperiri non possent, a quibusdam ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus, qui de predictis habebant notitiam pleniorem, informationem recipere et super hiis tuis et ejusdem regni providere indempnitatibus dignaremur. Nos igitur nolentes quod sub occultationis modio veritas celaretur, sed intendentes ut clareret potius in premissis, eosdem cardinales diligenter audivimus, et quia per assertionem ipsorum factam nobis et etiam in fratrum nostrorum presentia fides extitit de predictis, prefatam decimam per memoratos reges ac te receptam, ut superius est expressum, eidem genitori tuo per dictum predecessorem fuisse concessam auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus, volentes quod tu ac regnum predictum et tui vel regum predictorum heredes ac successores nequaquam ad ipsius teneamini restitutionem decime faciendam nec pro hujusmodi restitutione molestemini quomodolibet in futurum, decernentes litteras super ipsius restitutione decime per reges predictos ac te ipsius decime collectoribus traditas quas tibi sine difficultate restitui volumus et mandamus, nullius existere firmitatis, residuum vero, si quod de decima predictorum priorum quatuor annorum ex dictis sex annis eidem regi concessa restat forsitan colligendum, prout consuetum est hactenus per totum regnum Francie colligatur ac tibi pro tuis dictique regni assignetur utilitatibus expendendum, et insuper decima illa que pro duobus videlicet residuis annis ad colligendum restare dinoscitur per collectores ad hoc per dicte Sedis litteras deputatos vel etiam deputandos imposterum exigatur in dicte Terre subsidium et non in usus alios convertenda, districtius inhibentes ne tu vel quivis alii cujuscumque preeminentie, dignitatis, conditionis aut status existant, dictam recipere decimam vel de illa se intromittere quovis modo presumant absque Sedis apostolice licentia speciali; volumus autem quod si predictas litteras concessionis ejusdem, aliquo tempore forsan contingeret reperiri, earumque tenor aliter quam expressum est superius contineret, per eas tibi vel cuicumque alii suffragium non afferri, predicta nihilominus declaratione in suo robore duratura. Nulli ergo — Si quis autem — Dat. Lugduni, VIII idus septembris, anno primo[2]. »

[1] Avec une date différente; voyez la note ci-dessous.

[2] La date ne se trouve que dans le registre 63 (Voy. S. Riezler, *Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern*; Innsbrück, 1891, p. 3, n° 4). La lettre semblable qui se trouve aux Archives nationales, en quatre exemplaires scellés sur soie, présentant tous les caractères d'authenticité et que nous citons, est datée de Lyon, 14 septembre 1316 (*Lugduni, XVIII kal. octobris, anno primo*; — voyez aussi J. Petit, *Essai de restitution des plus anciens mémoriaux de la Chambre des Comptes de Paris*, Bibliothèque de la Faculté des lettres, VII, Paris, 1889, p. 110, n° 633). Y a-t-il eu une erreur dans le registre? Nous ne pouvons l'affirmer.

24 Lyon, 6 septembre 1316.

Archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis ut præposito et archidiacono ecclesiæ Ebredunensis, collectoribus, quædam decimarum residua persolvant. (Reg. 63, cur. fol. 335, c. 5 et 1015.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis et aliis prelatis ecclesiarum ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, capitulis et conventibus civitatis et diocesis ac provincie Bisuntine.* Ad nostri apostolatus — Dat. Lugduni, VIII idus septembris, anno primo. »

25 Lyon, 6 septembre 1316.

In e. m. præposito et archidiacono ecclesiæ Ebredunensis. (Reg. 63, cur. fol. 336, p. c. 5 et 1015.)

26 [Lyon, 11 septembre 1316.]

Carolo, comiti Valesii, fructus beneficiorum per quadriennium vacantium in terra sua et comitatu Cenomanensi, concedit. (Reg. 110, p. I, fol. 95 v°, c. 347; — Arch. nat., J. 722, n° 7[1], orig. scellé sur soie.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii. Rubrica*[1]. Inclita domus Francie — fructus, redditus et proventus primi[2]..…

[1] Voyez, au sujet de ce mot, ce que nous disons dans la note suivante.

[2] La fin manque par suite d'une lacune dans le registre. En effet, les deux derniers mots *proventus primi* forment la réclame du cahier; le cahier suivant compte, comme les autres, 10 folios (96-105), il ne forme point la suite du précédent et débute par la lettre numérotée 348, avec une grande majuscule ornée. Après les mots de la réclame on lit, d'une écriture contemporaine : « *non fuit reperta pars sequens correspondens* » ; au-dessous : « *correcta* », dans la marge supérieure : « *ordinatus prout potuit* » ; puis, en regard de l'adresse qui, étant à l'encre noire, a été désignée par le mot : *rubrica*, après une croix + : « *ista littera debet esse supra in secundo quinterno ubi est tale signum* ». En effet, dans le deuxième cahier, folio 7, en regard du cap. 14, on trouve une croix semblable et la note : « *hic defficit littera que incipit : Inclita domus Francie, quam require in fine istius libri sub tale signo +* ». L'objet de l'acte resterait donc inconnu s'il ne se trouvait analysé au début du registre, dans l'index et à la place qu'il devrait réellement occuper. C'est cette analyse qui est donnée ici, et c'est elle qui nous a permis de retrouver l'original daté : *Lugduni, III idus septembris, pontificatus anno secundo*, conservé aux Archives nationales, et que nous indiquons, ainsi que l'*executoria*, adressée aux évêques de Paris et d'Amiens et à l'abbé de Saint-Denis en France. (Arch. nat., J. 722, n° 7[2].) D'après le même index, une autre concession devait être enregistrée au folio 95 ; elle est ainsi analysée : « *Comiti Valesii conceditur decima in subsidium prosecutionis passagii quod assumpsit, de quo commendat eum.* » (Voy. aussi n° 385, 446, 447.)

27 [Lyon, 14 septembre 1316.]

Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, fructus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum quæ in Franciæ et Navarræ regnis, terris Caroli, comitis Valesii (et comitatu Cenomanensi) duntaxat exceptis, usque ad quatuor annos vacare contigerit, concedit. (Reg. 110, p. I, fol. 1 v°, c. 1 ; — Arch. nat., J. 713, n° 303[1], orig. scellé sur soie[1] ; — Bib. nat., ms. fr. 4425, fol. 136.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie Philippi regis Francorum filio, Francie ac Navarre regna regenti.* Dum mater Ecclesia intuitum dirigit proprie considerationis ad filios, in te precipua jocunditate letatur quod, in benedictionibus dulcedinis preventus a Domino, eam digno, sicut filius specialis, honore prosequeris et ut matrem eximie devotionis studio revereris, persistens, sicut claris patet indiciis, eorum que sibi sunt placida, nullis vitatis laboribus vel expensis, solicitus operator. Propterea, dilectissime fili, circa tuorum profectuum incrementa digne nostra versatur intentio, et digne, ut a quorumlibet pressuris onerum expeditus quietis comodis perfruaris, solicitam operam adhibemus. Ex tenore quidem tue petitionis accepimus quod (cum), honorem ejusdem Ecclesie prosequendo, magnarum onera subieras expensarum, et alias pro negotiis regnorum Francie et Navarre que sub tuo regimine gubernantur gravi premebaris cumulo debitorum, [unde] nobis humiliter supplicasti quod in relevationem expensarum et debitorum hujusmodi, apostolici manum auxilii tibi porrigere dignaremur. Nos igitur qui magnifica merita devotionis hujusmodi claris operum fructibus experimur, paterne considerationis examine recensentes quod per illa tibi benivolentie dicte Sedis digne plenitudinem vendicasti, et digne in tuis et regnorum necessitatibus predictorum nostrum et dicte Sedis promptum meruisti reperire subsidium et favorem,

tuis, patris more benivoli quem non pretereunt incomoda filiorum, supplicationibus inclinati, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, etiam si dignitates, personatus et officia existant, que in dictis Francie et Navarre regnis, preterquam in propria terra dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Valesii, usque ad IIII^{or} annos inclusive vacare contigerit dumtaxat exceptis, percipiendos pro exoneratione debitorum et onerum predictorum[2], et ut expedientius et liberius, sicut desideranter aspiras, vacare possis circa negotium Terre Sancte, apostolica tibi auctoritate concedimus de gratia speciali; non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum in quibus hujusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint, juramento, confirmatione dicte Sedis, seu quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus hujusmodi primi anni ex privilegio Sedis ejusdem vel alias de jure, seu quacunque consuetudine vel statuto alicui vel aliquibus debeantur, aut sint in usus alios convertendi, seu quibusvis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus et specialibus per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta hujusmodi nostre concessionis effectus impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialem oporteat in nostris litteris fieri mentionem[3], et nichilominus hii quibus fructus, redditus et proventus primi anni sequentis percipiant (*sic*)[4], sicut percipere consueverunt temporibus retroactis quodque hujusmodi dignitates, personatus et officia debitis interim obsequiis non fraudentur et animarum cura, in eis quibus illa imminet, nullatenus negligatur, obsequiorum et cure hujusmodi onere obtinentibus beneficia, dignitates, personatus vel officia antedicta, ad quos summa pro qua consueverunt solvere decimam vel illius residuum, juxta collectorum predictorum arbitrium, debet, ut premittitur, de ipsis fructibus provenire, penitus incumbente. Nulli ergo, etc. »

[1] Nous citons ici cet acte original, dont le manuscrit de la Bibliothèque nationale donne une copie contemporaine, bien qu'il diffère, pour la fin, de la lettre que nous publions. On verra qu'il nous permet de la corriger et de compléter en même temps celle que nous donnons plus loin, n° 29.

[2] Phrase manifestement incomplète ; il faut se reporter à l'original mentionné ci-dessus où on y lit : « Preterquam in propria terra dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Valesii, *et in comitatu Cenomanensi dumtaxat, quem dilectus filius nobilis vir Philippus, primogenitus ejusdem Caroli, in feodum tenere fertur ab ipso*, usque ad III^{or} annos inclusive vacare *etiam in curia Romana* contigerit, *ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim* exceptis dumtaxat percipiendos *in modum subdistinctum* pro exoneratione debitorum » ; sur ces exceptions en faveur de Charles de Valois, voyez n°s 26, 446, 447.

[3] A partir de ces mots *fieri mentionem*, l'original continue par *volumus autem quod*, etc., comme dans la lettre publiée ci-après n° 29. La date est évidemment la même.

[4] Il y a, encore ici, une lacune évidente.

28 [Lyon, 14 septembre 1316.]

Judicibus de prædictæ concessionis executione. (Reg. 110, p. I, fol. 2 v°, p. c. 1.)

« *Judicibus.* Mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, hujusmodi fructus, redditus et proventus faciatis dicto regenti aut procuratori seu procuratoribus suis juxta hujusmodi concessionis nostre tenorem per idem quadriennium integre ministrari; non obstantibus omnibus supradictis seu si aliquibus ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ac ordinibus et propriis eorum nominibus mentionem. Contradictores, etc.[1] ».

[1] Voyez, pour la date, la lettre précédente et aussi n°s 29 et 30.

29 [Lyon, 14 septembre 1316.]

Clausula specialis de modo percipiendi fructus beneficiorum vacantium Philippo regenti concessos. (Reg. 110, p. I, fol. 6, c. 12; — Arch. nat., J. 713, n° 303, orig. scellé sur soie; — Bib. nat., ms. fr. 4425, fol. 136; — Fonds Moreau, n° 1232, fol. 379, extraits.)

« Volumus[1] autem quod illorum beneficiorum vacantium primi anni proventus tibi per hujusmodi privilegium intelligantur concessi que de facto et de jure vaccare[2] noscuntur, non illorum [in] quibus hii qui ea possident

ab ordinariis tolerantur, licet sue institutionis titulum non ostendant; quodque, si idem beneficium bis in anno vaccare contingat, non nisi semel fructus illius pro ipsa duplici vaccatione percipias, ut videlicet singulis annis ipsorum quatuor annorum unica fructuum cujuslibet beneficii sic vaccantis sis perceptione contentus. Volumus etiam quod predicti fructus, redditus et proventus juxta taxationem decime persolvantur et recipiantur a collectoribus eorundum, ut scilicet summam pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum consuevit in decime solutione taxari, dicti collectores exigant atque percipiant, totali residuo obtinentibus hujusmodi beneficia remansuro, nisi forte collectores ipsi residuum hujusmodi pro te percipere et habere maluerint et obtinentibus beneficia supradicta summam pro qua ipsa beneficia taxari consueverunt in decima remanere; nos enim collectoribus ipsis percipiendi utrumlibet predictorum silicet[3] taxationem ipsam vel residuum relinquimus obtionem, sic equidem quod pro emolumento obtionis ipsius tu, quicquid iidem collectores elegerint in procurationibus et decimis persolvendis ac hospitalitatibus, censibus ac aliis quibuscunque de consuetudine debitis vel de jure beneficiorum ipsorum, onera debeas supportare preterquam onus cure animarum, cultus divini seu servitii ecclesiastici ac administrationis sacramentorum ecclesiasticorum que omnia ad obtinentes beneficia antedicta ratione partis illius quam dicti collectores eis dimiserint, ut prefertur, volumus pertinere, nisi forsan omnes fructus beneficiorum ipsorum vellent integre tibi dimittere, quo casu tu illa omnia et singula facere tenearis per ministros ydoneos expediri; ceterum volumus et auctoritate presentium declaramus ut concessum tibi hujusmodi privilegium nullatenus extendatur ad archiepiscopales et episcopales ecclesias, nec ad monasteria seu abbatias vel conventuales prioratus, nec ad beneficia illa quorum redditus annui valorem quindecim librarum parvorum turonensium non excedunt, et que ex permutationis causa vaccare continget, set nec etiam extendatur ad magistros, preceptores, priores, baylivos vel officiales quocunque nomine censeantur, ordinum sancti Johannis Jherosolimitani et sancte Marie Theotonicorum ac Sepulcri Domini sive perpetuos, sive temporales, qui per mortem vel alias quocunque modo ab officiis vel commissis eis administrationibus cessant, vel ipsa deserunt aut dimittunt vel etiam amoventur ab eis, nec ad ecclesias, administrationes, baylivas vel loca seu grangias eis commissas nec ad magistros, preceptores seu priores sive prelatos, quocunque nomine censeantur, domorum Dei, leprosariarum, hospitalium pauperum, presertim ubi prelati ad mensam suam non habent bona distincta vel etiam si haberent, set nec ad ecclesias, baylivas, maneria, preposituras, gardias, vicarias, custodias, rendarias, obedientias sive firmas que vel sub predictis vel quibusdam aliis nominibus per abbates monasteriorum vel ecclesiarum capitula seu personas alias ecclesiasticas comittuntur, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus, secundum morem diversarum ecclesiarum, a quibuscunque institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis institutis redditibus presbytero inibi celebranti, seu aliis ut diurnis vel nocturnis canonicis horis intersint, nec etiam ad prioratus, subprioratus claustrales, forestarias, cellarias, infirmarias, hospitalarias et administrationes alias sub abbate, infra monasteria seu loca regularia, constitutos, nec ad grangias et baylivas ac loca ecclesiastica in quibus non sunt oratoria, licet temporaliter vel perpetuo comittantur, nisi essent in beneficium fortasse concessa et tanto tempore sic detenta quod deberent alii ut beneficium ecclesiasticum assignari set nec ad cotidianas distributiones quarumcunque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones que ad certum quid deputate noscuntur. Verum quia contingit interdum quod primi fructus beneficiorum hujusmodi debeantur defuncto vel fabrice aut ecclesie habenti annalia, declaramus ut, pretextu dicti privilegii, non prejudicetur in totum eisdem qui primi anni alias fructus fuerant percepturi de consuetudine, privilegio vel statuto, set tu tunc medietatem fructuum primi et secundi anni et predicti defunctus vel fabrica aut ecclesia habeat alias duas partes primi scilicet et secundi anni qui, si privilegium non obstaret, fructus primi anni integraliter percepisset; ex tunc vero subsequenter recipiant sequentes fructus si plures fuerint, scilicet unus medietatem tertii et quarti anni et sic deinceps ut et si differatur perceptio fructuum eis, tamen hii qui percepturi sunt finaliter non fraudentur.

Porro si primi anni proventus, hostilitate vel sterilitate facientibus, ad valorem solitum non ascendant, non plus pro te exigi volumus quam ipsi proventus tempore hujusmodi sterilitatis vel hostilitatis valeant, licet forsan annorum precedentium fructus plus valere consueverint, vel sequentium plus valerent. Volumus quoque, prout est consonum rationis ad scandala evitanda quod solutio hujusmodi fructuum seu proventuum fiat in terminis congruis per executores deputandos a nobis super hoc statuendis quibus id ex nunc ducimus comittendum eorum conscientias onerando; sic equidem quod ubi collectores tui taxationem decimalem fructuum hujusmodi primi anni pro te habere maluerint, obtinentes ipsa beneficia dictorum fructuum residuum habituri, de eisdem fructibus quos in eo casu iidem obtinentes in totum colligent, eamdem taxationem solvant in ipsis duobus terminis, ut premittitur, statuendis, collectoribus antedictis et sufficientem cautionem de solutione hujusmodi eis prestent; ubi vero dicti collectores taxationem predictam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et habere residuum fructuum ipsorum elegerint, tunc ipsi collectores de ipsis fructibus quos in totum collingent eo casu solvent obtinentibus dicta beneficia taxationem eamdem in duobus terminis similiter statuendis, sufficienti per collectores ipsos eisdem obtinentibus beneficia super hoc cautione prestanda; si que vero obligationes pro solutione dictorum fructuum tibi vel tuis officialibus facienda aut executoribus tibi deputatis vel subdelegatis ab eis facte fuerint contra presentis declarationis nostre tenorem, ipsas volumus non tenere. Volumus insuper ut super solutione seu perceptione hujusmodi proventuum primi anni non invocetur brachium seculare absque nostra speciali auctoritate vel licentia per nostras patentes litteras exprimenda, cum satis censura ecclesiastica ad hoc sufficere videatur, nisi aliud specialiter mandaremus, dummodo evidens protervia seu rebellio contumax non solventium auxilium ipsum non suadeat invocandum, super quo executorum ad gratiam deputatorum hujusmodi conscientias intendimus onerare, set nec pretextu deffectus solutionum volumus ut ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona mobilia divino usui dedicata, manus aliquatenus extendatur. Nulli ergo, etc. »

[1] L'adresse, le préambule, l'exposé et une partie du dispositif manquent. Aucune lacune ne se trouve dans le manuscrit, mais on lit en marge, en regard des premiers mots : « *non erat rubricata in originali* ». On voit par l'*executoria* (nº 30) que le destinataire est Philippe régent, bien que l'index porte : « *clausula quedam super concessione vacantium regi Francie* ». Cet acte ne forme qu'un avec le nº 27, suivant l'original conservé aux Archives nationales et qui porte la date : *Lugduni, XVIII kal. octobris, pontificatus anno primo.*

[2] Cet emploi du double *c* que nous reproduisons est fréquent dans les registres.

[3] Forme également fréquente.

30 [Lyon, 14 septembre 1316.]

Judicibus de ejusdem concessionis executione. (Reg. 110, p. 1, fol. 6 vº, p. c. 12 ; — Arch. nat., J. 713, nº 303[2], orig. scellé sur chanvre.)

« *Judicibus*[1]. Dum mater Ecclesia intuitum dirigit proprie considerationis ad filios, etc., ut supra[2] mutatis mutandis usque extendatur; mandamus quatinus etc.[3], usque alios, faciatis auctoritate nostra dictos fructus, redditus et proventus memorato regenti aut procuratori seu procuratoribus suis usque ad dictos quatuor annos, ut predicitur, inclusive juxta concessionis hujusmodi tenorem quem vos diligenter attendere ac in omnibus suis capitulis tenaciter observare in virtute sancte obedientie et sub interminatione divini judicii ac excommunicationis districte jubemus integre ministrari, non obstantibus omnibus supradictis seu si aliquibus communiter vel divisim, etc., usque mentionem[4]. »

[1] « *Meldensi et Macloriensi episcopis et abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisius.* » (Orig.)

[2] Nos 27 et 29.

[3] Nº 28.

[4] « *Dat. Lugduni*, XVIII *kal. octobris, pontificatus nostri anno primo.* » (Orig.)

31 [Lyon, 14 septembre 1316.]

Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, quod non tenetur ad restitutionem decimæ quatuor annorum quæ, juxta concessionem Clementis V, pro regni necessitatibus collecta fuerat[1].

[1] Cette lettre se trouve plus haut, nº 23. La date du 14 septembre est celle que donnent les originaux conservés aux Archives nationales (Voy. *ib.*, note 2).

32 Lyon, 16 septembre 1316.

Treugas usque ad festum Nativitatis sancti Johannis Baptistæ proxime venturum duraturas inter Amanevum de Lebreto et Sancenerium de Pinibus indicens, dictum Amanevum hortatur ut eas observet nuntiisque apostolicis, pro concordia cum dicto Sancenerio reformanda destinatis, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 9, c. 44; — Reg. 63, cur. fol. 334 v°, c. 2 et 1012; — L. Guérard, *Documents pontificaux sur la Gascogne*[1], I, p. I, n° 1.)

« *Dilecto filio nobili viro Amanevo, domino de Lebreto, militi.* Ex infausti rumoris — Ceterum quia illius cujus in pace factus est locus sua permissione vicarii, in universos sancte matris Ecclesie filios desideranter appetimus pacis fluenta diffundere et precipue ut dissidium, sicut prefertur, exortum inter et ac dominum Sancenerium quos nobis caros premissa consideratio efficit, semotis scandalis et omni rancore deposito, pacis auctore propitio, amabilis concordie remedio sopiatur, votive labores nostros impendere ac libenter operum adhibere disponimus, te providimus exhortandum in domino Jesu Christo, recto tibi consilio suadentes quatinus, pro hujusmodi reformatione concordie, infra festum Nativitatis dominice proximo venturum, personaliter ad nos accedere, vel aliquos prudentes viros pacis et concordie amatores, sufficienter instructos et a te super hoc plenum mandatum habentes, ad nostram studeas presentiam destinare, credens insuper dilectis filiis Bertrando, abbati monasterii Montis Albani, ordinis sancti Benedicti, et Garsie, camerario ecclesie Terraconensis, exhibitoribus presentium, nuntiis nostris, quos ad te propterea mittimus, in hiis que super premissis tibi pro parte nostra duxerint referenda, nec latere te volumus quod nos dicto Sancenerio similes super predictis apostolicas litteras destinamus[2], ipsique nuntii sunt pro eodem negotio ad ejus presentiam accessuri. Dat. Lugduni, XVI kal. octobris, pontificatus nostri anno primo[3]. »

[1] *Documents pontificaux sur la Gascogne d'après les Archives du Vatican. Pontificat de Jean XXII*, t. I, dans : Archives historiques de la Gascogne, deuxième série, fascicule IIme, 1896.
[2] N° 33.
[3] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

33 [Lyon, 16 septembre 1316.]

In e. m. eidem Sancenerio de Pinibus de dictarum treugarum indictione. (Reg. 109, fol. 9 v°, c. 45; — Reg. 63, cur. fol. 335, p. c. 2 et 1012. — L. Guérard, *Op. cit.*, p. 4.)

34 Lyon, 16 septembre 1316].

Bertrando, abbati monasterii Montisalbani et Garsiæ, camerario ecclesiæ Terraconensis, ut ad præfatorum militum præsentiam personaliter accedentes, eis dictas treugas et sententiam notificent, vel alias in locis ydoneis publicare studeant et quicquid egerint ipsi notificent. (Reg. 109, fol. 9 v°, c. 46; — Reg. 63, cur. fol. 335, p. c. 2 et 1012; — L. Guérard, *Op. cit.*, p. 4.)

« *Dilecto filio Bertrando, abbati monasterii Montis Albani, ordinis sancti Benedicti et Garsie, camerario ecclesie Terraconensis.* Ex infausti rumoris — Dat. Lugduni, XVI kal. octobris[1]. »

[1] Cf. n°s 32 et 36.

35 [Lyon, 16 septembre 1316.]

Eisdem ut præfatas treugas et sententiam tam in terris et locis prædictorum militum eisque conterminis quam locis aliis ydoneis publicent. (Reg. 109, fol. 9 v°, c. 47; — L. Guérard, *Op. cit.*, p. 4.)

« *Eisdem abbati et Garsie.* Ex infausti etc. — faciendum fideliter etc.[1]. »

[1] Cf. n°s 32 et 36.

36 Lyon, 17 septembre 1316.

Universis archiepiscopis et episcopis, ut præfatis abbati et camerario, nuntiis ad partes Vasconiæ pro dicta pace facienda ab apostolica Sede destinatis, de securo conductu omnibusque necessariis provideant. (Reg. 63, fol. 335, c. 3 et 1013; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 5, n° 2.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos dilectum — Dat. Lugduni, XV kal. octobris, anno primo. »

37 Châteauneuf, 24 septembre [1316].

Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, ut injurias quibusdam mercatoribus Montispessulani illatas cessare faciat. (Reg. 109, fol. 16, c. 67.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Ea nobis est — Cum itaque, sicut intelleximus noviter, gentes tue nonnullis mercatoribus Montispessulani, fidelibus regiis ac viris, ut fertur, bone conversationis et fame, pro libito nitantur imponere quod pannos et merces alias emere in comitatu Flandrensi et extrahere abinde contra ordinationem regiam presumpserunt, et propterea illos sine cause cognitione vexent indebite, personas detinentes eorum et ad bona occupatrices manus extendentes injuste, licet illi de sua, ut dicunt, innocentia confidentes, coram te vel quocunque alio non suspecto per te sibi super hoc deputando, se paratos offerant stare juri, nos desiderantes et claritati fame tue circa id consuli, ne alterius malicia in tuam, quod absit, quodammodo redundet infamiam, et mercatorum ipsorum indempnitatibus provideri, magnitudinem tuam rogandam duximus et hortandam, recto nichilominus consilio suadentes quatinus, prudenter attento quod summum in rebus bonum est justitiam colere atque sua cuique jura servare, et in subjectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quod equum est custodiri, quodque presertim, in hoc initio tui regiminis, ad tui honoris et commendationis augmentum pertinere dinoscitur ut talibus injustitiis occurratur, cum propter eas inveniantur interdum regna translata fuisse, mercatoribus ipsis in predictis nedum ministrari justitiam facias, quinimmo si indiguerint, clementiam, qua firmantur regnantium solia, exerceas erga eos, et circa premissas compescendas injurias et relevanda gravamina, si de illorum illatione constabit, divine pietatis et tue salutis intuitu ac hujus nostre instantie interventu, sic efficaciter, sic operosus intendas, quod illorum prompta correctio non solum laudem apud homines mereatur, sed et meritum apud Deum. Dat. apud Castrum Novum Avinionensis diocesis[1], viii kal. octobris[2]. »

[1] Châteauneuf Calcernier ou du Pape, arrondissement et canton d'Orange (Vaucluse).

[2] Cf. le titre de régent donné à Philippe V et la date de Châteauneuf ne permettent pas d'attribuer cette lettre à une autre année qu'à 1316 (Voy. n° 1, note, et n° 81, note).

38 Avignon, 14 octobre [1316].

Philippo regenti Bencivennam « Bensustenne » et Franciscum Costæ sociosque alios de societate Bardorum de Florentia commendat. (Reg. 109, fol. 16 v°, c. 69.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie Philippi, regis Francie, filio, regna Francie et Navarre regenti.* Pro dilectis filiis — Dat. Avinione, ii° idus octobris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, comme la précédente, ne peut être que de 1316, puisque Philippe V n'y est désigné que comme régent (Voy. n° 81, note).

39 [Avignon, 14 octobre 1316.]

In e. m. Carolo claræ memoriæ regis Franciæ filio, comiti Valesii. (Reg. 109, fol. 16 v°, c. 70.)

40 Avignon, 17 octobre 1316.

Fortio, episcopo Pictavensi, munus consecrationis impendit. (Reg. 63, cur. fol. 338, c. 16.)

« *Venerabili fratri Fortio, episcopo Pictaviensi.* Vacante dudum ecclesia — Dat. Avinione, xvi kal. novembris, anno primo. »

41 Avignon, 1 novembre 1316.

Omnia juramenta quæ Hugo, episcopus Caturcensis, subditis suis ne excessus ipsius revelarent extorserat, relaxat. (Reg. 63, cur. fol. 427 v°, c. 482 et 1561.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Nuper ad nostram fide digna relatione perducto notitiam quod venerabilis frater noster Hugo, episcopus Caturcensis, dum super multis excessibus atque culpis super quibus apud nos delatus fuerat et accusabatur a multis, coram nobis causa penderet et super ipsis excessibus atque culpis faceremus inquiri, inter alia enormia per ipsum commissa, non absque multe temeritatis audacia et diabolice calliditatis astutia subditos suos a quibus per phas et nephas magnas pecuniarum summas per diversas vias nisus fuerat illicite extorquere, ne ipsius reve-

larent excessus, vel de ipso querimoniam quamcunque deponerent, aut extorsiones hujusmodi repeterent ab eodem, sub juramentorum vinculis, et magnis pecuniarum penis, et aliis penalibus obligationibus duxerat constringendos. Nos tante nequitie, ne tali pretextu ipsius Hugonis crimina tegerentur et sic impuniti ejus excessus et culpe in sue ac multorum animarum pernitiem, populi scandalum et ecclesie Caturcensis obprobrium pertransirent occurre[re] cupientes, juramenta quelibet, promissiones et obligationes quascunque, occasione hujusmodi a quibuscunque personis, tam clericis quam laicis, cujuscunque status aut conditionis fuerint, prestita, et quacunque firmitate alia roborata, de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine relaxamus, et nullius decernimus existere firmitatis, nec quenquam a predictis juramentis, promissionibus atque penis, sive pene hujusmodi Sedis apostolice camere, sive passagio Terre Sancte, sive regis vel alterius domini temporalis [usibus] quoquomodo existerent applicande, remanere volumus obligatum quomodolibet vel astrictum. Nulli etc. nostre relaxationis, constitutionis et voluntatis. Dat. Avinione, kalendis novembris, anno primo. »

12 Avignon, 11 novembre 1316.

Gaucelmo Johannis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ vicecancellario, quod possit facere recipi duas personas idoneas in ecclesia de sancto Juniano, Lemovicensis diocesis. (Reg. 63, cur. fol. 344, c. 37 et 1048.)

« *Dilecto filio Gaucelmo Johannis, preposito secularis ecclesie de sancto Juniano, Lemovicensis diocesis, sancte Romane Ecclesie vicecancellario.* Circa personam tuam — Dat. Avinione, III idus novembris, anno primo. »

13 Avignon, 17 novembre [1316].

Reginam Clementiam de infirmitate sua, quartanæ scilicet febris morbo qui eam, ratione partus, invaserat, consolatur. (Reg. 109, fol. 6, c. 32; — Bib. nat., fonds Moreau, nº 1232, fol. 381.)

« *Carissime in Christo filie Clementie regine Francorum illustri.* De statu tuo — Dat. Avinione xv kal. decembris[1]. »

[1] Au sujet de la naissance et de la mort de Jean Ier, fils de la reine Clémence, voyez nos 63, 68, 69, 81.

14 Avignon, 17 novembre [1316].

Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, ut erga Margaritam, comitissam Fuxensem, quæ nonnulla in curia regali agenda habet, se favorabilem et propitium exhibeat. (Reg. 109, fol. 16 vº, c. 68; — Arch. nat., J. 705, nº 192, orig. scellé sur chanvre.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Dilectam in Christo — Dat. Avinione, xv kal. decembris[1]. »

[1] La date : *anno primo* se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

15 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Clementiæ reginæ, ne Roberto de Atrebato, qui comitatum Atrebatensem invaserat, favorem præbeat, quin, eum ad desistendum a cœptis inducat. (Reg. 109, fol. 10, c. 52.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustri.* De tua, carissima in Christo filia, salute tuique commodi et honoris incremento soliciti, ferventi desiderio cupimus quod tanquam filia benedictionis et gratie, ac innocentie tue sedula conservatrix, in singulis tuis actibus, previo rationis judicio et comite, sinceritatis affectu procedens, ad ea que divine majestati sint placida et concernant prosperitatem et pacem christianissimi regni Francie, in cujus prosperitate prosperari reputamus Ecclesiam, totis te cures impendere nisibus, proximi lesionem abhorreas, refugias scandalum, et anime tue periculum verearis; sed an in hiis que pro dilecto filio nobili viro Roberto Attrebatensi, consanguineo tuo, scribere nobis noviter curavisti, nostro hujusmodi desiderio te conformes paulisper attende. Numquid enim non reputas divine contrarium voluntati ledere proximum et rem ejus violenter invadere, cum et si quisquam in reliquo jus competere sibi crediderit non illud sibi debeat auctoritate propria dicere (*sic*), sed juste quod justum est prosequi et ad rigorem judiciarium debitum

habere recursum? Quomodo igitur Robertus ipse qui, sicut in partibus illis fertur esse notorium, arrestum contra se super comitatu Atrebatensi in regali curia reportavit, nunc comitatum eundem aggressibus violentis ingrediens, nostrum qui sumus singulis in justitia debitores, potest in talibus, ex quibus precipue Deus offenditur, derogatur justitie et tranquillitas dicti regni affectui nostro precara servatur, ad cujus instantiam expectare favorem? Quomodo etiam tu, quam premissa latere non possunt, in hiis potes eidem Roberto favere et non magis attendis quod ex hac tibi tueque prosperitati possit non leve dispendium imminere? Profecto, filia, si Robertus ipse non viribus sed juribus, non potentia sed per justitie semitam jus, si quod habet in comitatu predicto, prosequi decrevisset inde acquisivisset laudis humane preconium, unde nunc multorum obloquiis subjacet, inde preter divine vitationem offense, quos nunc inveniet obvios, propitios forsitan habuisset. Quapropter, filia, tu hec omnia prudenti meditatione considerans, nedum in talibus eidem Roberto non faveas, quin potius ad desistendum a ceptis, attentis exhortationibus et persuasionibus sedatis, eundem inducas. Scire namque tuam excellentiam volumus quod de predicto ipsius Roberti processu, ne dicamus excessu, non turbari nequivimus, et quia non est deferendum hujusmodi contra Deum, illud nisi resipuerit non intendimus in quantum ad nos pertinuerit dissimulatione relinquere, et quid circa id noster contineat animus tibi poterit per effectum operis apparere[1]. »

[1] Cf. Cette lettre et les suivantes (nos 46-57) concernent la même affaire, le rétablissement de la paix entre le régent, d'une part, et les alliés, de l'autre. Confiées à des envoyés spéciaux (Voy. nos 49, 53-57), elles sont spécialement citées dans une autre lettre de Jean XXII du 24 novembre 1316 (no 67); nous pensons donc devoir les rapprocher ici et leur attribuer à toutes la même date, celle du 17 novembre 1316 (Voy. nos 53-56). On verra plus loin qu'elles ne furent pas expédiées (nos 67, 121).

46 (Avignon, 17 novembre 1316.)

Carolum, comitem Valesii, ut eumdem Robertum ab iniquo conceptu retrahat hortatur, nuntians ei quod dispensatio pro matrimonio filiæ petita, si dicto Roberto auxilium præstabit, concedi non poterit. (Reg. 109, fol. 10, c. 53.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* A nostra, fili, non excidit, nec a tua credimus excidisse memoria quam benivole, quam paterne tibi in presentia dilecti filii nobilis viri Philippi, inclite recordationis regis Francie filii, regna Francie et Navarre regentis[1], expressimus quod cum pax et tranquillitas christianissimi regni Francie ad quam te sincere supponimus provehi, nostris non leviter sit affectibus placida et occasio cujusvis turbationis infesta, te tui presertim honoris obtentu, cupiebamus erga dilectum filium nobilem virum Robertum de Attrebato exhortationibus attentis insistere, ac persuasionibus inductivis instare quod circa invasionem et occupationem comitatus Attrebatensis ad quam, juxta probabilem opinionem, plurium tendere putabatur, nec acquiescere vellet suggestionis inique consiliis, nec in hoc sequi juvenilis impetum voluntatis, ne forte vulgi conjectura sub illius tractatus confidentia, quem tu et ipse super matrimonio filie invicem habuistis ad id procedere censeretur; sed jus suum curaret per viam justitie prosequi, si quod in comitatu jam dicto sibi competere confidebat. Ibidem etiam nos adjecisse meminimus quod, cum dilectus filius Robertus de Attrebato junior, verisimiliter, ut nobis asseruit, vereretur ne prenominatus Robertus de tui favoris auxilio, jam dicti tractatus pretextu, presumens, ad invasionem et occupationem predictas audatius prosiliret, nos non intendebamus dispensationem super ipsius matrimonii contractu concedere, sed personis committeremus aliquibus ut a prefato Roberto, quod ad predicta de facto nullo modo procederet, promissione recepta sollenni, auctoritate nostra super ipso matrimonio dispensarent. Tu vero, super hiis Deo gratum ut credimus, et nobis acceptum quod delectabiliter recensemus, responsionis eloquium prebuisti videlicet quod prefatum Robertum in predicte irrogatione injurie aliquatenus non juvares, nullum sibi super illa penderes consilium vel favorem, quin immo eum ab ea pro posse traheres, et quod ab ipsa se prorsus abstinere bona fide promitteret solerter efficeres et curares. Verum, sicut habetur implacidi

rumoris assertio, Robertus ipse, nescimus quo ductus spiritu, aut quo favore suffultus, inconsultam sequens animi levitatem, adhibitis sibi quibusdam complicibus qui alligati dicuntur[2] non ipsius, ut creditur, commoda sed lucra propria in hac parte venantibus suosque conceptus iniquos sub illius mari (*sic*) cupientibus in partum educere quo contra se dicitur arrestum in regali curia reportasse, comitatum eundem insuper aggressibus violentis ingrediens, illum occupare minus provide nititur, juramentum quod de ipsius observatione arresti prestitit, sicut fertur, inconsulte[3]....., jus si quod habebat in illo convertens in injuriam per aggressuram hujusmodi, nec in hoc metiens suarum insufficientiam virium, nec cepti operis exitum cogitans, qui in eam venire desolationem de facili poterit, ut reformari non possit. De quo nimirum eo nobis majoris molestie causa suboritur quo pensamus attentius quam dispendiosus esse valeat ipsius in hoc Roberti conatus, qui multorum in commotis animis ac cordibus perturbatis, causam poterit periculis dare pergrandibus et quietem ac pacem dicti regni contra voti nostri desiderium impedire. Et licet, fili, teneamus indubie, sicut et regentem eundem et alios de domo regali tenere ex ipsorum grata significatione letanter accepimus, te ad impediendum dicti Roberti circa premissa propositum, tue laudabilis efficacie debitum velle patenter exolvere, quia tamen vane populi voces, aut emulorum reprobanda loquacitas, alique possent in hiis tue preter veritatem ascribere puritati et adeo cara nobis est claritas fame tue ut abhorreamus poni in tui nominis gloria maculam, aut eam nube obloqutionis (*sic*) alicujus denigrari, magnitudinem tuam ex superhabundanti monendam, rogandam providimus et hortandam in domino Jhesu Christo, tibi nichilominus in remissionem peccaminum injungentes quatinus, prudenter attento quantum expediat talibus obviare principiis, ne, si forsitan negligantur, radices altius faciant et in pernitiosam segetem coalescant, nedum eidem Roberto tue ac tuorum potentie in hiis suffragium subtrahas, auxilium et favorem omnino subducas, quin etiam per omnes vias et modos quos decenter videris expedire, eum cures ab iniquo hujusmodi conceptu retrahere, si necesse fuerit, civiliter oppositurus eidem ut de tuo cogatur subsidio desperare, proinde namque preter laudis humane preconium divinam, ut speramus, mereberis gratiam, nostramque tibi et apostolice Sedis benivolentiam uberius vendicabis. Quod si forte, quod absit, Robertus ipse a ceptis noluerit temperare, continere nequibimus quin partem adversam contra illius maliciam justis assistentiis et oportunis favoribus foveamus. Denique non mireris si nec dispensationem predictam[4], nec commissionem super illa tuis dederimus nuntiis, quia cum nos ex injuncti officii debito malis non prebere causam, sed ea nostro dissipare debeamus intuitu, nichil unquam pro certo circa hujusmodi dispensationem indulgere disponimus si non de ipsius Roberti resipiscentia debita a talibus et tantis excessibus securitatem ydoneam habeamus[5]. »

[1] Le régent était resté à Lyon, après le sacre de Jean XXII, au moins jusqu'au 13 septembre (Cf. n° 1, note).

[2] Voyez, à ce sujet, la supplique que Mahaut d'Artois adressa à Jean XXII, publiée par M. de Godefroy Menilglaise (*Mahaud, comtesse d'Artois : Mémoires de la Société des Antiquaires de France*, t. XXVIII, 1865, p. 219-224).

[3] Lacune. Il faut suppléer sans doute : *transgrediens*, comme plus bas, n° 49.

[4] Au sujet de cette dispense, voyez n[os] 385, 502.

[5] Pour la date, voyez n° 45, note.

17 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Prædicto Roberto de Atrebato ut ab inceptis desistat et jus, si quod habet, debite prosequatur. (Reg. 109, fol. 10 v°, c. 54.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto de Attrebato.* Inducit nos, fili, singularis affectus quo progenitores tuos inclitos apostolica Sedes est abolim amplexa, quemque nos ad personam tuam, si per te non steterit, quantum cum Deo poterimus, constanti voto continuare proponimus ut, paterno more, pro te et tanquam pro dilecto filio, consilium capientes non te patiamur promptis involvi periculis, sed ab eis quatenus te involvisse videntur, cum quanta possumus diligentia celeriter evolvamus, tue in hoc fame prospicere cupientes pariter et saluti, tuisque providere comodis salubriter intendentes. Tuum igitur est attenta mente suscipere que scribuntur et in executionis prompti-

tudine, prout condecet, exaudire. Ad nostrum siquidem nuper, non sine grandi ammiratione, quin immo perturbatione, pervenit auditum, quod tu, ductus juvenili impetu voluntatis, et consilio forte deceptibili et maligno seductus, comitatum Attrebatensem super quo diceris contra te in regali auditorio curie reportasse [arrestum] a te quidem emologatum (*sic*), et observari promissum prestito juramento, et quibusdam adhibitis tibi complicibus, aggressibus violentis ingrediens, nonnulla illius fortalitia sive castra occupasti pro libito et ad aliorum invasionem et occupationem injustam, insultibus continuatis an[h]elas, non attendens quod per hoc justitie derogas, viduam possessorem comitatus ipsius, cujus equidem vidue, rex eternus judex esse describitur, et quam, paulo ante, comitissam Attrabatensem assertionibus, ut fertur, publicis reputabas, ledis indebite, divinam majestatem offendis, ac regentem cui fidelitatis debito teneris astrictus, multipliciter scandalizas et jus, si quod habes in comitatu predicto, in apertam injuriam, talia presumendo, convertis, et nichilominus periculose nimis perturbas et concutis statum pacificum regionis. Porro, fili, nec hec de ipsorum progenitorum tuorum elicis actibus, qui, sicut de stirpe regia descenderent, sic et se constituerunt per opera virtutum regalium successores, devotionem ad Deum et Ecclesiam sanctam suam, zelum ad justitiam, caritatem ad proximum, obedientiam ad superiorem sincere servantes et qui nedum sua, sed etiam semetipsos pro conservatione prosperitatis et pacis christianissimi regni Francie laudabiliter impenderunt. O fili, cur in hiis sic degenerat ab ipsius tui generis claritate tue strenuitas juventutis? Nunquid alia tibi via supererat jus tuum, si quod super dicto comitatu forsitan competebat, debite prosequendi? Nunquid predicta vidua denegaverat super hoc stare juri, aut dictus regens recusaverat justitiam ministrare? Utinam in predictis, fretus saniori consilio, quid inceperis prudentius attendisses, discrete librasses cepti operis exitum, et forsitan magnanimitatem tuam freno reprimens rationis, talia tibi suadentibus non prebuisses assensum! Profecto fili, preter divinam indignationem quam ex hiis te veremur incurrere, immo quam ex violatione juramenti, si premissa veritati concordent, nosceris incurrisse, votis te odientium satisfacere properas (dum) dum superiorem tuum in partium illarum perturbatione perturbas, que nunc precipue in tranquillitatis amenitate nutriri debuerant, ut mala que produxerat preterite guerre calamitas, pax sopiret, nullaque superesse posset scintilla dissidii; periculosum cominans recidivum, illum tibi per hec adversarium constituis principalem, qui tuas et complicium vires nedum debilitare, sed enervare penitus poterit, nec ipsi complices juvare te poterunt vel se ipsos ubi, quod nollemus, res in eam desolationem venerit, quod reformari non possit. Quia igitur dum per hec famam tuam infici[2], ac tue juventutis initia horrendis maculis denigrari, personam tuam promptis exponi periculis, ac iram Dei contra te verisimiliter provocari paterna consideratione conspicimus, et proinde compatientes inconsulte tui animi levitati, ut adversus hec, tempore oportuno tibi consulte provideas desideranter optamus, nobilitatem tuam monemus, rogamus, et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, premissa salubria monita, prodeuntia ex affectu paterno, filiali devotione reverenter excipiens, illisque animum obedienter inclinans, a ceptis cures omnino desistere, errata corrigens per te ipsum, ac te in antea per falsa consilia seduci non sinens, ut exinde a Deo merearis premium assequi, nostram et apostolice Sedis ac dicti regentis benivolentiam tibi conserves et gratiam, et apud homines bonam famam; nec oporteat nos, quibus defensio viduarum indicitur, aliud in hiis adhibere remedium, ad quod haberemus indubie noluntarii (*sic*) et inviti recursum. Quod si forsan in comitatu ipso jus habere confidens, illud coram tuo judice ordine judiciario prosequi juste decreveris, nostrum tibi, quantum cum Deo licebit et ad nos poterit pertinere, propitium senties adesse favorem[3]. »

[1] Reg. *reputabis*.
[2] Reg. *infecit*.
[3] Pour la date, voyez n° 45, note.

48 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Blanchae, matri dicti Roberti, ut eum ad præmissa efficaciter inducat. (Reg. 109, fol. 22, c. 55.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche, relicte quondam Philippi Attrebatensis.* Intensum desiderium quod ad tranquillitatem et pacem christianissimi regni Francie gerimus nec non affectus illius sinceritas quem ad tuam et dilecti filii nobilis viri Roberti de Attrebato, nati tui, personas habemus, nostrum pulsant multipliciter animum, ut et in precavendo eidem regno ab inquietudinis cujuscumque turbinibus, et in prospiciendis tibi, et ipsi nato tuo ab imminentium periculorum incursu, sic efficaciter exolvamus injuncti nobis officii debitum, quod nil persuasisse sufficiens, sed persuasis semper extimemus addendum. Sane, filia, non sine cordis amaritudine et grandi perturbatione, recenter audivimus quod natus ipse tuus, clara progenitorum suorum vestigia, qui devotionem ad Deum et purum zelum ad regni predicti quietem habentes, abstinuerunt a proximorum injuriis et pro dicto regno in honoris et pacis amenitate servando se ipsos laudabiliter impenderunt, reprehensibiliter derelinquens, ac inconsultans sequens animi levitatem et in consiliis abiens impiorum, comitatum Attrebatensem super quo in regali auditorio curie arrestum contra se, ut dicitur, reportavit, de illius inviolabili observatione corporali prestito juramento, est violenter ingressus, et nonnulla fortalicia sive castra et loca alia occupavit ibidem illicite, ad aliorum invasionem et occupationem injustam insultibus continuatis hanelans, nedum per hoc justitie derogans, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matildim, viduam, possessorem comitatus ejusdem, quam paulo ante pro comitissa Attrebatensi publice ut fertur habuerat, ledens indebite, quin etiam divinam majestatem in juramenti transgressione patenter offendens, et dilectum filium nobilem virum Philippum, clare memorie regis Francie filium, regna Francie et Navarre regentem, non modicum scandalizans et jus, si quod habet in comitatu predicto, in apertam injuriam talia presumendo convertens, et nichilominus nimis periculose concutiens statum pacificum regionis illius que nunc presertim in tranquillitatis pulcritudine nutriri debuera(n)t, ut mala que produxit preterite guerre calamitas pax sopiret nullaque superesse posset scintilla dissidii, periculosum commina[n]s recidivum, et licet in hac parte compatientes sui juvenilis animi motibus, per apostolicas litteras [1] paternis ei suademus affatibus, ut cum per hec fama sua non leviter infici, ac sue juventutis initia horrendis noscantur maculis denigrari, ejus persona promptis exponi periculis ac ira Dei credatur contra se verisimiliter provocari, a talibus resipiscat omnino et errata corrigat per se ipsum, seque in antea falsis seduci consiliis non permittat, sic facturus quod non oporteat nos, quibus defensio viduarum indicitur, aliud in hiis adhibere remedium, ad quod haberemus indubie noluntarii (*sic*) et inviti recursum. Quia tamen, filia, tua singulariter interest pensare sollicite hujus exitum operis, pro filio tuo consilium capere, tuisque ac ejus comodis tempore oportuno salubriter providere, ac dicti regentis prevenire faciem in ipsius juvenis reconciliatione festina, ne locum penitudo non habeat si, quod absit, res in eam desolationem venerit quod reformari non possit, nobilitatem tuam monendam, rogandam providimus et hortandam in Domino Jhesu Christo quatinus ipsum natum tuum inducas, moneas et horteris ut in hiis paterne pietatis affectum et proventurum sibi ex ipsius monitione profectum attente consideret, et profecto paternis acquiescet monitis si non penitus consilium rationis abjuret, alioquin de sola sua temeritate poterit conqueri si contingat eum, sua exigente duritia, irreparabilis ruine laqueis, quod procul dubio nollemus, involvi [2]. »

[1] N° 47.
[2] Pour la date, voyez n° 45, note.

49 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Philippum, regna Franciæ et Navarræ regentem, rogat ut Robertum de Atrebato, si a cœptis resipiscere voluerit, libenter admittat fidemque Raymundo, abbati monasterii sancti Tiberii, diocesis Agathensis, et Berengario de Landorra, magistro fratrum Prædicatorum, nuntiis apostolicis, adhibeat. (Reg. 109, fol. 11 v°, c. 56.)

« *Dilecto filio viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Ad nostrum, fili, pervenit displicenter auditum qualiter dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, a sui generis claritate degenerans et juvenilis sequens

impetum voluntatis ac preteriens fidelitatis debitum quo tibi tenetur astrictus, immo juramentum quod de observatione arresti contra eum, ut dicitur, super comitatu Attrebatensi prolati, non absque salutis sue detrimento transgrediens, adhibita sibi quorundam complicium comitiva, comitatum eundem violentis fuit ingressus aggressibus et nonnulla fortalicia sive castra et loca alia occupavit ibidem ad aliorum invasionem et occupationem injustam insultibus continuatis hanelans, in salutis sue dispendium, lesionem dilecte in Christo filio nobilis mulieris Mitildis (*sic*) vidue, possessoris comitatus ejusdem, mundi scandalum et divine majestatis offensam nec non periculosam perturbationem status pacifici regionis illius que nunc presertim in tranquillitatis debuerat amenitate nutriri ne superesse posset cujusvis causa dissidii, periculosum cominans recidivum; propter quod nos, caritate cogente qua ad christianissimi regni Francie quietem afficimur et dicti Roberti salutem optamus, ipsi regno ab inquietudinis precavere turbinibus et ipsum Robertum a talibus et tantis excessibus revocare et ab imminentis sibi ruine laqueis eripere solicite intendentes, ipsum per nostras sub certa forma litteras[1] monendum duxerimus et hortandum, sibi nichilominus per apostolica scripta mandantes quatinus cepti operis exitum metiens et periculis quibus se ultra exponit consideranter attendens, ab inceptis prorsus abstineat et jus, si quod habet in comitatu jam dicto, prosecuturus via justitie, ne illud convertat, ne dicamus quod jam fortasse convertit, in apertam injuriam per presumptam hujusmodi aggresuram; alioquin, cum nobis viduarum defensio precipue sit indicta, nullatenus continere possemus quin pro ipsius justitia vidue contra dicti Roberti malitiam exequeremur officii nostri partes. Quia igitur in illo speramus qui convertit corda filiorum ad patrem, quod Robertus ipse nisi, quod absit, omne consilium rationis abjuret, monita nostra affectione filiali reverenter excipiet et ab hujusmodi temerariis nisibus penitus resipiscet, mansuetudinem tuam rogamus et in illo cujus est proprium misereri semper et parcere, exhortamur attentius quatinus, prudenter attento quod multum est presidentibus oportuna clementia veluti ornatus eorum salusque firmissima per quam equidem divina imitatio colitur ac ipsorum presidentium solium roboratur, si Robertus ipse, tangente Domino cor ipsius, ad tue conciliationis gratiam devote redire voluerit et a ceptis omnino desistere, pietatis sinum non precludas eidem, nec miserationis veniam deneges, sed offensarum immemor, easque non tam inconsulte juvenilis animi levitati quam consilio deceptibili malignorum ascribens, eum tam propinqua tibi consanguinitate conjunctum in tuam dilectionem et gratiam clementer admittas, ut circa subditum et consanguineum penitentem superexultata judicio tui benignitas presidentis tibi laudem apud homines pariat, divinam misericordiam impetret, et apud nos et apostolicam Sedem benivolentiam uberiorem adquirat. Et licet, fili, sicut gratanter audivimus, Robertum ipsum jam obedientiam tuam benigna suasione vocaveris, licet te sibi super ipso comitatu justitiam obtuleris ministrare, ad hec tamen paterno tibi consilio suademus ut ex superhabundanti te sibi ministraturum super comitatu jam dicto justitiam summarie, de plano, iterum offeras ut per hoc fidentius ad tuam inducatur regredi gratiam; alioquin ejus protervia contumax justius contundatur. Et ecce super hiis per litteras scribimus oportunas tam eidem Roberto et alligatis, quam aliis[2] de quibus pro utilitate negotii vidimus expedire. Et nichilominus ad pandendum plenius tibi et illis nostram intentionem nostrumque beneplacitum reserandum seriosius super istis, dilectos filios Raymundum, abbatem monasterii sancti Tiberii, diocesis Agathensis, ordinis sancti Benedicti, capellanum nostrum, et fratrem Bertrandum[3] de Landorra, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, exhibitores presentium, nostros et apostolice Sedis nuntios in partes illas providimus destinandos, data eis certos processus contra inobedientes auctoritate apostolica faciendi plenaria potestate[4], quorum salutaribus monitis et mandatis que in premissis et circa ea fecerint credi secure petimus[5]. »

[1] N° 47.

[2] N°s 45-48, 50-53.

[3] *Sic.* Il faut: *Berengarium* (Cf. n°s 53-57). Voy. au sujet de ce personnage, n° 314, note.

[4] N°s 54-57.

[5] Pour la date, voyez n° 45, note.

50 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Ludovico, comiti Ebroicensi, ut Robertum de Atrebato et alligatos ab obedientiam, Philippum regentem ad clementiam inducat. (Reg. 109, fol. 12, c. 57.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie regis Francie filio, comiti Ebroicensi.* In cohibendis, fili, quin potius radicitus extirpandis, antequam periculosam coalescant in segetem, reprobandis excessibus, quibus dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, miles, ac ejus complices, qui vulgariter alligati dicuntur, tam in violenta occupatione comitatus Attrebatensis quam in aperto inobedientie vitio, dilectum filium nobilem virum Philippum, clare memorie regis Francie filium, regna Francie et Navarre regentem, et dilectam in Christo filiam Mitaldim (*sic*) viduam, possessorem comitatus ipsius, temerariis ausibus scandalizant et provocant, Deum offendunt, pacem et quietem christianissimi regni Francie ad quam toto cordis affectu provehimur, nimis periculose concutiunt et perturbant, curis effluimus, meditationibus immoramur, attente querimus oportuna remedia, quesitis adicimus, et adjecta et quesita prosequi non cessamus. Scimus etenim quod conatus hujusmodi, nisi suo prefocentur in ortu, immensa incomoda ingerent, et grandia comoda piaque Dei negotia, precipue circa Terre Sancte subsidium, impedient nec non extinguent. Propter quod Roberto et alligatis eisdem per nostras alias litteras speciales[1] efficaciter suademus et nichilominus per dilecto filios t. et ta.[2] quos in partes illas pro ipso negotio specialiter providimus destinandos, suaderi mandamus quatinus statim desistere debeant ab inceptis, jus suum, si quod eis competit, per semitam prosecuturi justitie et ad obedientiam dicti regentis in vultu penitentium redituri. Speramus etenim quod idem regens summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, eis justitiam faciet et nichilominus juxta signa humiliationis eorum ad gratie sue sinum eos clementer admittat. Quia igitur, fili(i) benedictionis et gratie, vir virtutis existere, Deum timere ac tranquillitatem dicti regni diligere, justitiam colere et fovere mansuetudinem, fide dignorum testimonio diceris; quia etiam in oculis dicti regentis cujus es patrinus, gratiosus existis, ad te confidenter in hoc regni, immo quasi comuni necessitate, recurrimus, ut in hiis apud regentem eundem coopereris utiliter et sedule collabores, suadendo sibi iterum [quatinus] ipsi Roberto et alligatis se justitiam summarie, ut prefertur, exhibiturum liberaliter offerat et juxta signa humiliationis eorum, eos ad suam obedientiam redeuntes clementer admittat, sed et ejusdem Roberti inconsulte juventuti compatiens, eum qui caro de carne, et (e)os de ossibus tuis esse dinoscitur, per omnes vias et modos quibus decenter expedire videris, ab inceptis juvenilis animi motibus retrahas, eripias a pronpto precipitio et ab evidenti ruina subducas. Quod si nec ipse, nec alligati nostris, nuntiorum nostrorum aut tuis salubribus monitis obedire voluerint, quod nec credimus, nec vellemus, de sua poterunt duritia conqueri si Sedis apostolice dexteram quam inveniunt in monitionum salubrium prosecutione propitiam, senserint, eorum urgente malitia, in justitie executione severam; nos enim ipsis nostris nuntiis damus per apostolicas litteras[3] potestatem in eos fautores, complices, valitores, consiliarios, sequaces vel adherentes eisdem publice vel occulte, sive clerici fuerint sive laici, cujuscumque conditionis, dignitatis, ordinis sive status, processus spirituales et temporales in certa forma auctoritate apostolica faciendi[4]. »

[1] Nos 47, 53.

[2] *Talem*, c'est-à-dire Raimond, abbé de Saint-Tibère d'Agde, et Bérenger de Landorre, maître des Prêcheurs. (Cf. nos 49, 53-57.)

[3] Nos 54-57.

[4] Pour la date, voyez n° 45, note.

51 [Avignon, 17 novembre 1316.]

In e. m. Carolo, comiti Marchiæ. (Reg. 109, fol. 12 v°, c. 58.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Marchie.* »

52 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Mathildim, comitissam Atrebatensem, hortatur ut, si Robertus de Atrebato ratione comitatus Atrebatensis ad viam juris et obedientiam Philippi regentis redire

voluerit, ipsa eamdem viam acceptet. (Reg. 109, fol. 41, v°, c. 171 ; — Reg. 110, p. i, fol. 17, c. 59.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mitaldi* (sic) *comitisse Attrebatensi*. Ad nostram, filia, pridem perducto notitiam qualiter dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, miles, adhibitis sibi quibusdam complicibus qui alligati vulgariter appellantur, comitatum Attrebatensem quem possides et jam annis pluribus pacifice diceris possedisse, aggressibus violentis ingrediens, te illius destituere possessione pro libito conabatur, sicut adhuc conari dinoscitur, aliquibus ex gentibus tuis inde violenter expulsis, quibusdam mutilatis immaniter et nonnullis in ore gladii trucidatis, licet olim super comitatu jam dicto, contra te querela deposita per eundem ut factum coram clare memorie Philippo, rege Francorum illustri, rex ipse, tamquam arbiter communiter electus a partibus, pro te sententiam tulerit contra illum ; que sententia fuit, ut dicitur, per emologationem (*sic*) partium approbata, et quam Robertus ipse, assignatis sibi per regem eundem in ipsa sententia certis redditibus, inviolabiliter observare prestito juramento promisit, tibi nimirum hujusmodi violentiam et injuriam patienti et ipsius Roberti consultis juvenilis animi motibus, fuimus paterne compassi. Quis enim equanimiter ferat viduam sic indebite opprimi? Qui[s] non doleat adolescentem strenuis actibus implicandum ex deceptibili forte consilio sic patenter illicitis occupari? Ut autem hujusmodi nostre compassio ad exteriora prodeat et ut injuncti nobis officii debitum impleamus, ecce jam dicto Roberto efficacibus exhortationibus per nostras litteras suademus[1] et tam per conjunctos eidem quam per nuntios apostolice Sedis et nostros quos in partes illas pro hujusmodi negotio specialiter mittimus[2], efficaciter suaderi mandamus ut, a ceptis omnino desistens, jus si quod habet in comitatu predicto, per viam justitie prosequatur, ad dilecti filii nobilis viri Philippi, clare memorie regis Francie filii, regna Francie et Navarre regentis, obedientiam ultronee rediturus, quem speramus futurum eidem in justitia exhibenda propitium, et in prompta reconciliatione benignum. Quia ergo via justitie tibi placida esse debet ut nolis aliquid habere in cujusquam injuriam, ne in tue, quod absit, possit salutis dispendio redundare, nobilitatem tuam monendam, rogandam duximus et hortandam, tibi nichilominus in remissionem peccaminum injungentes quatinus, si Robertus ipse ad viam juris et dicti regentis obedientiam redire voluerit, tu ad hujusmodi vie prosecutionem animum tuum abilites, teque paratam offeras illam sequi ne, si forsan aliter feceris, jus tuum in injuriam convertere videaris, ac per id quodammodo processum dicti Roberti vulgi saltem opinione justifices, illum qui justitiam diligit et odit iniquitatem offendas, ac corda plurium scandalizes; si Robertus ipse in pertinacia sua, cepta prosequendo, prestiterit, tibi juri parere parate, quantum ad jus pertinuerit oportunis auxiliis assistemus, prefatis nostris nuntiis contra Robertum ipsum et complices spiritualiter et temporaliter juxta datam eis potestatem a nobis prout justum fuerit processuri[3]. »

[1] N° 47.
[2] N°s 54-57.
[3] Pour la date, voyez n° 45, note.

53 Avignon, 17 novembre 1316.

Johannem, dominum de Fiennes, Robertum fratrem ejus, Ferricum de Piquigniaco, Gerardum fratrem ejus, Johannem de Varennis, Guidonem, dominum de Calvomonte, Johannem, dominum de Souastre et Gerardum Quiereti, milites, ac eorum consortes qui alligati dicuntur hortatur ut ad fidelitatem Philippi regentis quem flexibilem fore promittit redeant eosque de nuntiorum apostolicorum missione certiores facit. (Reg. 109, fol. 12 v°, c. 59; — Reg. 63, cur. fol. 339 v°, c. 20; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1316, § xvi, extrait.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Johanni, domino de Fienles, Roberto fratri ejus, Ferrico de Piquigniaco, Gerardo fratri ejus, Johanni de Varenis, Guidoni de Calvomonte, Johanni, domino de Souastre et Gerardo Quiereti, militibus, ac eorum consortibus qui vulgariter alligati dicuntur*. Paterna graviter commota sunt viscera surgentis, immo resurgentis potius in christianissimo regno Francie, cujus quietem plenis desideramus affectibus, fremitu gravis turbationis audito; audivimus etenim et turbati procul dubio recensemus quod cum, silentibus quasi guerrarum preteritarum fluctibus, per quos ipsius regni status

fluctuasse aliquandiu videbatur, dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti, et eidem regno Francie amenitas quietis applauderet, flavit spiritus procellarum, et tranquillitatis applausus in subitam transiit tempestatem, dum vos, qui dicto regenti in hac presertim sui novitate regiminis tanquam veri fideles et subditi deberetis adversus quosvis impugnare volentes assistere, obedire sine causa sibi contempnitis et per quasdam colligationes, ne dicamus conspirationes improbas, alios ad similis inobedientie vitium provocatis, per que si premissis veritas suffragetur, maculam in vestri nominis gloria ponitis, et divinam ac dicti regentis iram thesaurisatis vobis, ac promptis periculis ultronee vos et vestros offertis. Porro, filii, que causa vos ad hujusmodi processum, immo verius excessum, adduxerit non videmus, quia et si forsitan adversus regentem eundem justa vobis querela supererat, non deerat modus licitus justitiam ab ipso regente petendi, in cujus exhibitione invenissetis eundem, ut indubie credimus, benivolum atque promptum, et forsitan multi quos talia prosequendo rationabiliter habebitis obvios, vobis per viam incedentibus licitam astitissent. Sane non sunt hec, ut credimus, progenitorum vestrorum prosequenda vestigia et imitanda illorum exempla qui, fide preclari, devotione sinceri nedum famam suam a talibus servasse feruntur illesam, quin etiam superiori suo obedientes in auris auditu pro regni quiete se et sua laudabiliter impendisse. O filii dolemus intimis, et vobis proculdubio, si tamen dolueritis, condolemus quod famam vestram sic enormiter leditis quod gloriosos[1] vestros animos qui contra inimicos catholice fidei in Terre Sancte subsidium excitari debuerant, in superiorem et dominum dampnabiliter implicatis, quod vos et dictum regnum Francie obloquentium linguis exponitis lacerandos. Quid, creditis, dicitur cum auditur quod regnum ipsum pre ceteris regnis mundi hucusque viris erga dominum suum fidelitate sincera et obedientia inconcussa vigentibus preditum, nunc a propriis incolis sic patenter impetitur? Nonne, proh dolor, inferre poterit emulis quod a regnis ceteris in incolarum differre perfidia nullatenus videatur? Quid non tam loquitur quam obloquitur crucis hostis quod Gallicana potentia cujus auxilium post Deum singulariter expectat, et expetit Terra Sancta, ad hujusmodi nefanda distrahitur et regens ipse qui, pie devotionis inflammatus affectu ad negotium dicte Terre personaliter prosequendum intendens, jamdudum propterea signaculum vivifice crucis assumpsit, per hujusmodi dissidiorum turbines, ipsius negotii vacare preparatoriis impeditur. Utinam filii, hec et alia non facile numeranda discrimina advertissetis attentius[2], utinam equiori pondere librassetis cepti operis exitum, et forsitan manum ad talia nullatenus misissetis. Quia igitur ex injuncti officii debito gressus vestros devios cohibere tenemur a lapsu, quia etiam pretacta pericula more consulti patrisfamilias decet nos attente pensare, nobilitatem vestram attente requirimus et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica nichilominus vobis scripta mandantes quatinus, a ceptis improvide resipiscentes omnino et juxta qualitatem excessus humiliationis pretendentes indicia, ad ipsius regentis fidelitatem et obedientiam devota promptitudine redeatis. Speramus etenim in illo cujus est proprium misereri quod regens ipse, convertens ad mansuetudinem quod disposuisse potuisset ad iram, regressum vestrum oculo benigno respiciet, et ad suam gratiam vos clementer admittet, exhibiturus se vobis in hiis que honori suo congrua et vestris utilitatibus adjacentia fuerint, flexibilem et paratum. Et ecce super hoc apud regentem eundem per alias nostras insistimus litteras[3], et per dilectum filium Raymundum, abbatem monasterii sancti Tiberii, Agathensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, capellanum nostrum, et fratrem Berengarium de Landorra, ordinis fratrum Predicatorum magistrum, exhibitores presentium, nostros et apostolice Sedis nuntios efficaciter instari mandamus, quos ad pandendum plenius dicto regenti et vobis nostram intentionem nostrumque beneplacitum reserandum seriosius in predictis, in partes illas specialiter providimus destinandos[4], quorum salutaribus monitis et mandatis que in premissis et circa ea vobis ex parte nostra duxerint facienda, credi secure cupimus et humiliter obediri. Dat. Avinione, xv kal. decembris, anno primo[5]. »

[1] Reg. 63 : *generosos.*

² La partie de phrase qui suit, depuis *utinam* jusqu'à *misissetis* ne se trouve pas dans le registre 63.
³ N° 49.
⁴ Nos 54-57.
⁵ La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

51 Avignon, 17 novembre 1316.

Raymundum, abbatem sancti Tiberii, diocesis Agathensis, et Berengarium de Landorra, magistrum fratrum Prædicatorum, nuntios suos constituit; mandat eis ut prædictos alligatos a cœptis dissuadeant et Philippum regentem ad clementiam inducant nonnullasque potestates eisdem concedit. (Reg. 109, fol. 13, c. 60; — Reg. 63, cur. fol. 338 v°, c. 18 et 1018.)

« *Dilectis filiis Raymundo, abbati monasterii sancti Tiberii, Agathensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, capellano nostro, et fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum* [1]. Probate fidei vestre constantiam, et experte probitatis industriam attendentes, ea que nostris non leviter inherent affectibus fiducia vobis secura committimus, sperantes illa per vos sollicitis studiis exequenda. Ad nostrum siquidem non sine gravi mentis turbatione pervenit auditum quod, dilecti filii nobiles viri Johannes, dominus de Fienles, Robertus frater ejus, Ferricus de Piquigniaco, Gerardus frater ejus, Johannes de Varenis, Guido, dominus de Calvomonte, Johannes, dominus de Souastre et Gerardus Quieriti, milites, et consortes eorum qui vulgariter alligati dicuntur, se juste querele causam contra dilectum filium nobilem virum Philippum, clare memorie regis Francie filium, regna Francie et Navarre regentem, habere super aliquibus asserentes, non eam juribus sed viribus, non per justitie semitam, quam idem regens eis dicitur liberaliter obtulisse, nec viis pacificis, sed congressibus bellicis prosequi decreverunt, eidem regenti cui presertim in hoc sui novitate regiminis tanquam veri fideles et subditi deberent àdversus quosvis impugnare volentes assistere, obedire sine causa rationabili contempnentes, et per quasdam colligationes, ne dicamus conspirationes improbas, alios ad similis inobedientie vitium provocantes, per quod, si ita est, fidelitatis debitum preteritur, animarum pericula, strages corporum et facultatum lapsus verisimiliter formidantur, regnum ipsum christianissimum cui, silentibus quasi guerrarum preteritarum fluctibus, amenitas quietis videbatur applaudere, in subitam redigitur tempestatem, Deus pacis offenditur, presertim dum per id Terre Sancte quam ei testatur scriptura ex omnibus cariorem, subsidium impeditur. Ipse namque regens qui, pie devotionis inflammatus affectu, ad ipsius Terre negotium prosequendum intendens, jamdudum propter hujusmodi dissidia intestina distractus, preparatoriis dicti negotii nequit intendere et Gallicorum laudanda devotio que se in obsequium cruxifixi totaliter devovere solita fuerat et ad cujus, post Deum, singulare suffragium Terra ipsa expectationis anxie tedio fatigata suspirat, circa hec sic patenter illicita dampnabiliter occupatur. Cum itaque velimus tantis obviare dispendiis, tantisque discriminibus congruum remedium adhibere, presertim cum ad nos qui, licet immeriti vices regis pacifici gerimus, singulariter pertineat in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac ipsam facere diligentius observari, vobis, de quorum circumspectione fiduciam gerimus pleniorem, et quos status prosperi dicti regni sedulos zelatores, et ad dicta pericula propulsanda sinceris affectibus affici novimus, presentium auctoritate committimus et mandamus quatinus ad partes illas vos personaliter conferentes, tam regenti quam alligatis predictis aut principalibus eorundem apertius explicetis pium nostrum circa premissa propositum, ac eundem regentem salutaribus monitis inducatis ut se iterum alligatis eisdem offerat cum effectu super hiis, de quibus justa querela superesset, justitiam exhibere paratum; et deinde alligatis ipsis, seu eorum principalibus, secundum datam vobis a Deo prudentiam, efficaciter suadere curetis quod, premissis dispendiis atque periculis provise pensatis, ad dicti regentis obedientiam ultronee in vultu penitentium redeant et a ceptis improvide penitus resipiscant. Quod si, juxta desiderii nostri votum, salubribus vestris, quin potius apostolicis persuasionibus in hoc pronos atque flexibiles se prebere voluerint, apud regentem ipsum ex parte nostra solerter insistetis quatinus, prudenter attento quod genus magnanimitatis est tunc velle parcere cum adest nocendi facultas, quodque clementia throni presidentium roborantur, alligatos ipsos ad

ejus obedientiam humiliter redire volentes ad gratie sue sinum clementer admittat. Ut autem circa id impedimenti vel obstaculi seu turbationis cujuslibet tollatur occasio, nullas, irritas et viribus vacuas nuntiandi seu dissolvendi, vacuandi, irritandi et revocandi quatinus de facto processerint, omnes pactiones, obligationes, confederationes et colligationes circa id factas, juramento vel quacumque alia firmitate vallatis, nec non etiam relaxandi hujusmodi et alia quelibet juramenta a quibuscumque prestita, per que nutriri discordia et ipsorum alligatorum ad obedientiam regentis predicti reductio impediri possit quomodolibet vel differi, prout ea secundum Deum videritis irrita et vacua nuntianda seu dissolvenda, vacuanda, irritanda aut revocanda, vobis plenam et liberam presentium auctoritate concedimus facultatem. Dat. Avinione, xv kal. decembris, anno primo[2]. »

[1] Voyez, au sujet de ce personnage, n° 314, note.
[2] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

55 Avignon, 17 novembre [1316.]

Eisdem ut ad Robertum de Atrebato et Philippum regentem se personnaliter conferentes, eos ad pacem inducant. (Reg. 109, fol. 13 v°, c. 61; — Reg. 63, cur. fol. 339, c. 19 et 1019.)

« *Dilecto filio Raymundo, abbati monasterii sancti Tiberii, diocesis Agathensis, ordinis sancti Benedicti, capellano nostro, et fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Probate fidei vestre — Dat. Avinione, xv kal. decembris[1]. »

[1] Cf. n°s 53 et 54. On trouve, en outre, dans le registre 63, après cette lettre datée *ut supra*, l'indication suivante qui désigne un acte analogue : « *Eisdem. Probate fidei, etc., ut in proxima superiori, usque concedimus facultatem. Dat. Avinione*, xv *kal. decembris, pontificatus nostri anno primo.* »

56 Avignon, 17 novembre [1316].

Præfatis nuntiis mandat ut alligatos per excommunicationis et interdicti sententias ad obedientiam compellant facultatemque juramenta dictis alligatis præstita relaxandi concedit. (Reg. 109, fol. 14, c. 62.)

« *Dilecto filio Raymundo, abbati monasterii sancti Tiberii, diocesis Agathensis, ordinis sancti Benedicti, capellano nostro, et fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Probate fidei vestre constantiam et experte probitatis industriam attendentes, ea que nostris non leviter inherent affectibus fiducia vobis secura committimus, sperantes illa per vos sollicitis studiis exequenda. Ad nostrum siquidem non sine gravi mentis turbatione pervenit auditum quod dilecti filii nobiles viri Johannes de Vareriis (*sic*), Guido, dominus de Calvomonte, Johannes, dominus de Sonastre, et Gerardus Kiereti, milites et consortes eorum qui vulgariter alligati dicuntur[1] — ad obedientiam regentis predicti reductio impediri possit quomodolibet vel differri, prout ea secundum Deum videritis irrita, nulla, vacua nuntianda seu dissolvenda, vacuanda, irritanda aut revocanda, vobis plenam et liberam presentium auctoritate concedimus facultatem; et si premissis assistat veritas, quod absit, iidem alligati in sua pertinacia animis persistiterint induratis; vos ex tunc eos omnes et singulos et complices, adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces eorum ac etiam adherentes eisdem publice vel occulte, etiam si inter[2] eos persone alique ecclesiastice fuerint, cujuscunque sint hii vel illi conditionis, dignitatis, ordinis sive status, ut ab hujusmodi inobedientia nec non ab omni favore, consilio, auxilio, sequela et adherentia circa id impendendis omnino desistant et ad illius obedientiam debite redeant, per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terras et ecclesias eorum, ac per privationem feudorum, locationum, officiorum vel beneficiorum spiritualium vel temporalium que a quibuscunque ecclesiis obtinebunt, ut sic libere illa ad ipsas ecclesias revertantur, quod rectores earum de illis pro sua voluntate disponant, ac per inhabilitationem tam personarum ipsarum ecclesiarum quam filiorum, nepotum et aliorum descendentium ab ipsis rebellibus laicis usque ad secundum gradum ad quevis beneficia ecclesiastica obtinenda, et insuper per alia juris remedia de quibus expedire videritis, appellatione remota cogatis, non obstantibus si eis aut cuivis eorum a Sede apostolica sit indultum quod excommunicari, aut terre ipsorum vel ecclesie ecclesiastico

interdicto supponi non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris vel expressionis existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus presentium impediri possit vel quomodolibet retardari. Volumus insuper ut omnes et singulos qui eisdem alligatis aut eorum alicui juramento fidelitatis tenentur astricti, a juramento ipso, quamdiu ipsi alligati in inobedientia predicta perstiterint, absolvere valeatis; dignum est enim ut eis obedientia denegetur a subditis qui suo superiori debite obedire temerariis ausibus contradicunt. Datum Avinione xv. kalendas decembris[3]. »

[1] Pour la suite, voyez le n° 54.

[2] Reg. : *sint*, qui est une erreur manifeste.

[3] Cette lettre a évidemment la même date que les précédentes (nos 53-55).

57 [Avignon, 17 novembre 1316.]

Eisdem similiter ut Robertum de Atrebato ejusque complices per præfatas pœnas ad obedientiam inducant. (Reg. 109, fol. 14 v°, c. 63.)

« [*Eisdem*][1] Probate fidei vestre[2] — Ad nostrum siquidem non sine gravi mentis perturbatione pervenit auditum quod dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, miles, adhibitis sibi quibusdam complicibus qui alligati vulgariter appellantur, comitatum Attrebatensem super quo jamdudum, ut fertur, coram clare memorie Philippo, rege Francie illustri, contra dilectam in Christo filiam Mitaldim (*sic*), viduam, possidentem comitatum eundem, querela deposita, rex ipse tanquam arbiter communiter electus a partibus, sententiam protulit pro Mitaldi (*sic*) predicta contra Robertum eundem que per emologationem (*sic*) ipsarum partium extitit approbata, et quam Robertus ipse, assignatis sibi per regem eundem in ipsa sententia certis redditibus usque ad hec tempora per illum quiete possessis, inviolabiliter observare prestito juramento promisit, aggressibus violentis ingrediens, aliquibus ex gentibus ipsius vidue inde violenter expulsis, quibusdam mutilatis et nonnullis in ore gladii trucidatis, illius jam partem non modicam occupavit, ad totalem occupationem insultibus ac invasionibus continuatis an[h]elans; et licet dilectus filius nobilis vir Philippus, clare memorie regis Francie filius, regens Francie et Navarre, Robertum ipsum benigne ammonuisset ut a ceptis omnino desisteret et, si jus credebat sibi in comitatu ipso competere, illud ei debite prosequenti facturum se obtulisse feratur, idem tamen Robertus, ut fertur, hujusmodi monitione et oblatione contemptis, sequens juvenilis animi levitatem, ab incepto conatu desistere noluit, quin immo eundem prosequendo conatum, viduam ipsam, quam paulo ante pro Attrabatensi comitissa verbali, ut fertur, assertione tenuerat et per actus publicos atque notorios reputarat, ledit indebite, christianissimum regnum Francie, cui, silentibus guerrarum preteritarum fluctibus — dampnabiliter occupatur. Cum itaque animarum periculis, stragibus corporum et lapsibus facultatum et aliis que ex premissis, nisi suo prefocentur in ortu, verisimilitudo minatur, velimus obviare dispendiis, ac discriminibus congruum remedium adhibere, presertim cum ad nos — mandamus quatinus ad partes illas vos personaliter conferentes, tam regenti quam Roberto predictis apertius explicetis pium nostrum circa premissa propositum, ac eundem regentem salutaribus monitis inducatis ut se iterum eidem Roberto offerat cum effectu super ipso comitatu plenam justitiam exhibere summarie, de plano, sine strepitu judicii et figura paratum et deinde ipsi Roberto ejusque complicibus secundum datam vobis a Deo prudentiam — presidentium roborantur, Robertum ipsum, et complices ad ejus obedientiam humiliter redire volentes ad gratie sue sinum clementer admittat. Ut autem — per que predicta nutriri discordia, et ceptus continuari processus, ac ipsius Roberti et complicium ad obedientiam regentis predicti reductio[3] — ordinis sive status, ut ab hujusmodi invasione seu occupatione et insultu quolibet, ac processu bellico contra prefatam viduam ac comitatum eundem, aut terras quascunque dicti regentis subjectas regimini faciendis, nec non ab omni favore, consilio, auxilio, sequela et adherentia circa id impendendis omnino desistant, et ad

ipsius regentis obedientiam debitam redeant per excommunicationis in personas, etc., usque retardari. Volumus insuper ut omnes et singulos qui eisdem Roberto et complicibus, vel eorum alicui juramento fidelitatis tenentur astricti, a juramento ipso quamdiu ipsi Robertus et complices in rebellione sua duraverint absolvere valeatis (etc.); dignum est enim, etc. Dat. ut supra. »

[1] Il n'y a pas d'adresse, mais la rubrique porte : « *Scribitur eisdem super ammonitione eorum aligatorum.* »

[2] Pour la suite, voyez ci-dessus, n° 54.

[3] Pour la suite et la date, voyez la lettre précédente n° 56.

58 [14 septembre-19 novembre 1316 ?]

Carolum, comitem Valesii, rogat ut Clementiæ, reginæ Franciæ, ab omnibus derelictæ assistet ejusque negotia dirigat. (Reg. 109, fol. 7, c. 37 ; — Reg. 110, p. i, fol. 7 v°, c. 244[1].)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Sepe fili, tam verbo quam litteris[2], carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francie illustrem, tibi reccomendasse meminimus ; sepe tue sibi protectionis et directionis auxilium quod, ubi derelicta videbatur ab omnibus, ei tam utiliter quam commendabiliter impendisti, rogavimus perseveranter adesse ; sed et nunc cum ipsius regine curam nostris subducere nolimus affectibus, veluti quam auxiliari favore non leviter indigere videmus, nobilitatem tuam sic iterum, sic affectuosius rogandam providimus et hortandam, quatinus sicut Deo et nobis placere desideras, ad eam ex reminiscentia sic subito perdite prosperitatis afflictam, et in illis precipue partibus multorum amicorum assistentiam non habentem, benivolentiam continues solitam, ipsam tanta sibi propinquitate conjunctam reges et dirigas, debitam agendorum suorum promotionem interdum assumas, nec quavis occasione vel causa tuum sibi favorem quomodolibet subtrahas ne te, quod absit, ab ea faciem avertente, ipsam periculo quasi extreme desolationis exponas ; per hec enim, dilectissime fili, viduarum et placebis indubie judici, jura sanguinis observabis, laudis acquires humane preconium nostramque et apostolice Sedis gratiam tibi, jam laudabilibus tuis exigentibus meritis, debitam in tuis oportunitatibus uberius vendicabis. »

[1] Dans ce dernier registre, l'acte est incomplet ; on ne trouve que l'adresse, les quatre premiers mots, et, en marge, de la main du copiste : « *Dimitto quia plus non erat in regestro antiquo.* » Il ne figure pas à l'index.

[2] Nous n'avons pu déterminer quelles sont les lettres auxquelles Jean XXII fait allusion au début de ce document. Nous croyons pourtant devoir le rapprocher du suivant (n° 59) avec lequel il offre une grande analogie de style, et lui attribuer la même date. Charles de Valois, Louis d'Evreux et Charles de la Marche, sont évidemment les personnages auxquels le Pape avait recommandé la reine, ainsi qu'il le lui annonce dans une autre lettre qu'on trouvera plus loin (n° 61).

59 [14 septembre-19 novembre 1316.]

Ludovico, comiti Ebroicensi, ut ejusdem reginæ negotia dirigat eamque Philippo regenti commendet. (Reg. 109, fol. 7 v°, c. 38 ; — Reg. 110, p. i, fol. 71 v°, c. 245[1].)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie regis Francie filio, comiti Ebroicensi.* Carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francie illustrem, ad quam digna nos consideratio singulariter afficit, et cui repentine viduitatis incommoda patienti ad exhibendum humane compassionis affectum reminiscentia sic subito perdite prosperitatis inducit, nobilitati tue propensius commendantes, eandem ex cordis affectu rogamus quatinus, consideranter attento quanto refulget splendore natalium, quantaque tibi propinquitate conjungitur et quam rara, si tu et alii de domo tua regia non assisteretis eidem, amicorum et benivolorum assistentia fulciretur, eam interne diligas, pio venereris affectu, eam et ejus negotia regas et dirigas, et pro ea cum expediet apud dilectum filium nobilem virum Philippum, clare memorie regis Francie filium, regna Francie et Navarre regentem, nepotem tuum, verbum efficacis promotoris in ejus agendis assumas, placiturus proinde, ut indubie credimus, judici viduarum, jura sanguinis servaturus, laudis acquisiturus humane preconium, nostramque et apostolice Sedis gratiam in tuis oportunitatibus plenius habiturus[2]. »

[1] On ne trouve dans ce registre, comme pour la lettre précédente, que l'adresse, les neuf premiers mots et la mention : « *Dimitto quia plus non erat in registro antiquo,* » sans indication dans l'index.

[2] Pour la date, voyez nos 60 et 61.

59 *bis* [14 septembre-19 novembre 1316.]

In e. m. Carolo, regis Franciæ filio, comiti Marchiæ (Reg. 109, fol. 7 v°, c. 39; — Reg. 110, p. I, fol. 71 v°, c. 246[1].)

[1] Cette lettre, comme les deux précédentes, n'est représentée, dans le registre 110, que par l'adresse et les quatre premiers mots suivis de la mention : « *etc., ut supra.* » Elle ne figure pas à l'index.

60 [14 septembre-19 novembre 1316.]

Philippum, regna Franciæ et Navarræ regentem, hortatur ut reginam Clementiam diligens, ejus negotia gerat et omnia quæ inter se et ipsam conventa sunt observet. (Reg. 109, fol. 7 v°, c. 40; — Reg. 110, p. II, fol. 40 v°, c. 188 et 744[1].)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* In odore tui sinceri nominis, fili dilectissime, hactenus delectati, nuper tandem aliquibus intellectis que, si a te processerint, a tua non modicum generosa nobilitate degenerant, non leviter fuimus perturbati. Et quidem, fili, novit tua sublimitas quam benivole, quam paterne carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francorum illustrem, ad quam digna consideratio nos singulariter afficit, et cui, repentine viduitatis incommoda patienti, ad exhibendum humane compassionis affectum reminiscentia sic subito perdite prosperitatis inducit, tibi pridem in nostra constituto[2] presentia recomendare providimus, quantaque cordis affectione duximus te rogandum ut, non tam nostre intercessionis intuitu quam tui honoris obtentu, eam interne diligeres, ac non tam fraterno quam filiali veneraveris affectu, ipsius negotia sicut propria gereres, ac in necessitatibus pie subvenires eidem, et ea precipue que inter te et ipsam conventa gratuito fuerint, bona fide servare curares. Nosti etiam qualiter ad promovendum tuum et ipsius regine commodum et honorem, et ad conservandum inter vos et utriusque posteros unanimitatem, benivolentiam atque pacem, nos, ad aliqua insolita ordinanda secreto, nos flexibiles prebuimus atque pronos, ex quibus linguis obsequentium subjaceremus indubie cum ea contingeret pluribus nota esse. Nuper autem egre percepimus et amaro animo recensemus preces nostras hujusmodi non ad eum quem sperabamus executionis effectum adductas, dum regina ipsa quasi extranea, non adjuta deseritur, agenda sua dantur omnino neglectui, ea que inter te et ipsam sub jurisjurandi religione conventa fuerunt non observantur, eidem oportuna sibi sustentatio sic inhumane subtrahitur, ut in necessitate quadam inopie et nimis indecenter arescere videatur. Quid enim est illud quod de dotalitio suo ad annua viginti quinque millia librarum tur., ut dicitur ascendente, nondum ei sunt in terra, sicut audivimus, ultra sex millia assignata? Quid est quod assignantibus, contra consuetudinem patrie, sumptus solvere cogitur quorum tamen, ut dicitur, copia etiam datis hujusmodi sumptibus, nimis difficiliter habetur? Quid est tertio, quod terra quondam Roberti de Flandria in Pertico per clare memorie Ludovicum, regem Francie, virum suum eidem regine concessa, ut fertur, ad vitam, amota est, ei nullo hucusque dato inde sibi excambio, quod tamen ut dicitur fuerat expresse conventum ante omnia sibi dari? Quid est iterum quod pro se et pro ventre usque ad purificationis tempus, nec non pro adhibitis sibi custodibus dicti ventris sumptus non potest taxatos habere? Numquid poterit de vento pascere se et suos? An, ubi ei de proprio difficultas prestande subventionis ingeritur, sperare verisimiliter poterit ut sibi aliunde prestetur? O fili, si bene novimus tuam fecundam virtutibus animam, si veritate non caveant que tua puritate sentimus, non potest nobis esse credibile quod talia de tua conscientia prodeant, quod ex tua conniventi dissimulatione procedant. Quomodo namque posset cadere in nostre credulitatis assensum quod tu, vir gratus et virtuosus existens, sic obaudires justa nostra precamina pro illa presertim que caro de carne tua est et que tantorum fulget splendore natalium, tibi tam affectuose provecta? Quo possemus colore supponere te virum tanta mentis sinceritate vigentem, sic velle jura sanguinis violare, juramentum de observandis conventis prestitum transgredi,

judicem viduarum offendere et audientibus prebere materiam obloquendi. Absit, fili, quod de te talia presumamus et non potius hec et hiis similia tuo ascribamus assistentibus lateri, qui utinam in hiis et aliis tuam innocentiam regant et dirigant directione salubri; utinam talia tibi suadeant que non redundent in Dei offensam et proximi lesionem, nec a bono et equo divertant; utinam eorum quilibet veritati non parcens, ad consulendum tibi recta solerter invigilet, nec sit qui caput tuum oleo peccatoris impinguet. Quia igitur, dilectissime fili, etatem habens, ea discretione pollere conspiceris ut in talibus facile seduci non possis, magnitudinem tuam monendam, rogandam duximus et hortandam in domino Jhesu Christo quatinus, prudenter attento quod error cui non resistitur approbari videtur, latumque pandit delinquentibus sinum qui eorum conatibus non repugnat, quorumvis aliud forte suadentium consiliis proculpulsis, sic in ipsius humana tractatione regine, sic in conventorum ad invicem observatione sincera, sic in omnium agendorum ipsius prosecutione propitia te favorabiliter gerere studeas, sic omnia in eam hactenus inordinate peracta reformare procures quod evidenter appareat ea que minus laudabiliter acta sunt in predictis de tuo, ut optamus, non processisse judicio, sed ex aliorum potius quibus non est tutum passim sese committere, perversis machinationibus provenisse; sic te in hiis excusabilem prebiturus, sicque per debite reformationis efficaciam ostensurus tue ad reginam ipsam bone voluntatis intentum quod nullum ex predictis gravaminibus imputari tibi etiam juxta vulgi labia valeat, quin immo in hiis tue sinceritatis integritas illibata clarescat. Per id enim famam tuam cujus cura tibi debet esse precipua, illesam custodies, divine majestati acceptus occurres, laudis acquireres humane preconium, et apud nos et apostolicam Sedem tibi vendicabis uberioris favoris et gratie incrementum. Scire namque te volumus ac pro certo tenere quod omnis humane prosecutionis favor eidem regine per quemvis impensus, gratus nostro multum accedet affectui, et siquid in contrarium fieret, acceptum nobis nullatenus esse posset. Ceterum, fili, ne animi tui pacem vera supprimens, aut falsa suggerens, tertia lingua perturbet, nulli quatinus[3] fidem adhibeas tibi forsitan volenti suggerere alia quam que prescripta sunt, et in forma et modo prescriptis nobis ex parte regine predicte insinuata (fuisse), nec mireris si tibi secretum illud de quo supra diximus non mittimus expeditum, cum non videamus juxta spei nostre fiduciam, causam sequi ob quam provideamus ordinare secretum hujusmodi non absque vulgaris note sussurio, cui non libenter se conscientia nostra subiceret, nisi id ipsum causa urgens et rationabilis infallibiliter secutura fieri suaderet[4]. »

[1] Dans ce dernier registre, la lettre est inachevée.

[2] On sait que le régent se trouvait encore à Lyon, le 13 septembre (Voy. nº 1, note).

[3] *Sic;* le sens voudrait *nolimus quatinus ulli*, etc.

[4] Cf. D'après la note précédente, cette lettre est postérieure au 13 septembre 1316; d'autre part, elle est antérieure à la naissance de Jean I (Voy. aussi nº 61); or cet événement était connue à Avignon, le 20 novembre suivant (nº 63).

61 [14 septembre-19 novembre 1316.]

Eamdem reginam ad patientiam hortatur eique nuntiat se præfato regenti et aliis quos favorabiles fore sperat scripsisse. (Reg. 109, fol. 8, c. 41; — Reg. 110, p. I, fol. 71 vº, c. 243[1].)

« *Carissime in Christo filio Clementie, regine Francie illustri.* Tuas de credentia litteras per dilectum filium Theobaldum de Dussiaco, archidiaconum Noviomensem, capellanum tuum, exhibitorem earum, nobis noviter presentatas, affectione consueta recepimus et que archidiaconus ipse juxta commissam sibi per te credentiam exponere voluit, audivimus diligenter. Sane, filia, scire potes indubie quod quanto sincerius ad personam tuam afficimur, tanto propensius cupimus cuncta erga te contingere placida, tantoque nimirum intensius conturbamur si succedant interdum ingrata, et sicut tibi congaudemus in prosperis, sic et compatiamur in adversis. Verum quoniam militia est vita hominis super terram, nulla se debet tibi occasio admirationis ingerere si in valle miserie mundi hujus, velut in certaminis stadio posita, diversis lassaris angustiis et incertis eventibus agitaris. Justus et enim Dominus in omnibus viis suis persepe quos diligit, deprimi et affligi permittit, ut per id gratie sue purgatos habilitet et a periculo graviori preser-

vet. Hec itaque, filia, devota meditatione considerans, et ingenita tibi magnanimitate temporalium detrimenta contempnens, omne gaudium cum in temptationes incideris varias extimes, et in patientia tua, tuam possidens animam, non turberis si a quibus assequi sperabas favores et gratias, contrarium quandoque reportes. Consolare ac confortare in Domino, et in hujus presertim tui propinquitate puerperii, Deo auctore, felicis, ab omni desolationis et turbationis incomodo caveas, ne, quod absit, cum corpore animeque dispendio, partum ledas. Jacta tuum in Domino cogitatum, et de nobis post illum fiduciam plenam gere. Nos enim assistemus oportunis tibi favoribus, et ne tibi irrogetur injuria, quantum in nobis fuerit, modis et viis expedientibus occurremus. Et ecce super hiis que circa te vidimus reformanda, dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti, efficaciter scribimus[2], quem nostris annuiturum beneplacitis circa illa, verisimili conjectura, speramus. Aliis etiam, de quibus vidimus expedire, ut tibi favorabilibus assistant auxiliis per speciales litteras[3] duximus inductivis exhortationibus suadendum[4]. »

[1] Dans le registre 110, on ne trouve que l'adresse, les premiers mots jusqu'à : *affectione consueta recepimus*, et en marge, la note : « *Dimitto quia plus non erat in registro antiquo.* » La lettre n'est pas mentionnée dans l'index.

[2] N° 60.

[3] Nos 58-59 *bis*.

[4] Cf. On voit que cette lettre a été écrite au même moment que la précédente (n° 60). Au sujet des questions pendantes entre Philippe V et la reine Clémence, voyez ci-après n° 233, note.

62 [5 septembre — avant le 20 novembre 1316.]

Clementiæ, reginæ Franciæ et Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, dispensationem super matrimonio contrahendo inter prolem cujus dicta regina existit gravida et prolem præfati regentis, dum ad annos nubiles pervenerint concedit dispensationesque eisdem prius concessas confirmat. (Reg. 110, p. ii, fol. 53, c. 257 et 902.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustri, et dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Etsi inter illos — Sane exhibita nobis vestre supplicationis instantia continebat quod, cum pro tanquillitate regni Francie et privatis utriusque commodis multiplicibusque vestris et vestrorum vitandis periculis seriosius nobis expositis, tractatus sit invicem habitus quod si tu, filia regina, nunc gravida, que ex clare memorie Ludovici, regnorum Francie et Navarre, viri tui, regis ac tui, regentis, germani semine concepisti, partum edideris masculinum, ille et una ex filiabus tuis, fili regens, videlicet ea de qua invicem convenimus aut si forte tu, predicta filia regina, pepereris filiam, primogenitus tuus, fili regens, ille videlicet qui erat tibi successurus in regno prefato et dicta filia, cum erunt sufficientis etatis ad contrahenda sponsalia, se ad illa sponsalia obligabunt, nubilis vero etatis effecti matrimonialiter se conjungent ut id, non obstante quod illi ex diversis lateribus secundo et quinto sint consanguinitatis gradu conjuncti, fieri licite valeant, providere per apostolice dispensationis beneficium dignaremur. Nos autem in scrutinium exacte deliberationis adducto quod per matrimonialem copulam liberorum ipsorum christianissimo regno Francie ad cujus procuranda compendia amor naturalis soli nos afficit evidens, paratur quieti amenitas, discriminibus dissentionum occuritur et scandalis obviatur, utrique vestrum ad quorum utilitates in oportunitatibus perquirendas ac promovendos honores nos singularis affectus invitat, presidiorum et jurium incrementa proveniunt, accedit amabilibus unitas et pacis, auctore Domino, solidum firmamentum nec ab intuitu nostre considerationis excluso quod tu, fili regens, ultramarino passagio tuis humeris incumbenti per id poteris vaccare liberius et ad Terre Sancte subsidium personaliter assumendum, illo tuum processum dirigente qui novit et iter prosperum faciente qui potest, securius te conferre, tuque filia regina, in vidualitate mansura, te quietius poteris obsequiis divinis impendere et pietatis operibus occupare, vestris in hac parte desideriis annuentes, ut predicti liberi, non obstante predicto, inter se matrimonium contrahere, cum ad id etas legitima suppetet, licite valeant, de plenitudine potestatis et gratia speciali, tenore presentium dispensemus, prolem ex matrimonio suscipiendam hujusmodi legitimam decernentes. Verum quoniam circa dispensationes apostolice

Sedis virtute quarum prefatus rex Ludovicus, vir tuus, filia, dum viveret, et tu, nec non tu, fili regens, et dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna, conjux tua, non obstante quod eratis utrinque diversis gradibus (e)quilibet et in qualibet consanguinitatis et affinitatis [linea] conjuncti, matrimonia invicem contraxistis, posset, ut asseritis, ex curiosis juris subtilitatis quidam scrupulus cujusdam dubitationis insurgere, et proinde supplicastis instantius per nos vobis de oportuno circa id remedio provideri, nos volentes vobis circa illa prospicere per que vobis et posteris vestris securitas oportuna proveniat, vestris supplicationibus inclinati, matrimonia ipsa, dispensationum ipsarum vigore contracta, rata gerentes et grata, illaque censentes fore legitima, omnem deffectum qui forsan intervenisset in dispensationibus antedictis de apostolice potestatis plenitudine presentium tenore supplemus, prolem ex ipsis susceptam et suscipiendam matrimoniis legitimam decernentes. Nulli ergo, etc.[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 20 novembre 1316, puisqu'à ce moment la naissance de Jean Ier était connue à Avignon (no 63).

63 Avignon, 20 novembre [1316].

Clementiam reginam de partu congratulatur et rogantibus pro ea et filio suo viginti dierum indulgentiam concedit. (Reg. 109, fol. 39 vo, c. 161; — Reg. 110, p. II, fol. 44 vo, c. 201 et 757.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri.* Exultavit, dilectissima filia, cor nostrum in Domino, et in salutari suo noster animus multa letitia dilatatur, cujus misericordia, ut firmiter credimus, te ancillam suam occulo benigno respiciens, nuper, scilicet die sabbati post festum beati Martini proximo preteritum[1], tarda hora, tibi, sicut ex dilecti filii fratris Jacobi de Corvo, de ordine fratrum Predicatorum, capellani nostri confessorisque tui insinuatione nobis innotuit, parturientis perferenti molestias, sic eas votivo partu edito superare concessit quod, liberata prorsus ab ipsius parturitionis angustiis, et proinde, ut probabilis potest conjectura supponere, a solitis quartane vexationibus proxime liberanda, filium unigenitum enixa fuisti cui equidem partui plasmator hominis Deus adeo elegantem tribuisse formam asseritur ut, si vitam ei usque ad tempora etatis provecte concesserit, ex ingenita sibi bonitate populo suo utiliter preesse speratur, quod et nos desideranter optantes, pias fundimus preces ad Dominum, ut dies infantis ipsius in tempora longiora producans sicut in etate, sic in virtutum incremento eum proficere faciat, actus suos in suo disponat beneplacito, sicque sibi christianissimum regnum Francie ad divine magestatis honorem, subditorum quietem et comodum animeque salutem donet in equitate ac justitia regere, quod tandem ad regni celestis mereatur gloriam pervenire, et ut ipsum, quod magno desiderio cupimus, multiplicatis Ecclesie universalis suffragiis assequamur, statim hujusmodi jocundis rumoribus intellectis, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis qui pro ipsius pueri vita utili, divinam misericordiam implorabunt, xx dies de injunctis sibi penitentiis duximus relaxandos. Tu ergo, filia, juxta evangelicam veritatem propter producti nati gaudium non memineris jam pressure, set gratias agens Altissimo qui et de tanto periculo te clementer eripuit, tibique partum donavit optatum, tristitiam omnem abicias divinisque dispositionibus in omnibus te committas. Datum Avinione xii kal. decembris. »

[1] 13 novembre 1316. Jean XXII écrivit donc sept jours après la délivrance de la reine. Nous savons que les courriers pontificaux, qui étaient en permanence à la cour d'Avignon, mettaient cinq jours pour aller de cette ville à Paris. « *Die xxx mensis aprilis, pro salariis diversorum cursorum, mercatorum conductorum missorum de mandato domini nostri pape diversis vicibus et temporibus ad partes Francie cum litteris apostolicis, videlicet Galtayroni de Brugis et Johannicii de Parisius qui iverunt ad dominum Johannem de Arpadella in quinque diebus Parisius cum litteris apostolicis, die* xiii *decembris de anno Domini* mcccxxiii. » (Arch. Vat., *Introitus et Exitus*, no 58, fol. 179 vo). Il n'en reste pas moins très difficile de déterminer, en général, en combien de temps le pape a pu être averti des événements dont nous trouvons mention dans ses lettres. Même en connaissant le lieu où ces événements s'accomplirent, même en évaluant les distances respectives, on comprend qu'il n'a pas toujours été aussitôt prévenu, et, d'ailleurs, les envoyés, pour un même trajet, n'employaient pas toujours le même laps de temps; un ambassadeur spécial n'allait pas avec la rapidité d'un courrier à gages (Voy. J.-H. Albanés, *Jean Artaudi, dominicain, prieur de Saint-Maximin, évêque de Nice et de Mar-*

seille; Marseille, 1878, p. 44-46; — Cf. E. Berger, *les Registres d'Innocent IV*, t. I, p. xli, note 3). La soumission de Robert d'Artois, par exemple, qui eut lieu le 6 novembre 1316 à Amiens et à laquelle Jean XXII s'intéressait tout spécialement (Voy. nos 45-57 et 66) ne fut connue à Avignon que vers le 24 suivant, c'est-à-dire relativement tard (Cf. no 67). Ce sont là des remarques dont il faut tenir compte pour la date de certaines lettres que nous n'avons pu préciser avec plus d'exactitude.

64 Avignon, 21 novembre 1316.

Quasdam indulgentias sub certis conditionibus visitantibus ecclesiam beatæ Mariæ de Doms Avinionensem concedit. (Reg. 109, fol. 15 v°, c. 65; — Reg. 63, cur. fol. 340, c. 21 et 1031.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.* Excelsa super sydera — Datum Avinione, xi kal. decembris, pontificatus nostri anno primo. »

65 Avignon, 22 novembre 1316.

Sententias latas ab officialibus comitatus Venaysini contra Audebertum dictum de Novis, militem, Sicardum, domicellum, R. Fabri, R. Angelerii et alios Castri Novarum, Avinionensis diocesis, cum ad opus pontis qui super flumen Durantiæ de novo edificatur quosdam lapides de pilis pontis veteris Boni Passus, dictæ diocesis, omnino jam fracti, recipi fecerant, remittit. (Reg. 63, cur. fol. 338, c. 17.)

« *Dilectis filiis Audeberto dicto de Novis, militi, Sicardo, domicello, Raydo Fabri, Raydo Angelerii et aliis hominibus ac universitati hominum Castri Novarum, Avinionensis diocesis.* Ex tenore vestre — Dat. Avinione, x kal. decembris, anno primo. »

66 [Après le 17 — avant le 24 novembre 1316.]

Clementiam reginam iterum rogat ut Roberto de Atrebato auxilium subtrahat eumque ad obedientiam per omnes vias inducat. (Reg. 109, f. 15, c. 64.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustri.* Tanquam rem ex temporis brevitate recentem, tue credimus inesse memorie qualiter, diebus proximis, per nostras litteras speciales[1], affectu tibi paterno suasimus quod sicut innocentiam tuam conservare cupiebas Altissimo, sicut etiam tranquillitatem et pacem christianissimi regni Francie diligebas, et posteritatis tue securitati affectabas salubriter providere, dilecto filio nobili viro Roberto de Attrebato, militi, circa violentam invasionem et occupationem comitatus Attrebatensis non favens in aliquo, quin immo eum pro posse retrahere ab hujusmodi conatu curares cum alia sibi superesset via jus suum, si quod sibi in comitatu predicto competit, debite prosequendi, in cujus prosecutione quantum ad nos pertinere posset, parati eramus eidem assistere oportunis auxiliis et favore. Sed et nunc ex affectione benivola qua ad tuam personam tuique commodi et honoris incrementa provehimur, id ipsum tibi providimus iterum suadendum, ut videlicet nedum eidem Roberto tuum per omnia circa invasionem et occupationem predictas favorem et auxilium subtrahas, sed et si eum diligis, si a promptis que verisimilitudo minatur eum affectas periculis eripi, ut a ceptis omnino desistat et ad obedientiam regentis ultronee redeat, per omnes vias et modos quibus expedire videris, eundem inducas. Nos enim ipsi Roberto per alias nostras litteras super hoc scribimus[2], sibique ut suum ad ipsius regentis obedientiam regressum in vultu penitentis acceleret efficaciter suademus. Et si forte, quod absit, idem Robertus in pertinacia sua prestare (?) voluerit, sibi poterit imputare si auctoritatis apostolice dexteram quam experitur ad presens in monitionum prosecutione benignam, postmodum senserit ex justitie debito in ipsius executione severam[3]. »

[1] 17 novembre 1316 (n° 45).

[2] 17 novembre 1316 (n° 47).

[3] Cf. Cette lettre est antérieure au 24 novembre 1316, puisqu'à cette époque la soumission de Robert d'Artois, qui eut lieu le 6, était connue à Avignon (n° 67); elle est, d'autre part, de peu postérieure à celles que nous indiquons dans les notes précédentes, et il est probable que, comme elles, elle ne fut pas expédiée (Voy. nos 45-57).

67 24 novembre [1316].

Philippo, regna Franciæ et Navarræ regenti, congratulatur quod Robertus de Atrebato cum alligatis aliis ad

obedientiam redierit eumque hortatur ut erga eos benignum se præbeat. (Reg. 110, p. i, fol. 49 v°, c. 158.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Pridem, fili, displicenter audito quod dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, miles, juvenilis sequens animum voluntatis et consilio forte perverso seductus, quibusdam adhibitis sibi complicibus qui alligati dicuntur, comitatum Attrebatensem, in dilecte in Christo filie nobilis mulieris Matildis possidentis comitatum eundem injuriam et tui scandalum, violenter invaserat, quodque alligati prefati se a tua obedientia temerarie subducere conabantur, turbando statum pacificum regionis illius, fidelitatis pretereundo debitum ac divinam majestatem in salutis sue dispendium offendendo. Nos qui salutem appetimus animarum, tranquillitatem et pacem christianissimi regni Francie tuamque quietem interne diligimus, et ad promotionem subsidii Terre Sancte cujus preparatoriis non posses, ut ferventer aspiras, ad hujusmodi dissidia intestina distractus, intendere, specialem affectionem habemus, litteras efficaces tam ad Robertum ipsum [1] ut, attentis quibus se per hec periculis involvebat, prorsus resipisceret ab inceptis, quam ad dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Blancham, genitricem ipsius [2] et alios de quibus videmus oportunum eidem Roberto conjunctos [3] ut eum ab hujusmodi prompto precipitio et laqueo ruine retraherent nec non alias ad alligatos eosdem [4] ut rejecto cujusvis inobedientie vitio, ad tuam in vultu penitentium redirent obedientiam et mandatum, fieri jusseramus. Et nichilominus certos super hoc elegeramus nuntios, viros utique providos et sollennes in partes illas ad Robertum et alligatos ipsos super hiis destinandos, qui et illos super premissis ex parte nostra requirerent ac certo modo procederent spiritualiter et temporaliter contra eos, si forte illos suis rebelles requisitionibus invenirent [5], de quibus omnibus etiam tibi cum inserta forma litterarum directarum aliquibus ex predictis seriosius scribebamus [6]. Et ecce jam super hiis erant confecte littere ac bullate [7] quando placidus nobis rumor insonuit quem et postmodum grata tuarum litterarum inspectio confirmavit, quod Robertus ipse ad obedientiam tuam devote redierat, et alligati prefati tuam suppliciter misericordiam implorabant. De quo, fili, ultra quam exprimi valeat noster letificatus est animus et quietatus affectus. Ad instar enim illius cujus vias licet immeriti, portamus in terris, nolentes mortem peccatorum sed conversionem eorum fructiferam ad salutem desirabiliter affectantes, gaudemus et merito quod illius cujus est proprium misereri semper et parcere te in hoc conformasti beneplacitis teque voluntati et persuasioni nostris quas in aliis nostris litteris tibi directis exinde tibi per latorem presentium assignandis contineri seriosius videris laudabiliter coaptasti, et omnipotenti Deo gratias agimus illique vitulum exsolvimus labiorum de cujus munere non est dubium pervenisse quod absque stragis et guerre magne periculo Robertus et alligati predicti ad cor per hujusmodi penitentie signa redierint, reconsiliari tibi humiliter postulantes. Tu ergo, dilectissime fili, gaude et letare in Domino, humiliato spiritu recognoscens hoc tibi de immenso ipsius dono fuisse concessum quod absque facultatum lapsibus rerumve dispendiis, et quod majus est, absque sanguinis effusione tibi videtur applaudere amenitas optate quietis, per quod liberius poteris piis operibus et specialiter passagii transmarini prosecutioni vacare. Et ut regis te misericordis conformare videaris operibus, sibique proinde misericordiam non judicium decantare, circa jam ceptam receptionem ipsorum Roberti et alligatorum ad gratie tue sinum sic quesumus benigne, sic clementer te agere studeas quod et tibi divinam pietatem uberius impetres et in predictis et aliis subditis per exercitium clementie delinquendi audaciam reprimas nobisque ac Sedi apostolice commendandus occurras. Nos autem stilo libenter ad delectabiliora mutato Roberto et alligatis ipsis scribere, ut quod provide ceperunt prompte perficiant, ac de nuntiorum nostrorum missione vel mora, prout melius juxta negotiorum exigentium qualitatem expedire videbimus, intendimus ordinare. Dat. Avinione, viii. kal. decembris [8]. »

[1] N° 47.
[2] N° 48.
[3] N°s 45-46, 50-52.
[4] N° 53.

5 Nos 54-57.

6 N° 49.

7 On voit que ces lettres n'étaient pas toujours expédiées le jour même dont elles étaient datées. Voyez aussi n° 318, note 1.

8 Cf. Il s'agit de la soumission de Robert d'Artois, qui eut lieu à Amiens, le 6 novembre 1316. (Arch. nat., JJ. 54B, fol. 21, n° 27; fol. 24, n° 32; — JJ. 55, fol. 29, n° 61; fol. 38, n° 62); mais c'est en mai 1318 seulement, que la question d'Artois fut définitivement terminée par un jugement de Philippe V (Voy. n° 611, note), alors roi depuis longtemps (Voy. n° 81, note).

68 Avignon, 25 novembre 1316.

Indulgentiam viginti dierum orantibus pro rege Franciæ, Clementiæ reginæ filio, concedit. (Reg. 109, fol. 6 v°, c. 33; — Reg. 63, cur. fol. 338, c. 14.)

« *Universis Christi fidelibus.* Ad christianissimum regnum — Dat. Avinione, vii kal. decembris, anno primo[1]. »

1 La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

69 [Avignon, 25 novembre 1316.]

Præfatæ reginæ Clementiæ de ejusdem indulgentiæ concessione. (Reg. 109, fol. 6 v°, c. 34.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri.* Ecce, filia, regis — Dat. ut supra[1]. »

1 N° 68.

70 Avignon, 26 novembre 1316.

Provisionem monasterii de sancto Antonio, ordinis sancti Augustini, Viennensis diocesis, per Aymonis, abbatis, obitum vacantis apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 338, c. 15.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Cum monasterium de — Dat. Avinione, vi kal. decembris, anno primo. »

71 [5 septembre-28 novembre 1316.]

Episcopo Parisiensi mandat ut mittat confessionem ab Everardo de Barro, clerico, factam super factionibus quas asserueral paratas contra Ludovicum, regem Franciæ et Philippum, comitem Pictavensem, nunc Franciæ et Navarræ regna regentem. (Reg. 110, p. i, fol. 16 v°, c. 57.)

« *Venerabili fratri episcopo Parisiensi.* Cum sicut ad nostrum pervenit auditum Everardus de Barro, clericus, clare memorie Ludovico, regi Francie et Navarre, dum viveret, suoque regali consilio asserere ac deferre presumpserat quod unus ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus, in ipsius regis et dilecti filii nobilis viri Philippi, comitis Pictavensis, regis predicti germani, nunc regna predicta Francie et Navarre regentis ac duorum ex eisdem fratribus nostris Ecclesie prefate cardinalibus necem, tam per fabricationem et rabuzationem ymaginum cum incantationibus et invocationibus demonum conditarum quam per tractatum habitum de mortiferi propinatione veneni fuerat machinatus, qui clericus ipse tuo detentus, ut dicitur, carceri, super hiis cum per te vel officialem tuum ad plenum auditus [erit], nos de premissis omnibus et singulis scire volentes lucide veritatem, fraternitati tue in virtute sancte obedientie et sub pena excomunicationis quam, si secus inde feceris, te incurrere volumus ipso facto, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus, infra dierum quindecim spatium a tempore receptionis presentium computandum, omnem confessionem plenam et integram per clericum ipsum in tua vel officialis tui, aut cujusvis alterius commissarii per te forsan super hoc dati, factam, omnis subterfugii et excusationis exploso velamine, in forma publica penitus nobis mittas, diem receptionis presentium, et quicquid inde feceris per tuas nobis litteras, harum seriem continentes, fideliter rescripturus[1]. »

1 Cf. On voit qu'au moment où cette lettre a été écrite Philippe V n'avait encore que le titre de régent (Voy. n° 81, note).

72 [14 septembre-28 novembre 1316.]

Philippo regenti respondet quod archiepiscopatus Senonensis reservari non potest moramque magistri Radulphi de Perellis in curia excusat. (Reg. 109. fol. 8 v°, c. 43.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Hanc in nobis — propter quod prudentie tue mansuetudo moleste non ferat si preces tuas, nuper nobis

circa reservationem archiepiscopatus Senonensis oblatas, pro quibus implendis dilectus filius magister Radulphus de Perellis[1], clericus tuus et tui beneplaciti sedulus prosecutor nosterque devotus, apud nos et fratres nostros in pleno consistorio et extra consistorium importune multum, oportune tamen et facunde, ac laudabiliter, nil omisso de contingentibus, institit, et quas profecto, cum pro persona nobis grata processerint, benigne recepimus, ad exauditionis introduci gratiam honestatis et justitie debitum non permisit. Licet enim super jus positi, simus a jure soluti, lege tamen astringimur conscientie que a reservationibus hujusmodi faciendis, quamtunvis (*sic*) alio tempore fieri solitis, nostrum animum retrahit, fratrum etiam nostrorum concorditer deliberata suasio nos inducit hiis ad quos electiones pertinent eis dimittere libere, ne per reservationes easdem videamur eorum jura prejudicialiter obsorbere. Preces igitur ipsas quas pro dicta persona precipue sacrario nostre mentis impressimus, ac eas in gratiosum et gratum tibi, cum locus adfuerit, producemus effectum, quesumus, obmissas non extimes, sed admissas, presertim cum eidem persone motu proprio de canonicatu ipsius Senonensis ecclesie et prebenda inibi vacante vel proximo vacatura jam providerimus gratiose sibique ut in eadem ecclesia ad omnes et singulos comunes tractatus una cum canonicis aliis admitti, et nomina in illis habere debeat, statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie et juribus quibuscunque contrariis non obstantibus, duxerimus indulgendum, ac eum in capellanum nostrum admisimus ut in premissis et aliis ob nostram et apostolice Sedis reverentiam favorabilius pertractetur. Denique dicti magistri Radulphi moram habere debet tua sublimitas excusatam. Licet namque de negligentia nequeat argui, immo de diligentia quam sepe probavimus debeat merito commendari, licet etiam, quam potuimus comode, nos exhibuerimus ad expeditionem ipsius, plura tamen et grandia sunt que sue fuere procurationi commissa, que propter ardua et varia in Romane curie alveum incidentia quibus omnibus intendere [nequivimus], non sic expediri subito potuerunt[2]. »

[1] La forme constante de ce nom (sauf dans un cas, nº 1091), la présence à Avignon de celui qui le porte au moment où nous constatons à Poissy la présence de maître Raoul *de Praelles*, *clerc* (Voy. nº 361, note 2), ne permettent pas de confondre ces deux personnages. Dès 1311, nous trouvons deux clercs du roi : l'un, Raoul de Presles, *de Pratellis* ou *Praellis*, conseiller de Philippe le Bel, sire de Lizy, avait épousé Jeanne du Chatel (ARCH. NAT., J. 383, nº 66 ; — JJ. 46, fol. 8 vº, nº 10 ; fol. 58, nº 72 ; — JJ. 47, fol. 16, nº 21 ; fol. 58, nº 88 ; fol. 61 vº, nº 95 ; — JJ. 48, fol. 7 vº, nº 8 ; — JJ. 53, fol. 7, nº 14 ; — JJ. 56, fol. 90 vº, nº 205 ; — JJ. 59, fol. 333, nº 607). La femme de l'autre, Raoul *de Perellis*, s'appelait Eustache (ARCH. NAT., JJ. 47, fol. 51 vº, nº 77 ; — Cf. L. DOUET D'ARCQ, *Inventaire de Jeanne de Presles*, dans la *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 1878, p. 83-85 ; cet article renferme, dans ses références, un certain nombre d'erreurs que nous avons dû corriger). Le premier est le fameux Raoul de Presles qui, tombé momentanément en disgrâce sous Louis X, recouvra dès le mois de septembre 1315 (ARCH. NAT., JJ. 53, fol. 15 vº, nº 43 ; fol. 50, nº 110) un crédit dont il continua à jouir sous Philippe V. Nous voyons en effet celui-ci, fidèle aux dernières volontés de son père (ARCH. NAT., J. 404A, nº 22, testament original de Louis X), confirmer ou achever toutes les restitutions accordées à Raoul de Presles et même lui donner de nouvelles marques d'estime (1317, *fév.* n. s. : ARCH. NAT., JJ. 53, fol. 7, nº 14 ; fol. 15, nº 43 ; — *mars* n. s., JJ. 53, fol. 50, nº 110 ; — 1318, *mars* n. s., JJ. 56, fol. 90 vº, nº 205 ; — 1320, *nov.*, JJ 59, fol. 289, nº 535 ; — *déc.* JJ. 59, fol. 327, nº 592 ; — 1321, *janv.* n. s., JJ. 59, fol. 333, nº 607 ; — 23 *fév.* n. s., X^{1a}, 8844, fol. 45 ; etc. ; — Voy. aussi P. LEHUGEUR, *Histoire de Philippe le Long*, Paris, 1897, p. 107-108, en tenant compte des différences que nous établissons ici). Fondateur du collège de Presles en 1314 (ARCH. NAT., M. 185, nº 1 ; — JJ. 49, fol. 119 vº, nº 157 ; Cf. L. DOUET D'ARCQ, *op. cit.*, p. 85), il accompagne, avant le 30 juin 1316, Philippe, comte de Poitiers, à la cour pontificale (BIBL. NAT., fonds français, nº 20683, fol. 18 ; Cf. BERTRANDY, *Recherches historiques sur l'origine, l'élection et le couronnement de Jean XXII*, p. 14 et 58, pr. nº IV) ; il prend place parmi les conseillers laïques dans les rôles du Parlement en décembre 1316, en décembre 1319 et en octobre 1322 (E. BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 146, nº 4496^b ; p. 297, nº 5899^a ; p. 476, nº 6930^a ; voy. aussi p. 399, nº 6538, et p. 400, nº 6547), et c'est lui qui a souscrit à Poissy l'accord du 15 août ci-dessus mentionné.

L'autre est, sans doute, celui auquel s'intéressait Jean XXII ; sa signature se retrouve nombre de fois dans les registres du Trésor des Chartes (1311, *mars*, n. s., JJ. 46, fol. 61, nº 81 ; fol. 77, nº 126 ; — *avril* n. s., JJ. 47, fol. 59 vº, nº 92 ; fol. 64, nº 97 ; fol. 66 vº, nº 101 ; — *mai*, JJ. 46, fol. 5, nº 61 ; JJ. 47, fol. 85, nº 123 ; fol. 95, nº 131 ; — 1312, *juin*, JJ. 46, fol. 136 vº, nº 246 ; — 1313, *avril*, n. s., JJ. 48, fol. 133 vº, nº 222 ; — 1314, *mars* n. s., JJ. 49, fol. 83 vº, nº 194 ; fol. 85, nº 198 ; — 1315, *mars* n. s., JJ. 52, fol. 2 vº, nº 7 ; fol. 3 vº, nº 10 ; fol. 7, nº 21, fol. 18, nº 35 ; — *avril* n. s., JJ. 52, fol. 32, nº 60 ; fol. 35 vº, nº 68 ; — *mai*, JJ. 52, fol. 35 vº, nº 71 ; — *juin*, JJ. 52, fol. 53, nº 100 ; — *juillet*, JJ. 52, fol. 102, nº 196 ; fol. 109, nº 208 ; fol. 113^1, nº 217 ; fol. 113^2 vº, nºs 221 et 222 ; fol. 113^3 nº 223 ; — *août*, JJ. 52, fol. 118 vº, nº 229 ; fol. 119, nº 231 ; — *septembre*, JJ. 52, fol. 119, nº 232 ; — *décembre*, JJ. 54^B,

fol. 35 v°, n° 53 ; — 1317, *avril*, n. s., JJ. 53, fol. 63, n° 137 ; JJ. 54A, fol. 19, n° 278 ; fol. 19 v°, n°s 281 et 286 ; — *septembre*, JJ. 53, fol. 131, n° 320 ; JJ. 54A, fol. 49 v°, n° 628 ; fol. 50, n° 631 ; — 1318, *avril*, n. s., JJ. 56, fol. 115 v°, n° 260 ; — *mai*, JJ. 56, fol. 108, n° 237 ; fol. 114, n° 257 ; fol. 132 v°, n° 297 ; — *juin*, JJ. 56, fol. 111, n° 248 ; fol. 120, n° 268 ; fol. 168, n° 384 ; fol. 201, n° 473 ; — *juillet*, JJ. 56, fol. 172 v°, n° 394 ; fol. 173, n° 395 ; fol. 184, n° 426 ; fol. 186 v°, n° 439 ; fol. 190 v°, n°s 453 et 454 ; fol. 209, n° 483). Il était venu avec le comte de Forez auprès du pape, en août 1316 (Voy. n° 1, note) ; il se trouvait encore à Lyon avec le régent, au mois de septembre (Arch. nat., JJ. 54B, fol. 9, n° 18), et nous voyons qu'il y prolongea son séjour. Nous savons qu'à ce moment et au mois de janvier suivant, il avait la garde des lettres pontificales adressées au roi (Arch. nat., J. 476, n° 3, document disparu, mais dont l'analyse a été conservée dans l'inventaire de Dupuy ; — J. Petit, *Essai de restitution des plus anciens mémoriaux de la Chambre des Comptes*, n°s 289, 290 et p. 168, doc. n° XXV) ; c'est lui qui, selon l'ordonnance de juillet 1316, figure dans la grand'chambre du Parlement sous le nom de Raoul de *Pereaus* (Arch. nat., JJ. 57, fol. 43 ; Cf. E. Boutaric, *op. cit.*, t. II, p. 143, n° 4482A) ; en juin 1317, il est dit : clerc, secrétaire et conseiller du roi (Arch. nat., JJ. 53, fol. 27 v°, n° 313) ; c'est lui aussi, et non Raoul de Presles, sire de Lizy depuis 1311 (Arch. nat., JJ. 48, fol. 7 v°, n° 8 ; voyez aussi JJ. 46, fol. 8 v°, n° 10), qui fut anobli le 17 septembre 1317 (Arch. nat., JJ. 53, fol. 129 v°, n° 314). Il fut chargé de plusieurs missions auprès de Jean XXII, notamment en 1317 et en 1318. (Voy. n°s 361, 501, 511, 523, 524, 536.) Ce qui justifie, dans une certaine mesure, l'assertion de Pasquier combattue par Lancelot (*Mémoire sur la vie et les ouvrages de Raoul de Presles*, dans les *Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, t. XIII, 1740, p. 613). Sans cesse soupçonné et calomnié, il fut en butte à de continuelles attaques contre lesquelles le Pape chercha en vain à le défendre (n°s 451, 452, 517-522, 526-529, 553, 555, 697, 791, 1205-1208). Le 25 janvier 1319 n. s., Philippe V fit compléter une enquête dont il avait précédemment chargé, en secret et sur certains articles déterminés, le bailli de Tours contre *Radulfus de Perellis*. Des accusations plus graves avaient donné lieu à cette mesure rigoureuse. « *Visa*, dit le roi, *quadam relatione per ipsum ballivum super hoc nobis facta, et etiam plurium aliorum fide dignorum relatione audita, intelleximus quod idem magister R[adulfus] non solum contenta in dictis articulis et informatione per dictum ballivum super hoc contra ipsum facta, sed plures alios casus criminales, maleficia, extorsiones, ipso in nostris existente obsequiis, et alios excessus enormes fecit et commisit contra nos et nostram majestatem regiam, et nonnullos alios regni nostri in nostrum et nostre majestatis regie prejudicium et contemptum et non modicam lesionem, super quibus dictus magister R. extitit et est quam plurimum diffamatus et contra ipsum laborat vox publica et fama.* » (Arch. nat., X2a.2, fol. 170 v°.) On voit que ce dernier avait, dès lors, perdu la bonne grâce de Philippe V ; de là, la disparition de son nom dans les actes depuis cette époque ; de là, aussi, la lettre par laquelle Jean XXII, qui continua à le protéger (n°s 1089-1090), faisait prier le roi de lui rendre sa charge (n° 1091) ; ce n'est plus désormais un secrétaire, un conseiller, mais un simple *servulus* (n°s 1097, 1205).

Nous n'avons pu déterminer la forme qu'a prise aujourd'hui le nom de *Pereaus*, et c'est pourquoi nous nous en tenons à cette orthographe, qui est celle donnée par le registre du Trésor des Chartes (JJ. 57, fol. 43). Notons qu'on trouve, en 1345, un Raoul de Pereaus, chevalier, dont le fils Guillaume fut conseiller du roi (Lancelot, *op. cit.*, p. 616). Nous ferons enfin remarquer que, dans un vidimus de septembre 1317, en faveur de Raoul *de Perellis*, clerc et conseiller, ce nom a été corrigé à la suite d'une erreur du scribe qui avait écrit : *de Praellis* (Arch. nat., JJ. 53, fol. 137, n° 327). Il était nécessaire de faire ressortir ces différences tant à cause de l'importance des personnages qu'elles concernent et qui ont été généralement confondus, que pour permettre de dater, au moins approximativement, les nombreuses lettres concernant Raoul de Pereaus, que l'on trouvera plus loin.

[2] Cf. Cette lettre n'a point le caractère officiel de celle par laquelle Jean XXII annonça au régent son élection et son couronnement (n° 1) ; nous pensons donc qu'elle n'a pu être écrite que lorsque ce dernier se fut éloigné du pape, c'est-à-dire après le 13 septembre 1316 (Voy. n° 1, note). D'autre part, ce titre même de régent nous indique qu'elle n'est pas postérieure au 28 novembre (Voy. n° 81, note). La même remarque s'applique aux quatre documents qui suivent. On sait que le chapitre de Sens annonça, par une lettre du 26 novembre 1316 (*Gallia Christiana*, t. XII, inst., col. 85, n° cvii eccles. Sen.), l'élection de Raoul de Melun, comme archevêque, à Jean XXII, qui ne put certainement en avoir connaissance avant le 28 (Voy. n° 63, note, et, au sujet de ce personnage, n° 120, note 1).

73 [14 septembre-28 novembre 1316.]

Eumdem regentem rogat ut, ad exemplum Philippi, genitoris sui, se nobili viro Petro de Ferrariis, bonæ memoriæ Petri Arelatensis archiepiscopi fratri, propitium et generosum exhibere velit. (Reg. 109, fol. 16, c. 66 ; — Reg. 110, p. ii, fol. 37, c. 167 et 723.)

« *Dilecto filii nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Grandis et sincera devotio, claritas fidei et obsequii promptitudo quibus bone memorie Petrus, Arelatensis archiepiscopus, et dilectus filius nobilis vir Petrus de Ferrariis [1], frater ejus, ac tota progenies nobilis eorumdem ad inclitam domum tuam indefessis studiis claruerunt, et ille specialiter intensus affectus quem

idem archiepiscopus ad personam recolende memorie Philippi, regis incliti, genitoris tui, et ad ipsius conservationem honoris tempore oportuno, per efficacem operis effectum ostendit illaque benivolentia regia qua predictus genitor tuus in promotione ipsius archiepiscopi procuranda se in casu gratum exhibuit, nos inducunt et excitant ut predictum nobilem, qui etiam obsequiosus tibi in Leomannia specialiter extitit et qui nobis, suis et suorum amplis exigentibus meritis, precarus existit, tue benivolentie fiducialiter comendemus. Tuam itaque magnitudinem rogamus ex corde quatinus, gratanter attento quod gratitudo debetur obsequiis et obligationis naturalis instinctu rependium, ut obsequentis fides crescat ex premio, et alii ad obsequendum devotius animentur exemplo, tam ad premissa ipsius archiepiscopi merita et imitandum ad personam illius prefati tui genitoris affectum, quam ad nobilis predicti servitia non sine laboribus et sumptibus non paucis impensa, gratum, ut condecet, habens intuitum, nec non ad hujusmodi nostra rogamina prodeuntia ex affectu respectum, sic eidem pro nostra et apostolice Sedis reverentia ac predictorum obtentu, te velis exhibere pro loco et tempore in suo favore munificum et in cunctis oportunitatibus gratiosum, quod te in hiis paterno prosequente vestigio, idem nobilis fructum speratum de nostra intercessione reportans, recepisse se gaudeat ex impensione fidelis obsequii per ipsum, ut prefertur et suos tamdiu continuata proventum, nosque qui hoc ipsum indubie gratum multum et acceptum habebimus, devotionis tue promptitudinem condignis gratiarum actionibus prosequamur[2]. »

[1] Reg. 109 *Ferreriis*.
[2] Cette lettre se date comme la précédente (n° 72, note 2).

74 [14 septembre-28 novembre 1316.]

Eumdem regentem ad pacem cum Flandrensibus, passagii transmarini intuitu, perficiendam et ad clementiam eisdem exhibendam hortatur. (Reg. 110, p. i, fol. 23, c. 81 ; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1316, § xvii, extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti.* Singularis, fili, ad personam tuam et christinissimum regnum Francie, a quo originem traximus, nos urget affectio, singularis afficit caritas, ut tibi ea que tue saluti congruere, et tibi ac ipsi regno expedientia fore videremus, paternis affectibus suggeramus. Et quidem, fili, non te latet, cum fere sit orbi notorium, qualiter guerra illa Flandrie, procurante pacis emulo, satore zizanie, suscitata, dictum regnum tempore jam longo turbaverit, que animarum pericula, quas strages corporum, quanta induxerit dispendia facultatum, ut jam idem regnum in se ipso videatur expertum, quod inimico familiari nulla pestis est efficatior ad nocendum, et quod gravius manus sibi nocuere domestice quam imperantium hactenus et aliorum ipsum persequentium dextere inimice. Nec ignoras qualiter gallicane potentie gladius in Christi blasphemos ad ipsius exaltationem fidei, et dilatationem christiani cultus limatus antea et acutus, propter commotionem et perturbationem hujusmodi habuit, pro(h) dolor, in effusionem christiani sanguinis acui et limari, sic quod prefatus genitor tuus, qui, pie devotionis inflamatus affectu, ad ultamarinum an(h)elabat passagium personaliter prosequendum, circa prosecutionem guerre predicte distractus, intendere, dum vivebat, predicto nequivit passagio, nec tu etiam qui ad passagium ipsum affici diceris, vivifice crucis signaculo propterea jamdudum assumpto, quamdiu duraret ipsius guerre dissidium, comode posses te ad illud accingere veluti qui haberes et habes regni deffensioni vacare predicti, propter quod, cum sicut gaudenter audivimus, jam sit inter te et prefatum Flandrie populum concorditer habitus de pace tractatus[1], nondum tamen votiva soliditate firmatus, paternaque solicitudine vereamur ne, invidens hostis paci[s] astutia illum impediat, differat aut perturbet, magnitudinem tuam monendam, rogandam duximus et hortandam in Domino Jhesu Christo, sano tibi nichilominus consilio suadentes quatinus, premissis omnibus considerantor attentis, animum tuum ad pacem habilitans, ad exemplum illius cujus est proprium misereri semper et parcere, et cujus miserationes super omnia ejus opera describuntur, pie convertas ad mansuetudinem quod disposuisse posses secundum demerita Flandrensium ipsorum ad iram, ipsosque Flandrenses ad sinum tue gratie, et ad plenam reconsiliationem clementer

admittas. Cum enim omnia in pace concrescant, nequaquam ambigimus quin, si inter te et illos in caritatis virtute pax fiat, nedum habundantia sequatur in turribus regni, scilicet predicti, set et minores habundantie ipsius participes quietis non relinquantur expertes per quod operibus pietatis licebit vacare uberius, et tibi cujus suffragium expectat singulariter Terra Sancta, via patebit, Deo favente, paratior ad assumendum incumbens tibi onus dicti passagii, ad cujus promotionem celerem intensum profecto desiderium nos stimulat, et dilatio multipliciter nos contristat. »

[1] 1er septembre 1316 (Arch. nat., J. 561A, n° 24, fol. 9; — J. 562B, n° 31; — J. 563A, n° 364; — Leibnitz, *Codex juris gentium diplomaticus*, part. I, p. 87, n° xliv; — Dumont, *Corps universel diplomatique*, t. I, part. II, p. 33; — de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 281, n° 310; — Voy. aussi A. Wauters, *Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique*, t. VIII, p. 634.) On trouvera à ce sujet, et, en général pour toutes les affaires du règne de Philippe V auxquelles Jean XXII fut mêlé, de nombreuses indications de documents dans l'ouvrage de M. P. Lehugeur que nous avons déjà cité (n° 72, note 1).

[2] Nous faisons, au sujet de la date de cette lettre et des deux suivantes, la même remarque que plus haut (n° 79); on voit d'ailleurs, par la dernière (n° 76), que le régent ne se trouvait plus à Lyon.

75 [14 septembre-28 novembre 1316.]

Robertum, comitem, et communitates Flandriæ, ejusdem passagii et Philippi, quondam regis Franciæ clementiæ intuitu, ad præfatam pacem cum dicto regenti perficiendam similiter hortatur. (Reg. 110, p. 1, fol. 23 v°, c. 82.)

« *Nobili viro Roberto, comiti et communitatibus villarum et locorum comitatus Flandrie, superba non sapere et humilibus consentire.* Dilecta pax in tabernaculis Domini multa diligentibus nomen ejus, impiis vero nulla est, quia dum per celestis preconis ministerium hominibus bone voluntatis in terra promittitur, iniquis tollitur, et malignantibus denegatur. Sane jam est longe lateque notorium qualiter seditiosa vestra commotio contra clare memorie Philippum, regem Francie exorta, gravia produxit, nedum christianissimo regno Francie, ymmo quasi toti mundo dispendia multa, seminavit angustias messuitque dolores ex quibus animarum pericula, corporum strages, facultatum lapsus et impedimentum subsidii Terre Sancte ad quod rex ipse piis ane[h]labat affectibus, pro[h] dolor, provenerunt. Et licet dictus rex, dum in rebus agebat humanis, misereri potius eligens quam ulcisci, ex innata sibi clementia, vestris misericorditer indulsisset excessibus, et ad suo reconsiliationis gratiam per tractatam utrinque concordiam, ac per Sedem apostolicam ad utriusque partis instantiam solen[n]iter confirmatam, vos liberaliter admisisset, quam et per juramenta super hoc prestita vos efficaciter servaturos promisisse dicimini, et non observantas (*sic*) latas ad vestram instantiam apostolica auctoritate sententias excom[m]unicationis in personas et interdicti in terras incurrere voluisse, nichilominus tamen ingrati de gratia, dampnabiliter, sicut fertur, red[d]iistis ad vomitum, et pacem ipsam temerariis ausibus infregistis, spretis sententiis et juramentorum transgressionibus non attentis. Novissime vero, post multos turbines vespertinosque merores, ex lustratione rutilantis aurore de superis factum fuit, sicut gaudenter audivimus, quod inter recolende memorie Ludovicum, Francie et Navarre regem et vos, de pace invicem ineunda et firmanda, fuit ceptus certo modo tractatus, cujus felicem exitum mors regia superveniens impedivit, quem tamen cum dilecto filio nobili viro Philippo, dicti regis germano, regna predicta regente, letanter audivimus vos prosequi diligenter[1]. Porro ad hoc antiquus hostis innititur, ad hoc frequentissime suas tendit insidias, ad hoc se periculose interdum in lucis angelum transfigurat, ut perturbet pacis consilia, zizaniorum spargat semina, et sparsa foveat et conservet; propter quod nos, regis pacifici cujus in pace factus est locus, licet immeriti, sua permissione vicarii, cunctis christicolarum regnis, ac fidei christiane cultoribus, et precipue ipsi regno ad quod originis ratio nos specialiter afficit, ac dicto regenti in quo Romana mater Ecclesia singularis devotionis promptitudinem, et nos affectum reverentie filialis evidenter reperisse cognoscimus, et ad cujus, post Deum, singulare suffragium Terra Sancta, expectationis anxie tedio fatigata, suspirat, pacis bonum et quietis dulcedinem plenis desideriis cupientes exquirere, et dicti hostis humani generis,

litium amatoris, iniquis in hac parte conatibus, ne per distractionem regentis ipsius ad bella civilia, dicte Terre Sancte subsidium nostris non mediocriter affectibus inherens, impediat, volentes totis viribus omnique cautele studio obviare, nobilitatem et universitates vestras monemus, rogamus et hortamur in Domino, sano vobis consilio suadentes quatinus, premissis omnibus discrete pensatis, rectificantes in conspectu Domini vias vestras, tractatum predictum sic prudenter, sicque diligenter prosequi, taliaque regenti offerre predicta (*sic*) curetis, quod ipse vobiscum clementer agere ac vos admittere ad sue benivolentie gremium inclinetur, et demum ipso tractatu, effectu prosequente, completo, pax vobis sicut honorificata mater occurrens, nomen vestrum de impiorum consortio deleat, et in justorum consilio et congregatione diligentium Dominum dignis laudibus vos attollat. Nosque qui hoc ipsum gratum habebimus admodum et acceptum, pro hujusmodi nostre exhortationis exauditione devota, vos apostolici favoris gratia prosequi in vestris oportunitatibus inducamur. Alioquin si hujusmodi nostra salubria monita, quod absit, presumpseritis obaudire, scire vos volumus quod ad relevationem et recuperationem cause Dei que circa subsidium Terre Sancte propter vestre commotionis amare dissidium ex qua Gallicorum laudanda devotio, crucis ad id signaculo insignita, subventionis onus assumere impeditur, grave nimis perpessa est et patitur sine intermissione dispendium, cum divine potentie brachio quod novit cornua superborum conterere suisque ministris ipsa conterere satagentibus non deesse, oportunis remediis et operosis ac efficacibus studiis intendemus, super contemptu sententiarum apostolice Sedis atque processuum et super eo quod, in contemptum clavium in terris ecclesiastico interdicto suppositis, fecistis et facitis quantum in vobis est prophanari divina, contra vos et penas alias processuri[2]. »

[1] Voyez ci-dessus, n° 74, note 1.
[2] Cette lettre se date comme la précédente (n° 74).

76 [14 septembre-28 novembre 1316.]

Eisdem de eodem alteram scribit litteram praecedentem corrigentem (Reg. 110, p. i, fol. 24, c. 83.)

« *Nobili viro Roberto comiti et comunitatibus civitatum et villarum comitatus Flandrie, spiritum cogitandi que recta sunt et agendi, superbaque non sapere sed humilibus consentire.* Cum simus cunctis Christi fidelibus, disponente Domino, cujus, licet immeriti, vices in terris gerimus, in speculum prepositi et exemplum, inter cunctas cure nostre solicitudines incumbentes, illa debet esse precipua intra precordia cordis nostri ut ad Terre Sancte, quam Christus proprio dedicavit sanguine, ab infidelibus, proth dolor, occupate ac prophanate, recuperationem totis aspiremus affectibus et viribus intendamus Ex abysso nempe et inprescrutabilis divini judicii altitudine retrolapsis temporibus super sortem justorum virga pertransiit peccatorum, et in diversis jam regionibus infideles fidelibus prevalentes, occupatis et demolitis castris, civitatibus, viris et mulieribus captivatis, loca divina quondam cultui mancipata nunc gentes obtinent que nomen Domini non noverunt, inter que dicte Terre Sancte captivitatem et miseriam quam soldani Babilonie oppressit rabies, amplius deploramus. Verum licet a caris suis sola sedens civitas sancta olim plena populo, facta quasi vidua, tunc domina gentium, princeps provinciarum, destituta subsidio et humano carere auxilio crederetur, ille tamen qui eam suo sanguine consecravit multisque prevenit honoribus, et ex insperato sepius priscis visitavit temporibus, ac crebris temperavit miraculis, cujus manus nequaquam abreviata existit, in consilio (*sic*) Vienne novissime celebrato, clarissime memorie Philippum, Francie et Ludovicum ejus filium, Navarre reges, carissimosque filios nostros Karolum, Valesii, et Ludovicum, Ebroicensem, dicti Philippi fratres, nec non et Philippum, Pictavie et Karolum, Marchie, ejusdem filios, comites, ad dicte Terre Sancte recuperationem adeo pie devotionis affectibus divina gratia animavit quod, propter Christum abnegantes semetipsos, terrena regna, mundanos honores, uxores, liberos et secularia desideria contempnentes, ad crucis assumptionem et passagii infra septennium per eos faciendi prosecutionem, se in dicto consilio obligarunt, dictamque crucem, una cum carissimo filio nostro Eduardo, rege Anglorum illustri, et innumera baronum, procerum, nobilium ac populi multitudine, postmodum Parisius, de manu

dilecti filii nostri Nicholai, tituli sancti Eusebii presbyteri cardinalis, [per] bone memorie Clementem V predecessorum nostrum ad hoc specialiter destinati, in Francia solenniter receperunt. Porro cum se ad dicti passagii prosecutionem parare disponerent, humani generis inimicus, pacis emulus, rancorum, odiorum et discordiarum seminator in cordibus impiorum a quibus pacis bonum quod bona continet universa tollitur, et in tabernaculis Domini et justorum nomen Domini diligentium boneque voluntatis sauciatur, vos ad seditiosas guerrarum commotiones contra dictum regem Philippum maligno conatu perduxit. Ex quibus, sicut longe lateque notorium est, nedum christianissimo regno Francie *sicut in nona linea notule continetur, postmodum addatur in dicta nota ibi*[1] quatinus crucem assumatis predictam, vosque ad dictum passagium obligetis atque premissis omnibus discrete pensatis et *ut in nota*[2]. *Item in fine note addatur* quibuscunque occasionibus, dilationibus et contradictionibus vestris solitis ac appellationibus frustratoriis non admissis, eidem regenti quem tam per litteras nostras[3], quam vive vocis oraculo in nostra presentia constitutum[4] ad dicti passagii prosecutionem, et humiliationis, reconsiliationis ac pacificationis vestre acceptationem, dum tamen pax ipsa non tantum verbis et fictis applausibus ostendatur, sed in cordibus vestris operum exhibitione radicata monstretur, talisque ac tanta sit quod liceat, deceat et expediat magnificentie sue ac corone regis acceptare eandem, paternis crebrisque ac salutaribus monitis induximus, et quem ad predicta et alia catholice fidei exaltationem, sacrosancte Romane Ecclesie nostrumque honorem ac beneplacitum contingentia promptum comparamus, apostolici favoris et potentie gratiam tanquam devoto nostro filio et Ecclesie pugili contra vos, perturbatores dicte pacis et passagii, tribuemus. *Item corrigatur in dicta nota satis prope principium illud*[5] vos efficaciter servaturos promisisse dicimini *et asseratur eo promisisse*. »

[1] Voyez le numéro précédent. On trouve, dans les registres du Vatican, outre les lettres adressées le même jour à un même personnage sur des sujets différents, plusieurs exemples d'une même lettre sous deux formes et que nous pensons devoir attribuer à la même date (nos 79 et 80, 196 et 197, 198 et 199, 249 et 250, 312 et 313, 453 et 454, 471 et 472, 491 et 492, 517-519 et 520-522, 526 et 528, 538 et 544, 539 et 545, 540-543 et 546-549, 576 et 577, 618 et 619, 622 et 623, 640 et 641, 713 et 717, 714 et 715, 741 et 742, 746 et 747, 800 et 801, 984 et 985). Les paroles mêmes du pape (Voyez nos 441, 442, 550, 579, 881) et certaines mentions relevées dans les registres (Voyez nos 527 et 528, note) nous en donnent, pour certains cas, la raison.

[2] No 75.

[3] No 73.

[4] Au sujet du séjour du régent à Lyon, voyez no 1, note.

[5] Voyez no 75.

77 [Ap. 14 septembre-28 novembre 1316.]

Philippo, Franciæ et Navarræ regna regenti, Clementiam reginam iterum commendat. (Reg. 110, p. I, fol. 71 v°, c. 247.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti*. Licet, fili, supponamus indubie te ad carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francie illustrem, affectum sic habere sincerum, ut necesse non sit apud tuam magnitudinem pro illa precibus diffusis instare, ex benivolentia tamen qua eam secundum Deum in quadam specialitate prosequimur, juxta quod alias tibi [scripsisse] meminimus et eam nedum ut fratri sororem, set ut filio matrem verbotenus tibi commendasse[1], ex superhabundanti providimus presentibus iterum commendandam, devotionem tuam rogante[s] attente et hortantes in Domino quatinus, pia meditat[i]one pensato quod eidem in viduitate manenti, judicis viduarum intuitu et nichilominus sororie affinitatis obtentu, debes benignus consolator existere et in necessitatibus promptus adjutor adesse, domus sue curam tuis non subducas affectibus, sed illi oportuna ordinatione disponens, ea que inter te et ipsum amabiliter conve[n]ta sunt et firmata, circa quorum observantiam tui forsan officiales preter tuam conscientiam desidiose se gerunt, mandes et facias cum diligentia observari, ut proinde a Deo consequaris premium quod pro piis actibus recompensat, et preter laudis humane preconium, nostram et apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Dat., etc.[2]. »

[1] No 60.

[2] Cf. Cette lettre est postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, mais qui est elle-même dépourvue

de date; elle ne peut être antérieure au 28 novembre 1316, puisque Philippe V y est désigné comme régent (voyez n° 81, note).

78 Avignon, 28 novembre [1316].

Carolo, comiti Valesii, prædictam reginam commendat. (Reg. 109, fol. 8 v°, c. 42.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Valesii.* Meminimus, fili, sepe tam verbo quam litteris[1] carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francorum illustrem, ex repentine viduitatis incommodis desolatam, tue magnitudini efficaciter commendasse, ut videlicet ei perseveranter adesset tue protectionis et directionis auxilium quod, ubi derelicta videbatur ab omnibus, ei tam utiliter, tamque laudabiliter impendisti. Sed et nunc, dilectissime fili, cum additum est supra suorum dolorem vulnerum, cum attrita est duplicis contritionis incomodis, cum ab ea per subtractione novi partus avulsa sunt viscera, cum omnino periit spes in qua se posse respirare sperabat, cum amisit imbecillitatis sue baculum et lumen etiam oculorum, nobilitatem tuam rogare pro ipsa eo nimirum affectuosius cogimur quo magis tuum presidium et favorem sibi fore necessarium contemplamur — Dat. Avinione, xxviii° die[2] novembris[3]. »

[1] Voyez n° 58.

[2] Ce mode de dater est anormal, mais nous en trouvons d'autres exemples dans les registres 109 et 110 (Voy. nos 81, 351, 352, 358, 360, 485, 1137). Quant à la date : *Avinione, idus julii*, que nous relevons dans un original différent du registre (Voy. n° 302, note 2), elle est due à une omission évidente.

[3] Cf. La reine Clémence, on le voit, venait de perdre son fils au moment où cette lettre a été écrite; elle ne peut donc être que de 1316 (Voy. n° 81).

79 [Avignon, 2 octobre-28 novembre 1316.]

Ludovicum, dominum Borbonii, de morte Johannis, fratris sui, consolatur nonnullaque transmarinum passagium tangentia ei significat. (Reg. 109, fol. 7, c. 36; — Reg. 110, p. i, fol. 125, c. 454.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, domino Borbonii, primogenito dilecti filii nobilis viri comitis Claromontis.* Licet, fili, humanum sit affici circa caros, et proinde, secundum motum conditionis humane, digni tibi causa doloris evenerit in vocatione quondam Johannis de Claromonte[1], fratris tui, de qua tibi procul dubio condolemus; quia tamen mortis jactura, restitutionis beneficium admittit[2], in hoc precipue debet esse tibi consolationis presto materia quod, sicut de miseratione divina et ipsius tui germani, qui ad gerendum crucifixi negotium se per vivifice crucis assumptionem accinxerat, et in ipsius etiam negotii prosecutione decessit, pia potest devotione sperari, ad hoc eum Dominus de presenti seculo nequam eripuit, ad hoc de valle miserie mundi hujus eduxit, ut post ejus inquietudinem, eum tanquam virum catholicum et apud homines preconiis devotionis eximie gloriosum, deferret in patriam et traduceret feliciter ad quietem. Ceterum super transmarino negotio nostris non leviter insidente precordiis, cooperante nobis eo cujus esse dinoscitur, intendimus agere juxta quod alias in dilecti filii nobilis viri Philippi, clare memorie regis Francie filii, regna Francie et Navarre regentis, consanguinei tui tuaque presentia meminimus expressisse. Datum, etc.[3]. »

[1] Le nom ne figure pas dans le registre 110.

[2] Reg. 110 : *non amittit*.

[3] Cf. Cette lettre est la suivante, adressée au même personnage et pour le même sujet, ont dû être écrites au même moment (Voy. ci-dessus, n° 76, note 1). Cette dernière, étant datée d'Avignon, est au plus tôt du 2 octobre 1316 (Voy. n° 1, note), et, Philippe V y étant encore désigné comme régent, elle n'est pas antérieure au 28 novembre de la même année (Voy. n° 81, note et, au sujet de son entrevue à Lyon avec Jean XXII, n° 1, note).

80 [Avignon, 2 octobre-28 novembre 1316.]

Eidem de eisdem in forma differenti. (Reg. 110, p. i, fol. 126, c. 453.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, domino Borbonii, primogenito dilecti filii nobilis viri comitis Clarimontis.* Decet, fili, te de regali stirpe progenitum maxime fortitudo ut nec eleveris in prosperis, nec concidas in adversis, sed sic animum premittas in omnia quod in omnibus divinis beneplacitis te conformes ac ipsius creatori[s] tui beneficia recognoscens, et te ad illius servitia reputans reservatum, ei

satagas servire pro viribus teque semper illius voluntati coaptas : patienter itaque ipsius dispositionem in qua Johannis, fratris tui, vocaris (*sic*) suscipias, quem eduxit Dominus de valle miserie mundi hujus tanquam virum catholicum [1]..., ut pie credimus, delaturus. Licet enim juxta modum conditionis humane, causa inde tibi doloris evenerit, de qua proculdubio tibi non condolere non possumus, in hoc tamen esse debet consolationis tibi prestita materia quod, sicut de miseratione divina et ipsius tui germani potest devotione sperari ad hoc eum [Dominus] de presenti seculo nequam eripuit ut post sui [2] inquietudinem transiret felicius ad quietem. Ceterum super transmarino negotio nostris insidente precordiis, cooperante nobis eo cujus esse dinoscitur, intendimus agere immo quod alias in dilecti filii nobilis viri Philippi, clare memorie regis Francie filii, regna Francie et Navarre regentis et tua presentia meminimus expressisse. Datum Avinione, etc. [3]. »

[1] Lacune ; il faut suppléer *ad celum* ou une expression analogue.

[2] Reg. *ereptus ut post tui*, ce qui ne se comprend pas. Voy. le numéro précédent.

[3] Pour la date, voy. le numéro précédent, note 3.

81 [Avignon, 28 novembre 1316.]

Reginam Clementiam de filii sui morte consolatur. (Reg. 109, fol. 6 v°, c. 35 ; — Bib. nat., fonds Moreau, n° 1230, fol. 32 ; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1316, § xiv.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustri.* Si finem universe — Dat. Avinione, die xviii novembris [1]. »

[1] Cf. On a vu plus haut, par une lettre du 25 novembre (n° 68) que l'état de santé du fils de la reine Clémence donnait déjà quelques inquiétudes. Nous savons, d'autre part, que le régent Philippe, son oncle, prit le titre de roi de France et de Navarre dès la fin de novembre 1316 (Arch. nat., JJ. 53, fol. 7, n° 14 ; — JJ. 54B, fol. 22, n° 28 ; fol. 23 v°, n° 30 ; fol. 26 v°, n° 36). Jean XXII n'attendit pas, de son côté, pour le reconnaître comme tel, que la cérémonie du sacre, qui eut lieu au début de janvier 1317 (Voy. n° 144, note 4), fût accomplie. Nous possédons en effet, aux Archives nationales, une lettre de ce pontife, datée du 20 décembre 1316, adressée à Philippe *regi Francie* (J. 705, n° 195, orig. scellé sur chanvre). Ces remarques, à défaut d'autres indices chronologiques, peuvent servir à préciser la date de quelques-uns des documents que nous publions : ceux dans lesquels Philippe est cité comme régent au moment où ils furent écrits ne sont pas antérieurs au 28 décembre, puisque c'est à cette date que Jean XXII, d'après la lettre donnée ci-dessus, connut le décès de Jean Ier. Enfin nous devons signaler ici, parmi les lettres qui furent adressées à Philippe régent, celle qui se trouve dans le registre 110 (p. 1, fol. 72, c. 249). Elle est incomplète et ne comprend que l'adresse avec les premiers mots du texte : « *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Francie filio, regna Francie et Navarre regenti. Misse nobis nuper tue magnitudinis littere...* » On lit en marge, d'une écriture contemporaine : « *Dimitto quia plus non erat in regestro antiquo.* » L'index n'en fait aucune mention. Au sujet de l'emploi du quantième suivant le système moderne, voy. ci-dessus, n° 78, note 2.

82 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis collectionem fructuum primi anni beneficiorum vacantium usque ad triennium in provincia Lugdunensi committit. (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 188 et 1228.)

« *Venerabilibus fratribus..., archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, plebanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Augustini et Benedicti, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis, nec non prioribus, preceptoribus seu magistris et aliis fratribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum et Calatravensis, eorumque loca tenentibus per civitatem et diocesim ac provinciam Lugdunensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. Avinione, vi idus decembris, anno primo. »

83 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et magistris Johanni Ogerii, canonico Cabilonensi ac Bernardo de sancto Mauritio, clerico Caturcensi, ut prædictus redditus et proventus petere, colligere, exigere et recipere studeant. (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 188 et 1229.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi ac Bernardo de sancto Mauritio, juris perito, clerico Caturcensi.* Si gratanter advertitur — Dat. ut supra. »

84 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 189 et 1230.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. usque per civitatem et diocesim ac provinciam Viennensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

85 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et præfatis magistris de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 189 et 1231.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi ac Bernardo de sancto Mauritio, clerico, juris perito, Caturcensis diocesis.* Si gratanter advertitur[1] — Dat. ut supra. »

[1] Reg. *adistitur!*

86 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis idem committit, (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 190 et 1232.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis et dilectis filiis etc., per civitatem et diocesim ac provinciam Bisuntinam constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

87 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et præfatis magistris de eodem. (Reg, 63, cur. fol. 381, c. 190 et 1233.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis et dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi et Bernardo de sancto Mauritio, juris perito, clerico Caturcensis diocesis.* Si gratanter advertitur — Dat. ut supra. »

88 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 381, c. 191 et 1234.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. per civitatem et diocesim ac provinciam Ebredunensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

89 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et præfatis magistris de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 381 v°, c. 291 et 1235.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi et Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito, clerico Caturcensis diocesis.* Si gratanter advertitur — Dat. ut supra. »

90 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 381 v°, c. 192 et 1236.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. per civitatem et diocesim ac provinciam Tarantasiensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

91 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et præfatis magistris de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 381 v°, c. 192 et 1237.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi et Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito, clerico Caturcensis diocesis.* Si gratanter advertitur. — Dat. ut supra. »

92 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 382, c. 201.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. per civitatem et diocesim ac provinciam Remensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut. supra. »

93 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et Johanni de Pinu, canonico ecclesiæ sancti Petri de Tornodoro, Lingonensis diocesis, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 382, c. 201.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Remensi ejusque suffraganeis et dilecto filio Johanni de Pinu, canonico ecclesie sancti Petri de Tornodoro, Lingonensis diocesis.* Si gratanter advertitur — Dat. ut. supra. »

94 Avignon, 8 décembre 1316.

Episcopo Elnensi et universis personis ecclesiasticis ejus diocesis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 383, c. 210.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Elnensi et dilectis filiis abbatibus, prioribus etc. per civitatem et diocesim Elnensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

95 Avignon, 8 décembre 1316.

Eidem et magistris Hugoni de Mirabello, canonico Ebredunensi, ac Geraldo d'Anglars, rectori ecclesiæ de Villola, Caturcensis diocesis, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 353, c. 210.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Elnensi et dilectis filiis magistris Hugoni de Mirabello, canonico Ebredunensi et Geraldo d'Anglars, rectori ecclesie de Villola, Caturcensis diocesis.* Si gratanter advertitur — Dat. ut. supra. »

96 Avignon, 8 décembre t316.

Archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 384 v°, c. 224.).

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. per civitatem et diocesim ac provinciam Arelatensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

97 Avignon, 8 décembre 1316.

Eidem et magistris Ademaro Amelii, Albiensis et Gasberto de Valle, Meldensis ecclesiarum canonicis, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 384 v°, c. 224.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Arelatensi et dilectis filiis magistris Ademaro Amelii, Albiensis et Gasberto de Valle, Meldensis ecclesiarum canonicis, thesaurariis nostris.* Si gratanter advertitur — Dat. ut supra. »

98 Avignon, 8 décembre 1316.

Archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 383 v°, c. 225.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis etc. per civitatem et diocesim ac provinciam Aquensem constitutis.* Si gratanter advertitis — Dat. ut supra. »

99 Avignon, 8 décembre 1316.

Eisdem et Hugoni de Columberiis, sacristæ ecclesiæ Aquensis, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 384 v°, c. 225.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis et dilecto filio magistro Hugoni de Columberiis, sacriste ecclesie Aquensis.* Si gratanter advertitur — Dat. ut supra. »

100 Avignon, 13 décembre 1316.

Parrochialem ecclesiam de Occevilla, Rothomagensis diocesis, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 341, c. 27 et 1037.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ut parrochiali ecclesie — Dat. Avinioni, idibus decembris, anno primo. »

101 Avignon, 13 décembre 1316.

Parrochialem ecclesiam de Douvrendo ejusdem diocesis, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 341, c. 27 et 1038.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ut parrochiali ecclesie — Dat. ut supra. »

102 Avignon, 13 décembre 1316.

Elemosinariæ ac præposituræ novæ ecclesiæ Avinionensis hospitia, palatio episcopali contigua, mensæ episcopali ejusdem ecclesiæ Avinionensis unit. (Reg. 63, cur. fol. 341, c. 28 et 1039.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad mense episcopalis — Volentes itaque ut domus seu palatium episcopale ipsius ecclesie, prout decens et congruum fore dinoscitur, amplietur, elemosinarie ac prepositure nove ipsius ecclesie Avinionensis hospitia, dicte domui seu palatio episcopali contigua, videlicet hospitium dicte elemosinarie cum hospitali, viridario, domibus et pertinentiis suis prout protenditur a prima porta dicti palatii usque ad domum Alfanti Serralherii et inde usque ad domum et viridarium Guillelmi Pontii de Toro et dictum hospitium prepositure cum viridario casali, domibus et pertinentiis suis prout protenditur a choro ecclesie sancti Stephani usque ad capud Gradarii et inde per rectam lineam descendendo usque ad portam de Tralhanto, via libera prout est, remanente, eidem mense per dilectum filium Jacobum, electum Avinionensem et successores suos episcopos Avinionenses, qui pro tempore fuerint, perpetuo habenda, tenenda et etiam possidenda auctoritate apostolica de speciali gratia in perpetuum concedimus, annettimus et unimus, eidem electo nichilominus nanciscendi, apprehendendi et retinendi auctoritate propria per se vel per alium seu alios corporalem possessionem hospitiorum, hospitalis, viridariorum ac jurium et pertinentiarum predictorum, assensu cujuslibet minime requisito, plenam potestatem et liberam tribuentes. Nulli, etc. — Dat. Avinione, idibus decembris, anno primo. »

103 Avignon, 13 décembre 1316.

Ecclesiam seu capellam beatæ Mariæ de Omnibus Sanctis sive de Argentiis, Bajocensis diocesis, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 341, c. 29 et 1040.)

« *Ad perpetuam dei memoriam.* Ut ecclesie seu — Dat. ut supra. »

104 Avignon, 13 décembre 1316.

Omnibus qui ad constructionem pontis lapidei quem homines Castri Novarum, Avinionensis diocesis, super flumen Durantiæ ædificare cœperunt, manus adjutrices porrexerint, centum dierum indulgentiam concedit. (Reg. 63, cur. fol. 343 v°, c. 34 et 1045.)

« *Universis Christi fidelibus ad quos littere iste pervenerint.* Cum dilecti filii — Dat. Avinione, idibus decembris, anno primo. »

105 Avignon, 16 décembre 1316.

Hugoni de sancto Marcello, canonico Vapincensi et Nicolao, priori ecclesiæ de Volena, diocesis Vapincensis, collectoribus, mandat ut decimam per civitatem et diocesim Vapincensem præterito tempore non solutam colligant. (Reg. 63, cur. fol. 343 v°, c. 36 et 1047.)

« *Dilectis filiis Hugoni de sancto Marcello, canonico Vapincensi et Nicolao, priori ecclesie de Volena, diocesis Vapincensis, collectoribus decime triennalis felicis recordationis Clementi pape V^to, predecessori nostro, in provincia Aquensi concesse, dudum in civitate et diocesi Vapincensi auctoritate apostolica deputatis.* Nostis cum et — Dat. Avinione, xvii kal. januarii, anno primo. »

106 5 septembre — 18 décembre 1316.

B[ernardo], episcopo Aniciensi respondet se eum, ratione cujusdam infirmitatis, a visitatione excusatum habere favoremque ei promittit. (Reg. 109, fol. 6, c. 29; — Reg. 110, p. i, fol. 93, c. 334.)

« *Venerabili fratri B., episcopo Aniciensi*. Fraternitatis tue litteras nuper nobis presentatas benigne affectu suscepimus, et intellecto per eas qualiter misericors Dominus te diebus istis, pro sue beneplaciti voluntatis, sic in juncturis affligi permisit, quod nostram in hac nostre promotionis novitate nequivisti juxta conceptum desiderium visitare presentiam, compassi fuimus patienti, tuam devotionem habuimus et habemus a visitatione hujusmodi merito excusatam. Sane frater, congaudentes tibi quod, ut scripsisti, morbi viribus decrescentibas, paulatim arridere tibi votive sanitatis inditia sentiebas, illius qui opus imperfectionis non novit, et qui sicut percutit, sic medetur, misericordiam suppliciter imploramus, ut ipsius morbi reliquiis prorsus abolitis, plene tibi dignetur concedere beneficium sospitatis; sed et illud tibi paternis affectibus suademus quod, in convalescentie ipsius initio, repentinis te non exponas laboribus, sed indulgeas oportune quieti ne membra, incaute exposita laborioso discrimini, forsitan relabantur. Ceterum continuantes ad personam tuam, eum quem ad te gerebamus dum nos minor status haberet solide dilectionis affectum, oportunitatibus tuis intendimus pro tempore benigne propspicere, dummodo sciamus quam regionem tibi reputabis habilius adjacere Dat. etc.[1]. »

[1] Cf. On voit que le pape écrit peu de temps après sa promotion. Nous savons, d'autre part, que Bernard de Castanet, évêque du Puy, fut nommé, le 17 ou le 18 décembre 1316, cardinal évêque de Porto et sainte Rufine (C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, Munster, 1898, p. 14), comme ici Jean XXII, ne lui donne pas encore ce titre; il faut conclure que sa lettre est antérieure à cette date. Ajoutons que le pontife conserva au nouveau cardinal l'administration de son ancien siège, ainsi que le prouve la lettre qu'il adressa au roi de France à ce sujet, le 20 décembre 1316 (Arch. nat., J. 705, n° 195, orig. scellé sur chanvre) Les auteurs de la *Gallia Christiana*, qui ont connu ce document, ajoutent néanmoins que Bernard mourut au mois de septembre de cette même année (t. II, col. 722). Ils ont voulu dire, sans doute, l'année du pontificat.

107 Avignon, 20 décembre 1316.

Jacobo, electo Avinionensi, ad cardinalatus honorem promoto, administrationem ejusdem ecclesiæ Avinionensis, apostolicae Sedi reservatae, committit. (Reg. 63, cur. fol. 350, c. 60 et 1071.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali*[1], *administratori ecclesie Avinionensis*. Romana mater Ecclesia — Dat. Avinione, xiii kal. januarii, anno primo. »

[1] Jacques de Vie, neveu de Jean XXII, créé cardinal le 17 ou le 18 décembre 1316, était mort le 13 juin 1317 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 14; voy. aussi n°s 112, 278, 302).

108 Avignon, 20 décembre 1316.

In e. m. præposito et capitulo ecclesiæ Avinionensis, ut prædicto Jacobo debitam præstent obedientiam. (Reg. 63, cur. fol. 350 v°, p. c. 60 et 1071.)

109 Avignon, 23 décembre 1316.

Episcopo Lemovicensi mandat ut fratrem Jordanum, priorem monasterii et ordinis Grandimontensis, fratrem Helyam ordinis professorem, qui prædicto priori subrogatus erat, necnon ejusdem electionis diffinitores et confirmatores citare faciat. (Reg. 63, cur. fol. 342, c. 31 et 1042.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Lemovicensi* Cogit nos debitum — Dat. Avinione, x kal. januarii, anno primo. »

110 Avignon, 31 décembre 1316.

Arnaldo de Via, canonico Parisiensi, eligendi per procuratorem suum præbendam in ecclesia Parisiensi facultatem concedit. (Reg. 63, cur. fol. 340, c. 24 et 1034.)

« *Dilecto filio Arnaldo de Via, canonico Parisiensi*. Clara tue devotionis — Dat. Avinione, ii kal. januarii, anno primo. »

111 1316, après le 18 décembre.

Petro, archidiacono Borbonii in ecclesia Bituricensi, nuntiat se eum ad cardinalatus dignitatem promovisse. (Reg. 109, fol. 39, c. 158; — Ciaconius, *Vitae Pontificum Romanorum*, t. II, col. 411, extrait; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1316, § xxi, extrait.)

« *Dilecto filio Petro, sancte Romane Ecclesie cardinali, archidiacono Borbonensi in ecclesia Bituricensi.* Nuper post vocationem — decernentes ex tunc te fore sancte Romane Ecclesie cardinalem, assignaturi tibi, cum ad Sedem apostolicam veneris, certum titulum juxta morem — Dat. Avinione[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme la suivante.

112 1316, après le 18 décembre.

Philippo, regi Franciae, de Jacobi, electi Avinionensis et Petri, archidiaconi Borbonii, ad cardinalatus dignitatem promotione et de pileo eisdem mittendo nonnulla notificat. (Reg. 109, fol. 39, c. 159; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1316, § xix.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri.* Meminimus, fili, nec a memoria tua, ut credimus, excidit cum quanta importunitatis instantia nos pridem Lugdunum[1] curasti requirere, quod dilectos filios nostros Jacobum, tunc Avinionensem electum et Petrum, archidiaconum Borbonii in ecclesia Biturricensi, nunc sancte Romane ecclesie cardinales, vellemus tunc ad cardinalatus apicem promovere. Nos autem quantumcumque complacendi tibi, prout secundum Deum liceat, gereremus animum et geramus, in certis tamen et rationabilibus causis hujus tue tunc temporis instantie decenter satisfacere nequeuntes, eam implere distulimus suo tempore ad exauditionis gratiam admittendam. Sic igitur adveniente nuper jejuniorum observantia solita, Jacobum et Petrum predictos una cum certis aliis, ad cohoperandum nobis in incumbentis executione regiminis, veluti viros ad id, ut speramus, ydoneos et sufficientes eleginus, eosque prout jam tibi significasse recolimus, ad cardinalatus honorem duximus promovendos. Et ecce super hoc speciales litteras dicto Petro per latorem presentium mittimus ac eum ad vacandum nobiscum divinis obsequiis et Ecclesie Romane servitiis evocamus. Nec mireris si ei non mittimus pilleum, quia nec predecessores nostri Romani pontifices cardinalibus, quos in absentia creaverunt, consueverunt extra curiam hujusmodi pilleos mittere, utpote Ecclesie Romane more laudabili id fieri citra causis rationabilis exigentiam non sinente. Si enim cardinales olim creatos tempore confessoris egregii beatissimi Ludovici, progenitoris tui, inter quos fuit unus postmodum assumptus ad apostolatus officium, videlicet pie memorie Clemens quartus, perducamus in medium, si eos etiam quos felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, ad statum sublimavit hujusmodi, reducamus ad mentem, nulli unquam preterquam duobus dumtaxat, videlicet venerabili fratri episcopo Albanensi et dilecto filio nostris G., tituli sancti Ciriaci presbytero cardinali, nuntiis tunc apostolice Sedis in partibus Anglicanis, reperimus extra curiam ipsam pilleum fuisse transmissum. Nec ad consequentiam trahi debet quod in illis ex causa rationabili factum fuit, nisi forte par causa simile fieri suaderet. Idem namque predecessor noster providit illis tunc pilleos mittere ut, gerentes cardinalis insignia, injunctum sibi mi[ni]sterium tam in Anglia quam idem episcopus in Francia par quam habebat transitum facere, inibi nonnulla gesturus, possent favorabilius expedire et etiam quia indecens videbatur ut dilectus filius noster Arnaldus, tituli sancte Prisce presbyter cardinalis, dicti consors episcopi, eidem episcopo cardinalatus insignia non habenti quomodolibet preferretur. Si igitur in missione pillei morem non transgredimur solitum, cum nec ut predicitur causa subsistit nec utilitas aut necessitas id exposcat, regia non debet sublimitas admirari. Dat.[2]. »

[1] Voyez n° 1, note.

[2] Jacques de Vie, neveu de Jean XXII, déjà mentionné (n° 107) et Pierre d'Arrablay, archidiacre de Bourbonnais dans l'église de Bourges, furent créés cardinaux dans la première promotion que fit le pape le 17 ou le 18 décembre 1316 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 14). Le P. Anselme se trompe donc, lorsqu'il déclare que Pierre d'Arrablay reçut ce titre le mercredi après la saint Vincent (26 janvier 1317); il n'y eut aucune promotion à ce moment (*Histoire généalogique de la maison de France*, t. VI, 1730, p. 306). La lettre de Jean XXII est, sinon du jour même de la création, au moins bien peu postérieure à cette date.

113 Avignon, 3 janvier 1317.

Cum Raynaldus Lotheringi, de Florentia, socius et procurator societatis Bardorum, cameræ apostolicæ mille centum et decem florenos auri de Florentia, quos pridem Bencivenna « Bonsostegni », mercator et socius ejusdem societatis in depositum seu commendam a Guillelmo Galterii, canonico ecclesiæ sancti Hilarii Pictavensis et Guillelmo de Granholio, clerico, receperat, restituisset, eosdem Raynaldum et socios ad præfatæ summæ restitutionem non teneri declarat. (Reg. 110, p. II, fol. 71 v°, c. 330 et 974.)

« *Dilectis filiis universis et singulis sociis de societate Bardorum de Florentia.* Exposuit nobis dilectus — Dat. Avinione, kalendis januarii, anno primo. »

114 [12 janvier 1317.]

Philippo, regi Franciæ, qui, salute restituta, se ad suscipiendum regni dyadema civitatem Remensem adire scripserat, gratias agit; operam ad G[uillelmi], electi Senonensis, negotium expediendium se daturum regiosque nuntios gratanter accepturum eidem regi promittit et eum ad dotem reginae Clementiae assignandam hortatur. (Reg. 109, fol. 220, c. 800; — Reg. 110, p. II, fol. 15, c. 86.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.* Binas celsitudinis regie litteras per dilectum filium magistrum Petrum Fabri, capellanum nostrum, canonicum Belvacensem, ex parte tua nobis heri, scilicet die martis post Epiphaniam Domini, presentatas affectione consueta recepimus et earum perlecto tenore illud inter cetera nostris gratum nimis et placidum occurrit obtutibus illudque non leviter letificavit nostra precordia quod te, filium utique predilectum, in cujus incolumitate singulariter dilectamur, a discrasia reumatis qua fueras ex algoris intemperie diebus gravatus aliquibus, plene, Deo auctore, convalescentie reditum, ad suscipiendum regni Francie dyadema civitatem Remensem adire scripsisti. Illius itaque per quem reges regnant et qui eis salutem tribuit, misericordiam suppliciter imploramus, ut qui, cepit ipse, te in votivo sospitate conservans, benigne perficiat, teque gratia sua preveniens, mundi cursum tibi pacifice dirigat et tandem exitum felici concludat. Ceterum ad expeditionem celerem dilecti filii G., Senonensis electi[1], postquam ad nostram presentiam venerit, libenter, tuis presertim inducti rogatibus, intendemus, ipsum et nuntios quos te scripsisti missurum[2] contemplatione mittentis vultu suscepturi placido, eosque, quanto commodius negotiorum patietur qualitas, expeditos celeriter remissuri. Denique de assignatione dotalitii absque dilationis tedio facienda carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie illustri, de qua tibi totiens scripsimus[3] et quam te facturum eidem liberaliter verbo nobis et litteris promisisti, magnitudinem tuam sicut iterum sic et affectuosius requirendam duximus et rogandam, adeo utique compatienter ipsius regine onera gerimus ut eorum oblivisci minime valeamus. Dat., etc.[4]. »

[1] Voyez, au sujet de cet évêque, n°s 72, note 2; 120.

[2] S'agirait-il déjà de l'ambassade solennelle qui ne vint qu'à la fin de l'année? Il est difficile de l'affirmer (Voy. n° 330, note 2).

[3] Voyez n°s 60; 71; 233, note.

[4] Cf. Le couronnement de Philippe V devait avoir lieu le jour de l'Epiphanie (6 janvier) 1317, suivant une lettre d'Agnès, duchesse de Bourgogne, au comte de Flandre; on voit, par les paroles du pape, que cette cérémonie avait pu être retardée, ce qui expliquerait la différence des dates que les chroniques attribuent à cette cérémonie; les unes la fixant au 6, les autres au 9 janvier (G. Servois, *Documents inédits sur l'avènement de Philippe le Long*, dans l'*Annuaire-Bulletin de la Société de l'Histoire de France*, 1864, II° partie, p. 55, note, et 69). La chronique parisienne anonyme, publiée par M. A. Hellot dans les *Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris* (t. XI, p. 26, § 5), donne la date du 9; la *Chronographia regnum Francorum*, publiée par M. H. Moranvillé, dans la *Société de l'Histoire de France* (t. I, 1891, p. 234), ne fixe aucun jour. Le mardi après l'Épiphanie, en 1317, tombant le 11 janvier, la lettre de Jean XXII serait du 12, mais dans la lettre suivante (n° 115), qui est à peu près entièrement semblable, on lit mercredi au lieu de mardi, et rien ne permet de distinguer la date véritable.

115 [13 janvier 1317.]

Eidem de eodem in forma ampliori. (Reg. 109, fol. 39 v°, c. 160.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.* Binas celsitudinis regie litteras per dilectum filium magistrum Petrum Fabri, capellanum nostrum,

canonicum Belvacensem, ex parte tua nobis heri, scilicet die Mercurii post Epiphaniam Domini, presentatas, affectione consueta recepimus[1] — oblivisci minime valeamus. Et tu fili, si grata meditatione recensere volueris quod in regno Francie, non patri, non fratri vel filio tuis, sed ejusdem regine nato immediate succedis, profecto ut indubie credimus majori compassione moveberis ad reginam eandem eamque humanius ex ratione tractabis. Datum[2]. »

[1] Le passage ici supprimé correspond au passage analogue de la lettre précédente.
[2] Cf. Pour la date, voyez n° 114, note 4.

116 Avignon, 23 janvier [1317].

Eumdem regem hortatur ut divina officia reverenter audiat, epitogio longo induatur et diei dominicæ sanctificationem observari faciat. (Reg. 109, fol. 163 v°, c. 469; — Reg. 110, p. 1, fol. 44, c. 142; — Bib. nat., fonds Moreau, n° 1232, fol. 358; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § III, extrait.)

« *Carissimo in Christo Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quanto sincerius personam — Sed et quia post susceptum unctionis regie sacramentum, agere te decet, evacuatis gestibus pristinis, ea que digna sint principe, pulcrum credemus et congruum si ad excellentie regalis ornatum epitogium longum seu etiam ex nunc indueres, ut te tuis in hoc progenitoribus laudabiliter conformares. Illud sane quod inolevisse in illis partibus dicitur, ut videlicet passim in quandam divinam irreverentiam exerceantur judicia die dominico et radendis et tondendis barbis atque capitibus intendatur, te dissimulare non decet cum dies illa divino cultui specialiter dedicata, talibus prophanari non debeat, quam censura civilis alienam esse debere a cognitionibus precipit et litigantes a controversiis in illa respirare decernit. Nec ignoras quod inter precepta decalogi sanctificatio sabbati ponitur, ad quorum observantiam fidelis quilibet de necessitate tenetur; hec igitur sic reformari mandes et facias quod uberius inde tibi gratiam tui creatoris acquiras. Dat. Avinione, xv kal. februarii. »

[1] Cf. Cette lettre a été écrite, on le voit, peu de temps après le sacre de Philippe V, qui eut lieu au début de janvier 1317 (Voy. n° 114, note 4).

117 Avignon, 25 janvier 1317.

Philippo, regi Franciæ, respondet se Ludovicum de Bellomonte, thesaurarium Saresbiriensem, Eduardi regis Angliæ, consanguineum, ut ipsis duobus fidelem et gratum, ecclesiæ Dunelmensi, apostolicæ Sedi reservatæ, in episcopum die Mercurii ante conversionem sancti Pauli præfecisse. (Reg. 109, fol. 40, c. 164; — Reg. 110, p. I, fol. 144, c. 502.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.* Benigno affectu nuper — Datum ut supra [Avinione, VIII kal. februarii[1]]. »

[1] Cf. Les mots : *ut supra* désignent bien ici le 8 des kalendes de février; en effet, la lettre qui précède celle que nous publions, dans le registre 109 aussi bien que dans le registre 110, porte cette date et est adressée au roi d'Angleterre sur le même sujet. Le 19 janvier 1317, Edouard II avait fait des démarches auprès du pape, pour faire nommer Louis de Beaumont au siège vacant de Durham (Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, 1re partie, p. 112). Le 9 du mois suivant, Jean XXII lui envoyait la bulle de provision de ce dernier (Rymer, *loc. cit.* Voy. aussi C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 239, et ce que nous disons ci-après n° 170, note 2). La lettre analysée ci-dessus est donc comprise entre ces deux dates. En 1317, le mercredi avant la conversion de saint Paul tombait le 19 janvier.

118 Avignon, 25 janvier [1317].

Praefato Ludovico nuntiat se eum ad Æduardi Angliæ, Philippi Franciæ regum, Elisabeth Angliæ et Clementiæ Franciæ reginarum supplicationem, dictæ Dunelmensi ecclesiæ in episcopum præfecisse. (Reg. 109, fol. 41, c. 169.)

« *Dilecto filio Ludovico, electo Dunelmensi.* Nuper Dunelmensi ecclesie — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 117. La date de la nomination, dans la lettre que nous publions ici, est : *die Mercurii post conversionem sancti Pauli apostoli.* C'est une erreur évidente, et il faut remplacer *post* par *ante*, comme dans le document précédent, puisque le mercredi après la conversion de saint Paul tombe, en 1317, le 26 janvier, et que les lettres du pape sont du 25.

119 Avignon, 28 janvier 1317.

Ecclesiam de Orgone, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali Avinionensi unit. (Reg. 63, cur. fol. 350 v°, c. 61 et 1072.)

« *Ad futuram rei memoriam*. Quanto Avinionensis ecclesia — Dat. Avinione, v kal. februarii, anno primo. »

120 [9 décembre 1316 — 7 février 1317.]

Philippo, regi Franciæ, respondet quod G[uillelmi], Senonensis electi, confirmatio et consecratio extra curiam committi non possunt. (Reg. 110, p. i, fol. 67, c. 228.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Nuper, fili carissime, litteras tuas nobis super committenda confirmatione et consecratione dilecti fili G., Senonensis electi, ac traditione pallei, nec non collatione beneficiorum que idem electus obtinet personis per te nominandis ydoneis facienda directas, affectione consueta recepimus; ante tamen receptionem illarum de ipsius electi negotio, juxta quod nostre decentie et apostolice Sedis observantie solite convenire ac ipsius electi honori expedire censuimus, ordinaveramus de concordi fratrum nostrorum consilio et assensu. Cum enim confirmationem et consecrationem hujusmodi non consueverit extra Romanam curiam Sedes predicta committere, ubi presertim electi sunt curie prefate propinqui, nos ad hoc insolitum decenter procedere nequeuntes, nichilominus ut idem electus suum habilius preparare posset adventum ad curiam, terminum arreptionis itineris ultra tempus sibi super hoc a jure concessum duximus et usque ad unum mensem per jam missas sibi apostolicas litteras[1] de gratia prorogandum. Veniat igitur, quia ut firmiter credimus, honorabilis ei accedere poterit et fructuosus adventus, in illo namque speramus qui in ipsius electi persona plurium dona fertur congessisse virtutum quod famam non imminuet sed augebit ejus grata presentia, multorum sublimium amicitiam sibi benivolam comparabit. Dat. etc.[2]. »

[1] On a vu plus haut (n° 72, note 2) que le chapitre de Sens annonça à Jean XXII, par une lettre du 26 novembre 1316, l'élection de Guillaume de Melun comme archevêque de Sens. La prorogation dont parle ici le pape fut donnée le 9 décembre suivant (Arch. vat., *Reg.* 64, com. fol. 24, c. 1059; cf. C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 471, note 4; voy. aussi ci-dessus, n° 114).

[2] Cf. D'après la note précédente, cette lettre est postérieure au 9 décembre 1316. Elle est, d'autre part, antérieure au 8 février 1317, puisqu'à ce moment Jean XXII avait confirmé l'élection de l'archevêque de Sens, ainsi qu'il l'annonça lui-même à Philippe V (Arch. nat., J. 705, n° 197, orig. scellé sur chanvre).

121 [9 décembre 1316 — 7 février 1317.]

Præfato regi de eisdem simili modo scribens, respondet ei quod nuntios in Franciam mittere quoad præsens non intendit. (Reg. 110, p. ii, fol. 16, c. 94 et 650.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri*. Nuper, fili carissime, litteras tuas nobis super committenda examinatione et consecratione dilecti filii G., Senonensis electi, ac pallei traditione directas, affectione consueta recepimus[1] — cum enim examinationem electionum celebratarum presertim in metropolitanis ecclesiis non consueverit extra Romanam curiam Sedes predicta committere, ubi precipue tales electi sunt curie prefate propinqui, nos ad hoc insolitum decenter procedere nequeuntes — benivolam comparabit. Super eo vero quod novissime requisisti, ut videlicet cardinalem legatum in Franciam mittere differamus usque ad nuntiorum tuorum ad nostrum presentiam, ut asseris, mittendorum adventum, scire te volumus quod nec nostra, nec fratrum nostrorum est aut fuit intentio in Franciam hiis temporibus, cum nec ad id rationabilis superest causa, ubi presertim est Romana curia sic propinqua, cardinalem destinare legatum; licet pridem displicenter auditis dilecti filii Roberti de Atrabato, militis, et alligatorum reprobandis excessibus, ad eos, juxta quod negotii qualitas suggerebat fieri mandaverimus litteras efficaces[2] ut resipiscerent ab inceptis, nec non dilectos filios Raymundum, abbatem monasterii sancti Tiberii Agatensis diocesis, capellanum nostrum, et fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis fratrum Predicatorum illuc disposuerimus destinare, data eis per apostolicas litteras potestate plenaria certo modo cohercendi rebelles[3], et jam expedite prorsus erant hujusmodi littere ac bullate, et ipsi nuntii ad itineris

assumptionem accin[c]ti, quando placida nobis nova gaudenter audivimus quod Robertus et alligati predicti ad tuam erant obedientiam redire parati[4], per quod missionem nuntiorum hujusmodi esse necessariam non credentes, eos providimus retinendos, non intendentes de ipsorum aut aliorum quorumlibet in Franciam missione, donec tuos receperimus nuntios[5], aliquid ordinare nisi, quod absit, imminens necessitas aliud fieri suaderet[6]. »

1 Les passages supprimés correspondent aux passages semblables de la lettre précédente.

2 Nos 47, 53.

3 Nos 54-57.

4 Voy. n° 67, note 8.

5 Il a déjà été question de ces envoyés (n° 114; voy. aussi n° 122).

6 Cf. Cette lettre se date comme la précédente (n° 120; voy. à ce sujet n° 76, note 1).

122 [28 novembre 1316 — 14 février 1317.]

Philippo, regi Franciæ, nuntiat se querelam quam Flamingi contra executores sententiarum in ipsos latarum deponunt, B[ernardo], electo Atrebatensi, commisisse. (Reg. 109, fol. 40 v°, c. 165; — Reg. 110, p. i, fol. 31 v°, c. 93.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri.* Nuper, fili, per tuas nos litteras requisisti quod super querela quam Flamingi deponunt contra executores sententiarum latarum in ipsos, nichil usque ad tuorum nuntiorum adventum innovare vellemus[1]. Ad quos scire te volumus quod pridem in presentia dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, clerici tui[2], super querela ipsa Flamingos audivimus antedictos, et demum querelam eandem dilecto filio magistro B. Rotgardi, electo Attrebatensi, de communi procuratorum partium earundem assensu, dicto magistro Radulpho presente, contra executores eosdem commissimus audiendam, non intendentes quicquam ulterius, donec tuos receperimus nuntios, circa id innovare, nisi forte rationabilis causa superveniens aliud fieri suaderet. Et licet procuratores Flamingorum ipsorum tunc petierint instanter a nobis ut auditor ipse tuam super hoc posset citare personam, petitioni hujusmodi non duximus annuendum[3]. »

1 Ces envoyés ont déjà été mentionnés (nos 114, 121).

2 Voyez, au sujet de ce personnage et des différentes missions dont il fut chargé à la cour pontificale, n° 72, note 1.

3 Cf. Cette lettre est au plus tôt du 28 novembre 1316, puisque Philippe V y est désigné comme roi (Voy. n° 81, note). Elle est antérieure au 14 février 1317, puisqu'à cette date Bernard nommé au siège d'Arras le 24 novembre 1316, suivant C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 117), avait été consacré, comme on le constate dans une lettre curiale analysée ci-après (n° 124) où Jean XXII l'appelle : *venerabilis frater Bernardus episcopus*. On trouve une allusion aux faits mentionnés ici dans une autre lettre du 2 septembre 1318 (n° 697).

123 Avignon, 14 février 1317.

Ecclesiam Trecorensem apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 351, c. 63 et 1074.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum sicut intelleximus — Dat. Avinione, xvi kal. martii, anno primo. »

124 Avignon, 14 février 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, de canonicatu, præbenda et archidiaconatu ecclesiæ Xanctonensis per Bernardi, episcopi Atrebatensis promotionem vacantibus, providet. (Reg. 63, cur. fol. 405, c. 346 et 1425.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum ad personam — Dat. Avinione, xvi kal. martii, anno primo. »

125 Avignon, 14 février 1317.

In e. m. episcopo Regensi, præposito ecclesiæ Avinionensis et priori sancti Eutropii Xanctonensis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 405, p. c. 346 et 1425.)

126 Avignon, 14 février 1317.

In e. m. episcopo Vapincensi, præposito Claromontensis ac sacristæ Avinionensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, fol. 405 v°, p. c. 346 et 1425.)

127 Avignon, 15 février 1317.

Prædicto Jacobo, cardinali, prioratum de Revesto, ad monasterium de sancto Andrea, ordinis sancti Benedicti, Aquensis et Avinionensis diocesum pertinentem, concedit. (Reg. 63, cur. fol. 405 v°, c. 348 et 1427; fol. 351 v°, c. 70 et 1081 [1].)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum ad personam — Dat. Avinione, xv kal. martii, anno primo. »

[1] Avec quelques variantes.

128 Avignon, 15 février 1317.

In e. m. archidiacono Vivariensis, et Aquensis ac Avinionensis sacristis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 406, p. c. 348 et 1427.)

129 Avignon, 26 février 1317.

Rectoriam comitatus Venayssini in temporalibus Arnaldo de Trianno, curiæ suæ marescallo, committit. (Reg. 63, cur. fol. 350 v°, c. 62 et 1073.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo de Trian* (sic), *curie nostre marescallo, in temporalibus comitatus Veneysini rectori.* Licet de singulis — Dat. Avinione, iii kal. martii, anno primo. »

130 Avignon, 26 février 1317.

In e. m. universis episcopis, abbatibus, prioribus et conventibus Cistertiensis et aliorum ordinum ac decanis, præpositis, archidiaconis, plebanis, capitulis et aliis ecclesiarum prælatis seu rectoribus cœterisque persaris ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistris et præceptoribus, necnon baronibus aliisque nobilibus, communitatibus, universitatibus ac populis et aliis personis secularibus civitatum, castrorum aliorumque locorum per comitatum Venayssinum constitutis, ut eidem Arnaldo obediant. (Reg. 63, cur. fol. 350 v°, c. 62 et 1073.)

131 [Avignon, 1er mars 1317].

Universas personas ecclesiasticas hortatur ut, carnalitatis affectu remota, in conferendis beneficiis ecclesiasticis magistros et studentes Parisienses commendatos habeant. (Reg. 110, p. i, fol. 77, c. 271; — Reg. avin., t. IV, fol. 366; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 198, n° 738.)

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis nec non capellanis, conventibus sive collegiis exemptis et non exemptis ad quos presentes littere pervenerint etc.* Nostis fratres et — Dat. Avinione, kalendis martii, anno primo [1]. »

[1] La date ne se trouve que dans le registre d'Avignon.

132 [Avignon, 8 mars 1317.]

Margaritæ, comitissæ Fuxensi, de cujusdam cornu serpentini ad modum manubrii cultellini facti, quod ad detegendas veneni insidias valere fertur, traditione regratiatur eique de dicti cornu restitutione litteras se destinare nuntiat. (Reg. 109, fol. 18, c. 75; — Reg. 110, p. ii, fol. 55, c. 261 et 906; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 6, n° 3.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi.* Gratum, filia, nobis multum accessit et placidum quod tu, de sospitate ac vite nostre longevitate materne (*sic*) more sollicita, cornu illud serpentinum, factum ad modum manubrii cultellini, cujus virtus dicitur ad detegendas insidias veneni valere, nobis tam liberaliter comodare curasti, quem (*sic*) equidem sub certis modis et obligationibus per dilectos filios Raymundum de Bearnio, archidiaconum Larvallensem in ecclesia Lascurensi, et Manaldum de Castrotino, canonicum Oloronensem, nuntios tuos, qui nobis cornu ipsum tuo nomine tradiderunt, in tuam notitiam plenius adducendum, ex causa comodati recepimus, et de receptione hujusmodi ac de promissione restitutionis illius patentes alias recognitorias et obligatorias litteras [1] per eosdem tibi nuntios destinamus, sinceritatem tuam condignis inde prosequentes actionibus gratiarum, ac in tuis oportunitatibus in quibus ad nos poteris cum fiducia filiali habere recur-

sum, prout res exegerit et cum Deo licebit, favorem tibi propitium offerentes[2]. »

[1] N° 133.

[2] Cf. On voit que cette lettre a été écrite vers le même moment que celle qui est signalée dans la note précédente. Nous l'avons publiée en partie dans les *Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'Ecole française de Rome*, 1894, p. 613, note 1.

133 Avignon, 8 mars 1317.

Eidem comitissæ dictum cornu serpentinum se restiturum pollicetur ac in quemcumque eum indebite detinentem excommunicationis sententiam promulgat. (Reg. 109, fol. 18 v°, c. 76; — Reg. 110, p. II, fol. 55, c. 262 et 907; fol. 73 v°, c. 342 et 986; — Reg. 63, cur. fol. 351, c. 65 et 2076; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 8, n° 4.)

« *Eidem.* Ecce, filia, cornu illud serpentinum factum ad modum manubrii cultellini quod adversus veneni valere fertur insidias per dilectos filios Raymundum de Bearnio, archidiaconum Larvallensem in ecclesia Lascurrensi, et Manaldum de Castrotino, canonicum Oloronensem, nuntios tuos nobis nuperrime presentatum, ex comodato nos recepisse cognossimus, eumque tibi, vel certo mandato tuo, cum de tua super hoc nobis requisitione constabit, restituere sine difficultatis et dilationis obstaculo pollicemur, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia quecunque et ubicunque sint, tibi propter hoc obligantes ac in quemcumque cornu detinentem hujusmodi[1], nisi infra IV menses postquam per te vel certum mandatum tuum fuerit requisitus, illud tibi vel certo mandato tuo restituerit, ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam promulgamus. Dat Avinione, VIII idus martii, anno primo[2]. »

[1] A partir de ce mot, le texte du registre 109 est différent ; on lit : « *contra voluntatem tuam, postquam per te vel certum procuratorem tuum super ipsius restitutione fuerit requisitus, ex nunc prout ex tunc excommunicationis sententiam promulgamus.* »

[2] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

134 Avignon, 8 mars 1317.

Petro de Via, militi, mandat ut una cum Arnaldo de Trianno, Romanæ curiæ marescallo, contra nonnullas personas ecclesiasticas et sæculares quæ in cardinales et quosdam alios magnates cum potionibus et imaginibus sævire nisæ sunt, veritatem inquirat et quicquid invenerit assignare procuret. (Reg. 110, p. II, fol. 86, c. 385 et 1029.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro de Via, militi.* Habet multorum relatio fide digna quod nonnulle persone ecclesiastice et seculares, filii utique Belial, fratres et college illorum quos ex patre diabolo esse veritas evangelica p[ro]testatur, in quosdam ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus, et alias magni status et insignes personas, quas amabiliter et reverenter prosequi tenebantur, et in eorumdem fratrum et personarum necem iniquis machinationibus conspirantes ferali sevitia et omni quasi humane nature que inter homines cognationem quandam constituens, alterum insidiari alteri censuit nefas esse, federe violato, ac non attento quod leges humane atrocius judicant hominem veneno extinguere quam gladio trucidare, potiones et venena mortifera, ut ex illorum propinatione aliquos ex eisdem fratribus et personis exting[u]erent, preparasse, et ne de[f]ficerent in sui dampnabilis executione propositi, propinationis [h]abilitate negata, ymagines cereas sub illorum nominibus in quos sevire sic impie et crudeliter intendebant fieri fabricasse dicuntur, ut magicis artibus, incantationibus vetitis et demonum invocationibus reprobandis adhibitis, vitam labefacerent insontium per punctionem ymaginum earundem, quodque iidem nequissimi patratores tam premissa quam alia varia nefandissima scelera et detestanda facinora, que longe narrationis seriem exigerent si recitarentur per singula, conati sunt pro viribus, sicut asseritur, immuniter et horribiliter perpetrare. Quia itaque premissa in animarum vergunt dispendium ac ordinis clericalis opprobrium et perniciosum exemplum redundare noscuntur, ne periculose in alios exemplari alveo deriventur, nos zelo justitie quam ex officii debito exequi tenemur ad omnes et urgente conscientia, ad inquisitionem super hiis faciendam censuimus auctoritate apostolica procedendum. Quocirca nobilitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus, una cum dilecto filio nobili vivo Arnaldo de Trianno, milite, Romane curie marescallo, cui similem per alias nos-

tras litteras[1] concedimus potestatem, aut cum aliis comissariis, si quos forsan imposterum nos in hac parte deputare contingat, conjunctim vel separatim seu etiam per te solum, ubi et quando ac quotiens videritis expedire, contra quascunque personas ecclesiasticas et seculares, cujuscunque status, ordinis, vel dignitatis existant, per omnes vias et modos quos ad hoc expedientes et utiles noveritis, habendo pre occulis solum Deum, super predictis et ea tangentibus, summarie et de plano, judiciorum anfractibus et solemnitatibus omnino submotis ac omni appellatione remota, inquiras diligentius veritatem, et quecunque inveneris super illis, in publicam formam redacta, nobis cum dicto Arnaldo seu cum dictis comissariis vel etiam per te solum fideliter assignare procures. Volumus autem quod presens comissio per quascunque commissiones alias per nos verbo vel scripto quibusvis personis super hiis faciendas nullatenus revocetur, nec per hanc comissionem presentem aliisfaciendis quomodolibet derogetur, quamvis in posterioribus litteris nequaquam mentio de presentibus habeatur. Dat. Avinione, VIII idus martii, anno primo[2]. »

[1] N° 135.
[2] Voyez aussi, au sujet de ces conspirations, n° 182.

135 [Avignon, 8 mars 1317.]

In e. m. Arnaldo de Trianno, militi, Romanæ curiæ marescallo. (Reg. 110, p. II, fol. 86, p. c. 385 et 1029.)

136 Avignon, 8 mars 1317.

Episcopo Vasionensi ut infra quindecim dies episcopum Vapincensem ad respondendum de unione monasterii sancti Cirici, ordinis sancti Augustini, Vapincensis diocesis, cum monasterio sancti Antonii, Viennensis diocesis, citet. (Reg. 63, cur. fol. 361, c. 123 et 1133.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Vasionensi.* Cum de unione — Dat. Avinione, VIII idus martii, anno primo. »

137 Avignon, 14 mars 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, de canonicatu, præbenda et archidiaconatu Bruxellensibus in ecclesia Cameracensi, per magistri Jacobi de Buccamatiis obitum vacantibus, providet. (Reg. 63, cur. fol. 403 v°, c. 343 et 1422.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, II idus martii, anno primo. »

138 Avignon, 14 mars 1317.

In e. m. episcopo Regensi, abbati monasterii sancti Auberti Cameracensis ac præposito ecclesiæ Avinionensis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 404, p. c. 343 et 1422.)

139 Avignon, 15 mars [1317].

Alano Gonterii, electo Macloviensi, ut regimen dictæ ecclesiæ Macloviensis sibi post translationem Radulphi ad ecclesiam Pampilonensem commissum suscipiat. (Reg. 109, fol. 28, c. 112.)

« *Dilecto filio magistro Alano Gonteri*[i], *electo Macclovîensi.* De te, fili — nos, inter cetera diligentius attendentes quod de fidelibus et devotis carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, traxisse originem diceris, ac propter fidelitatem et devotionem tuam, sibi familiari experientia non ignotam, eidem acceptus existis, quodque ipsi regi, qui te nobis ad multum efficaciter commendavit, specialiter expedit talem in Maccloviensem ecclesiam habere prelatum, te illi de fratrum nostrorum consilio in episcopum prefecimus et pastorem in quo sic corpori majoris oneris et laboris moles imponitur, (et) quod menti spes fecundioris retributionis offertur. In remissionem itaque tuorum tibi peccaminum suademus ut, vocationi Domini per cujus contemptum ipsius in te posses iracundiam provocare, nullatenus contradicas, sed illi prompte consentiens, ipsius ecclesie regimen sub spe omnipotentis et nostri fiducia secure suscipias, ac ejus administrationem in spiritualibus et temporalibus ad tuam et populi tibi commissi salutem exerceas confidenter, nec te labor certa inde deterreat, sed magnitudo potius premiorum oblectet, sciturus quod nos in tuis et ecclesie predicte necessitatibus tibi quantum cum Deo poterimus propo-

nimus constanter adesse et tanquam manuum nostrarum operi auxiliatricem dexteram libentissime porrigemus[1] Dat. Avinione, idibus martii[2].

[1] Reg. *proroycmus.*
[2] Cette lettre a suivi de près la nomination du nouvel évêque, qui eut lieu le 2 mars 1317 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 333; voy. aussi nos 140, 161 et, au sujet de ces lettres en général, no 170, note 2).

140 Avignon, 15 mars [1317].

Prædicto R[adulpho], prius Macloviensi episcopo, ut regimen ecclesiæ Pampilonensis sibi, post translationem Guillelmi Meschini ad acclesiam Trecensem, intuitu regis Franciæ commissùm, suscipiat. (Reg. 109, fol. 28 vo, c. 113.)

« *Venerabili fratri R.*, [*Pampilonensis ecclesie electo*]. Pampilonensis ecclesie quam — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 139. La translation de Guillaume Méchin au siège de Troyes eut lieu le 2 mars 1317 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 333; voy. aussi plus bas no 161).

141 Avignon, 15 mars [1317].

Philippum, regem Franciæ, de filii sui morte consolatur. (Reg. 109, fol. 29 vo, c. 116; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § vii, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Licet, fili, de subtractione nati tui, quem tibi, Deo volente, sperabas in reguis Francie et Navarre quorum gubernacula possides, successurum, non leviter doleamus, tuoque dolori condoleamus ex intimis, de hoc tamen tibi plurimum congaudemus quod tu, sicut letanter audivimus, que sunt digna principe cogitans, et in spiritu fortitudinis preparans mentem tuam, in eo consolationem prudenter assumis, qui natum ipsum quem, cum libuit, pro sola sue clementie liberalitate concesserat, ut et sibi licuit pro sue potestatis libertate subtraxit. In hoc, fili, regem illum David laudabiliter imitaris qui, licet egrotum filium fleverit, ne tamen videretur contrarius [divine] voluntati, mortuum non ploravit. In hoc illius sancti Job patientie te conformas qui, post ammissionem rerum, oppressione filiorum audita, non remurmurans contra Deum, labiorum exolvit vitulum dicens : Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Consolare itaque, fili carissime, ut cepisti, attente rememorans quod creaturis vita cum mortis exceptione tribuitur a qua nullum dignitatis eminentia excipit, nullum contra illam potentia, nullum divitie muniunt, nec ad mitiorem illius sententiam etatis miseratio provocat, nec sexus invitat, moritur siquidem juvenis, occidit senex, puer, dum incipit florere, marcescit, et per hoc comunis fati stadium currere preteriti, presentes transeunt, transientque futuri. Igitur confortare in Domino, et spera in eo qui beato Job propter patientie meritum omnia multiplicata restituit, quod, cum tibi ac conjugi fecunditatem sobolis etas adhuc satis tenera repromittat, ipse vobis in duplicata similiter recompensatione restituet, quod nunc unici subtractione filii ademisse videtur. Dat. Avinione, idibus martii[1]. »

[1] Cf. Le fils de Philippe V, que Jean XXII ne désigne pas, nous est connu sous deux noms. Il se serait appelé Philippe, selon Bernard Guy (*E floribus chronicorum*, *Hist. de France*, t. XXI, p. 726, F et note 4) et selon Geoffroi de Fleuri (L. Douet d'Arcq, *Comptes de l'argenterie des rois de France au* xive *siècle*, p. 3, note 1; *Hist. de France, loc. cit.*); Louis, selon le continuateur de Guillaume de Nangis, qui fixe son décès au 18 février 1317 n. s. (*Hist. de France*, t XX, p. 617, E); selon l'auteur d'une chronique parisienne anonyme, qui le fait mourir le 23 de ce mois (*Mémoires de la Société de l'histoire de Paris*, t. XI, p. 26, § 6, éditée par M. A. Hellot) et selon le P. Anselme, qui donne la date du 8 (*Hist. génèal.*, t. I, p. 94). Il n'y a aucune divergence au sujet de l'année, c'est bien à 1317 qu'il faut attribuer la lettre du pape, et c'est pourquoi aussi Philippe V, en ratifiant un traité fait peu après, le 17 mars, entre la reine Jeanne sa femme, Louis d'Évreux et Charles de la Marche, ajoutait, au sujet de ses enfants : « *Comme il plaira à Dieu que fil masle un ou plusieurs doions avoir.* » (Arch. nat., J. 622B, no 47, publié en dernier lieu par M. G. Servois, *Documents inédits sur l'avènement de Philippe V*, dans l'*Annuaire-Bulletin de la Société de l'histoire de France*, 1864, IIe partie, p. 73, no VI; voy. aussi ci-dessus, no 62).

142 [Avignon, 15 mars 1317.]

Johannæ, reginæ Franciæ, de eodem. (Reg. 109, fol. 29 vo, c. 117.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, Francie et Navarre regine illustri.* Licet, filia, de — etc. ut supra[1]. »

[1] N° 141.

143 Avignon, 16 mars 1317.

Canonicatum, præbendam et præposituram ecclesiæ sanctæ Walburgis Furnensis, Morinensis diocesis, per obitum Henrici, ejusdem ecclesiæ canonici et præpositi vacantem, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 351 v°, c. 69 et 1080.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum canonicatus et — Dat. Avinione, XVII kal. aprilis, anno primo. »

144 Avignon, 16 mars 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, prioratum de Aspris ad monasterium Aureliacense, ordinis sancti Benedicti, Vapincensis et Claromentensis diocesum, pertinentem, vacantem per acceptationem factam a Begone de Castronovo, olim ejusdem prioratus priore, de prioratibus de Persa et de Campanhaco, ejusdem ordinis, Ruthenensis diocesis, insimul unitis, confert. (Reg. 63, cur. fol. 352, c. 71 et 1082; fol. 405 v°, c. 347 et 1426[1].)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum ad personam — Dat. Avinione, XVII kal. aprilis, anno primo. »

[1] Avec quelques variantes.

145 Avignon, 16 mars 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi et Caturcensi ac Avinionensi archidiaconis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 352, p. c. 71 et 1082.)

146 Avignon, 16 mars 1317.

Universis personis religiosis et sæcularibus per ducatum Aquitaniæ constitutis, ut fratri Petro de Madalhas, præceptori domus de Drulha, ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et Guillelmo de Pairaco ad quosdam falsarios perquirendos et capiendos ab apostolica Sede mandatis assistant. (Reg. 63, cur. fol. 360 v°. c. 121 et 1131.)

« *Johannes etc., venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis, eorumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cistertiensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcumque ordinum ac magistris et preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum, nec non et nobilibus viris ducibus, comitibus, baronibus ac Tholosanis, Petragoricensibus et Agennensibus ceterisque senescallis, ballivis, justitiariis ac dominis temporalibus per ducatum Aquitanie constitutis et aliis ad quos presentes littere pervenerint etc.* Cum mittamus ad — Dat. Avinione, XVII kal. aprilis, anno primo. »

147 Avignon, 17 mars 1317.

Universis prælatis per regnum Franciæ constitutis, quod provideant Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, ad Angliæ, Scotiæ et Yberniæ partes nuntio, de triginta libris tur. diebus singulis cum per partes eorum transitum fecerit. (Reg. 63, cur. fol. 390, c. 268 et 1345.)

« *Johannes etc., venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis ex(e)emptis et non ex(e)emptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cistertiensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcumque ordinum, nec non magistris et preceptoribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum per regnum Francie constitutis ad quos littere iste pervenerint etc.* Cum dilec-

tum filium — Dat. Avinione, xvi kal. aprilis, anno primo. »

[1] La forme *Gaucelmus* est celle qui figure sur les sceaux de ce prélat (Arch. nat., J. 563A, n° 36; — J. 564B, n° 11); c'est celle que nous adoptons. Voyez, au sujet de cette ambassade, n° 424, note 6.

148 Avignon, 29 mars [1317].

Johanni, Delphino Viennensi, de litteris a Gratone, domino Clayriaci, præsentatis gratias agit, favorem fratri ejus promittit, super quibusdam petitionibus respondet ecclesiamque Ebredunensem ei commendat. (Reg. 109, fol. 30 v°, c. 122.)

Dilecto filio nobili Johanni, Delphino Viennensi. Tuas, fili, de credentia [litteras] per dilectum filium nobilem virum Gratonem, Clarnaci (*sic*) dominum, consanguineum tuum, nobis noviter presentatas, leta manu suscepimus et que idem consanguineus tuus juxta commissam sibi per te credentiam exponere voluit audivimus diligenter. Sane, fili, in hiis que prefatus consanguineus tuus pro parte tua nobis liberaliter obtulit, evidenti argumento collegimus exuberantem quem ad nostram geris personam affectum, super quo tibi gratias uberes referentes, gratanter acceptamus oblatum, illo, si casus exigeret, tanto usuri fidentius quanto illud per te consideramus offerri. Ceterum quantumcumque tibi in quibuscunque cum Deo licebit intendamus favorabiliter complacere et specialiter in hiis que contingerent personam dilecti filii Henrici, fratris tui, capellani nostri quem carum habemus, super hiis tamen de quibus nonnulli magnates et tu pro eo nos rogare curastis nequimus annuere sine justitie lesione, propter quod tua nos inde sinceritas habeat excusatos. Porro quia de tuis honore ac salute paterno more solliciti, de reformanda inter te ac Ebredunensem ecclesiam votiva, Deo auctore, concordia tractare disponimus, nobilitatem tuam affectuose rogamus quatinus a procedendo in edificio quod in ipsius ecclesie prejudicium diceris cepisse construere, supersederi prorsus mandes et facias donec habueris nobiscum inde colloquium et circa hec tibi expresserimus plenius nostra voluntatis intentum. Dat. Avinione, iiii kal. aprilis. »

[1] Cf. Henri, frère de Jean, Dauphin de Viennois, fut nommé évêque de Passau le 3 juin 1317 (Voy. n° 774, note 1). Comme le pape ne lui donne ici que titre de *capellanus*, nous devons conclure que sa lettre est antérieure à cette date.

149 Avignon, 1er avril 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, indulget ut usque ad quinquennium ecclesias, monasteria et alia loca cœterasque personas ecclesiasticas archidiaconatus Bruxellensis in ecclesia Cameracensi per aliquam idoneam personam visitare possit. (Reg. 63, cur. fol. 358, c. 106 et 1116.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Quanto Romanam Ecclesiam — Dat. Avinione, kalendis aprilis, anno primo. »

150 Avignon, 1er avril 1317.

In e. m. decano sancti Gaugerici, et majoribus Cameracensi ac Claromontensi præpositis ut personas a prædicto cardinali deputatas ad visitationis officium admitti faciant. (Reg. 63, cur. fol. 358 v°, p. c. 106 et 1116.)

151 Avignon, 1er avril 1317.

Eidem cardinali concedit idem in archidiaconatu Xanctonensi. (Reg. 63, cur. fol. 358 v°, c. 107 et 1117.)

« *Eidem cardinali.* Quanto Romanam Ecclesiam — Dat. ut supra. »

152 Avignon, 1er avril 1317.

In e. m. priori sancti Eutropii Xanctonensis et Claromontensis ac Mimatensis præpositis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 358 v°, c. 107 et 1117.)

153 Avignon, 1er avril 1317.

Eidem cardinali idem concedit in archidiaconatu Mimatensi. (Reg. 63, cur. fol. 358 v°, c. 108 et 1118.)

« *Eidem cardinali.* Quanto Romanam Ecclesiam — Dat. ut supra. »

154 Avignon, 1er avril 1317.

In e. m. præposito Claromontensis et præcentori ac sacristæ Mimatensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, fol. 358 v°, p. c. 108 et 1118.)

155 Avignon, 2 avril 1317.

Præposituram ecclesiæ de Bellomonte, Ruthenensis diocesis, per mortem Bernardi de Virego vacantem, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 63, cur. fol. 351, c. 68 et 1079.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum sicut intelleximus — Dat. Avinione, IIII nonas aprilis, anno primo. »

156 Avignon, 4 avril 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, prioratum de Alayraco cum decanatu de Mayraco eidem annexo, ordinis Cluniacensis, ad Cluniacense monasterium, Agennensis et Matisconensis diocesum, pertinentem et per promotionem Raymundi Bernardi in monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, abbatem, vacantem confert. (Reg. 63, cur. fol. 401 v°, c. 339 et 1418.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli, presbytero cardinali etc.* Exposcit tuorum exigentia — Dat. Avinione, II nonas aprilis, anno primo. »

157 Avignon, 4 avril 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, præposito Avinionensi et Petro de Savinhaco, canonico Caturcensi, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 401 v°, p. c. 339 et 1418.)

158 Avignon, 5 avril [1317].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut Sancium, regem Majoricarum, qui ad eum adit benigne recipiat et gravamina quæ ab officialibus ejus eidem Sancio in jurisdictione villæ et baroniæ Montispesullani inferri dicuntur, cessare faciat. (Reg. 109, fol. 33 v°, c. 135; — Reg. 110, p. II, fol. 34, c. 154 et 710.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Mentem regiam ad ea libenter et solerter inducimus per que in conspectu altissimi qui salutem dat regibus et per quem titulis premines regie dignitatis, reddaris acceptior tibique salutis et fame gloriosum proveniat incrementum. Sane, fili carissime, super nonnullis gravaminibus per clare memorie reges Francie, illustres predecessores tuos, vel officiales illorum carissimo in Christo filio nostro Sancio, regi Majoricarum illustri, in jure et juridictione suis que in villa Montispessulani et baronia ejusdem obtinet, ut fertur, illatis, gravis interdum querele murmur insonuit, et, licet pro illorum revocatione seu reformatione debita obtinenda, dictus rex nunc per se, nunc per gentes suas sicut audivimus, non sine rerum et personarum gravi dispendio, in curia Francie sepius laboravit, nedum tamen hucusque non potuit ipsorum revocationem obtinere gravaminum, quantumcunque dicantur fore notaria, quin etiam adjecta sunt illis, ut dicitur, graviora. Et ecce tuam adit rex ipse presentiam, tue celsitudinis devotam exhibiturus reverentiam ac congratulaturus de novo suscepto regimine, et forte gravamina ipsa expositurus explicite ac pro illorum justa reformatione solertius institurus. Cum igitur ad tue salutis et honoris augmentum pertinere noscatur, ut tu, qui pre ceteris catholicis regibus rerum mundanarum habundantiam possides, tuo velis jure contentus existere et sua cuique jura relinquere illibata, excellentiam regiam rogandam duximus et hortandam quatinus, prudenter attento quod conservatio benivolentie dicti regis, qui etiam tibi sanguinis necessitudine jungitur et ad recognitionem et homagium pro villa predicta tenetur, preponderare debet in tue magnanimitatis judicio utilitati modice que tibi posset cum regis predicti gravamine et offensa justi judicis obvenire, quodque periculosum censeretur et indecens tam sublimes tantaque conjunctas propinquitate personas, occasione hujusmodi invicem dissidere vel animarum contrarietate disjungi, dictum regem placide recipias et benigne, et super ipsarum explicatione gravaminum benignam ei, si placet, audientiam tribuas et in quantum comode poteris, eum de illorum reformatione contentum ea oportune provisione remittas, quod et preterita tollantur gravamina et futuris via, quantum honeste fieri poterit, precludatur, nec te gravaminum hujusmodi continuatio longa in

contrarium moveat quia diuturnitas temporis peccatum nec defensionem minuit sed augmentat. Dat. Avinione, nonis aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre a été écrite, on le voit, au commencement du règne de Philippe V, qui fut sacré au début de janvier 1317 (Voy. n° 114, note 4), Jean XXII y fait allusion lorsque, le 8 avril 1317, annonçant à Sanche la canonisation de saint Louis de Toulouse, qui avait eu lieu le 7 (n° 160), il ajoutait : « *Noveris quod carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francorum et Navarre, efficaciter scribimus super illatorum tibi revocatione gravaminum* » (Reg. 109, fol. 35 v°, c. 145 ; — d'Aigrefeuille, *Histoire de la ville de Montpellier*, édit. la Pijardière, Montpellier, 1875-1882, t. I, p. 172). De là sans doute les nouvelles lettres relatives aux droits du roi de Majorque à Montpellier, que Philippe V écrivit au mois de juin suivant (Arch. nat., J. 340B, nos 37[3], 37[4] ; — JJ. 53, fol. 95, n° 225 ; — JJ. 54A, fol. 40-41, nos 537-543).

159 Avignon, 6 avril 1317.

Collationem prioratus de Mazerayo, Xanctonensis diocesis, a patriarcha Jerosolimitano Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, factam confirmat. (Reg. 63, cur. fol. 409, c. 360 et 1439.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Eximia tuarum dona — Dat. Avinione, viii idus aprilis, anno primo. »

160 Avignon, 7 avril 1317.

Canonisatio beati Ludovici quondam episcopi Tolosani. (Reg. 63, cur. fol. 372 v°, c. 151 et 1166 ; — Bibl. nat., ms. lat. 4114, fol. 4, pars i, c. 1 ; — L. Wadding, *Annales Minorum*, 2e éd., t. vi, p. 290, 1317, n° xlvii ; — Acta Sanctorum, *Aug.*, t. III, 798, extrait ; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V[1], p. 111, n° 257).

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Sol oriens mundo — Dat. Avinione, vii idus aprilis, anno primo. »

[1] Rome, 1898, in-fol.

161 [2 mars — 8 avril 1317.]

Philippo, regi Franciæ, de Guillelmi, Trecensis, et Alani, Macloviensis episcoporum promotione scribens, rogat eum ut præstationem juramenti fidelitatis a præfato Guillelmo debiti, usque ad certum tempus prorogare velit. (Reg. 109, fol. 18 v°, c. 77 ; fol. 219 v°, c. 797[1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime de tua et regnorum tuorum utilitate ac tranquillitate paterno more soliciti et proinde prelatos ydoneos, ac tibi fideles et gratos in regnorum ipsorum ecclesiis ponere cupientes, dilectum filium magistrum Guillelmum Meschini, tunc notarium nostrum, de regno Francie oriundum, virum utique fidelitatis, ac circumspectionis experte, consiliarium tuum ac tuorum honoris et comodi sedulum zelatorem, ac per te nobis nobis, tam verbo quam litteris commendatum, motu proprio tuisque preventis in hoc parte rogatibus, primo prefecimus Pampilonensi ecclesie in episcopum et pastorem[2]. Deinde vero precibus tuis pro venerabili fratre nostro R.[3], Macclovіensi episcopo, ad Trecensem ecclesiam transferendo susceptis, nos in duobus tibi complacere volentes, consideranter attento quod prefatus magister Guillelmus, veluti vir profundi pectoris et totaliter fidelis et constans, in Campanie partibus tibi presertim contra alligatorum malitiam esse poterat multipliciter fructuosus et audito etiam ex relatione dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, clerici et secretarii tui[4] nobisque devoti quod predictus R., tunc Maccloviensis episcopus, cujus fidelitatem familiari experientia tu ipse probasti et qui in Navarre partibus ad gerendum inibi negotia regia fuerat laudabiliter conversatus, interdum tibi et agendis tuis esset plurimum utilis, quodque propterea ipsius in regno Navarre promotio multum accederet affectibus tuis grata, prenominatum magistrum G. de Pampilonensi ad Trecensem[5], et prefatum R. de Maclovіensi ad Pampilonensem ecclesias[6] nuper duximus transferendos. Verum quoniam in Britannie partibus ex evidentibus causis tua plurimum interesse dinoscitur prelatos providos, fideles et constantes habere, nos ad personam dilecti filii magistri Alani Gonteri, sacre theologie magistri, clerici tui, quem te nobis alias verbotenus meminimus efficaciter commendasse, et quem apud tuos in promovendis et procurandis negotiis dispositionis extreme clare memorie regine Francie et Navarre, genitricis tue, solicitum invenimus et fidelem,

nostrum convertentes intuitum, ac in eo premissa laudabiliter occurrere supponentes, de ipso, consideratione pretacta, providimus Macloviensi ecclesie [7] per translationem vacanti predictam. Hoc, fili, fecimus placere credentes Altissimo, cui non [est] laudabilis sufficientia personarum ipsorum ignota et nichilominus tuis et regnorum tuorum compendiis fructuose prospicere intendentes. Porro quia predictus G., Trecensis electus, de presenti non potest ad ecclesiam Trecensem accedere, per nos in Siciliam, pro pace inter carissimos filios nostros Robertum Sicilie, et Fredericum Trinacrie reges, consanguineos tuos, auctore Domino, reformanda, e vestigio destinandus, celsitudinem tuam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus prestationem juramenti fidelitatis ad quam tibi electus ipse tenetur, usque ad certum tempus infra quod rediisse et ad ecclesiam predictam accessisse potuerit, comode prorogare velis, seu in sufferentia ponere aut committere prefato magistro Radulfo vel alii persone in hiis partibus existenti de qua tibi videbitur expedire, quod ab eodem electo vel procuratore suo, ad hoc legitime constituto, pro te recipiat juramentum hujusmodi, per electum ipsum nichilominus, cum ad ecclesiam accesserit antedictam, personaliter excellentie regali prestandum. Sed et placeat tibi, quesumus, ipsius temporalitatem ecclesie ad manus tuas jure regalie positam, gentibus seu ministris electi predicti mandare ac facere liberari, ecclesiam etiam ipsam, gentes et ministros ipsius electi pro divinis et apostolice Sedis reverentia habere specialiter interim in favore regio commendatos [8]. »

[1] Une note marginale d'une écriture moderne, en regard du c. 77, renvoie au c. 797, avec la mention : *VI nonas martii, anno I* (2 mars 1317), mais aucun des deux actes indiqués n'a de date.

[2] 22 décembre 1316 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 406).

[3] R[adulphus] Rousselet.

[4] Voyez, au sujet de ce personnage, nº 72, note 1.

[5] 2 mars 1317 (C. Eubel, *op. cit.*, p. 821 ; voy. aussi Arch. nat., J. 705, nº 199, orig. scellé sur chanvre, et ci-dessus, nº 140).

[6] Voyez la note suivante.

[7] 2 mars 1317 (C. Eubel, *op. cit.*, p. 406 ; — voy. aussi ci-dessus, nº 139).

[8] Cf. D'après ce qui précède, on voit que cette lettre est postérieure au 2 mars 1317. D'autre part, elle est antérieure au 8 avril de la même année, puisqu'à cette date Philippe V avait répondu aux désirs exprimés ici par Jean XXII en faveur de l'évêque de Troyes. Cette indication nous est fournie par la note suivante, écrite d'une main contemporaine au dos de la bulle du 2 mars 1317 (Arch. nat., J. 705, nº 199) indiquée ci-dessus, par laquelle le pontife annonçait au roi de France la nomination du nouvel élu et le lui recommandait : « *Iste episcopus Trecensis non venit ad dominum regem quia missus a domino papa in partibus Apulie, sed ad rogatum dicti domini pape, prefatus dominus rex posuit ipsum episcopum in sufferentia sua super juramento fidelitatis, quod eidem domino regi tenetur prestare, usque ad proximum festum Omnium Sanctorum, et concessit ei de gratia speciali quod interim bona temporalia dicti episcopatus que dominus rex sibi dedit gratiose, possit facere levari et recipi per gentes suas, nomine tamen prefati domini regis. Dat. Bitturis, die Veneris post Pascha, anno* [M]CCCXXII. »

C'est au début de mars 1317 que l'évêque de Troyes et Pierre « Textoris » furent chargés de rétablir la paix entre Frédéric de Sicile et Robert de Naples. Ils reçurent leurs lettres de sauf-conduit le 15 de ce mois (Arch. vat., *Reg.* 109, fol. 27 vº, c. 109 ; — Bib. de Cambrai, ms. nº 496, fol. 129 ; — Bib. nat., *nouv. acq. lat.*, nº 2207, copie moderne du précédent, p. 487 ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern*, p. 19, nº 30[3]). Nous possédons les rapports qu'ils adressèrent, le 27 juillet et le 17 août de la même année, à Jean XXII ; ils lui annonçaient, entre autres résultats de leur mission, qu'ils avaient fixé des trêves qui, devant durer d'abord de la saint Jean (24 juin) à Noël (25 décembre), avaient été ensuite prolongées pour trois ans (Bib. de Cambrai, ms. cit., f. 113 vº ; — Bib. nat., ms. cit., p. 411 ; — S. Riezler, *op. cit.*, p. 57, nº 74). Le 20 décembre 1317, ils étaient à Avignon (Bib. de Cambrai, ms. cit., fol. 100 vº ; — Bib. nat., ms. cit., p. 346), et l'année suivante Pierre « Textoris », qui était encore prieur de saint Antonin le 27 février (nºs 484-485), mais qui peu avant le 7 mai, avait été nommé abbé de saint Sernin de Toulouse (nº 581), reçut une nouvelle mission avec l'évêque de Troyes : ils furent envoyés à Gênes, le 25 août 1318 (Bib. de Cambrai, ms. cit., fol. 42 vº ; — Bib. nat., ms. cit., p. 60 et 63).

162 Avignon, 8 avril 1317.

Indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum omnibus in instanti festo præsentis anni ad beati Ludovici quondam episcopi Tolosani sepulcrum accedentibus concedit. (Reg. 63, cur. fol. 374, c. 157 et 1167 ; — L. Wadding, *Annales Minorum*, 2e éd., t. VI, p. 295, 1317, nº XLIX ; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 114, nº 258.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* In celesti patria — Dat. Avinione, VI idus aprilis, anno primo. »

163 Avignon, [9 avril 1317].

Clementiæ, reginæ Franciæ, præfati beati Ludovici canonisationem notificat. (Reg. 109, fol. 35, c. 143.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri*[1]. Epulari filia etc. — Dat. ut supra[2]. »

[1] L'analyse en rubrique porte : *Sancie, regine Sicilie*, par erreur, car la lettre écrite à cette dernière sur le même sujet se trouve précédemment sous le c. 140.

[2] La formule *ut supra* répond à la date : *Avinione* v *idus aprilis*, qui est celle de la lettre adressée à Marie, reine de Sicile (c. 139), pour lui annoncer la canonisation ; on peut donc en tenir compte (Voy. n° 5, note).

164 Avignon, 9 avril [1317].

Philippum, regem Franciæ, de eadem canonisatione nuper, die Jovis post festum Resurrectionis dominicæ, septimo videlicet idus aprilis facta, certiorem facit. (Reg. 109, p. 36 v°, c. 149; — Reg. 110, p. i, p. 15, c. 53 ; — L. Wadding, *Annales Minorum*, 2e éd., t. VI, p. 296, 1317, n° li ; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § ix, extrait ; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 115, n° 260.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Jocunditatis et exultationis — Dat. Avinione, v idus aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre a évidemment suivi de près la canonisation qui eut lieu le 7 avril 1317 (n° 160).

165 Avignon, 10 avril 1317.

Canonisationem beati Ludovici quondam episcopi Tolosani universis archiepiscopis et episcopis in eodem modo ac universis Christi fidelibus[1] notificat. (Reg. 63, cur. fol. 374, p. c. 156 et 1166 ; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 5 v°, p. i, c. 1 ; — Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t. III, p. ii, p. 145[2].)

« *In e. m. universis archiepiscopis et episcopis per universum orbem constitutis etc.* Sol oriens mundo — Dat. Avinione, iiii idus aprilis, anno primo. »

[1] Voyez ci-dessus, n° 160.

[2] Avec la date : vii *idus aprilis*, qui est celle de la pièce indiquée dans la note précédente.

166 Avignon, 10 avril 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, decanatum de Ychigiaco ad monasterium Sarlatense, ordinis sancti Benedicti, Petragoricensis diocesis, pertinentem et per obitum Galhardi de Doma vacantem confert. (Reg. 63, cur. fol. 402, c. 340 et 1419.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali etc.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, iiii idus aprilis, anno primo. »

167 Avignon, 10 avril 1317.

In e. m. præpositis Claromontensis et Avinionensis ac archidiacono Sarlatensi, Petragoricensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 402, p. c. 340 et 1419.)

168 Avignon, 12 avril 1317.

Eidem cardinali prioratum de Cadarossa, ad collationem prioris monasterii sancti Saturnini de Portu pertinentem, Aurasicensis diocesis, confert. (Reg. 63, cur. fol. 406, c. 349 et 1428; fol. 409, c. 361 et 1440[1].)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, ii idus aprilis, anno primo. »

[1] Avec quelques variantes.

169 Avignon, 12 avril 1317.

In e. m. episcopo Regensi et archidiacono Vivariensis ac sacristæ Avinionensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 406 v°, p. c. 349 et 1428).

170 Avignon, 14 avril [1317].

Electo Noviomensi nuntiat se cum, die sabbati post Pascha præteritum, præfatæ Noviomensi ecclesiæ in episcopum, intuitu Philippi, regis Franciæ, præfecisse, eumque hortatur ut ipsius ecclesiæ regimen secure suscipiat. (Reg. 109, fol. 36 v°, c. 150.)

« *Dilecto filio electo Noviomensi.* Audita nuper vacatione Noviomensis ecclesie, nos, ex consideratione diversarum circunstantiarum status ipsius, cupientes

eidem, diutine vacationis vitatis incommodis, de pastore ydoneo celeriter providere, provisionem in ea de episcopo faciendam, ea vice, Sedi apostolice de fratrum nostrorum consilio duximus reservandam, ac deinde sollicite perquirentes virum secundum cor nostrum quem possemus illi preficere, tandem ad virtutes et dona quibus te virtutum Dominus multipliciter insignivit, et ad tui nobilitatem generis que tibi quodammodo cogitandi que recta sunt et eadem faciendi necessitatem quandam videtur indicere, paternum habentes intuitum, et nichilominus consideranter attento quod carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, qui personam tuam nobis per regios apices multis laudibus extulit, in fidelitate ac sincera devotione tua ad ipsum et regna sua per experientiam comprobata secure quiescit, te nuper, scilicet die sabbati post Pascha preteritum proxime[1] ipsi ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, firma spe fiduciaque concepta quod dicta ecclesia propter tue circumspectionis et industrie studium preservabitur a dispendiis, et spiritualibus proficiet incrementis. Tu ergo, fili, vocationi Domini prompte consentiens, et tuum jactans cogitatum in eo, ipsius ecclesie regimen, sub spe Omnipotentis et nostri fiducia secure suscipias, et ejus administrationem in spiritualibus et temporalibus ad populi tibi commissi salutem et tuam exerceas confidenter; sciturus quod nos in tuis et ecclesie predicte necessitatibus, tibi quantum cum Deo poterimus constanter adesse proponimus, et tanquam manuum nostrarum operi, auxiliatricem dexteram libentissime porrigemus. Dat. Avinione, XVIII kalendas maii[2]. »

[1] 9 avril 1317. Voyez ci-après n° 171.

[2] C. Eubel fixe, d'après un des registres de lettres communes conservés aux Archives du Vatican (Reg. 66, fol. 103, c. 3392; cf. *Hierarchia catholica*, p. 390), la promotion de cet évêque au 16 avril 1317. Or, d'après ce qui est dit ci-dessus, elle aurait eu lieu le 9 avril, date du premier samedi après Pâques en 1317. En effet on trouve, pour la nomination d'un même prélat, des lettres différentes qui n'ont pas été écrites à la même date (Voy. n°s 314, 322, 431, 456, 457, 566, 570. — J.-H. Albanès, *Gallia christiana novissima*, Montbéliard, 1895, in-4°, instr. col. 307 et 308, n°s XL et XLI eccles. Vapinc.; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 34, note 1). Il s'agit ici d'une lettre particulière, par laquelle Jean XXII annonce au nouvel élu le choix qu'il a fait de sa personne, tandis que la lettre commune du 16 avril n'est que l'acte administratif et solennel par lequel le pape notifie la nomination du nouvel élu. La même remarque s'applique aux numéros 314 et 322.

Pour bien faire saisir ces différences, nous croyons indispensable de publier ici la nomination signalée par C. Eubel, telle qu'elle figure dans les communes.

Avignon, 16 avril 1317.

Fulcaudum, decanum ecclesiæ Bituricensis, ecclesiæ Noviomensi in episcopum præficit. (Reg. 66, fol. 103, c. 3392.)

« *Dilecto filio Fulcaudo, electo Noviomensi.* In sublimi apostolice Sedis specula, quamquam immeriti, disponente Domino, constituti, fidelis pastoris custodi[s]que vigilis officium exequendo, de universis orbis ecclesiis, quarum cura ex debito ipsius officii nobis imminet generalis pro statu ipsarum ecclesiarum regendo salubriter et feliciter dirigendo quantum nobis ex alto conceditur, studiosa tenemur diligentia cogitare, sed illis ecclesiis que propter suorum pastorum carentiam deflent viduitatis incomoda, ne ob vacationes earum diutinas collabantur, lupi rapacis astutia invadente, in subditorum ipsis ecclesiis perniciem animarum aut in diminutionem rerum earundem, decet honestius et ad ipsum officium fortius excitatur, a nobis efficacius velut a patre consuli et tanquam a domino promptius subveniri, ut prefatis ecclesiis, cum vacant, de personis provideamus ydoneis eisque rectores providos deputemus, per quorum prudentiam, diligentiam, et doctrinam sapienter, prudenter, et provide gubernate, in spiritualibus floreant et temporalibus augeantur. Pridem siquidem ecclesia Noviomensi per obitum bone memorie Florentii, episcopi Noviomensis, qui in illis partibus debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione ipsius ecclesie fidedignis relatibus intellecta, intendentes ipsi ecclesie personam secundum cor nostrum ydoneam preficere, que dictam Noviomensem ecclesiam provide regat, circumspecte gubernet, et de bono in melius dirigat ad salutem, provisionem ejusdem ecclesie Noviomensis, hac vice, dispositioni nostra specialiter duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hoc a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac postmodum de hujusmodi provisione ipsius ecclesie Noviomensis celeri, ne prolixe vacationis dispendiis subjaceret, cepimus sollicite cogitare, et post deliberationem, quam super hoc cum fratribus nostris habuimus diligentem, tandem in te decanum ecclesie Bituricensis in sacerdotio constitutum, cui litterarum scientia nobilitas generis, vite ac morum honestas, discretionis maturitas, aliaque dona virtutum insignium, quibus personam tuam gratiarum dispensator decoravit Altissimus, prout testimoniis fidedignis percepimus laudabiliter suffragantur, intuitum direximus nostre mentis ac de te, premissis omnibus debita deliberatione pensatis, prelibate Noviomensi ecclesie, de fratrum eorundem consilio, et apostolice potestatis plenitudine, providemus, teque, licet absentem, ipsi ecclesie Noviomensi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ejusdem ecclesie Noviomensis

tibi plenarie committendo, in eo a quo cuncta bona proveniunt rivulique manant gratiarum omnium confidentes quod tu prefatam ecclesiam Noviomensem discrete reges et diriges, et in facultatibus ampliabis, gregem in ea tibi commissum salubriter informando. Quocirca discretioni vestre (*sic*) per apostolica scripta mandamus quatinus impositum in hac parte tibi honus a Domino suscipias reverenter, eique subiciens humiliter colla tua, curam et administrationem prefatas sic geras fideliter et solicite prosequaris, quod Noviomensis ecclesia memorata sub tui cura regiminis, per tue circumspectionis industriam, superna tibi favente clementia, sponso utili et fructuoso administratori gaudea(n)t se commissam, tuque proinde sicut fidelis servus et prudens villicus, nostram et apostolice Sedis uberem benedictionem et gratiam ampliorem consequi merearis, et post vite presentis ergastulum, digna in districto examine de villicatione tua reddita ratione, te fructus tui dignum in dilecta et eterna Domini tabernacula introire presentent, et constituant beatorum cetibus aggregandum. Dat. Avinione, XVI kalendas maii, anno primo. »

In e. m. decano et capitulo ecclesiæ Noviomensis, clero civitatis et diocesis, populo civitatis et diocesis, universis vassallis, archiepiscopo Remensi. Dat. Avinione, XVI kal. maii, anno primo.

« *In eundem modum carissimo in Christo* [*filio nostro*] *Philippo, regi Francorum et Navarre illustri salutem.* In amore virtutum et illarum operibus circa ecclesias earumque ministros presertim pontificali dignitate preditos favorabiliter exercendis decet celsitudinem regiam haberi continue studiosam, maxime cum ex hoc ei procul dubio et benedictionis divine premium et laudis humane preconium acquiratur. Pridem, etc. usque salubriter informando. Quocirca magnificentiam [tuam] rogamus et hortamur attente, quatinus eundem electum et commissam sibi ecclesiam habens pro divina et dicte Sedis ac nostra reverentia propensius commendatos, dicto electo te exhibeas benivolum et in cunctis oportunitatibus gratiosum ita quod ipse, regio favore sufultus, commissum sibi dicte ecclesie Noviomensis regimen, possit salubriter exercere, ac tibi exinde a Deo per(h)ennis vite premium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Dat. ut supra. »

171 Avignon, 14 avril [1317].

Philippo, regi Franciæ promotionem Fulcaudi, decani Bituricensis, quem ipsi dictus rex commendaverat, in Noviomensem episcopum significat. (Reg. 109, fol. 37, c. 151 ; — Reg. 110, p. I, fol. 68 v°, c. 234.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Tua, fili, rogamina pro sufficientium personarum, tibique presertim acceptarum atque fidelium promotione directa, gratanti recipimus animo, eoque libentius ea ad gratiam exauditionis admittimus quo magis ad culturam vinee Domini Sabaoth, cujus est nobis custodia credita, personas ydoneas et operarios gratos Altissimo cupimus deputari, quove sincerius regna tua pro eorum pace ac tranquillitate secura rectoribus habundare prudentibus et fidis optamus. Sic igitur nosse te volumus, quod receptis nuper celsitudinis tue rogatoriis litteris pro dilecto filio Fulcaudo, decano Bitturicensi, clerico tuo, ad vacantem Noviomensem ecclesiam promovendo, statim considerationibus premissis inducti, precibus tuis annuere in hac parte concepimus, et conceptum nostrum hujusmodi quamprimum potuimus commode edidimus libenter in partum, licet enim ad reservationes ecclesiarum procedamus inviti, tuo tamen intuitu, die sabbati post Pascha preteritum proxime[1], missa celebrata solenniter et benedictis etiam Agnis Dei in fratrum nostrorum presentia, fratres ipsos ad cameram nostram fecimus evocari et prehabito aliquo de dicti decani persona colloquio, ecclesiam reservavimus antedictam de fratrum ipsorum consilio et assensu, eique de ipso decano cujus ydoneitas nostris non est ignota sensibus cujusve fidelitas et sincera devotio ad te et regna tua est, ut asseris, tibi nota, duximus providendum, non tam tibi quam vero Ecclesie capiti, Christo videlicet, placuisse de provisione hujusmodi supponentes. Dat. Avinione, XVIII kal. maii[2]. »

[1] 9 avril 1317 (Voy. le numéro précédent).
[2] Cf. Cette lettre a évidemment suivi de près la nomination de l'évêque. Elle ne peut donc être que de 1317.

172 Avignon, 14 avril [1317].

Philippo, regi Franciæ, qui ad ulciscendum attemptata contra ipsum se liberaliter obtulerat gratias agit, eique apostolicæ Sedis favorem promittit. (Reg. 109, fol. 37 v°, c. 153 ; — Reg. 110, p. I, fol. 13 v°, c. 43.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Excellentie regie litteras nostris here sero, per dilectum filium magistrum Petrum Fabri, notarium nostrum, conspectibus presentatas nimis gratas nimirum habuimus et inspecta ipsarum series tue ad personam nostram devotionis exuberan-

tiam exprimens et filialis compassionis affectum patenter ostendens, reddidit proculdubio gratiores. Etenim, ut tenor litterarum ipsarum habebat, rumor de presumptis in nos inaudite presumptionis excessibus per nonnullos auditui tuo grandis horroris materiam attulit et causam multe turbationis ingessit. Unde, profusus amaritudine spiritus et tactus dolore cordis intresecus, te ad ulciscendam tantam patris injuriam tam prompte, tam potenter tamque liberaliter obtulisti quod si tibi proprie fuisset illata, nil amplius posset ad ultionis exuberantiam adici quam quod te facturum pro nobis in hac parte scripsisti, nedum officialibus tuis patentes super hoc regias litteras dirigens, quin etiam te ac regna tua, ad id si expediret, gratanter exponens. Sane, fili carissime, sincerum ad personam nostram regie devotionis animum quem nostra consideratio variis ex causis sine cujusque dubitationis scrupulo supponebat, evidentius in premissis agnoscimus, dum te per illa sentimus in adversis quibuslibet post Deum singulare presidium et precipuum munimentum presertim cum, quatenus rem verba presentare sufficiunt, quasi exhibitionem quandam presentare ipsa oblatio videatur, pro quibus tibi congrue regratiari non possumus cum adeo sit in hiis super nos tua magnificentia conformata, et ad regratiationis debitum exolvendum inaniter evitamus. Tue tamen inde magnitudini quantum cum Deo poterimus sic intendimus grate vicissitudinis evidentia respondere quod licet adjectionem non possit plenitudo suscipere, quam in affectione tua et devotione palpamus, utraque tamen ex eo recipere incrementa censebitur quod diffusioni, Deo auspice, tempore producenda nec notam variationis alicujus sentiet nec fermentum qualiscunque turbationis admittet. Tuum igitur erit nos in oportunitatibus tuis cum fiducia obtinendi requirere, nostrum vero in illis tibi prout res exegerit et cum Deo licuerit complacere. Dat. Avinione, XVIII kal. maii [1]. »

[1] Cf. Nous savons que c'est en 1317 qu'eut lieu la conspiration à laquelle le Pape fait allusion ici et que, le 22 avril 1317, il en faisait déjà rechercher les auteurs (n° 182). Il est probable que le roi de France n'attendit pas longtemps pour lui offrir son concours et que la lettre que nous publions est de la même année.

173 Avignon, [15 avril 1317].

Dolori « Blanchæ », ducissæ Burgundiæ compatitur eique beati Ludovici quondam Tolosani episcopi canonisationem, nuper paschalis temporis puritate, die Jovis videlicet post festum Resurrectionis dominicæ factam notificat. (REG. 109, fol. 38, c. 157.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanc[h]e ducisse Burgundie.* Ex tuis filia, litteris per dilectos filios fratres.., de ordine fratrum Minorum nobis noviter presentatis quas benigne recepimus nobis innotuit quam lugubris, quam molesti doloris angustia premeris, quantove merore consumeris, et quam valide turbationis turbine pia tua viscera quatiuntur quod eos qui veluti consanguinitatis et affinitatis connisi[1] mutuis se deberent fulcire favoribus et presidiis confovere, ac ea que pro temporum diversitate contingit emergere, quantumcumque gravia, quantumcumque difficilia, tractatibus ordinare domesticis et familiaribus collationibus expedire, tam periculose conspicis ad invicem dissidere, super quibus, filia, dolemus ex intimis et nichilominus tuum in nos transfundimus quodam sustinentie participio et compassionis affectu dolorem — Dat. Avinione, XVII kal. aprilis[2].

[1] Reg. *conniti*.

[2] Cf. Le XVII des kalendes d'avril correspond au 16 mars; or la canonisation de saint Louis de Toulouse eut lieu le 7 avril 1317 (n° 160). Il est difficile de croire que Jean XXII ait attendu encore une année pour annoncer cette nouvelle à la duchesse de Bourgogne, alors que tous les autres princes en avaient été informés (REG. 109, fol. 34vo-35vo, c. 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, nos 163-165 de notre publication; — RAYNALDI, *Annales eccles.*, 1317, § IX et X; — ACTA SANCTORUM, *Aug.*, t. III, 798-799). Il faut donc admettre, et il y en a d'autres exemples (nos 174, 301, 422, 503, 575, 799, 935, 1013; voyez aussi n° 302, note 2, où nous citons une omission relevée dans la date d'un original), que le scribe qui a transcrit la lettre dans le registre a fait une erreur et lire : XVII *kal. maii*, ce qui donne la date du 15 avril 1317. Cette hypothèse est d'autant plus admissible que nous voyons Jean XXII mentionner, le 17 avril 1317 (n° 176), une lettre qu'il écrit à la duchesse de Bourgogne et qui doit être celle que nous publions ici. Au sujet du nom de Blanche voyez ce que nous disons plus bas, n° 177, note 1.

174 Avignon, 17 avril [1317].

Carolum, comitem Valesii rogat ut Philippo, regi Franciæ et Navarræ, nepoti suo, præcipue tempore

quo multa videntur adversa, consiliis, auxiliis et favoribus oportunis, assistat. (Reg. 109, fol. 37 v°, c. 154; fol. 222 v°, c. 811; — Reg. 110, p. i, fol. 51 v°, c. 168.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Recolimus, fili, nunc verbo, nunc litteris [1] affectibus tibi suasisse paternis, quod cum inter ceteros de inclita domo Francie prodeuntes vir maturioris etatis existas, et proinde majoris esse discretionis, nedum opinione vulgari set et rationabili censura credaris, ad ea que regni Francie contingerent tranquillitatem et pacem te prompte curares intendere, et que contrarium saperent non omitteres totis viribus impedire, maxime cum mundi malitia tibi nitatur ascribere quicquid temporibus istis ipsi regno contigerit, et presertim adversum. Verum quia suasiones nostras hujusmodi agendorum ingruentia variorum potest tue subduxisse memorie, nos, ex illius benivolentie singularis affectu quo ad christianissimum regnum Francie, naturalitate cogente, provehimur, tue diligentie studium eo affectuosius quo sepius ad id ipsum, *post illa verba quo sepius ad id ipsum videtur deficere unum verbum* [2], tui honoris intuitu et utilitatis obtentu providimus exitandum [3]. Cum itaque ipsius regni prosperitatem et gloriam non aliter quam tuam propriam debeas affectare, prout hactenus evidentibus signis et virtuosis actibus ostendisti [4], de quo nimirum ubique condignis preconiis multe laudis extolleris, et regi regum, ut credimus, magis acceptus magisque gratus existis, nobilitatem tuam requirimus et rogamus ex corde, sano nichilominus tibi consilio suadentes quatinus ceptis et actis commendabiliter hucusque, absque dispendio interruptionis inherens, hoc precipue tempore quo aliqua imminere videntur adversa, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, nepoti tuo, cujus te prospera et adversa ex ratione contingunt, te nullatenus subtrahas, quin immo sibi et regno predicto consiliis, auxiliis et favoribus oportunis assistas, ut te sibi fideliter et viriliter ut condecet assistente, oppilentur ora iniqua loquentium, Deus ipse majestatis fiat inde tibi placatior, nomen tuum exaltetur in populis, et nos et apostolica Sedes qui de laudabilibus tuis in hac parte gestibus pro certo gaudebimus, te in oportunitatibus uberioris favoris plenitudine prosequeremur [5]. Dat. Avinione, xv [6] kalendas maii [7]. »

[1] 5 novembre 1316 (n° 6). Voyez aussi n° 349.

[2] Cette note, due au scribe, ne se trouve que dans le registre 110. Elle est d'ailleurs inutile.

[3] Reg. 109, c. 154 : *hesitandum!*

[4] Charles de Valois avait assisté au sacre de Philippe V et lui avait prêté hommage (Cf. n° 349, note 2).

[5] Reg. 110 : *prosequamur.*

[6] Reg. 110 : V *kal maii* qu'il faut sans doute corriger [x]v *kal. maii*, comme dans les deux leçons du registre 109. Voyez, à ce propos, n° 173, note 2.

[7] Cf. Jean XXII écrivit maintes fois (n°s 208, 209, 349, 351, 358, 385, 394, 502, 959, 973) pour ramener ou maintenir les bonnes relations entre Philippe V et Charles de Valois, trop enclin à favoriser les ennemis du roi, bien qu'il eût assisté au sacre et prêté hommage, comme nous l'indiquons ci-dessus. L'instabilité de ces relations, surtout au commencement du règne (Voy. n°s 349-351), ne nous a pas permis de préciser la date de toutes ces lettres; mais ce que Jean XXII dit ici des difficultés qui se présentaient peut faire croire qu'il s'agit de l'année 1317 (*ib.*). Toutefois c'est une date que nous ne donnons que sous toutes réserves.

175 Avignon, 17 avril [1317].

Ducem Burgundiæ qui prætextu injuriæ nepti suæ a Philippo, rege Franciæ, factæ, eidem regi debitam præstare recusaverat obedientiam, ad fidelitatem hortatur. (Reg. 109, fol. 53, c. 211.)

« *Dilecto filio nobili viro duci Burgundie.* De tuis, fili, honore ac salute solliciti, ea que tibi circa id expedientia credimus, paternis libenter affectibus suademus. Cum itaque, sicut fama ocius advolans ad nostrum perduxit auditum tu, occasione sumpta quod carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, nepti tue facit, ut fertur, (facit) injuriam, ea in quibus eidem regi teneris ut domino prestare recusas, nobilitatem tuam rogandam duximus et hortandum, sano nichilominus tibi consilio suadentes quatinus, vires tuas et rei exitum efficaciter metiens, pretextu ipsius injurie, si aliqua forsan videatur inferri, fidelitatis debitum nullo modo pretereas nec te subtrahas aliquatenus, quin ea que debes regi prestes et facias memorato, ne aliter faciens, gravem ponas in tui nominis gloria maculam,

periculis non levibus te subicias, et illius qui reddi jussit que sunt Cesaris Cesari, indignationem incurras. Nec credas suggerentibus in hac parte contrarium, qui te forsan in necessitate desererent, et de confusione tua aut precipitio non curarent, quibus ut harundineis baculis quis innitens facile corruit, dum se ab eis sustentari confidit, nos autem parati sumus dare libenter per nos vel alios opem et operam quod rex ipse et tu vivatis in animorum concordia, cujusvis occasione dissidii omnino sublata. Dat. Avinione, xv kal. maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre et les deux suivantes sont antérieures à la soumission du duc de Bourgogne qui eut lieu le 27 mars 1318 n. s. (Voy. n° 572, note), et qui était déjà connue à la cour pontificale le 5 avril (Voy. n° 555). Le double mariage pour lequel furent accordées les dispenses du 2 et du 5 mai 1318 (n°s 575-579) cimentèrent cet accord.

176 Avignon, 17 avril [1317].

Agneti, ducissæ Burgundiæ, ut ducem, filium suum, ad concordandum cum Philippo, rege Franciæ, inducat. (Reg. 109, fol. 53, c. 213; — Reg. 110, p. ii, fol. 66, c. 301 et 350.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, ducisse Burgundie.* Per alias nostras litteras[1] tibi, filia, scribimus ut super adversitatibus que te premunt consolationem assumas in illo qui est merentium consolator, multis ad id rationibus et exemplis inductis, set et nunc audito volucri fama prenuntia quod dilectus filius nobilis vir dux Burgundie, natus tuus, occasione sumpta quod carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, tue et ipsius ducis nepti facit, ut fertur, injuriam, ea in quibus eidem regi tenetur ut domino prestare recusat, paterno tibi suademus affectu quatinus, ipsius nati tui vires et rei exitum fideliter metiens, efficaciter natum eundem inducas ut, pretextu ipsius injurie, si aliqua forsan videatur inferri, fidelitatis debitum nullomodo pretereat nec se subtrahat aliquatenus, quin ea que debet regi prestet et faciat memorato, ne aliter faciens gravem ponat in sui nominis gloria maculam, periculis non levibus sese subiciat, et illius qui reddi jussit que sunt Cesaris Cesari indignationem incurrat, nec credat suggerentibus in hac parte contrarium qui eum forsan in necessitate desererent, et confusione ipsius aut precipitio non curarent, quibus ut harundineis baculis quis innitens facile corruit, dum se ab eis sustentari confidit. Nos autem eidem duci super hoc scribimus prout expedire putamus[2] et intendimus, actore Domino per nos vel alios dare solerter opem et operam quod rex predictus et ipse vivant in animorum concordia, cujusvis occasione dissidii omnino sublata. Dat. xv kal. maii[3]. »

[1] 15 avril 1317 (n° 173).
[2] Voyez le numéro précédent.
[3] Cf. n° 175, note.

177 [17 avril 1317.]

« Blancham » ducissam Burgundiæ ad eamdem pacem inter dictum ducem, natum suum et Philippum, regem Franciæ, procurandam, in forma diversa hortatur. (Reg. 110, p. ii, fol. 65 v°, c. 304 et 949.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche, ducisse Burgundie*[1]. Per alias nostras litteras[2] tibi, filia, scribimus ut super [dissentione quam inter] carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem et dilectum filium nobilem virum ducem Burgundie, natum tuum, pacis hostis, amator litium periculose concitasse videtur, consolationem assumas in illo qui est merentium consolator, set et nunc tibi paternis suademus affectibus ut occurens caute principiis antequam dissidium ipsum perniciosam coalescat in segetem, solicitudinis te partes ad sedationem illius interponere non ommittas. Considera itaque, filia, quanta ex ipso dissidio, si forte procedat, possunt provenire dispendia veluti strages corporum, animarum discrimina, et lapsus etiam facultatum, considera quod pia Dei negotia et precipue Terre Sancte succursus inde non levia suscipere poterunt detrimenta. Considera et prudenter attente magnam valde regis predicti potentiam et dicti nati tui vires fideliter metiaris et patenter invenies quod non est tutum ei qui multos potest habere belligeros cum paucis occurere, nec cuiquam expedit contra stimulum calcitrare. Hec igitur et alia que Dominus

tue considerationis obtutibus inspirabit, in rationis consistorium introducans, ipsi nato tuo, si eum diligis, si ejus cupis honori prospicere, si horrendis infamie maculis aborres sui nominis gloriam maculari, efficaciter suadere procura quod omnino desistens a ceptis se regi predicto consiliet (*sic*), et fidelitatem ac homagium juxta debitum sibi prestet, nec eum in contrarium moveat illata forte nepti per regem eundem injuria, quia etsi de illa liqueret, non tamen esset scelus scelere vindicandum, cum salubrius sit omnia mala pati, quam mala commitere, vel eis quomodolibet consentire. Non etiam in talibus acquiescat perversis suggestionibus aliquorum qui forte libenter discordiam nutrirent hujusmodi, desiderantes in mari turbato piscari, et qui, si male sibi succederet, eum cito desererent, et de confusione ipsius aut precipitio non curarent. Hii nempe harundineis comparari possunt merito baculis, quibus quis innitens facile corruit, dum se ab eis sustentari confidit. Relictis igitur provide que improvide cernitur incepisse, prudenti meditatione libret cepti operis exitum, et dum adhuc antequam procedatur ad alia, reconciliasionis (*sic*) tempus sibi superest oportunum ad utilitatem suam utatur eodem, ne desit penitudini locus cum res, quod absit, in eam desolationem venerit quod reformari non possit. Nos enim eidem duci super hiis scribimus[3], prout expedire putamus, et intendimus per vias decentes et utiles providere negotio, ac dare solerter opem et operam quod rex predictus et ipse vivant in animorum concordia, occasione dissidii, Deo actore, sublata[4]. »

[1] Y a-t-il ici une erreur, ou bien faut-il admettre que la la mère du duc de Bourgogne, connue généralement sous le nom d'Agnès, portait un autre nom, quoique les faits de ce genre soient rares à cette époque ? Nous n'osons l'affirmer. Il ne peut être question ici que d'Agnès, fille de saint Louis et mère d'Eudes IV. Nous reproduisons l'adresse telle qu'elle se trouve dans le registre du Vatican. Voyez aussi n° 173.

[2] N° 176.

[3] N° 175.

[4] Nous avons cru devoir rapprocher cette lettre qui ne porte aucune date des deux précédentes. On, voit en effet, qu'elles ont toutes trois le même objet et qu'elles ont été écrites au même moment. Voyez, au sujet de ces lettres, ce que nous disons plus haut, n° 76, note 1.

178 Avignon, 18 avril [1317].

Philippo, regi Franciæ, ut Hugonem de Castronovo ipsius nepotem a comparutione in convocatione nobilium Parisius excusatum habeat. (Reg. 109, fol. 43, c. 178; — Reg. 110, p. II, fol. 38 v°, c. 175 et 731; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 174, n° 114[1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum sicut audivimus — Dat. Avinione, XIIII kal. maii[2]. »

[1] Avec la date de 1317-1320.

[2] Cf. Pour la date, voyez ci-après, n° 180.

179 Avignon, 18 avril [1317].

Eidem ut Garinum de Castronovo, dominum de Gramato, ab eadem comparutione excusatum habeat. (Reg. 109, fol. 43, c. 179; — Reg. 110, p. II, fol. 38 v°, c. 176 et 732; — L. Guérard, *loc. cit.*, non publié.)

« *Eidem.* Cum sicut audivimus — Dat. Avinione, XIIII kal. maii[1]. »

[1] Pour la date, voyez le numéro suivant.

180 Avignon, 18 avril [1317].

Eidem ut Deodatum de Calvignaco[1] quem ad eum cum apostolicis litteris nunciativis canonisationis beati Ludovici quondam Tolosani episcopi mittit, a præfata convocatione excusatum habeat. (Reg. 109, fol. 43, c. 180; — Reg. 110, p. II, fol. 39 v°, c. 183 et 739; — L. Guérard, *loc. cit.*, non publié.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum sicut audivimus — Dat. Avinione, XIII kal. maii[2] ».

[1] *Calvinhaco* dans l'index du registre 110.

[2] Cf. Saint Louis de Toulouse fut canonisé le 7 avril 1317 (n° 160). Jean XXII l'annonça à Philippe V le 9 du même mois (n° 164); c'est vraisemblablement de ces lettres dont il est parlé ici. Nous savons d'ailleurs qu'une convocation avait été adressée à tous les grands du royaume le 8 mars 1317, n. s. L'acte qui en fait foi ne se trouve plus aux Archives nationales, mais l'analyse en est conservée par l'inventaire de Dupuy (J. 443A, n° 3), en ces termes : « Vidimus des lettres du roi Philippe V à tous les baillis et sénéchaux de son royaume

pour faire assigner les prélats, abbés et autres personnes d'église, barons et nobles du royaume pour se trouver à Paris à certain jour pour adviser sur le passage d'outremer et autres affaires concernant la paix du royaume. » Si ce document a disparu, nous possédons un grand nombre de lettres de procurations ou d'excuses envoyées en réponse à cette convocation (Arch. nat., J. 443A, nos 41-100; 443B, nos 4109-119; 444, nos 31-25, 61-13) et qui suffisent largement à justifier la date de 1317.

181 Avignon, [18 avril 1317].

Eidem eamdem dispensationem pro magistro Petro Textoris, doctore decretorum, priore sancti Antonini Ruthenensis diocesis, petit. (Reg. 109, fol. 43, c. 181 ;— L. Guérard, *loc. cit.*, non publié.)

« [*Eidem*]. Cum sicut audivimus — Dat. ut supra[1]. »

[1] Voyez le numéro précédent. On sait qu'à ce moment le personnage dont il est question et qui, avant le 7 mai 1318, avait été nommé abbé de Saint-Sernin de Toulouse, se trouvait en mission dans le sud de l'Italie (Cf. n° 161, note 8).

182 22 avril [1317].

Galhardo, episcopo Regensi, mandat ut summarie et de plano inquirat contra illos cujuscumque conditionis qui diebus istis contra ipsum et quosdam cardinales conspirarunt. (Reg. 109, fol. 209 v°, c. 781 ; — Reg. 110, p. ii, fol. 81, c. 374 et 1018; — Collectoriæ, reg. 493, fol. 1 ; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § xv ; — L. Fumi *Eretici e ribelli nell' Umbria dal* 1320 *al* 1330, dans le *Bolletino della regia deputazione di storia patria per l'Umbria*, t. III, 1897, p. 277.)

« *Johannes, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Galhardo, episcopo Regensi, salutem et apostolicam benedictionem*[1]. Horrendum scelus, execrabile facinus, detestabile sacrilegium in nos et quosdam ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus diebus istis, ut dicitur, inaudita temeritate presumptum, horrorem audientibus ingerit, jus dicentis pulsat officium, et severitatem correctionis exposcit ; fertur enim et ad nostrum assertio fide digna perduxit auditum quod nonnulle persone ecclesiastice ac mundane filii utique Belial, fautores[2] et collegе illorum quos ex patre diabolo esse ponit evangelica veritas, fidelitatis debitum quo nobis et Ecclesie Romane tenentur, Dei timore postposito, transgredi non verentes, ac inofficiose pretereuntes reverentie filialis affectum, tanquam degene[re]s filii patrios annos ante diem inquirere et finem illorum moliti sunt iniquis machinationibus maturare, quodque quadam feriali sevitia, et omni quasi humane nature que inter omnes homines cognationem quandam constituens alterum insidiari alteri censuit nephas esse federe violato, in eorum necem quos amabiliter et reverenter prosequi tenebantur, nephandis tractatibus inde prehabitis conspirarunt ; si quidem non attento quod leges humane atrocius judicunt hominem veneno extinguere quam gladio trucidare, potiones et venena mortifera preparari fecerunt, ut ex illorum propinatione, nos et aliquos ex eisdem fratribus nostris extinguerent ; et ne deficerent in sui mali executione propositi, propinationis habilitate negata, imagines cereas fecerunt, sub nostro et ipsorum nostrorum fratrum nominibus confici, ut magicis artibus, incantationibus vetitis ac demonum invocationibus reprobandis adhibitis, vitam labefactarent insontium per punctionem ymaginum predictarum. Porro licet hujusmodi perfidi proditores conceperint dolum hujusmodi et ut iniquitatem parerent oportunitatem querere suosque frequenter curaverint pro viribus exercere conatus, ille tamen in cujus potestate hominis mors et vita consistunt misericorditer resistentie manum apposuit et a nocere nitentibus innoxiis noceri non sinens, potiones et tres ex ymaginibus antedictis in manus nostras ab insperato devenire concessit. Quis igitur non horreat filios sic immaniter, sine causa, commotos in patrem et in fratres una nobiscum mundi onera supportantes, sic indebite voluisse sevire ? Quis amare non ferat subditorum audaciam, rupto fidelitatis federe, sic infideliter erectam in dominum et suum et fratrum suorum interitum sic inique grassantem ? Quis locus regiminis poterit esse tutus, quis rector securitate gaudebit, si Romanus pontifex et ejus curia talibus subiciantur casibus, si ejus fratres et filii spirituales hiis periculis exponantur ? Cujus ita tepescat affectus, ut non accendatur velut (in) ignis, ad cohibenda talia zelus ejus ? Quis in castigando tantorum scelerum patratores

et crudelitatis inaudite ministros libenter justitiam non ministret? Quia itaque premissa in animarum vergunt periculum, in ordinis clericalis oprobrium et pernitiosum exemplum aperte redundant, nos ea sic enormia sicque detestanda absque castigatione debita pertransire nolentes, cum ad ea compescenda, ne periculose in alios exemplari alveo deriventur, exercenda sit potius severitatis ecclesiastice disciplina, ad inquisitionem super hiis zelo justitie quam ex officii debito exequi tenemur ad omnes, auctoritate apostolica censuimus procedendum, fraternitati tue de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, districte precipiendo mandantes quatinus in locis de quibus videris expedire, contra quascumque personas ecclesiasticas et mundanas cujuscunque preheminentie, status, conditionis, aut dignitatis existant, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, per omnes vias et modos quos ad id videris expedientes et utiles, solum Deum habendo pre oculis, super predictis omnibus et singulis, et ea tangentibus, summarie, de plano, judiciorum anfractibus et solemnitatibus omnino submotis, omni appellatione cessante, inquiras diligenter veritatem, et quecunque inveneris super illis in publicam formam redacta, fideliter assignare nobis sub tuo sigillo procures. Dat. x, kalendas maii, pontificatus nostri anno primo[3]. »

[1] Dans les registres 109 et 110, il y a simplement : *Venerabili fratri Gualhardo, episcopo Regensi.*

[2] Reg. 109 : *fratres.*

[3] La date *anno primo* ne se trouve que dans les registres des *Collectoriæ* et figure aussi dans une autre lettre de Jean XXII du 5 mai 1317 (nº 222). On sait d'ailleurs que Gaillard Saumate ne demeura sur le siège épiscopal de Riez que jusqu'au 12 novembre 1317 (G.-H. Albanès, *Gallia christiana novissima*, col. 602, inst. col. 387-388, nº xxviii eccles. Regensis; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, 334). Au sujet de cette conspiration contre le pape et les cardinaux, voyez aussi nºs 172, 222, 329, 399, 443. La lettre du 8 mars 1317, que l'on a vue ci avant (nº 134), a peut-être trait à la même affaire, et c'est elle aussi que concerne ce : *processus authenticus in pergameno super nefandis tractatibus, conspirationibus ac venenis præparatis contra personam pape et quorumdam cardinalium, de anno* 1317, *pontificatus Johannis XXII anno I*, signalé dans un index des Archives du Palais d'Avignon de 1594 (copie du xviiie siècle, conservée à la Bib. Vallicellana à Rome, nº 38, fol. 156, § 19; — cf. Dudik, *Iter Romanum*, II, p. 10).

183 Avignon, 24 avril 1317.

Arnaldo de Via quod ratione præposituræ Barjolensis, Forojuliensis diocesis, ac Turonensis et sancti Sereni Caturcencis ecclesiarum archidiaconatuum quos obtinet, usque ad unum annum ad sacros ordines promoveri non teneatur. (Reg. 63, cur. fol. 352 vº, c. 75 et 1086.)

« *Dilecto filio Arnaldo de Via, preposito ecclesie Barjolensis, Forojuliensis diocesis.* Personam tuam laudabilibus — Dat. Avinione, viii kal. maii, anno primo. »

184 Avignon, 24 avril 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, prioratus de Calma, de Salenis et de Ussons, pertinentes ad monasterium Casæ Dei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis et Aniciensis diocesum, simul unitos et per obitum fratris Raymundi de Salemniaco vacantes confert. (Reg. 63, cur. fol. 406 vº, c. 350 et 1429.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, viii kal. maii, anno primo. »

185 Avignon, 24 avril 1317.

In e. m. decano Brivacensi, Claromontensis diocesis, et Avinionensis ac Claromontensis ecclesiarum præpositis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 407, p. c. 350 et 1429.)

186 Avignon, 25 avril [1317].

Philippo, regi Franciæ, R[aynaudum], archiepiscopum Bituricensem, et fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis fratrum Prædicatorum, nuntios speciales mittit ad concordiam cum Odone, duce Burgundiæ, Ludovico, comite Nivernensi, alligatis Campaniæ et Flamingis Parisius procurandam. (Reg. 109, fol. 43, c. 182; — Reg. 110, p. i, fol. 45 vº, c. 145.)

« *Carissimo in christo filio regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, dolenter audito quod dilecti filii Otho, dux Burgundie, et Ludovicus, comes Nivernensis, et alligati de comitatu Campanie

ea ad que tibi tenentur ut domino prestare refugiunt et ab obedientia tua temerarie se subducunt, quodque alligati de comitatu Attrebatensi redire ad fidelitatem et obedientiam debitam, concordiam super hoc pridem, ut audivimus, initam non servando, contempnunt, audito etiam quod nonnulli ex predictis inobedientibus ac procuratores seu nuntii Flamingorum certa die debent coram te Parisius comparere, solennes nostros nuntios videlicet venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, ac dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, viros equidem probate circumspectionis et fidei, pacem gerentes in votis ac tuorum honoris et commodi zelatores, ad tuam et illorum presentiam providimus e vestigio destinandos qui jam ad arreptionem itineris prosequendi continue se accingunt, tibi et illis apostolicas presentaturi litteras super discriminum imminentium sedatione confectas et nichilominus tibi et illis (apostolicas presentaturi litteras[1]) ex parte nostra quecunque oportuna et utilia negotio fuerint suasuri. Tu ergo, fili carissime, prudenter attento quod licet pacis bonum, si aliter nequeat obtineri, per suum contrarium licite queri possit, quia tamen illum pro viribus imitari te convenit qui cum irascitur, semper misericordie recordatur, nedum ad exhibendum justitiam eisdem inobedientibus te pronum et flexibilem offeras, quin etiam eos in vultu penitentium redire paratos ad gratie tue sinum clementer admittas. Ut autem illi ex predictis qui, prefixa die, Parisius fuerint, aliquod sciant de nostro circa premissa proposito, dilecto filio.., priori fratrum Predicatorum de Parisius vel ejus locumtenenti per veloces cursores, exhibitores presentium, scribimus[2] ut te ad predicta, et illos ad obedientiam et pacem solerter inducat, eisque significet qualiter illuc premissis ex causis predictos nuntios cum celeritate qua convenit destinamus. Eidem vero priori aut ejus locumtenenti circa ea que referet in predictis, per te fidem petimus credulam adhiberi. Datum Avinione, VII kalendas maii[3]. »

[1] Ces trois mots, mis sans doute par erreur, manquent dans le registre 110.

[2] Voyez ci-après n° 189.

[3] Cf. C'est à Pâques 1317 (3 avril) que les envoyés des Flamands devaient venir à Paris. Ce terme fut ensuite successivement reculé à la Pentecôte (22 mai), à la quinzaine de la Pentecôte (5 juin), puis au 22 août, et c'est le 4 novembre 1317 seulement que l'entrevue eut lieu et qu'un accord fut conclu (ARCH. NAT., JJ. 55, fol. 9, nos 14, 15, 16; fol. 14, n° 27; voy. ci-après nos 364 et 441, note 6 et aussi n° 223). Nous savons d'ailleurs que Berenger de Landorre avait été nommé archevêque de Compostelle le 13 juillet 1317 (n° 314) et qu'il eut dès lors le titre d'*electus*. Louis de Nevers avait fait la paix avec le roi de France le 13 septembre 1317 (Voy. n° 393, note 2).

187 [Avignon, 25 avril 1317.]

Carolo, comiti Valesii, de prædictorum nuntiorum missione, ut ipsis faveat Philippumque regem ad pacem inducat. (REG. 109, fol. 43 v°, c. 183; — REG. 110, p. I, fol. 45 v°, c. 146.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Ecce, fili, dolenter audito quod dilecti fili etc., usque ea que carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, tenentur ut domino, ut supra mutatis mutandis usque suasuri. Tu ergo, fili, prudenter attento quod satis clamat ad te facti hujusmodi qualitas, satis dicti regis caritas et tui honoris consideratio interpellat, sicut Deo et nobis placere desideras et tuam extolli famam laudibus condignis affectas, quocumque manus tua poterit, instantius operare quod predicti inobedientes ad ipsius regis fidelitatem et obedientiam spontanei redeant, prestituri ea ad que tenentur eidem nec in hiis moras protrahendo diutius, gravibus periculis se exponant, quodque Flamingi ad ea complenda que in dicte concordie devenere tractatu se stabiles prebeant atque pronos et dicto regi tam grata tamque acceptabilia gratanter offerre ac rationabiliter offerenda per illum liberaliter acceptare procurent, quod ipse cum eis pie agere, et eos admittere solide ad regalis benivolentie gremium inclinetur, ad que omnia regem ipsum salutaribus inducere monitis non omnittas, super hiis autem dilecto filio.., priori fratrum Predicatorum de Parisius aut ejus locumtenenti cui per alias nostras litteras scribimus[1] te in referendis circa hec per eundem pro parte nostra fidem volumus credulam adhibere[2]. »

[1] N° 189.
[2] Cf. n° 186.

188 [Avignon, 27 avril 1317.]

Ludovico, comiti Ebroicensi, de eodem. (Reg. 109, fol. 43 v°, c. 184; — Reg. 110, p. i, fol. 45 v°, p. c. 146.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Ebroicensi*[1]. »

[1] Pour la date, voyez n° 186.

189 [Avignon, 27 avril 1317.]

Priori Prædicatorum de Parisius, ut ad eandem pacem procurandam studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 43 v°, c. 185; — Reg. 110, p. i, fol. 45 v°, c. 147.)

« *Dilecto filio fratri.., priori Predicatorum de Parisius vel ejus locumtenenti.* Dolenter audito quod dilecti filii nobilis viri, ut supra in alia[1] mutatis mutandis usque suasuri. Ut igitur illi ex predictis qui prefixa die Parisius fuerint aliquid sciant de nostro circa premissa proposito devotioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, statim receptis presentibus, te ad illorum presentiam conferens, secundum datam tibi a Deo prudentiam, quocumque manus tua poterit, instantius operare, exhortationibus et suasionibus efficacibus institurus quod ipsi inobedientes ad ipsius regis etc. ut in proxima usque inclinetur[2], significaturus eisdem qualiter illuc premissis ex causis predictos nuntios cum ea celeritate qua convenit destinamus. Et quia dicto regi et dilectis filiis nobilibus viris Carolo, Valesii, et Ludovico, Ebroicensi comitibus, clare memorie Philippi, regis Francie filiis, super hoc per apostolicas litteras scribimus[3] fidem inde tibi adhiberi petentes, regem et comites antedictos similiter adeas, regi suasurus eidem quod illum pro viribus imitans qui, cum irascitur, semper misericordia recordatur, nedum ad exhibendum justitiam eisdem inobedientibus se pronum et flexibilem offerat, quin etiam eos in vultu penitentium redire paratos, ad gratie sue sinum clementer admittat; prefatis etiam comitibus suggeras quatinus, prudenter attento quod satis clamat ad eos facti hujusmodi qualitas, satis etiam dicti regis caritas ac ipsius honoris consideratio interpellat, sicut Deo et nobis placere desiderant et suam affectant famam laudibus condignis extolli, apud regem, Flamingos et inobedientes alios antedictos, ut premissa effectualiter compleant, apponere studeant solicitudinis sue partes. Quicquid autem actum fuerit in premissis per litteras tuas formam presentium continentes nobis rescribere non omittas. Dat. ut supra[4]. »

[1] Reg. 109 : *in prima*. Voyez n° 186.
[2] N° 187.
[3] N°s 186, 187, 188.
[4] Cf. n° 186.

190 Avignon, 27 avril 1317.

Officiali Narbonensi quorumdam fratrum Minorum citationem committit. (Reg. 63, cur. fol. 360, c. 117 et 1127; — L. Wadding, *Annales Minorum*, t. VI, p. 268, 1317, n° xi; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 4, n° 52; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 118, n° 266.)

« *Dilecto filio.., officiali Narbonensi.* Pridem ad nostri — Dat. Avinione, v kal. maii, anno primo. »

191 Avignon, 27 avril 1317.

Officiali Biterrensi idem committit. (Reg. 63, cur. fol. 361 v°, c. 118 et 1128.)

« *Dilecto filio.., officiali Bitterrensi.* Pridem ad nostri — Dat. ut supra. »

192 [1317, peu avant le 29 avril.]

Universos burgenses, scabinos et communitates Flandriæ qui certa die Parisius, coram Philippo, rege Franciæ, de pace tractaturi comparere debent, ad eamdem pacem perficiendam hortatur eosque de proxima nuntiorum apostolicorum missione certiores facit. (Reg. 110, p. i, fol. 74 v°, c. 262.)

« *Universis burgensibus, scabinis, et communitatibus villarum totius comitatus Flandrie aut earum procuratoribus seu nuntiis ad quos presentes littere pervenerint, spiritum consilii sanioris.* Invitat nos

admonentque pariter amor Dei, caritas proximi, status mundi, ut paternis monitis gressus vestros devios cohibeamus a lapsu, de erroris nubilo vos reducamus ad lucem et animas vestras eripiamus a morte. Si enim conscientie claustra revolvitis, si prudenter attenditis quam indecenter neglexeritis famam vestram, quam periculose vestrarum salutem contempseritis animarum, profecto dolebitis, et caducum invenietis proculdubio statum vestrum. Ex excessibus siquidem per vos ab olim contra clare memorie Philippum, regem Francie, dampnabili temeritate presumptis ac contra successores suos reges Francie continuatis in culpam, nedum christianissimo regno Francie, immo quasi toti mundo multa dispendia multique dolores et angustie provenerunt, nam preter animarum pericula, corporum strages, et facultatum lapsus que commotio vestra utique reprobanda produxit, perpessa est hucusque, proh dolor, Terra Sancta extreme quasi desolationis incomoda que pium subsidium ab inclita domo Francie diutius expectatum, ex regibus ipsis distractis ad bella civilia obtinere nequivit, et licet prefatus rex Philippus, dum in rebus agebat humanis, ex innata sibi clementia misericorditer vobis indulserit, vosque clementer admiserit ad sue reconsiliationis gratiam per concordiam tractatam utrinque quam et vos per juramenta super hoc prestita servare, sicut audivimus, efficaciter promisistis, et non observantes latas ad vestram instantiam apostolica auctoritate sententias excommunicationis in personas, et interdicti in terras voluistis incurrere, nichilominus tamen vos, ingrati de gratia, postmodum, sicut fertur, rediistis ad vomitum, pacem ipsam nephandis ausibus infringentes, spretis sententiis et juramentorum transgressionibus non attentis. Verum quoniam sicut gaudenter audivimus vos tractatum quendam ab olim assumptum cum recolende memorie Ludovico, rege Francie et Navarre, de pace solida invicem reformanda solicite prosequentes cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, regnorum ipsorum rege illustri, pro ipsius perfectione tractatus habetis coram ipso rege certa die Parisius comparere, nos de ipsius regni Francie ad quod originis ratio[1] — tedio fatigata suspirat, universitates vestras monendas, rogandas duximus et hortandas, in Domino Jhesu Christo sano vobis consilio suadentes quatinus, premissis omnibus discrete pensatis, nec minus attento quod pacis bonum bona continens universa, quanto utilius et commodius indicatur tanto sincerius est querendum, et inventum cautius conservandum, circa perfectionem tractatus ipsius sic vos laudabiliter gerere et tam grata tamque acceptabilia eidem regis offerre curetis, quod ipse vobiscum pie agere, ac vos admittere solide ad regalis benivolentie gremium inclinetur. Si enim non tantum in verbis et fictis applausibus, sed per efficatiam operum ea que pacis sunt ostenderitis in vestris esse cordibus radicata, pax ipsa que solum illis promittitur qui bone per omnia voluntatis existunt, vobis sicut honorificata mater occurret nosque qui hoc ipsum gratum habebimus[2] — ad penas debitas processuri. Super hiis autem et aliis in illis partibus exequendis solennes nuntios illuc in brevi disponimus destinare. Dat.[3] etc. »

[1] Le passage supprimé ici se retrouve textuellement dans la lettre du 29 avril 1317 (n° 196).

[2] Ce passage se retrouve dans une autre lettre de la même date (n° 197).

[3] Cf. Cette lettre est de peu antérieure aux deux lettres analogues indiquées ci-dessus et qui nous donnent la date de la mission des envoyés pontificaux, Renaud, archevêque de Bourges et Bérenger de Landorre, annoncée déjà le 25 avril (n° 186). Peut-être faut-il l'attribuer à cette dernière date.

193 Avignon, 29 avril [1317].

Ludovicum, comitem Nivernensem, rogat ut Philippo, regi Franciæ, cujus dominio se subducere nititur, obediens sit, eumque de R[aynaudi], archiepiscopi Bituricensis et fratris Berengarii de Landorra, magistri ordinis Prædicatorum, nuntiorum apostolicorum, missione certiorem facit. (Reg. 109, fol. 44, c. 186; — Reg. 110, p. I, fol. 53, c. 174.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Nivernensi.* Paternum tibi si — nos enim speramus in Domino quod si tibi adversus regem ipsum aliqua forte justa querela supersit, ipse tuo inde juri satisfaciet, prout ratio equitatis amica requiret, ad quod et nos per apostolicas litteras[1] eundem inducimus et per solennes nuntios nostros videlicet venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum

filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei, exhibitores presentium, quos ad partes illas pro hiis et aliis exequendis negotiis destinamus in quibus in hiis que tibi pro parte nostra circa id referent te credere petimus, mandamus induci. Dat. Avinione, III° kal. maii [2]. »

[1] N° 207.
[2] Pour la date de cette lettre et des suivantes (n°s 194-220), voyez ci-dessus n° 186, note 3. Au sujet de Louis de Nevers voyez n°s 209, note 1 ; 393, note 2, et 394, note 2).

194 [Avignon, 29 avril 1317.]

Odoni, duci Burgundiæ, de pace cum eodem rege habenda et de prædictorum nuntiorum missione. (Reg. 109, fol. 44, c. 187 ; — Reg. 110, p. I, fol. 53, c. 175.)

« *Dilecto filio nobili viro Odoni, duci Burgundie.* Nuper ad auditum nostrum perducente fama prenuntia quod tu ea in quibus carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, teneris ut domino, eo pretextu prestare ac facere recusabas, quod eum asseris in quibusdam injuriam facere dilecte in Christo filie nepti tue, per apostolicas litteras [1] sano tibi consilio suasisse meminimus quod, vires tuas fideliter metiens et rei exitum prudenter advertens, occasione ipsius injurie si aliqua forsitan ipsi nepti videretur inferri, fidelitatis debitum nullatenus preterires, nec te subtraheres quomodo, quin ea que deberes regi prestares et faceres memorato, ne contrarium faciens gravem poneres in tui nominis gloria maculam, periculis subiceres grandibus, et illius qui reddi jussit que sunt Cesaris Cesari, indignationem contra te provocares. Verum quum caritas qua te et domum tuam sincere prosequimur, nescit ad te otiosa subsistere, sed tue saluti tuisque comodis inhians, incommoda nititur propulsare, nobilitati tue sicut iterum sic affectuosius et efficatius providimus suadendum quatinus, consideranter attento quam incongruum censeretur et indecens si tu qui nedum dicto regi consanguinitatis vinculo stringeris, quin etiam affinitatis necessitudine seu tractatum matrimonii inter te, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem.., dicti regis primogenitam contrahendi, conjungi et uniri sperans [2], te ab ipsius regis fidelitate ac obedientia quomodolibet separares, nec minus attente pensato quot et quanta tibi et tuis, si premissa de causa regem scandalizas eundem, possunt imminere discrimina, sic te sibi obedientem prebeas et fidelem, sicque illi ea in quibus ei teneris ut domino, cum omni promptitudine ac cujuslibet obice difficultatis exploso facias atque prestes, quod oblivioni committat quicquid eum adversum te propterea potuerat commovisse. Nec te inde retrahat ea quam dicte nepti fieri credis injuria, quia etsi de illa liqueret, non tamen esset scelus scelere vindicandum et ubi etiam erga ipsum regem debitum fidelitatis exolves, eum nimirum proniorem efficies ad reformandum omnia que erga te, ac neptem eandem crediderìs reformanda, nec in talibus acquiescas perversis suggestionibus aliquorum qui de discordia inter regem ipsum et te fortasse gauderent, desiderantes in mari turbato piscari. Tu hiis itaque, fili, nullius more prepedium ingeras ne si forte ea facere procrastinando distuleris, non adsit penitudinis locus, cum res, quod absit, in eam desolationem venerit ut reformari non possit. Nos enim speramus in Domino quod si tibi vel nepti predicte adversus regem ipsum aliqua forte justa querela supersit, ipse tuo et illius juri satisfaciet, prout ratio equitatis amica requiret. Ad quod et nos per apostolicas litteras [3] eundem monemus, et per solennes nuntios nostros etc. ut supra. Dat. ut supra [4]. »

[1] 17 avril 1317 (n° 175).
[2] Voyez, au sujet de ce mariage, *ibid.*, note.
[3] N° 207.
[4] Cf. n° 193.

195 [Avignon, 29 avril 1317.]

Agneti, ducissæ Burgundiæ, ut eumdem ducem, natum suum, ad prædictam pacem inducat. (Reg. 109, fol. 44 v°, c. 188 ; — Reg. 110, p. I, fol. 53, c. 176.)

« *Dilecto in Christo filie nobili mulieri Agneti, ducisse Burgundie.* Nuper ad auditum nostrum perducente fama prenuntia quod dilectus filius nobilis vir

dux Burgundie, natus tuus, ea in quibus carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, tenetur ut domino, eo pretextu prestare ac facere recusabat, quod eum asserit in quibusdam injuriam facere dilecte in Christo filie nepti sue, per apostolicas litteras[1] affectu tibi paterno suasisse meminimus quatinus, ipsius nati tui vires fideliter metiens et rei exitum prudenter advertens, efficaciter eundem induceres ut, occasione ipsius injurie, si aliqua credat fieri dicte nepti, fidelitatis debitum nullatenus preteriret nec se subtraheret quoquomodo, quin ea que deberet regi prestaret et faceret memorato, ne contrarium faciens gravem poneret in sui nominis gloria maculam, periculis se subiiceret grandibus, et illius qui reddi jussit que sunt Cesaris Cesari indignationem contra se provocaret. Verum quum caritas qua te ac domum tuam sincere prosequimur nescit ad te et ipsum natum tuum otiosa subsistere, sed tue et ipsius nati saluti vestrisque comodis inhians, incomoda nititur propulsare, nobilitati tue sicut iterum, sic affectuosius et efficatius providimus suadendum quatinus, consideranter attento quam incongruum censeretur et indecens si natus ipse tuus, qui nedum dicto regi consanguinitatis vinculo stringitur, quin etiam affinitatis necessitudine per tractatum matrimonii inter ipsum et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem.., dicti regis primogenitam contrahendi, conjungi et uniri speratur[2], se ab ipsius regis fidelitate ac obedientia quomodolibet separaret, nec minus attente pensato quot et quanta eidem nato tuo et suis, si premissa de causa regem scandaliset eundem, possunt iminere discrimina, predictum natum solerter inducas et diligentius exhorteris, ut sic se dicto regi obedientem prebeat et fidelem, sicque illi ea in quibus tenetur ut domino cum omni promptitudine ac cujuslibet obice difficultatis exploso faciat atque prestet, quod rex ipse oblivioni committat quicquid eum adversus natum eundem propterea potuerat commovisse. Nec ipsum inde retrahat ea quam ut premittitur dicte nepti fieri credit injuria, quia etsi de illa liqueret non tamen esset scelus scelere vindicandum et ubi etiam erga ipsum regem debitum fidelitatis exolvet, eum nimirum proniorem efficiet ad reformandum omnia que erga se ac neptem predictam crediderit reformanda, nec in talibus acquiescat perversis suggestionibus qui de discordia inter regem et duces predictos fortasse gauderent desiderantes in mari turbato piscari. In hiis itaque natus ipse tuus nullius more prepedium ingerat ne si forte ea facere procrastinando distulerit, non adsit penitudinis locus cum res, quod absit, in eam desolationem venerit ut reformari non possit. Nos enim speramus in Domino quod si duci vel nepti predictis adversus regem ipsum aliqua forte justa querela supersit, ipse rex eorum inde juri satisfaciet prout ratio equitatis amica requiret ad quod et nos etc. ut supra[3]. Dat. ut supra[4]. »

[1] 17 avril 1317 (n° 176).
[2] Voyez n° 175, note.
[3] N° 194.
[4] Cf. n° 193.

196 Avignon, 29 avril 1317.

Universos burgenses, scabinos et communitates Flandriæ ad perfectionem pacis coram Philippo, rege Franciæ, Parisius tractandæ hortatur, eisque nuntios apostolicos propter hoc destinatos commendat. (Reg. 109, fol. 45 v°, c. 189; — Reg. 110, p. i, fol. 34, c. 104.)

« *Dilectis filiis universis burgensibus, scabinis et communitatibus villarum totius comitatus Flandrie aut earum procuratoribus seu nuntiis ad quos presentes littere pervenerint, salutem, etc.* Gaudenter audivimus et delectabiliter recensemus quod vos tractatum quendam ab olim assumptum cum clare memorie Ludovico, rege Francie et Navarre, de concordia inter ipsum et vos solide reformanda sollicite prosequentes cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, regnorum ipsorum rege illustri, pro ipsius perfectione tractatus habetis coram ipso rege certa die Parisius comparere[1]. Verum quum ad hoc antiquus hostis innititur, ad hoc frequenter sic suas tendit insidias, ad hoc interdum se periculose in lucis angelum transfigurat, ut perturbet pacis optande consilia et zizaniorum spargat semina, et sparsa foveat et conservet, nos, tam de ipsius regni Francie ad quod originis ratio nos specialiter afficit, quam dicti regis in quo Romana mater Ecclesia singularis devotionis promptitudinem, et nos affectum reverentie filialis

evidenter reperisse letamur, votiva tranquillitate nec non de vestra salute solliciti, et nichilominus compatientes ex intimis Terre Sancte que ad dicti regis post Deum singulare suffragium, expectationis anxie tedio fatigata, suspirat, et propterea ipsius hostis humani generis, litium amatoris, volentes iniquis in hac parte conatibus totis viribus omnique cautele studio obviare, universitates vestras monendas, rogandas duximus et hortandas in Domino Jhesu Christo, sano vobis consilio suadentes quatinus, imminentibus vobis ex discordie seu guerre continuatione animarum corporumque periculis et lapsibus facultatum discreta meditatione pensatis, circa perfectionem tractatus ipsius sic vos laudabiliter gerere studeatis quod ipse vobiscum pie agere, ac vos admittere solide ad regalis benivolentie gremium inclinetur, nec aquiescatis perversis suggestionibus aliquorum qui de hujusmodi guerra seu discordia fortasse gauderent, desiderantes in mari turbato piscari et qui vos in necessitate desererent ac de vestra confusione seu precipitio non curarent, quin potius rei exitum proinde metientes, iniquis talium suasionibus omnino rejectis, pacis ineatis consilia et ad ipsius regis fidelitatem et obedientiam redeatis. Si enim non tantum in verbis et fictis applausibus, sed per efficaciam operum, et eorum perfectionem que in tractatu devenere predicto, ea que pacis sunt ostenditis in vestris esse cordibus radicata, pax ipsa que solum illis promittitur qui bone per omnia voluntatis existunt, vobis sicut honorificata mater occurret, nosque qui hoc ipsum gratum habebimus admodum et acceptum, pro hujusmodi nostre exhortationis exauditione devota, vos apostolici favoris gratia prosequi in vestris oportunitatibus inducemur. Et ecce super hiis per apostolicas litteras scribimus dicto regi[2], et nichilominus super hiis et aliis negotiis peragendis solennes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei, pacis et concordie zelatores, exhibitores presentium ad partes illas presentialiter destinamus, quibus per vos in hiis que pro parte nostra vobis circa premissa retulerint fidem petimus credulam adhiberi. Dat. Avinione, III kal. maii[3]. »

[1] Voyez n° 186, note 3.
[2] N° 207.
[3] Cf. n° 186, note 3.

197 [Avignon, 29 avril 1317.]

Eisdem super eodem cum clausula comminatoria. (Reg. 109, fol. 46 v°, c. 193; — Reg. 110, p. i, fol. 33 v°, c. 103.)

« *Universis burgensibus, scabinis et communitatibus villarum totius comitatus Flandrie aut earum procuratoribus seu nuntiis ad quos presentes littere pervenerint, spiritum consilii sanioris.* Habet mater Ecclesia causam multe turbationis et compassionis in vobis, dum sedule cogitat et dolenter advertit vestre indevotionis et inobedientie vitium, quo ab olim a fidelitatis debite semitis claudicantes, contra clare memorie Philippum et Ludovicum, reges Francie, laborastis, et quod in culpam continuasse noscimini contra carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, successorem eorum. Unde nedum christianissimo regi Francie, quin etiam Terre Sancte innumera dispendia provenerunt cum, preter animarum pericula, corporum strages et facultatum lapsus que inobedientia vestra sive rebellio in regno predicto produxit, perpessa sit hucusque, pro dolor, circa ipsa extrema quasi desolationis incomoda, que pium subsidium ab inclita domo Francie diutius expectatum, regibus ipsis propter inobedientiam vestram distractis ad bella civilia, obtinere nequivit. Sed et illud vestram in hac parte culpam adaugere videtur quod, licet prefatus rex Philippus, dum in rebus agebat humanis, ex innata sibi clementia misericorditer vobis indulserit, vosque clementer admiserit ad sue reconciliationis gratiam per concordiam tractatam utrinque, quam et vos per juramenta super hoc prestita servare, sicut audivimus, efficaciter promisistis, et non observantes latas ad vestram instantiam apostolica auctoritate sententias excommunicationis in personas et interdicti in terras voluistis incurrere, nichilominus tamen vos, ingrati de gratia, postmodum sicut fertur, rediistis ad vomitum, pacem ipsam nephandis ausibus infringentes, spretis sententiis et juramentorum transgres-

sionibus non attentis. Super quibus nimirum dolentes ex intimis, lapsui vestro compatimur, et nequeuntes paterne dulcedinis oblivisci, de salute vestra reddimur mente solliciti, cupientes vos ab inviis retrahi et in viam rectam adduci ne tandem inveterati in incepta perfidia in perditionis foveam incidatis; propter quod ad multum gaudium nobis cessit quod vos, sicut audivimus, post tot excessus tractatum quemdam cum prefato rege Ludovico, dum viveret, ab olim assumptum de pace solida invicem reformanda, cum prefato rege Philippo superstite sollicite prosequentes, pro ipsius perfectione tractatus, habetis in ipsius regis presentia comparere[1]. Super quo vobis proculdubio congaudemus dummodo non tantum in verbis et fictis applausibus sed per efficaciam operum, et perfectionem tractatus ejusdem ea que pacis sunt ostenderitis in vestris esse cordibus radicata. Verum quantum ad hoc antiquus hostis innititur, ad hoc frequentissime suas tendit insidias et ad hoc interdum se periculose in lucis angelum transfigurat, ut perturbet pacis optande consilia et zizaniorum spargat semina, sparsa foveat et conservet, et nonnulla etiam discoli hostis adjutores ipsius accensum ignem ipsius hostis studio tanquam lignis nutrientes injectis, seminare scandala eaque verbo vel facto solidare conantur. Nos ad dicti regni Francie, ad quod originis ratio nos specialiter afficit, et regis predicti in quo Romana mater Ecclesia singularis devotionis promptitudinem et nos affectum reverentie filialis evidenter reperisse letamur, tranquillitatem et pacem ac salutem zelo paterne caritatis affecti, ne in venatoris vos contingat incidere laqueos, vos salubribus monitis providimus muniendos, universitates vestras monentes, rogantes et hortantes in Domino Jhesu Christo, sano vobis consilio suadentes quatenus, premissis omnibus discrete pensatis, ad ipsius regis fidelitatem et obedientiam absque more dispendio spontanei redeuntes et, post preterite indevotionis lapsum et rebellionis excessum, fortiores in continuande ad eum in posterum fidelitatis exhibitione et obediendi proposito resurgentes, circa perfectionem tractatus ipsius sic vos laudabiliter gerere, rejectis omnino perversis quorumcunque suggestionibus, studeatis, quod rex ipse vobiscum pie agere ac vos admittere solide ad regalis benivolentie gremium inclinetur, nosque qui hoc ipsum gratum habebimus admodum et acceptum, pro hujusmodi nostre exhortationis exauditione devota, vos apostolici favoris gratia prosequi in vestris oportunitatibus inducemur. Alioquin si, quod absit, sic indurata fuerint corda vestra ut per nimie indevotionis zelum in continuata tamdiu malitia persistatis, post hujusmodi paterna nostra humanaque monita, scire vos volumus quod ad relevationem et reparationen cause Domini, que non leviter leditur circa subsidium Terre Sancte, nostris non mediocriter inherentis affectibus, cujus onus assumere Gallicorum laudanda devotio, crucis ad id signaculis insignita, propter vestre commotionis amare discidium impeditur, cum divine potentie brachio exurgemus, super contemptu sententiarum apostolice Sedis atque processuum et super eo quod in contemptum clavium in terris ecclesiastico interdicto suppositis fecistis et facitis, prout publica fama notoriat, quantum in vobis est, prophanari divina, contra vos ad penas debitas processuri. Super hiis autem et aliis in illis partibus exequendis solemnes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem Raynaudum, archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei, pacis et concordie zelatores, exhibitores presentium mittimus, quibus vel eorum alteri per vos in hiis que pro parte nostra vobis circa premissa retulerint fidem petimus credulam adhiberi[2]. »

[1] Voyez nº 186, note 3.

[2] Cette lettre a été écrite, on le voit, au même moment que la précédente. Les exemples de ce genre ne sont pas rares dans les registres 109 et 110 et nous sommes à même de constater que les envoyés pontificaux avaient parfois des lettres portant la même date, adressées aux mêmes personnages, mais dans des termes différents et qu'ils présentaient les unes ou les autres, selon les circonstances. Voyez nº 76, note 1.

198 Avignon, 29 avril [1317].

Roberto, comiti Flandriæ, ut ad pacem cum Philippo, rege Franciæ, habenda se favorabilem exhibeat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 109, fol. 45 vº, c. 190; — Reg. 110, p. I, fol. 31 vº, c. 94.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* De sinu patris in te spargenda semina prodeunt fructum germinatura multiplicem comodi, honoris et glorie, si devotus illa susceperis, et ad susceptionem ipsorum velut agrum purgatum spinis et tribulis paraveris mentem tuam. Ecce nosti, cum sit longe lateque notorium, quod ex indevotione, lapsu et rebellionis strepitu in comitatu Flandrie contra clare memorie Philippum, regem Francie, ab olim ex adipe iniquitatis exorte, et per te ceterosque Flamingos contra recolende memorie Ludovicum et carissimum in Christo filium nostrum Philippum, Francie et Navarre reges illustres, prefati regis Philippi filios et heredes, in culpam continuate diutius, multa provenerunt mundo flagitia et dissidia dispendiosa guerrarum que animarum pericula, corporum strages, facultatum lapsus, et destructiones innumeras induxerunt. Ex quibus utique nedum dicti reges et christianissimum regnum Francie ac fideles eorum multiplicibus pressurarum generibus gravati fuerunt, quin etiam subsidium Terre Sancte impedimentum non leve suscepit que Gallicorum suffragiis sperabat et sperat, favente Domino, resurgendum ab incumbentibus sibi malis. Et licet prefatus rex Philippus, dum viveret, ex innata sibi clementia misericorditer tibi et tuis indulserit, vosque clementer admiserit ad gratie sue sinum per tractatum et firmatam utrinque concordiam, quam et vos per juramenta super hoc prestita servare, sicut audivimus, efficaciter promisistis, et non observantes latas ad vestram instantiam apostolica auctoritate sententias excommunicationis in personas et interdicti in terras voluistis incurrere, nichilominus tamen postmodum sicut fertur, ingeminantes offensam, pacem ipsam sive concordiam nephandis ausibus infregistis, spretis sententiis et juramentorum transgressionibus non attentis. Sane, fili, si tu et tui complices in hac parte advertissetis attentius quot et quantorum malorum ex premisse commotionis excessu causa fueritis, non curassetis, ut credimus, juxta Scripture sacre consilium, delicta commissis adicere, sed de pristinis, ut vobis dimitterentur, preces supplices fudissetis, non sic abjecissetis divinum timorem pariter et honorem, non sic fuissetis prodigi fame vestre ut per accumulationem scelerum abiissetis in consilium impiorum. Considera ergo, fili, considera quod cum in hiis et aliis tuum offenderis Redemptorem qui pacem promisit bone voluntatis hominibus, quique Dominus non tantum bonis et modestis sed etiam discolis obediri precepit, nunc saltem in vite vespera constitutus, tua delicta corrigere, et a via mala pedem tuum cohibere salubriter, ac Domini faciem in confessione oris et satisfactione operis prevenire teneris. Considera quod rex ipse pacificus cujus in pace factus est locus corda seditiosa non incolit nec in corpore peccatis subdito requiescit. Considera brevitatem vite tue cum jam senilem perveneris ad etatem, et omne quod antiquatur et senescit prope interitum esse constet, et recogitans in amaritudine dies tuos, tui tandem incipias misereri, initurus pacis obtande consilia, et que tuo accepta Creatori putaveris impleturus, ut securus judicem videas quem redemptorem expectas. Considera etiam quanta poterunt posteritati tue iminere discrimina si eam relinquas turbinibus odiorum et guerrarum fluctibus involutam. Profecto si hec in mente sedula meditatione revolveris rectificabis, ut speramus, in conspectu Domini vias tuas, ad fidelitatem et obedientiam dicti regis redibis ultroneus, et ad perfectionem tractatus cum prefato rege Ludovico ab olim assumpti, ad cujus perfectionem sicut gaudenter audivimus cum prefato Philippo superstite ad presens insistitur, non invitatus ferventer intendes, ea ad que ipsi regi teneris ut domino prestiturus et per tuos facturus indilate prestari, quod et nos ut tue saluti et fame provideas, ut tue utilitati consulas, ut consultius periculis que tibi et posteris tuis ex guerre continuatione imminere possunt occurras, nobilitati tue paterno affectu et omni quo possumus studio suademus, rogantes et obsecrantes in Domino Jhesu Christo ut nullius te maligna suggestio retrahat vel avertat astucia, quin nostris monitis in hiis aures intentas adhibeas et realiter filialis acomodes promptitudinis intellectum. Et ecce super hiis et aliis in illis partibus exequendis solennes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem Raynaudum, archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei, pacis et concordie zelatores, exhibitores presentium mittimus, quibus vel eorum alteri

per te in hiis que pro parte nostra tibi circa premissa retulerint fidem petimus credulam adhiberi. Dat. Avinione, iii kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

199 [Avignon, 29 avril 1317.]

Prædicto Roberto super eodem cum clausula comminatoria. (Reg. 110, p. i, fol. 32, c. 95.)

« *Nobili viro Roberto, comiti Flandrie, spiritum consilii sanioris.* De sinu patris — Scire te volumus quod ad relevationem et reparationem cause Domini que non leviter leditur circa predicte Terre subsidium, nostris non mediocriter inherens affectibus, cujus onus assumere Gallicorum laudanda devotio, crucis ad id signaculo insignita, propter commotionis predicte dissidium impeditur, cum divine potentie brachio exurgemus, super contemptu sententiarum apostolice Sedis atque processuum et super eo quod in contemptum clavium in terris ecclesiastico interdicto suppositis facis et fecisti, prout publica fama notoriat, quantum in te est prophanari divina, contra te ac complices tuos ad penas debitas processuri. Et ecce super hiis etc. ut supra usque in finem[1]. »

[1] Voyez, pour le reste, le numéro précédent et, au sujet des lettres de ce genre, n° 76, note 1.

200 Avignon, 29 avril [1317].

Alligatos hortatur ut a cœptis resipiscentes, ad Philippi, regis Franciæ, fidelitatem redeant fidemque nuntiis apostolicis adhibeant. (Reg. 109, fol. 46, c. 191; — Reg. 110, p. i, fol. 507, c. 186.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Johanni, domino de Fienles, Roberto fratri ejus, Ferrico de Piquigniaco, Gerardo fratri ejus, Johanni de Varenis, Guidoni, domino de Calvomonte, Johanni, domino de Sonastre, et Gerardo Quiereti, militibus, ac eorum consortibus qui vulgariter alligati dicuntur.* Paterna graviter commota sunt viscera surgentis in christianissimo regno Francie, a quo quidem originem duximus cujusve quietem affectibus sinceris optamus, fremitu gravis turbationis audito. Audivimus etenim et turbati proculdubio recensemus quod dudum cum, silentibus quasi guerrarum preteritarum fluctibus, per quas ipsius regni status fluctuasse aliquandiu videbatur, carissimo in Christo filio nostro Philippo, tunc regna Francie et Navarre regenti, et nunc eorundem regnorum regi, ac ipsi regno Francie amenitas quietis applauderet, flavit spiritus procellarum, et tranquillitatis applausus in subitam transiit tempestatem, dum vos qui dicto tunc regenti, nunc regi, in sui presertim novitate regiminis, tanquam veri fideles et subditi, debuissetis et deberetis adversus quosvis impugnare volentes assistere, obedire sibi contempsistis et adhuc sine causa contempnitis, et per quasdam colligationes, ne dicamus conspirationes improbas, alios ad similis inobedientie vitium provocatis, tractatam hinc inde concordiam per quam ad ipsius regis fidelitatem et obedientiam promiseratis sincere redire, perversis acquiescentes consiliis, infringentes, per que si premissis veritas suffragatur, horrendam maculam in vestri nominis gloria ponitis et divinam ac dicti regis iram thesaurizatis vobis, ac promptis periculis ultronee vos et vestros offertis. Porro, filii, que causa vos ad hujusmodi processum, immo verius excessum, et presertim ad dicte concordie violationem adduxerit non videmus, quia et si forsitan adversus regem ipsum justa vobis querela supererat, non deerat modus licitus justitiam ab ipso petendi, in cujus exhibitione invenissetis eumdem, ut indubie credimus, benivolum atque promptum. Et forsan multi quos talia prosequendo habebitis obvios, vobis per viam incedentibus licitam astitissent; sane non hec a progenitorum vestrorum elicitis actibus qui fide preclari, devotione sincera superiori suo in auris auditu obedivisse feruntur, ac pro regni quiete se et sua laudabiliter impendisse. Per hec, filii, vos et regnum ipsum Francie linguis obloquentium exponitis lacerandos. Quid enim creditis dicitur cum auditur quod regnum ipsum pre ceteris regnis mundi hucusque viris erga dominum suum fidelitate sincera et obedientia inconcussa vigentibus preditum, nunc a propriis incolis sic patenter impetitur? Nonne, proh dolor, inferre poterit emulus quod a regnis ceteris in incolarum differre perfidia nullatenus videatur? Quid non tam loquitur

quam obloquitur crucis hostis quod Gallicana potentia cujus auxilium singulariter post Deum expectat et expetit Terra Sancta, ad hujusmodi nephanda distrahitur, et rex ipse qui pie devotionis inflammatus affectu, ad negotium dicte Terre personaliter prosequendum intendens, jamdudum propterea signaculum vivifice crucis assumpsit, per hujusmodi dissidiorum turbines ipsius negotii vacare preparatoriis impeditur? Utinam, filii, hec et alia non facile numeranda discrimina advertissetis attentius; utinam equiori pondere librassetis cepti operis exitum, et forsitan manus ad talia nullatenus misissetis. Quia igitur ex injuncti nobis officii debito gressus vestros devios cohibere tenemur a lapsu, quia etiam pretacta pericula more consulti patrisfamilias decet nos attente pensare, nobilitatem vestram attente requirimus et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus a ceptis improvide resipiscentes omnino et juxta qualitatem excessus humiliationis pretendentes indicia, ad ipsius regis fidelitatem et obedientiam devota promptitudine redeatis. Speramus etenim in illo cujus est proprium misereri quod rex ipse convertens ad mansuetudinem quod disposuisse potuisset ad iram, regressum vestrum oculo benigno respiciet, vosque ad suam gratiam clementer admittet, exhibiturus se vobis nedum in exhibitione justitie, quam et vobis alias obtulit, sicut audivimus, laudabiliter se facturum, quin etiam in hiis que honori suo congrua et vestris utilitatibus adjacentia fuerint flexibilem et paratum; nos autem super hiis apud regem eundem per alias nostras insistimus litteras[1], et per solennes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei, pacis et concordie zelatores, exhibitores presentium quos pro hiis et aliis peragendis negotiis ad partes illas mittimus, mandamus insisti, quibus per vos in hiis que pro parte nostra vobis circa premissa retulerint fidem petimus credulam adhiberi. Dat. Avinione, III kal. maii[2]. »

[1] N° 207.
[2] Cf. n° 186, note 3.

201 [Avignon, 29 avril 1317.]

Comitem Juveniaci alligatosque comitatus Campaniæ simili modo ad obedientiam hortatur. (Reg. 109, fol. 46 v°, c. 192; — Reg. 110, p. I, fol. 57 v°, c. 187.)

« *In eundem modum dilectis filiis nobilibus viris comiti Juveniaci et ceteris de comitatu Campanie qui vulgariter alligati dicuntur*. Paterna, etc.[1], usque Philippo, Francie et Navarre regi illustri, amenitas quietis etc. usque dum vos qui eidem regi in sui presertim novitate regiminis, tanquam veri fideles et subditi deberetis adversus quoslibet impugnare volentes assistere, obedire sibi sine justa causa contempnitis et per quasdam colligationes etc. usque provocatis, per que etc. usque excessum gravem et horrendum adduxerit etc. ut supra. Dat. ut supra. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez le numéro précédent.

202 Avignon, 29 avril [1317].

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et fratri Berengario de Landorra, magistro ordinis Prædicatorum, nuntiis apostolicis, negotium pacis inter Odonem, ducem Burgundiæ, Ludovicum, comitem Nivernensem alligatosque et Philippum, regem Franciæ, reformandæ committit, omniaque ad id oportuna faciendi facultatem eis concedit. (Reg. 109, fol. 47, c. 194; — Reg. 110, p. I, fol. 40, c. 121.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum*. Probate fidei vestre constantiam et experte probitatis industriam attendentes, ea que nostris non leviter inherent affectibus fiducia vobis secura committimus, sperantes illa per vos sollicitis studiis exequenda. Ad nostrum siquidem, non sine gravi mentis turbatione, pervenit auditum quod dilecti filii nobiles viri Otho, dux Burgundie, et Ludovicus, comes Nivernensis ac alligati de comitatu Campanie, nescimus quo ducti spiritu, fidelitatem et homagium et cetera ad que carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, tenentur ut domino, sibi prestare refugiunt et obedientie bonum omni prestantius vic-

tima pretereuntes improvide, obedire illi temerarie contradicunt, immo quasi se velint ab ejus dominio et subjectione subducere aliqua indecentia contra eum satagunt attemptare. Audivimus etiam quod dilecti filii nobiles viri Johannes, dominus de Fienles, Robertus frater ejus, Ferricus de Piquigniaco, Gerardus frater ejus, Johannes de Varenis, Guido, dominus de Calvomonte, Johannes, dominus de Souastre, et Gerardus Quiereti, milites, et consortes eorum qui vulgariter alligati dicuntur, se juste querele causam contra regem eumdem habere super aliquibus asserentes, non eam juribus, sed viribus, non per justitie semitam quam idem rex dicitur eis liberaliter obtulisse, nec viis pacificis, sed congressibus bellicis prosequi decreverunt, et a concordia super hoc pridem sicut audivimus inita resiliendo pro libito, non absque promisse transgressione fidei et divine majestatis offensa, ad ejusdem regis cui, presertim in sui novitate regiminis, tanquam veri fideles et subditi deberent adversus quosvis impugnare volentes assistere, fidelitatem et obedientiam redire contempnunt, per quasdam colligationes, ne dicamus conspirationes improbas, alios ad similis inobedientie vitium provocantes. Ex quibus, si veritate nitantur, animarum pericula, strages corporum et facultatum lapsus verisimiliter formidantur, regnum ipsum christianissimum cui, silentibus quasi guerrarum preteritarum fluctibus, amenitas quietis videbatur applaudere, in subitam redigitur tempestatem, Deus pacis offenditur, presertim dum per id Terre Sancte, quam ei testatur Scriptura ex omnibus cariorem, subsidium impeditur, ipse namque rex qui pie devotionis inflammatus affectu, intendens ad ipsius Terre negotium prosequendum jamdudum propterea signaculum vivifice crucis assumpsit, propter hujusmodi dissidia intestina distractus, preparatoriis dicti negotii nequit intendere, et Gallicorum laudanda devotio que se in obsequium crucifixi totaliter devovere solita fuerat, et ad cujus post Deum singulare suffragium Terra ipsa expectationis anxie tedio fatigata suspirat, circa hec sic patenter illicita occupatur. Cum itaque velimus tantis obviare dispendiis, tantisque discriminibus congruum remedium adhibere, presertim cum ad nos qui, licet immeriti, vices regis pacifici gerimus, singulariter pertineat in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere, ac ipsam facere diligentius observari, vobis de quorum circumspectione fiduciam gerimus pleniorem, et quos status prosperi dicti regni sedulos zelatores, et ad predicta pericula propulsanda sinceris affectibus affici novimus, presentium auctoritate committimus et mandamus quatinus ad partes illas vos personaliter conferentes, vos vel alter vestrum tam regi, quam duci, comiti, et alligatis omnibus antefatis, aut principalibus eorumdem apertius explicetis pium nostrum circa premissa propositum, ac eundem regem salutaribus monitis inducatis, ut se duci, comiti et alligatis predictis de comitatu Campanie, et prenominatis etiam aliis alligatis quibus alias id dicitur obtulisse, offerat cum effectu super hiis de quibus eis adversus ipsum regem justa querela supererit, justitiam exhibere paratum; et deinde illis omnibus et singulis, seu eorum principalibus, secundum datam vobis a Deo prudentiam, efficaciter suadere curetis quod, premissis dispendiis atque periculis provise pensatis, ad dicti regis obedientiam absque more dispendio ultronee in vultu penitentium redeant, ea in quibus ei tenentur ut domino liberaliter prestent et faciant, et a ceptis improvide penitus resipiscant. Quod si, juxta desiderii nostri votum, corda eorum tangente Domino, salubribus vestris, quin potius apostolicis persuasionibus in hoc pronos atque flexibiles se prebere curaverint, apud regem ipsum ex parte nostra solerter insistetis quatenus, prudenter attento quod ignoscere genus optimum vincendi quodque clementia troni presidentium roborantur, prefatos ducem, comitem et alligatos omnes et singulos ad ejus obedientiam humiliter redire, et ea omnia in quibus sibi tenentur ut domino facere et prestare volentes, ad gratie sue sinum clementer admittat. Ut autem circa id impedimenti vel obstaculi seu turbationis cujuslibet tollatur occasio, nullas, irritas et viribus vacuas nuntiandi, vacuandi seu dissolvendi, irritandi ac revocandi quatenus de facto processerint omnes pactiones, obligationes, confederationes et colligationes circa id factas, juramento vel quacumque alia firmitate vallatas, nec non etiam relaxandi hujusmodi et alia quelibet juramenta a quibuscumque prestita per que nutriri discordia et ipsorum ducis, comitis et alligatorum ad obe-

dientiam regis predicti reductio impediri possit quomodolibet vel differri, prout ea secundum Deum videritis irrita, nulla et vacua nuntianda seu dissolvenda, vacuanda, irritanda aut revocanda, vobis et vestrum cuilibet plenam et liberam presentium auctoritate concedimus facultatem. Et si premissis adsit veritas et, quod absit, iidem dux, comes et alligati in sua pertinacia animis perstiterint induratis, vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios ex tunc eos omnes et singulos complices, adjutores, valitores, consiliarios, fautores et sequaces eorum, ac etiam adherentes eisdem publice vel occulte, etiam si inter eos persone alique ecclesiastice fuerint, cujuscumque sint hii vel illi conditionis, dignitatis, ordinis sive status, ecclesiastici vel mundani, etiam si archiepiscopali vel episcopali prefulgeant dignitate, ut ab hujusmodi inobedientia, nec non ab omni favore, consilio, auxilio, sequela et adherentia circa id impendendis omnino desistant, et ad illius obedientiam debite redeant, ac ea sibi prestent et faciant ad que ei tenentur ut domino, per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terras et ecclesias eorum, ac per privationem feudorum, locationum, officiorum et quorumcumque beneficiorum spiritualium citra archiepiscopalem et episcopalem dignitatem, aut etiam temporalium que a quibuscumque ecclesiis obtinebunt, ut sic libere illa ad ipsas ecclesias revertantur quod prelati vel rectores earum aut illi ad quos id pertinebit de illis pro sua voluntate disponant, ac per inhabilitationem tam personarum ipsarum ecclesiasticarum, archiepiscopis et episcopis duntaxat exceptis, quam filiorum, nepotum et aliorum descendentium ab ipsis inobedientibus laicis usque ad secundum gradum ad quevis beneficia ecclesiastica obtinenda, et insuper per alia juris remedia de quibus et prout expedire videritis, appellatione remota, cogatis, non obstantibus si eis, aut cuivis eorum a Sede apostolica sit indultum quod excommunicari aut terre ipsorum vel ecclesie ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris vel expressionis existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus presentium impediri possit vel quomodolibet retardari. Volumus insuper ut omnes et singulos qui eisdem inobedientibus, aut eorum alicui juramento fidelitatis tenentur astricti, a juramento ipso, quamdiu ipsi in inobedientia predicta perstiterint, absolvere valeatis, dignum est etenim ut eis obedientia denegetur a subditis qui suo superiori debite obedire temerariis ausibus contradicunt. Datum Avinione, III kalendas maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

203 Avignon, 29 avril [1317].

Eisdem ut personaliter hortentur Philippum, regem Franciæ, et omnes Flandrenses ad pacem, et, si dicti Flandrenses fuerint rebelles, quod contra eos procedant. (Reg. 109, fol. 48, c. 195; fol. 49, c. 196[1], — Reg. 110, p. I, fol. 21 v°, c. 79.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Probate fidei vestre — Dat. Avinione, III kal. maii[2]. »

[1] Dans le registre 109, cette seconde lettre est simplement indiquée par les mots : *Probate etc. ut supra usque facultatem. Dat. etc.* Elle ne renferme ni adresse, ni clauses finales.
[2] Cf. n° 186, note 3.

204 Avignon, 29 avril [1317].

Eisdem quod treugas inter habentes guerras in partibus illis, cujuscumque conditionis existant, indicere et contra infringentes easdem treugas procedere possint. (Reg. 109, fol. 49, c. 197; — Reg. 110, p. I, fol. 38 v°, c. 118.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio Berengario de Landora, magistro fratrum Predicatorum.* Dolenter audito quod — Dat. Avinione, III kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

205 Avignon, 29 avril [1317].

Universis personis ecclesiasticis ut eisdem nuntiis pro expensis eorum de certa summa provideant, videlicet

singulis diebus dicto archiepiscopo de tredecim et dicto magistro de quatuor libris et sex solidis tur. parv. (Reg. 109, fol. 49 v°, c. 198; — Reg. 110, p. i, fol. 39, c. 119.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cistertiensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcunque ordinum, nec non magistris et preceptoribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum intra et extra regnum Francie constitutis ad quos littere iste pervenerint.* Cum venerabilem fratrem — Dat. Avinione, iii kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

206 Avignon, 29 avril [1317].

Præfatis nuntiis mandat ut ad quascumque partes regni Franciæ ubi scient discordiam seu guerram inter Philippum, regem Franciæ, et aliquos esse, illuc accedant, partes suas pro bono pacis interponant et contra rebelles per excommunicationis et interdicti sententias cœterasque vias procedant. (Reg. 109, fol. 50, c. 199; — Reg. 110, p. i, fol. 39, c. 120.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Ad pacis tranquillitatem — Dat. Avinione, iii kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

207 Avignon, 29 avril [1317].

Philippum, regem Franciæ, ad clementiam erga rebelles hortatur eumque de nuntiorum apostolicorum missione certiorem facit. (Reg. 109, fol. 50 v°, c. 200; — Reg. 110, p. i, fol. 45, c. 144.; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § vi, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia, fili carissime, tuam et christianissimi regni Francie a quo quidem originem duximus, tranquillitatem et pacem paterno zelamus affectu, presertim cum in te Romana mater Ecclesia sincere devotionis promptitudinem et nos affectum reverentie filialis invenisse letemur, scire te facimus quod ipsius pacis et tranquillitatis turbatoribus videlicet dilectis filiis nobilibus viris Flandrensi[1], et Nivernensi comitibus[2], duci Burgundie[3], alligatis Attrabatensibus[4] et Campanis[5], nec non burgensibus, scabinis, comunitatibus et universitatibus Flandrensibus[6] per apostolicas litteras efficaciter scribimus, ipsos juxta conditionem cujuslibet et qualitatem excessus persuasivis exhortationibus inducendo quod ab inceptis temerarie penitus desistentes, ad fidelitatem tuam et obedientiam sine mora spontanei redeant, ea ad que tibi tenentur ut domino prestituri liberaliter et facturi, et specialiter ut predicti Flandrenses tractatum pacis cum clare memorie rege Ludovico, fratre tuo, ab olim assumptum, quem tecum, sicut audivimus, prosecuntur, cum omni promptitudine perficere non omittant. Scribimus etiam dilecte in Christo filie, nobili mulieri ducisse Burgundie[7] ut prefatum ducem natum suum ad implenda premissa, prout eam contingit, diligenter inducat. Cum itaque, fili, misereri posse sit opus potentie virtusque potentis, et ignoscere genus oportunum sit vincendi, mansuetudinem tuam rogamus et in illo cujus est proprium misereri semper et parcere exhortamur attentius quatinus, prudenter attento quod nichil adeo gloriose relucet in principe sicut amare et exhibere justitiam sine acceptione persone, prefatis inobedientibus super hiis de quibus sibi adversum te justa poterit superesse querela, licet eorum aliquibus, sicut habet facta nobis grata relatio, te inde justitiam obtuleris ministrare, adhuc ex superhabundanti eis iterum et aliis insuper super illis te ministraturum summarie et de plano justitiam offeras, ut per hoc fidentius ducantur ad tuam regredi gratiam, alioquin eorum protervia contumax justius contundatur. Et si, tangente Domino corda ipsorum, ad tue reconciliationis gratiam devote ac in penitentium vultu redire et ea ad que tibi tenentur ut domino prestare voluerint et a ceptis

omnino desistere, pietatis sinum non precludas eisdem nec miserationis veniam deneges, quin immo, immemor offensarum et consulte considerans quantum sit presidentibus oportuna clementia, eos ad tue benivolentie gremium clementer admittas, ut erga subditos penitentes superexaltata judicio tui benignitas presidentis, tibi laudem apud homines pariat, divinam misericordiam impetret, et apud nos et apostolicam Sedem favorem uberiorem acquirat et, regno tuo juxta nostrum desiderium tranquillato, ad ultramarinum passagium, ad quod nostra et tua vota concurrunt, vacari possit liberius et intendi. Et ecce ad pandendum plenius tibi et illis nostram intentionem, nostrumque beneplacitum reserandum seriosius super istis, venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, exhibitores presentium, viros utique probate circumspectionis et fidei, ac tuorum honoris et comodi ac status prosperi regni Francie sedulos zelatores, nostros et apostolice Sedis nuntios ad partes illas providimus destinandos, data eis certos processus contra inobedientes et dissidentes auctoritate apostolica faciendi plenaria potestate, quorum salutaria monita benigne suscipere et ea effectu prosequente complere, et hiis que tibi in premissis et circa ea pro parte nostra retulerint fidem velis credulam adhibere. Nos autem expresse precepimus ut, in hiis que te contingere poterunt, ad aliquid non procedant absque tua conniventia vel assensu. Et si, pro utilitate negotii, presentiam cardinalium esse credideris oportunam, parati erimus duos quos tuorum honoris et commodi viderimus zelatores, illuc sine more dispendio destinare. Dat. Avinione, III kalendas maii[8]. »

[1] Nos 198, 199.
[2] No 193.
[3] No 194.
[4] No 200.
[5] No 201.
[6] Nos 196, 197.
[7] No 195.
[8] Cf. no 186, note 3.

208 Avignon, 29 avril [1317].

Carolo, comiti Valesii, dictorum nuntiorum missionem notificat eumque hortatur ut præfato regi assistat.

(Reg. 109, fol. 51, c. 201; — Reg. 110, p. I, fol. 51 vo, c. 167.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Quanto sinceriori personam tuam, suadentibus tue devotionis laudabilibus meritis, prosequimur in Domino caritate, tanto minus otiosi scimus existere, quin ea tibi sepius suggeramus que tuis honori et fame credimus expedire. Novit sane tua nobilitas quod interdum vive vocis oraculo, et frequentissime litteris te duximus exhortandum[1] quod carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, quem diligere ut nepotem, et ut dominum revereri teneris, te nullo modo subtraheres, quin potius ipsum juxta datam tibi a Deo majorem cum etatis provectione prudentiam, dirigendo ac ejus assumendo negotia, et veluti propria promovendo, eidem hoc impacato precipue tempore, oportunis assisteres consilio, auxilio et favore. Et licet credamus indubie quod tu prout et persuadet ingenita tibi nobilitas, monitis nostris hujusmodi veluti salutaribus et honestis liberaliter annues, ex suprahabundanti tamen erga magnitudinem tuam iteratis exhortationibus providimus insistendum ut premissa, sicut te decet, laudabiliter impleas, ipsius regis non elongaturus sed prosecuturus jugiter comitivam. Hoc etenim nostris erit ultra quam credere possis affectibus placidum, et eidem regi, sicut pro certo novimus, erit non parum acceptum. Tua nimirum circa latus suum accedet ei tua grata presentia, tuaque sibi directiones et consilia erunt indubitanter accepta. Non igitur, fili, quesumus, regem ipsum in imminentis necessitatis articulo deseras, sed fidelitatis implendo debita et jura sanguinis observando, eidem constanter assistas presertim cum, per assistentiam et favorem tuum, multi sperentur in ipsius regis obedientiam persistituri qui te, quod absit, faciem avertente, forsitan turbarentur, nec te in contrarium moveat si circa regem ipsum forsan aliqui fuerint quorum conversatio tibi sit rationabilibus ex causis implacida, cum rex ipse, prout absque dubitatione tenemus, non eos in tui odium teneat, sed quia imminentis necessitatis tempore habet pluribus, quorum alias libenter careret consortio, se juvare. Nos autem dicti regis et christia-

nissimi regni Francie, ad quod solum natale nos afficit, tranquillitatem et pacem paterno zelantes affectu, venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, exhibitores presentium, viros utique probate circumspectionis et fidei, ac status prosperi regis et regni predictorum sedulos zelatores, nostros et apostolice Sedis nuntios ad partes illas pro tractanda et reformanda inibi inter regem ipsum et subditos dissidentes, Deo auctore, concordia, providimus destinandos, data eis certos processus contra inobedientes et dissidentes auctoritate apostolica faciendi plenaria potestate, quibus, si placet, in commissorum executione nedum cohoperatorem set promotorem exhibeas, et in hiis que ex parte nostra tibi retulerint plene credas. Dat. Avinione, III kal. maii[2]. »

[1] Voyez n° 174, note 7.
[2] Cf. n° 186, note 3.

209 Avignon, 29 avril [1317].

Eumdem Carolum hortatur ut ab affinitate matrimonii cum Ludovico, comite Nivernensi, contrahenda desistat, quin immo eum ad fidelitatem erga Philippum, regem Franciæ, inducat. (Reg. 109, fol. 51 v°, c. 202.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Valesii.* Litteras tuas, fili, benigne affectu recepimus, quarum series laudabilem sincere dilectionis affectum quem ad carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, nepotem tuum, et ejus agenda habere te asseris et observare inconcusse disponis, nobis apertius reseravit. Quod equidem eo habundantius letificavit nostra precordia quo id optamus intensius, et tuis honori et fame congruere decentius et expedientius reputamus. Desideramus etenim, ut sicut regem ipsum et te propinqua sanguinis necessitudo conjungit, sic et sua et tua negotia, velut eadem caritatis idemptitas et intentionis utriusque judicium quodammodo peribeat, non differre. Et hoc equidem fidelitatis debitum exigit quod regem ipsum reverearis ut dominum, imminentia sibi supportes pro viribus onera, eum in incumbentibus sibi negotiis dirigas, eique cujus prospera et adversa non mediocriter te contingunt in cunctis status et regni suorum tranquillitatem concernentibus et quietem constanter assistas. Jura etiam sanguinis ex naturalitatis vinculo requirunt quod eum diligas ut nepotem, nec te sibi, presertim in necessitate, subducas. Hec, fili, solerter agere et in hiis sedule versari te convenit, ut tui nominis gloria extollatur in populis, et ora iniqua loquentium obstruantur. Sane cum, sicut scripsisti nobis, dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Nivernensi, te confederationis unione certo modo conjunxeris et per tractati matrimonii vinculum affinitate uniri spereris, expedit penitus, si velis, sicut te condecet, honori tuo consulere et linguis obloquentium obviare, quod tu qui, ut premissum est, in quibuscunque regem contingentibus antedictum, ex ratione participas, dicto comiti in hiis que adversus regem ipsum cepisse fertur improvide, nullo modo comunices vel ei quomodolibet faveas, quin immo per omnes vias et modos quibus comode poteris ipsum prorsus retrahas ab inceptis, et ut ad fidelitatem et obedientiam dicti regis in vultu penitentis humiliter redeat, ac ea in quibus tenetur eidem ut domino, prestet et faciat, diligenter inducas. Si enim comes ipse sic tibi conjunctus, in incepta temeritate perstiterit, vix poteris excusari quin tibi opinio vulgaris ascribat quod ad talia de tua conniventia, ac de tuo confisus favore procedit. Hec itaque, fili, meditatione sollicita discutiens, prudenter provide fame tue ut eam nulla notet infamie macula, sed age sollicite ut conservetur illesa. Per id enim, ut credimus, regi regum occurres acceptus et ipsius nepotis tui ad te et tuos benivolentiam conservabis, et apud nos et apostolicam Sedem uberioris tibi vendicabis favoris augmentum. Denique transcriptum illud confederationis quod nobis mittere inclusum sub tuo sigillo curasti tibi remittimus per presentium portitorem, dilecti filii nostri Jacobi, tituli sanctorum Johannis et Pauli, sigillo munitum. Dat. Avinione, III kalendas maii[1]. »

[1] Cf. L'acte dont parle ici Jean XXII est la confirmation faite, le 1er mars 1317, par Charles de Valois et Louis, comte de Nevers, du traité d'alliance qu'ils avaient conclu le 20 mars 1308 (n. s) et ratifié déjà une première fois le

28 février 1317 (Arch. nat., J. 411, nº 38, orig. scellé —; de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 83, nº 228). Il y fut décidé, au sujet des conventions matrimoniales primitivement stipulées, que le fils de Louis de Nevers épouserait, au lieu d'Isabelle, première fille du comte de Valois, celle des trois filles de ce dernier que ledit comte de Nevers aurait choisie : « Dedenz la feste de la Magdalenne procheine à venir », c'est-à-dire avant le 22 juillet (Arch. nat., J. 411, nº 39, orig. scellé; — de Limburg Stirum, *op. cit.*, t. II, p. 295, nº 314). D'autre part, on sait que Louis de Nevers se soumit momentanément, le 13 septembre 1317 (Voy. nº 393, note 2, et 394) et que le cardinal Jacques de Vie ici nommé était mort avant le 2 juillet 1317 (nº 278). Le traité du 1er mars devait rester sans résultat, le fils de Louis de Nevers épousa Marguerite, fille de Philippe V (nºs 1049, note 1, 1052-1054; — Arch. nat., JJ. 58, fol. 65, nº 479; — de Limburg Stirum, *op. cit.*, t. II, p. 341, nº 341) et les parties contractantes renoncèrent, en juillet 1320, à tout ce qui avait été convenu (Arch. nat., J. 377A, nº 3, orig. scellé; — JJ. 59, fol. 242, nº 437; fol. 255 vº, nº 465). La lettre que nous donnons ici se date comme la précédente (nº 209; voyez à ce sujet nº 76, note 1).

210 Avignon, 29 avril [1317].

Carolo, comiti Marchiæ, ut Philippum, regem Franciæ, germanum suum, revereatur ut dominum et diligat sicut fratrem. (Reg. 109, fol. 52, c. 203; — Reg. 110, p. i, fol. 44, c. 140; fol. 61, c. 170.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Marchie.* Cupientes, fili, ut in tue juventutis auspiciis, circa ea que tuo Creatori placida fuerint te sollerter exerceas, et ad ea que tue saluti et fame conveniant, expediunt et honori prudenter intendas, te affectu paterno sollicitare providimus, ut tuum animum laudabilibus moribus applices, et virtuosis actibus jugiter assuesces, carissimum in Christo filium nostrum Philippum, Francie et Navarre regem illustrem, germanum tuum, reverearis ut dominum, et diligas sicut fratrem, ut inveniaris, prout et condecet debitum fidelitatis exolvere et jura sanguinis observare. Proinde namque in omnibus que tuum concernent comodum et honorem, favorem regium tibi vendicabis uberius, illi placebit cui est pax fratrum et concordia placida, et condignum laudis humane preconium consequaris. Dat. Avinione, iii kal. maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, conçue dans le même esprit que les précédentes, doit avoir la même date. En effet le comte de la Marche avait bien reçu de Philippe V, en mars 1317 n. s., le titre de pair (Arch. nat., JJ. 53, fol. 53, nº 118), il avait conclu avec Louis d'Evreux, le 17 du même mois, un traité en faveur de la reine Jeanne (Voy. nº 141, note), et il semblerait qu'à ce moment il se soit réconcilié avec le roi; mais des lettres du 22 juin et du 13 avril 1317 (nºs 256, 352; voyez aussi nº 487) nous prouvent que cette réconciliation, si elle eut lieu, ne fut que de courte durée. C'est seulement par une autre lettre du 7 mars 1318 que nous pouvons constater qu'il se rapprocha de son frère, et cette fois, semble-t-il, d'une façon définitive (nºs 488 et 601-603).

211 Avignon, 29 avril [1317].

Ludovicum, comitem Ebroicensem, hortatur ut sicut incepit, Philippo, regi Franciæ, assistat, eique præfatos, nuntios commendat. (Reg. 109, fol. 53, c. 211[1]; — Reg. 110, p. i, fol. 43 vº, c. 139.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Ebroicensi.* De te, fili, gaudenter audivimus quod, sicut habet multorum nobis grata relatio, tu carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, revereris ut dominum et diligis ut nepotem, et ipsius prosequens jugiter comitivam, eum, juxta datam tibi a Deo majorem cum etatis provectione prudentiam, dirigis, ejus assumis negotia et veluti propria promoves, ac eidem, hoc impacato precipue tempore, oportunis assistis consilio, auxilio, et favore. In hiis, fili, jura sanguinis, ut debes, observas, et juxta quod indicit ingenita tibi nobilitas, debitum fidelitatis exolvis. Cum itaque tua feratur ipsi regi circa latus suum grata presentia, tuaque sibi consilia reputentur accepta, presta, quesumus, et in inceptis continue persevera; et tanquam vir fidelis, et prudens, Deum timens, et ad conservandam tui nominis integritatem intendens, eidem regi ea [suadere] studeas que placita tuo Creatori putaveris, et que devotionem in eo a suis progenitoribus radicatam ad matrem suam sacrosanctam Ecclesiam nutriant, pacem ad proximos, justitiam et clementiam ad subjectos, sibique sint utilia, suisque regno et subditis fructuosa, ut proinde apud retributorem bonorum omnium retributionis eterne inextimabile premium, apud nos uberioris favoris et gratie incrementum et apud homines digne laudis

preconium consequaris. Nos autem dicti regis et christianissimi regni Francie, ad quod solum natale nos afficit, tranquillitatem et pacem paterno zelantes affectu, venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, exhibitores presentium, viros utique probate circumspectionis et fidei, ac status prosperi regis et regni predictorum sedulos zelatores, nostros et apostolice Sedis nuntios ad partes illas pro tractanda et reformanda inibi, inter regem ipsum et subditos dissidentes, Deo actore, concordia providimus destinandos, data eis certos processus contra inobedientes et dissidentes auctoritate apostolica faciendi plenaria potestate, quibus si placet in commissorum executione nedum te cohoperatorem, sed promotorem exhibeas, et in hiis que ex parte nostra tibi retulerint, plene credas. Dat. Avinione, III kal. maii[2]. »

[1] Le même acte se trouve reproduit précédemment, mais sans capitulum ni rubrique, dans la marge inférieure des folio 51 v° et 52 r°.

[2] Cf. N° 186, note 3.

212 [Avignon, 29 avril 1317.]

Henrico, domino Soliaci, de eodem. (Reg. 109, fol. 52, c. 204; — Reg. 110; p. I, fol. 44, c. 141.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci.* Habet, fili, grata nobis admodum de te facta fidedigna relatio quod tu, erga carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, cujus insistis obsequiis, debitum fidelitatis exolvens, eidem in suis et regnorum suorum negotiis fideliter et fructuose deservis, super quo tue vigilantie studium multipliciter in Domino commendamus. Quia igitur si, gratia tibi favente divina, in talium continuatione perstiteris, te non solum hominibus acceptabilem, sed et ipsi Deo prestabis acceptum, nobilitatem tuam monemus, rogamus, et hortamur in Domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, prudenter attento quod inter virtutes ceteras sola perseverantia coronatur, in inceptis laudabiliter persistere studeas et predictorum regis et regni statui, quem prosperum plenis desideramus affectibus, profutura sollertia prosequens indefessa, dicto regi ea studeas que placita etc. ut supra in littera comitis Ebroicensis[1] usque in finem. Dat. ut supra. »

[1] Cette expression n'est juste que pour le registre 110, où la lettre adressée au comte d'Evreux (n° 211), précède celle que nous publions ici. La date est évidemment la même. On sait que Henry de Sully fut nommé bouteiller de France en avril 1317, n. s. et qu'il avait prêté hommage comme tel le 30 du même mois (Arch. nat., JJ. 53, fol. 70 v°, n° 161; — JJ. 54A, fol. 23 v°, n° 361). Les lettres dans lesquelles il porte ce titre ne sont donc pas antérieures à cette date d'avril 1317.

213 29 avril [1317].

Universis personis ecclesiasticis per regnum Franciæ constitutis mandat ut Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, apostolicæ Sedis nuntio ad certas regni Franciæ partes destinato de securo conductu provideant. (Reg. 109, fol. 52, c. 205; — Reg. 110, p. I, fol. 38, c. 115.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vicesgerentibus ac ecclesiasticis personis, religiosis et secularibus et aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Caturgiensis, Premonstratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini et aliorum ordinum nec non magistris et preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theutonicorum per regnum Francie constitutis ad quos littere presentes pervenerint.* Cum venerabilem fratrem — Dat. III kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

214 [29 avril 1317.]

In e. m. pro fratre Berengario de Landorra, magistro ordinis fratrum Prædicatorum. (Reg. 110, p. I, fol. 38, p. c. 115.)

215 Avignon, 29 avril [1317].

Nuntiis apostolicis concedit ut personas idoneas cujuscumque ordinis in exequendis sibi commissis assumere et adhibere possint. (Reg. 109, fol. 52, c. 206; — Reg. 110, p. I, fol. 43, c. 135.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra, magistro fratrum Predicatorum, Sedis apostolice nuntiis.* Cum vos ad certas partes regni Francie pro magnis et arduis negotiis destinemus ad quorum prosecutionem seu executionem poteritis interdum personis ydoneis indigere, assumendi personas hujusmodi ad prosequenda seu exequenda commissa vobis negotia vel eorum aliqua utiles, sive Minorum et Predicatorum, sive cujuscunque alterius ordinis aut professionis existant et ipsas ad prosecutionem seu executionem hujusmodi deputandi, et ad id per censuram ecclesiasticam compellendi, non obstante si personis eisdem cujusvis ordinis, professionis vel religionis existant vel ipsis etiam religionibus, professionibus vel ordinibus sit indultum quod professores earum ad aliquod officium vel ministerium cogi, seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus presentium quomodolibet impediri valeat vel differri, plenam et liberam vobis et vestrum cuilibet concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum III kal. maii [1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

216 Avignon, 29 avril [1317].

Eisdem quod omnes personas ecclesiasticas aut sæculares requirere, evocare, easque per censuram ecclesiasticam compellere possint. (Reg. 109, fol. 52, c. 207; — Reg. 110, p. I, fol. 43 v°, c. 136.)

« *Eisdem* [1]. Cum vos ad certas partes regni Francie pro magnis et arduis negotiis tanquam pacis angelos destinemus, ut ipsa negotia faciliorem et feliciorem, Deo propitio, exitum habeant, venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos, et dilectos filios cathedralium et aliarum ecclesiarum et ecclesiasticarum domorum et monasteriorum ac locorum exemptorum et non exemptorum prelatos, clericos et personas nec non comites, barones, nobiles, capitaneos, senescallos, ballivos, scabinos et officiales quoscunque, consilia, communia et universitates ac populos locorum partium earundem, quos pro ipsorum negotiorum prosecutione ac expeditione votiva necessarios vel utiles aut oportunos esse videritis, ex parte nostra requirendi, et ad nostram evocandi presentiam et eos ad id per censuram ecclesiasticam compellendi, non obstante si alicui vel aliquibus cujusvis ordinis, professionis, conditionis, dignitatis aut status ecclesiastici vel mundani existant per Sedem apostolicam sit indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes etc. ut supra. Datum ut supra [2]. »

[1] L'adresse manque dans le registre 109.
[2] N° 215.

217 Avignon, 29 avril [1317].

Mathildi, comitissæ Atrebatensi, ut dictis nuntiis fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 52 v°, c. 208; — Reg. 110, p. I, fol. 43 v°, c. 137.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mathildi, comitisse Atrabatensi.* Ecce, filia, solennes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem nostrum Raynaudum, Bituricensem archiepiscopum, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, ad partes regni Francie tanquam pacis angelos destinamus, data eis et eorum cuilibet generali per apostolicas litteras potestate tractandi et reformandi concordiam inter personas illarum partium dissidentes ac futuris dissidiis obviandi, ac contra impeditores et turbatores pacis censuram ecclesiasticam si et prout expedire viderint exercendi, et alia faciendi que circa id fuerint oportuna. Ad eos utique in hiis que te contigerint poteris fiducialiter habere recursum, quibus in hiis que pro parte nostra tibi retulerint credas indubie,

eaque studeas affectu prosequente complere. Dat. III. kal. maii[1]. »

[1] Cf. n° 186, note 3.

218 [Avignon, 29 avril 1317.]

Magistro Therrico de Iricione eosdem nuntios commendat. (Reg. 109, fol. 52 v°, c. 209; — Reg. 110, p. I, fol. 43 v°, c. 138.)

« *Dilecto filio magistro Therrico de Iricione, preposito Ariensi, cappellano nostro.* Ecce, fili, solennes nuntios et cetera[1] usque ad eos itaque quibus certum mandatum dedimus super tuo expediendo negotio, inde poteris fiducialiter habere recursum, eis in hiis que pro parte nostra tibi retulerint crediturus indubie eaque effectu prosequente facturus. Datum ut supra. »

[1] Pour la suite et la date, voyez le numéro précédent.

219 [Avignon, 29 avril 1317.]

Nuntiis apostolicis ne treugas, in negotiis Philippum, regem Franciæ, tangentibus, inducant, nisi de consensu ejusdem regis. (Reg. 109, fol. 52 v°, c. 210; — Reg. 110, p. I, fol. 41, c. 124.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi et dilecto filio Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum.* Licet per alias nostras litteras indicendi treugas certo modo inter quascunque personas in certis partibus regni Francie ad quas vos, ut pacis angelos, mittimus dissidentes, vobis et vestrum cuilibet dederimus potestatem[1], nostre tamen intentionis existit et eam explicando mandamus quatinus in hiis que carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, contigerint, absque ipsius conniventia vel assensu treugas hujusmodi nullatenus indicatis. Dat. ut supra[2]. »

[1] N° 204.

[2] N° 217; les mots *ut supra* ne se trouvent pas dans le registre 110.

220 Avignon, 29 avril [1317].

Fratrem R[aynaudum] de Albignaco hortatur ut prædictis nuntiis apud Philippum regem assistat. (Reg. 109, fol. 53 v°, c. 214; — Reg. 110, p. I, fol. 38, c. 116.)

« *Dilecto filio fratri R. de Albigniaco de ordine fratrum Predicatorum*[1]. Ecce, fili, de pace ac tranquillitate christianissimi regni Francie ac carissimi in Christo filii nostri Philippi, Francie et Navarre regis illustris, quiete soliciti, pro tractanda et reformanda inibi, Deo actore, concordia, ac via, prout possibile fuerit, futuris dissidiis precludenda, solennes nuntios nostros, videlicet venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscopum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, viros utique probate circumspectionis et fidei et status prosperi dicti regni sedulos zelatores, ad certas partes dicti regni tamquam pacis angelos providimus destinandos. Quia ergo tuum specialiter in premissis credimus consilium utile et auxilium oportunum, et specialiter erga regem ipsum in cujus conspectu, sicut gaudenter audivimus, gratiosus haberis, devotionem tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino Jhesu Christo, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes quatinus, divine remunerationis obtentu et nostri ac apostolice Sedis intuitu, te ad instantiam nuntiorum ipsorum non solum cohoperatorem, sed et specialem in predictis presertim apud regem eundem constituas promotorem, ut in retributione justorum ab omnium retributore bonorum, cum spe favoris apostolici tibi proinde non immerito acquirendi, mercedem condignam tam utilis cohoperationis, quin potius promotionis, securus expectes. Dat. Avinione, III kal. maii[1]. »

[1] Frère Renaud d'Aubigny, prieur de Poissy, exécuteur testamentaire de Philippe IV, avait remplacé frère Guillaume de Paris, du même ordre, comme confesseur de ce roi et avait pour compagnon (*socius*) frère Jean de Montfort, suivant un codicille du 28 novembre 1314 (Arch. nat., J. 403, n° 18, orig. scell.) Dans ce dernier acte, il est désigné en deux endroits, une première fois sous le nom de : *Frater Reginaldus, nunc confessor noster*, et, plus bas, simplement : *Priorem Pissiaci*. Il s'agit évidemment du même personnage, comme le prouve le texte de la confirmation de ce testament par Louis X au mois de décembre 1314 (Arch. nat., J. 403, n[os] 1-3,

deux originaux, dont l'un scellé, et une copie contemporaine). Renaud d'Aubigny conserva-t-il à la fois la charge et le titre de confesseur du roi sous Philippe V? Nous ne pouvons l'affirmer; nous le trouvons bien mentionné comme *confessor* sans autre désignation, en juillet 1317 (ARCH. NAT. JJ. 55, fol. 19v° c. 38), et la lettre de Jean XXII prouve qu'il avait la confiance du souverain, mais nous savons, d'autre part, que ce dernier, à la fin de son règne, avait pour confesseur Nicolas de Clermont, également prieur de Poissy et dont le compagnon était frère Thomas de « Ayneuil » (Cf. testament de Philippe V, du 26 août 1321, ARCH. NAT., J. 404A, n° 26, orig. scellé, et n° 28, vidimus scellé; voyez également ci-après nos 1180, 1208). Le confesseur de Louis X portait le nom de Vybert (Cf. testament de ce prince, ARCH. NAT., J. 404A, n° 22, orig. scellé, et 22 *bis*, copie contemporaine). La pièce que nous publions ici se date comme les précédentes par la mission des envoyés pontificaux (Voyez n° 186, note 3).

221 Avignon, 1er mai 1317.

Bertrando Bonifatii, rectori ecclesiæ de Sambletiaco, Aurelianensis diocesis, litterarum studio insistenti, concedit ut ad superiores ordines se facere promoveri non teneatur. (REG. 63, cur. fol. 390 v°, c. 209 et 1346.)

« *Dilecto filio magistro Bertrando Bonifatii, rectori parrochialis ecclesie de Sambletiaco, Aurelianensis diocesis, salutem etc.* Dum litterarum scientiam — Dat. Avinione, kalendis maii, anno primo. »

222 5 mai [1317].

Magistrum Petrum de Pratis Gualhardo, episcopo Regensi, in quadam inquisitione facienda adjungit. (REG. 110, p. II, fol. 81 v°, c. 375 et 1019.)

« *Venerabili fratri Gualhardo, episcopo Regensi, et dilecto filio magistro Petro de Pratis, juris civilis professori, canonico Xanctonensi.* Nuper tibi, frater episcope, post salutationis ac benedictionis consuete preambulum, per apostolicas litteras scripsimus[1] in hunc modum : Horrendum scelus etc. usque anno primo. Verum quoniam eo salubrius eoque cautius tantum speramus duci negotium quo plurium sapientium fuerit examinatione discussum, te, fili Petre, cujus prudentiam, fidelitatem et experientiam novimus, eidem episcopo in inquisitionis predicte negotio auctoritate presentium duximus fiducialiter adjungendum, vestrum utrique districte precipiendo mandantes quatinus in inquisitione predicta, ut premittitur, facienda, juxta prescriptarum continentiam litterarum curetis ex nunc provide procedere ac si vobis ambobus littere ipse directe fuissent. Per hoc autem quod te, fili Petre, eidem episcopo, ut prefertur, adjungimus, processui per eundem episcopum tam super predictis habito legitime sive facto, nullum generari prejudicium volumus, immo illum decernimus in suo robore permanere. Dat. Avinione, III nonas maii[2]. »

[1] 22 avril 1317 (n° 182).

[2] La mention *anno primo* qui manque ici est donnée par une autre lettre publiée ci-après (n° 443). On sait, d'ailleurs, que Gaillard Saumate, qui avait été nommé, le 14 mars 1317, au siège épiscopal de Riez, fut transféré, le 12 novembre suivant, à celui de Maguelonne (J.-H. ALBANÈS, *Gallia christiana novissima*, col. 602; inst. col. 387-388, nos XXVII et XXVIII eccl. Regensis). Sur le refus de Gaillard de Pressac appelé à lui succéder, Jean XXII nomma évêque de Riez, le 31 mars 1318, Pierre des Près, docteur en droit, professeur à l'Université de Toulouse, chapelain apostolique et prévôt du chapitre de Clermont, plus tard archevêque d'Aix. (J.-H. ALBANÈS, *op. cit.*, col. 79-80, 603-604; inst. col. 389, n° XXIX eccl. Regensis: voyez aussi ci-après, n° 468, note 4). Nous n'hésitons pas à identifier avec ce dernier personnage ce *Petrus de Pratis* ou *de Prato* auquel est adressée la lettre que nous publions ci-dessus et que nous trouvons désigné ailleurs comme *juris civilis professor, prepositus ecclesie Claromontensis, capellanus apostolicus* (nos 261, 468, 484). C'est très probablement lui encore qui était chanoine de Tournai et auquel le pape confia une autre enquête, avec l'évêque de Riez, le 7 mai 1317 (n° 224). Au sujet des conspirations qui eurent lieu en 1317 contre le pape et les cardinaux, voyez n° 182, note 3.

223 Avignon, 6 mai [1317].

Nuntiis apostolicis ut personaliter intersint ad diem et locum ubi debent se congregare gentes regis Franciæ et alligatorum pro pace habenda. (REG. 109, fol. 53 v°, c. 215; — REG. 110, p. I, fol. 38 v°, c. 117.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum, apostolice Sedis nuntiis*[1]. Cum sicut ad nostrum de novo pervenit auditum, gentes carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ex una parte, et dilectorum filiorum nobilium virorum ducis Burgundie et alligatorum Campanie ex altera super

tractatu concordie, die dominica post festum Ascensionis dominice[2], Senonis, vel, si de communi consensu fieri poterit, in alio loco propinquiori Parisius disposuerint convenire, volumus et discretioni vestre tenore presentium precipiendo mandamus quatinus in incepto viagio cum ea festinantia procedatis, quod vel Senonis vel in alio loco ubi dicte partes convenient, ut prefertur, dicta die vel antea, si fieri comode poterit intersitis, super hiis que vobis commissa sunt tractaturi cum illis. Dat. Avinione, II nonas maii. »

[1] Voyez, au sujet de ces envoyés, nos 186 et suivants.

[2] 15 mai 1317.

[3] Cf. Le 19 juin 1317, Philippe V envoya Louis d'Évreux, Guillaume, évêque de Mende, et d'autres représentants, à Melun pour traiter en son nom avec les alliés. C'est à l'assemblée de Sens, dont il est question dans la lettre que nous publions, et à laquelle Louis d'Évreux avait déjà assisté, que fut décidée cette seconde entrevue (ARCH. NAT., JJ. 54A, fol. 39v°, n° 536; fol. 32, n° 443). Nous possédons, d'ailleurs, le rapport des deux envoyés pontificaux sur leur mission. On verra, par le fragment que nous en reproduisons ci-dessous, qu'ils avaient reçu, le 18 mai seulement, la lettre du pape qui leur enjoignait de se trouver à Sens pour le 15. « *Vestra noverit celsitudo quod quam comode potuimus, accedere festinanter curavimus ad dominam ducissam Burgundie atque ducem juxta vestre sanctitatis beneplacitum et mandatum, licet in via propter periculosas aquarum inundationes et plurias quasi continuas nobis non pauca pericula ingerentes, multum fuerimus retardati. — Pervenientes igitur ad prefatam ducissam feria IV ante festum Penthecostes et cum eadem tractantes soilicite ut nobis imposita ad finem debitum duceremus receptisque ab ea vestre sanctitatis litteris, cum devotione qua decuit et reverentia, et super hiis inter eam et nos collatione previa diligenti, literam vestram datam secundo nonas maii recepimus, quod interesse die dominica post Assentionem Domini Senonis curaremus, ubi gentes illustris regis Francie et predicti ducis debebant pro sedanda exorta inter eos discordia convenire. Nos autem cupientes veri esse hobedientie filii et videri, absque mora quacumque nostri sancti culminis perlectis litteris, quamquam dies assignata ad prefatum tractatum foret preterita, sperantes tractatum prenominatum tractum habere longiorem, de loco ubi cum ducissa eramus, recessimus et versus Senones accessimus ante prandium.* » (S. RIEZLER, *Vatikanische Akten*, p. 42, n° 54, d'après les *Instrumenta Miscellanea* des Archives du Vatican.)

224 7 mai [1317].

Gualhardo, episcopo Regensi et magistro Petro de Pratis mandat ut de criminibus quæ a magistro Petro de Artigia, cantore Pictavensi, commissa fuisse dicuntur veritatem inquirant. et quicquid invenerint in formam publicam redigi faciant. (REG. 109, fol. 209, c. 780; — REG. 110, p. II, fol. 82, c. 377 et 1022; — L. FUMI, *Eretici e ribelli nell' Umbria dal* 1320 *al* 1330, dans le *Bolletino della regia deputazione di storia patria per l'Umbria*, t. III, 1897, p. 279.)

« *Venerabili fratri Galhardo, episcopo Regensi, et dilecto filio magistro Petro de Prato*[1], *canonico Tornacensi.* Commissa quelibet a personis ecclesiasticis crimina cor nostrum amaricant, set illa proculdubio nostra gravius intima scandalizant, que ab hiis a quibus sinceriorem fidelitatem erga nos et apostolicam Sedem ac uberiorem virtutum decorem familiaritatis nostre participium exigit, nedum in alios, set et in nos et fratres nostros sancte Romane Ecclesie cardinales, dampnabili temeritate committi contingit. Sane ad nostrum assertio fidedigna produxit auditum quod magister Bernardus de Artigia, cantor Pictavensis, commensalis, capellanus noster, et Sedis ejusdem reverentie filialis officium inofficiose preteriens, Dei timore postposito et fidelitatis debito violato, illius qui primum scisma suscitavit in celo stimulis ut creditur agitatus, nos et predictos fratres nostros qui in caritatis unione fore firmissimi, et unius moris in domo habitare debemus, ab invicem dividere, ac per exclusionem unanimitatis separare pro posse sategit et per se ac mediatores improbos zizaniam seminans, nonnullis ex eisdem fratribus, ut contra nos congregationes, conjurationes et conspirationes iniquas inirent, detestandis suggestionibus persuasit, quo sic separati, sicque divisi in mundi supportandis oneribus debiliores essemus. Unde nimirum, si facta relatibus consonant, se reum lese constituit magestatis, cumque propterea et perjurii etiam in nostra presentia per eum commissi pretextu, eum nostro fecerimus carceri detineri, multa que hucusque nos de ipsius turpi vita latuerant, nunc ad nostram audientiam sunt aliquorum delatione perlata, videlicet quod idem cantor persone sue qualitatem et status sui decentiam non advertens, fame sue prodigus et salutis, voluptatis impulsu in precipitium proruens ac impudenter nefariis actibus se immiscens, monialem quandam velatam Deoque dicatam, nomine Mabiliam de Castellione, de monasterio sancte Crucis Pictavensis ubi devotum obsequium impendebat Altissimo, per violentiam rapuit, et eam ad terram pro-

priam secum ducens, tam ibi quam in curia Romana et alibi illam ut concubinam publice tenuit ultra triennium, et adhuc tenere, sicut dicitur, non veretur, eum a cujus servitio dictam monialem abduxit offendere, raptumque ac stuprum committere non formidans, nec eo contentus, set mala malis accumulans hominem quendam nomine...[2] per quosdam nepotes suos in illicitis faventes eidem, gladio mandavit et fecit, ut fertur, interfici, nedum interfectores eosdem post patratum homicidium in hospitio proprio receptans, et ad tempus occultans in quoddam mandati predicti patens indicium, quin etiam judices et notarios ad quos dicti homicidii cognitio et punitio pertinebat, ut per illos exinde absolverentur injuste plectibili presumptione corrumpens, legis Cornelie de siccariis et de falsis crimina notabiliter incurrendo. Ne igitur tam detestandi et enormes excessus absque debita castigatione pertranseant; nos zelo justitie, quam ex officii debito exequi tenemur ad omnes, nec volentes, nec valentes eos conniventibus oculis pertransire, ad inquisitionem super illis contra cantorem eundem censuimus procedendum, ne vel veritas occultata noxium liberet, vel divulgata falsitas obruat innocentem, circumspectioni vestre de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, districte precipiendo mandantes quatinus, receptis presentibus, per omnes vias et modos quos ad id videritis expedientes et utiles, solum Deum habendo pre oculis, super predictis omnibus et singulis, exempto prejurio de quo ut predicitur nobis liquet, summarie et de plano, judiciorum anfractibus et sollempnitatibus omnino sublatis, omnique appellatione cessante, inquiratis diligentius veritatem et inquisitam in formam redigi publicam faciatis. Dat. nonis maii[3]. »

[1] Registre 110 *Pratis;* voyez, au sujet de ce personnage, ce que nous disons n° 222, note 2.

[2] Lacune.

[3] Cf. On a vu que Gaillard Saumate fut évêque de Riez du 14 mars au 12 novembre 1317 (n° 222, note 2). La lettre que nous publions ci-dessus et qui lui est adressée est donc comprise entre ces deux dates.

225 8 mai [1317].

Magistris et scolaribus Parisiensibus de quibusdam excessibus et deffectibus in Universitate Parisiensi emendandis. (Reg. 110, p. I, fol. 48, c. 156; — Reg. Avin, t. V, fol. 192 v°; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § XV, extrait; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 200, n° 741.)

« *Dilectis filiis universis magistris et scolaribus Parisiensibus.* Fons vite in — Dat. VIII idus maii[1]. »

[1] La date de l'année est donnée par les éditeurs du Chartularium d'après le registre d'Avignon.

226 8 mai [1317].

Episcopo Parisiensi ut, cum personis idoneis, ad eorumdem excessuum correctionem auctoritatem suam interponat et ea quæ corrigere non valebit Sedi apostolicæ referat. (Reg. 110, p. I, fol. 48 v°, c. 157.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Parisiensi.* Fons vite etc. Quocirca fraternitati [tue] de qua plenam in Domino fiduciam gerimus per apostolica scripta mandamus quatinus, dilecto filio cancellario Parisiensi et uno vel pluribus ex magistris vel rectoribus studii antedicti de quibus videris expedire tecum adhibitis, ad corrigendum et emendandum excessus predictos juxta datam tibi a Deo prudentiam per te vel alium seu alios interponas auctoritate nostra efficaciter partes tuas, contradictores etc. Quod si forsan aliqua repereris in dicto studio correctione seu reformatione indigentia que per te et illos quos tecum adhibueris, ut prefertur, corrigi nequeant seu etiam reformari, illa nec non que circa hec fuerint adhibenda remedia per providentiam dicte Sedis nobis tu et illi per vestras litteras intimetis, ut super premissis omnibus et singulis sicut cordi gerimus et expedire viderimus congrua et oportuna remedia apponamus. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Voyez la lettre précédente, le père Denifle et M. E. Chatelain ne font que citer cette pièce en note.

227 Avignon, 9 mai [1317].

Beraldum, dominum Mercorii, rogat ut Hugonem de Castronovo a comparutione apud Matisconem in octabas instantis festi Penthecostis excusatum habere velit. (Reg. 109, fol. 221, c. 805; — Reg. 110, p. I, fol. 12, c. 35.)

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo, domino Mercorii.* Cum dilectus filius nobilis vir Hugo de Castronovo nepos noster cui scripsisti ut equis et armis decenter munitus in octabas instantis festi Pentecostes apud Matisconem tecum convenire deberet, sit circa nos domesticis servitiis nostris implicitus, propter quod ad presens tuam comode nequit super hoc requisitionem implere, nobilitatem tuam attente rogamus quatinus eum cujus nobis est oportuna nec minus grata presentia, velis in hac parte rationabiliter excusatum habere. Dat. Avinione, vii idus maii[1]. »

[1] Cf. Il s'agit évidemment ici de la convocation à Mâcon, que le roi fit en 1317 et dont le terme fut ensuite reculé; Béraut de Mercœur y figure (ARCH. NAT., JJ. 55, fol. 11, nos 12 et 18; — HISTORIENS DE FRANCE, t. XXIII, p. 807 C et 808 E). L'octave de la Pentecôte, en 1317, était le 29 mai. Au sujet de Béraut de Mercœur, voyez no 746, note.

228 Avignon, 9 mai 1317.

Parrochialem ecclesiam sancti Laurentii de Arboribus, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali ecclesiæ Avinionensis unit. (REG. 63, cur. fol. 365 v°, c. 140 et 1150.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Quanto Avinionensem ecclesiam — Dat. Avinione, vii idus maii, anno primo. »

229 Avignon, 16 mai 1317.

Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, de canonicatu et præbenda ecclesiæ Agennensis per Guillelmi de sancta Aralha obitum vacantibus, providet. (REG. 63, cur. fol. 403, c. 342 et 1421.)

« *Dilecto filio Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali etc.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, xvii kal. junii, anno primo. »

230 Avignon, 16 mai 1317.

In e. m. episcopo Regensi et præposito Claromontensis ac Petro de Savinhaco, canonico Caturcensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (REG. 63, cur. fol. 403 v°, c. 342 et 1421.)

231 [5 septembre 1316 — 17 mai 1317.]

Clementiam reginam hortatur ut in statu suo viduitatis laudabiliter studeat conversari. (REG. 110, p. II, fol. 40 v°, c. 107 et 743.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Grandis ille caritatis affectus quem ad personam tuam gerimus nos inducit ut ea tibi sepe paternis suade[a]mus affectibus per que divinam promereri gratiam valeas et cum fame decoribus titulos humane commendationis acquiras. Sane, filia predilecta, licet ingenita tibi nobilitas et tui devoti generis recolenda consideratio verisimiliter repromittant quod tu, ambulans in spiritu salutari, te ipsam in sanctificatione et suavitatis odore custodies, quia tamen...[1] est, ne pro...[2] hostis humani malitia in hujusmodi tue viduitatis statu multos in intimis cordis tui patiaris impulsus, curandum est tibi summopere ut pedem tuum a lapsu cohibens per exuberantiam...[3] operum ipsius hostis insidiis obvies, ejusque lares per laudabilem occupationem enerves, nedum ab omni mali specie abstinens quin etiam hiis que tuo sint placita Creatori solerter intendens, et ne circa id exprimamus tibi pauca de pluribus, celsitudini tue sano consilio suademus quatinus castitatem cum humilitate ac caritate perseveranter observans, te in cibo sobriam, in loquendo modestam et, ut decet, tuus sit non in corpore set in mente[4]... (?) in cultu corporis et ornatu vestium non effusam, non in incessu compositam semper exhibeas, non juvenes, set maturos et discretos viros habitura in mensa ministros[5]. »

[1] Lacune; *verendum?*

[2] Lacune.

[3] Lacune, suppléez *piorum* ou un mot analogue.

[4] Il y a encore ici une lacune que le copiste n'a pas marquée.

[5] Il est difficile, comme nous l'expliquons ci-après (no 233, note), de déterminer la date des lettres concernant la reine Clémence. Toutefois l'allusion que l'on trouve au début d'une lettre du 17 mai 1317 (no 232), semble désigner celle que nous publions ici, c'est pourquoi nous la croyons antérieure à cette date.

232 17 mai [1317].

Eamdem reginam ad satisfaciendum societati Bardorum hortatur; nuntiat ei se Philippo, regi Franciæ,

pro residui dotalitii solutione scripsisse, Arnaldumque de sancto Genesio, cantorem Bituricensem, ad eam mittit. (Reg. 110, p. ii, fol. 41, c. 191 et 747.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Cupientes, filia, te in omnibus ordinate procedere sicut jam te ad interiorem compositionem salubribus monitis invitasse meminimus[1], sic et ut exteriora domum tuam videlicet decenter et utiliter ordines, ferventer optamus. Eam etenim deordinatam innumerosa familia et su[m]ptibus excessivis audivimus, propter quod credimus expedire ut aliquam personam maturam habeas et honestam que videat et provideat quod, nec ex nimia parcitate quicquam honori tuo decrescat, nec ex deffectu debite providentie bona tua a gartionibus furibus aut personis aliis turpibus consumantur, que in usus honestos et pios et specialiter in extenuationem debitorum quorum mole nimis ut fertur, opprimeris, tam fructuose quam salubriter possunt et debent expendi. Ecce, filia, dilectis filiis sociis de societate Bardorum quibus teneris in magna summa pecunie locuti nuperrime fuimus, ut circa prorogationem solutionis illius tecum vellent agere gratiose, complacentia que inde nobis accederet ac efficacibus ad id persuasionibus paterne subjunctis. Porro jam dicti socii qui se maximam erga te liberalitatem exercuisse causantur, pecunia quam ex mutuo sibi debuisti diutius et cujus solutionem tibi non absque, ut dicunt, societatis sue gravi dispendio per certos terminos prorogarunt, se asserunt plurimum indigere, nec posse tibi comode ulterioris dilationis gratiam indulgere, licet responsum finale prebuerint quod, super requisitione nostra hujusmodi, sociis suis Parisius degentibus scriberent de illa quicquid possent tolerare facturi. Tu ergo, filia, provida meditatione pensato quantum tibi sit indecens, quamque dampnosum possit existere multiplicitatis (*sic*) involvi debitis et importunis exactionibus subiei creditorum, manum tuam ab expensis supervacuis retrahas, et ad exonerationem incumbentium debitorum solerter insistas, provisura precipue quod prefatis sociis quibus de impensa tibi subventione in necessitatis articulo grata proculdubio esse debes, quanto celerius fieri poterit satisfias. Nos autem carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, per alias nostras litteras efficaciter scribimus[2], ut et tibi residuum dotalitii debiti, et excambium competens pro terra de Pertico, absque difficultatis seu morose dilationis obstaculo faciat assignari, que cum fueris assecuta, si in illorum administratione prudenter ut cupimus et in expendendi modo temperate te gesseris, habundabis ut credimus, et a creditorum impensionibus liberata vives pro certo quietius, dum ad manus illorum intendere non habebis. Sic denique in hac parte te gerere studeas quod tibi cedat ad comodum et nobis debeat esse gratum, qui in hiis tibi non aliam legem imponimus, quam observemus in nobis ac per fratres nostros sancte Romane Ecclesie cardinales observari mandemus. Pro hiis vero et aliis tibi ex parte nostra seriosius explicandis dilectum filium Arnaldum de sancto Genesio, cantorem Bituricensem, capellanum tuum nobisque devotum, tuam voluimus adire presentiam, cui in hiis que refferet nota nobis et tibi ipsius ad te agendaque tua fidelitas, fidem adhiberi credulam persuadet. Dat. xvi kal. junii[3]. »

[1] Voyez n° 231.

[2] Voyez le numéro suivant.

[3] Cf. Cette lettre est antérieure à celle que l'on trouvera ci-après (n° 574), par laquelle on voit que la reine Clémence s'était conformée aux conseils que lui donne ici le pape et qu'il lui renouvela plus tard (n° 293), l'engageant à éviter les dépenses inutiles. On sait que cette souveraine se retira au monastère de Notre Dame de Nazareth en Provence, vers la fin de 1318 (Voyez n° 779), et que, pour satisfaire aux réclamations des marchands florentins, elle déposa en gage tous ses bijoux dans le même monastère (Voyez n°s 964, 974, 1211).

233 17 mai [1317].

Prædictum regem iterum rogat ut residuum dotalitii faciat eidem reginæ assignari et loca ubi facta fuerit hæc assignatio ei nominari. (Reg. 110, p. ii, fol. 41, c. 192 et 748.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Non est nobis incognitum, fili carissime, quod tu, progenitorum tuorum more laudabili, judicio rationis obediens, libenter ea que sunt justa prosequeris, set specialiter ubi de nostro tibi circa illa liquet affectu, eis ut credimus libentius te impendis. Propter quod si quando in talibus per officiales

tuos aliter agitur, verisimiliter non putamus id de tua voluntate procedere, set supponimus potius quod si in tuam notitiam deducatur, id prompte studeas reformare. Sane nosti quam frequenter et quam affectuose tibi preces obtulimus[1] ut dotalitium carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie illustri debitum ei faceres assignari. Set ecce, licet tu, quamtum est in te, votis nostris annuens in hac parte, assignationem hujusmodi certis executoribus commiseris faciendam, (et) eo tamen quod loca ubi residui assignatio fieret eis non fuerint, ut dicitur, nominata, factum est hactenus quod nondum secutus [sit] ipsius assignationis dotalis effectus, non absque ipsius regine gravi dispendio et honori regii prejudicio manifesto. Desiderantes itaque et claritati fame regie circa id consuli, et ipsius regine indempnitatibus provideri, celsitudinem tuam eo instantius quo sepius rogandam duximus et hortandam quatinus divine pietatis intuitu et nostre instantie interventu, predictis commissariis vel aliis diligentibus atque solicitis per te super hoc statuendis, loca in quibus fiat assignatio dicti residui facias nominari, quibus assignationem ejusdem residui faciendam absque procrastinationis tedio regine predicte sic efficaciter, sic expresse committas, quod tuum in hac ex ipsius expressionis efficacia beneplacitum colligentes, ad complementum assignationis predicte absque obice dilationis morose procedant, facturus nichilominus ut teneris pro terra de Pertico excambium competens dari regine prefate, sic te, si placet, super hiis habiturus, quod non solum inde lauderis apud homines, set et meritum apud Deum et apud nos, qui hoc ipsum gratum nimis et acceptum habebimus, consequi debeas condigna rependia gratiarum. Dat. Avinione, xvi kal. junii[1]. »

[1] Jean XXII écrivit à maintes reprises à Philippe V, même lorsqu'il n'était que régent (n°s 60, 77), pour l'engager à payer ce qui était dû à la veuve de Louis X, âprement poursuivie par ses créanciers (n°s 318, 477, 1201, et ci-dessus, n° 232, note 3). Le roi de France confirma plusieurs fois, de son côté, les donations faites à cette dernière (juillet 1317 ; Arch. nat., J. 243, n° 34, orig. et JJ. 53, fol. 114, n° 270; — JJ. 54^A, fol. 34 v°, n°s 468, 469) et conclut avec elle, le 15 août de la même année, un accord solennel, mais sans trancher toutefois les difficultés relatives au paiement du douaire (Arch. nat., J. 1036, n° 7; — J. 1044, n° 22, orig. scellés). « Nous, devant dite Clemence, y lit-on, certifiée à plain de droit et de fait et en grant conseil sur ce eu et en grant deliberation avons quitté et quittons sollempneement et souffisaument de certainne science de toutes actions et demandes et profiz que nous puissiens faire et demander à notre dit chier seigneur et frere ou reclamer es royaumes de France et de Navarre, en tout ou en partie, à vie ou à héritage, par quelque titre, cause ou raison que ce fust, presente ou à venir, et avons transporté, cessié, donné et quitté, transportons, cessons, donnons et quittons à li, à ses hoirs et à ses successeurs et à ceus qui avront cause de lui tout le droit et toute l'action que nous avions ou poions ou devions avoir es diz royaumes de France et de Navarre en tout ou en partie, exceptées les choses contenues en ces presentes lettres et excepté et retenu à nous et pour nous expressement touz les arrerages qui nous sont ou peuent estre deuz du temps passé pour raison de notre doaire, et sauf et retenu à nous expressement à demander esclarcissement sur les choses qui nous sont assises pour raison dudit doaire, et tout autre droit que nous porrions avoir et demander es dittes choses à nous assises pour raison de notre dit doaire et sauf ansi en toutes autres choses les dons et les arrerages d'iceus, les quielx nous ont esté faiz, à vie ou à heritage, de notre dit cher seigneur le roy Loys. Et nous, Philippe dessus dit, avons quitté ensement et quittons notre dite chere dame et seur de toutes quereles, actions et demandes que nous avons ou poons avoir envers li par quelconque cause que ce soit jusques au jour d'uy. » (Voyez aussi ci-après n°s 360 et 361). La question devait longtemps encore rester pendante (Arch. nat., JJ. 56, fol. 90, n° 203; — JJ. 58, fol. 1, n° 5), le Parlement restreignait les avantages cédés par le roi (Beugnot, *les Olim*, t. II, p. 658, 659, 667, n^os x, xi, xx), et le 1er octobre 1318 la reine Clémence ne se déclarait contente de la nouvelle assiette de son douaire que si Philippe V la lui garantissait (Arch. nat., P. 2290, fol. 455, 463, 467; — Bib. nat., ms. latin 5991^A, fol. 81; — ms. français 4425, fol. 164, 166, 167; — Brussel, *Nouvel examen de l'usage général des fiefs*, t. II, p. 1034; — J. Petit, *Essai de restitution des plus anciens Mémoriaux de la Chambre des Comptes de Paris*, n°s 654, 655, 656). Le 17 novembre 1319, la maison du Temple, que ce dernier avait promise par le traité du 15 août 1317 en échange de la maison et du bois de Vincennes, fut réclamée par les Hospitaliers (Pauli, *Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano*, t. II, p. 73, n° lvi), et les arrérages dont le compte avait été dressé le 11 octobre 1318, n'étaient pas encore entièrement payés à sa mort (Arch. nat., *Journal du Trésor*, KK. 1, p. 20, 103, 143, 164, 180, 226, 239, etc.). Il est impossible, dans de telles conditions, de préciser la date de toutes les lettres que le pape écrivit à ce sujet. Celle que nous publions ici se date comme la précédente (n° 232), dans laquelle elle est citée.

234 Avignon [1er novembre 1316 — 18 mai 1317].

Hugonem, episcopum Caturcensem, quorumdam criminum causa ab officio et beneficio suspendit eique

omnem curam et administrationem Caturcensis ecclesiæ in spiritualibus et temporalibus interdicit. (Reg. 109, fol. 29 v°, c. 119; — Reg. 110, p. ii, fol. 83, c. 380 et 1024.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* A rectitudinis via — cumque per inquisitionem eandem, sicut ex ipsorum inquisitorum relatione fideli super hoc nobis et fratribus nostris facta percepimus, legitime sit compertum — episcopum ipsum, ne Caturcensis ecclesia in ejus manibus naufragetur, de fratrum ipsorum consilio, ab officio et beneficio suspendimus — decernentes ex nunc irritum et inane. Dat. Avinione[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est postérieure au 1er novembre 1316, puisqu'à cette époque Hugues Géraud avait encore le titre d'évêque de Cahors (Voyez n° 41). Elle est, d'autre part, antérieure à la sentence plus grave du 18 mai 1317 (n° 235), qui y fait allusion.

235 Avignon, 18 mai 1317.

Hugonem Geraldi olim Caturcensem episcopum deponit, eum pontificali, sacerdotali ac quolibet alio officio privat et ad perpetuum carcerem condempnat. (Reg. 109, fol. 217 v°, c. 793; — Reg. 110, p. ii, fol. 83 v°, c. 381 et 1025; — Reg. 63, cur. fol. 363, c. 131 et 1141; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 218 v°, pars v, c. 1; — Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. V, tit. viii[1].)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Divinis exemplis que — Nos itaque super premissis et quampluribus aliis ejus nephandis excessibus cum fratribus nostris et sano consilio deliberatione prehabita diligenti, prefatum Hugonem Geraudi, qui se omni honore ac dignitate reddidit tam indignum[2], quique propter suas iniquitates, ne presit, est abjectus a Deo, suis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali jam privatum a Domino, de consilio fratrum ipsorum omnium et singulorum in eum perpetue depositionis sententiam duximus promulgandam, pontificali eum et sacerdotali et alio quolibet privantes officio, et ad perpetuum carcerem condempnantes ut ibi comittendis cessantibus, agat penitentiam de commissis. Nulli ergo — Dat. Avinioni, xv kal. junii, anno primo[3]. »

[1] Datée de 1318. Cette date est en contradiction avec celles que donnent les registres du Vatican pour la même pièce et pour les autres lettres qui ont trait à cette affaire (Voyez n° 348, 375, 376, 532-535). Elle est donc inadmissible. Ce ne sont pas d'ailleurs les seules divergences de dates que nous constations dans le *Corpus juris canonici* (Voyez nos 347, note; 732, note 1; 1131, note 1) et qui se retrouvent encore dans la dernière édition de E. Friedberg.

[2] Voyez n° 234.

[3] La date de l'année est donnée par le registre 63.

236 Avignon, 18 mai [1317].

Philippo, regi Franciæ, ne fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ratione solutionis quorumdam vadiorum a justitiariis regiis gravari permittat, cum ipsi fratres ad dictam solutionem faciendam se paratos asserant. (Reg. 110, p. ii, fol. 27, c. 131 et 687; — Arch. nat., J. 417, n° 37, orig. scellé sur chanvre.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* De tua, fili, sinceritate supponimus quod sic juste quod justum est cupias exequi, ut quemvis nolis indebite pregravari. Ad nostrum sane pervenit auditum quod senescalli, baylivi, ceterique justitiarii regni Francie, pretextu quarundam litterarum que a regali curia emanasse feruntur, de compellendis Hospitalariis per captionem et explectationem bonorum quondam ordinis Templi que Hospitalariis ipsis aplicata fuerunt, ad solvendum in Parisiensibus personis dicti quondam ordinis vadia sibi assignata tam pro se, quam pro custodibus eorundem una cum arreragiis preteriti temporis, jam miserunt per omnes domos ipsius Hospitalis certos executores qui vendunt et distrahunt pro libito bona Hospitalis ejusdem, et nichilominus servientes aliquos in singulis domibus posuerunt, qui bona Hospitalis ipsius destruunt et consumunt in evidens Hospitalis predicti dispendium, et negotii Terre Sancte in cujus succursum deberent bona hujusmodi cedere, detrimentum. Cum itaque jam dicti Hospitalarii, quorum aliquibus super hoc fuimus collocuti, asserunt se paratos personis et custodibus antedictis, de illa moneta que in locis ubi manent comunem cursum reperietur habere, vadia solvere nec ad aliud rationabiliter compelli debeant, sicut dicunt, pietatem regiam rogamus et hortamur attente quatinus prudenter attento quod ad tue salutis et honoris augmentum pertinere dinoscitur, ut hii Hospitalarii id quod justum est in hac parte implere parati in ser-

vientum sumptibus vel aliis oneribus indebitis non graventur, illius cui famulantur intuitu ac pro nostra et apostolice Sedis reverentia, ab eorum domibus servientes hujusmodi amoveri mandes et facias, nec per officiales tuos ipsos in premissis vel aliis injuste gravari permittas, sic te in hiis efficaciter habiturus, quod exinde justo judici placeas, et nobis ac dicte Sedi dignis laudibus extollendus occurras. Dat. Avinioni, xv kal. junii[1]. »

[1] La date *anno primo* se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales. Nous n'avons pas retrouvé les lettres auxquelles le pape fait allusion. Nous constatons, au contraire, qu'un arrêt du Parlement du 7 mai 1317 (Arch. nat., K. 40, n° 11², vidimus du 28 mai 1317, scellé du sceau de la prévôté de Paris sur double queue de parchemin; — J. Tardif, *Cartons des rois*, n° 1119) ordonne la restitution provisoire aux frères de l'Hôpital de Saint Jean de Jérusalem des biens qu'ils tenaient du Temple et qui avaient été saisis pour le paiement de certaines obligations. Jean XXII n'en avait peut-être pas été encore informé.

237 27 mai [1317].

Eidem, regi Franciæ, ut G[uillelmum], sanctæ Ceciliæ presbyterum cardinalem, ratione beneficiorum quæ in regno obtinet, commendatum habeat. (Reg. 110, p. II, fol. 25 v°, c. 126 et 682.)

Eidem. Ea nobis est, fili carissime, de celsitudine tua firma fiducia quod christianissimorum progenitorum tuorum imitando vestigia, Romanam Ecclesiam matrem tuam tanquam princeps catholicus venereris, et nobilia membra ejus, videlicet cardinales, congrui favoris impendio prosequaris. Ea propter pro dilecto filio nostro G., tituli sancte Secilia (*sic*) presbytero cardinali, ad cujus personam, suis exigentibus meritis, benivolentiam gerimus specialem, excellentie tue preces ex affectu porrigimus quatinus, consideranter attento quam expediens, quamque utile tibi et tuis possit esse negotiis cardinalibus in regno tuo de beneficiis provideri, ut per id ad promovendum tuorum comodi et honoris augmentum devotius inducantur, cardinalem ipsum certa in illis partibus beneficia obtinentem, in procuratoribus et ministris ipsius sua inibi agenda gerentibus, sic habere velis pro nostra et apostolice Sedis reverentia favorabiliter comendatum, sic eis mandas et facias presidium regii favoris impendi, quod insolentias injuste gravare nitentium non habeant formidare; tuque propterea divine retributionis merearis premium consequi, et a nobis cum gratiarum actionibus possis non inmerito laudibus condignis attolli, ac cardinalis ipse ad tua beneplacita prosequenda strictius obligetur. Dat. IIII kalendas junii[1]. »

[1] Cf. Guillaume Pierre Godin, cardinal prêtre du titre de sainte Cécile depuis le 23 ou le 24 décembre 1312, ne put devenir évêque de Sabine qu'après la mort d'Arnaud de Falguières, survenue le 12 septembre 1317 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 37). Nous le voyons en effet désigné sous ce dernier titre dans deux lettres datées du 6 avril et du 5 mai 1318 (n°s 553 et 579). Comme il n'est dit, dans le document publié ici, que cardinal prêtre, on peut conclure que ce document, daté du 29 mai, est de l'année 1317.

238 29 mai [1317].

Eidem regi ut Jacobum, episcopum de Cabano, Stephanum, dominum Castrinovi et Gerardum de Layacio, nuntios Ossimi, Armeniæ regis qui ad eum de passagio transmarino tractaturi destinantur, benigne recipiat. (Reg. 110, p. II, fol. 35, c. 156 et 712.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce carissimus in — Dat. IIII kal. junii[1]. »

[1] Il est indispensable, pour dater cette lettre, de publier ici une réponse de Jean XXII au roi d'Arménie, dans laquelle il est fait mention de l'envoi de ses ambassadeurs à Philippe V.

[4 octobre 1317.]

Ossimo, regi Armeniæ, de nuntiorum suorum receptione eorumque missione ad Philippum, regem Franciæ. (Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 160 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 640.)

Carissimo in Christo filio Ossinio, regi Armenie illustri. Venientes ad apostolicam Sedem venerabilem fratrem nostrum Jacobum, episcopum Cabanensem ac dilectum filium Stephanum, dominum Castrinovi et Gerardum de Laiacia (*sic*), milites, regie celsitudinis nuntios, libenter vidimus et affectuose recepimus intuitu destinantis, benignam eis audientiam tribuentes super hiis que de statu et periculis illarum partium et de adhibitione oportuni remedii proponere ac petere voluerunt; deinde vero nuntios ipsos ad carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, presentiam accedentes, per apostolicas litteras efficaciter commendavi-

mus dicto regi qui eos, prout ex ipsorum relatione suscepimus, benigne recipiens inter cetera respondit eisdem se ad Sedem predictam nuntios missurum in brevi solennes super tuorum petitionibus nuntiorum nobiscum latius tractaturos. Quia igitur, amantissime fili, ad regem eundem hujusmodi negotii promotio non leviter pertinet, veluti qui ad ultramarinum passagium multum aflici creditur, ymmo qui ad illius assumptionem ut asserit, ferventer anelat, super hoc cum eo vel gentibus suis tractare vel ordinare disponimus et propter hoc anxii jamdiu suos expectavimus nuntios, et adhuc etiam expectamus, qui licet interdum iter arripuerint veniendi, ex causis tamen supervenientibus, retrocedere habuerunt, cum quibus, dum venerint, quod erit speramus in brevi, de dicto passagio ejusque preparatoriis consulta deliberatione tractabimus cum omni qua poterimus promptitudine — Dat. IIII nonas octobris. »

Cette ambassade solennelle de Philippe V, dont le départ fut retardé, est évidemment celle qui était déjà attendue à Avignon le 17 juillet, puis le 13 août 1317, qui arriva vers la fin de l'année et traita, entre autres choses, du passage d'outre mer (Cf. n° 330, note 2). Il en résulte que la lettre du pape au roi d'Arménie ne peut être que du 4 octobre 1317 et que celle qui est adressée au roi de France étant antérieure à cette date, sera du 29 mai 1317. Les envoyés du roi d'Arménie reçurent le 3 mai [1318] un sauf conduit pour retourner auprès de leur souverain (Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 161; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 644).

239 [5 juin 1317].

Philippo, regi Franciæ, qui concessionem quorumdam bonorum et reddituum monasterii Cellæ Trecensis G[uillelmo], tituli sanctæ Ceciliæ presbytero cardinali, commendatorum revocari petierat, negative respondet, cum dicta concessio legitime facta nullum detrimentum præfato monasterio afferre possit. (Reg. 109, fol. 75, c. 329; — Reg. 110, p. i, fol. 69, c. 326.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Presentate nobis nuper per dilectos filios magistrum Guillelmum de Ableti, clericum, et Johannem de Cerigniaco, militem, nuntios tuos, littere continebant, et ipsorum nuntiorum habuit pro parte tua subjuncta relatio quod, cum bone memorie Guichardus, Trecensis episcopus, de abbatia monasterii Celle Trecensis ad presulatum Trecensis ecclesie transiens, obtinuisset a dilecto filio abbate successore suo et conventu ipsius monasterii, per dolose circumventionis astutiam, concedi sibi per modum pensionis ultra duas partes proventuum monasterii antedicti quamdiu viveret percipiendorum ab ipso, et prenominati abbas et conventus habuissent ad clare memorie Philippum, regem Francie, patrem tuum, super hujusmodi fraudulenta concessione recursum, rex ipse per cujus progenitores monasterium ipsum fundatum, ac premissorum largitione redditum ponebatur fuisse dotatum et quod fundatores ipsi sub gardia sua speciali posuerant, tam sibi quam successoribus suis mora inibi quotienscunque vellent ac bonorum omnium usu pro sua necessitate retentis, cessare fecit solutionem pensionis hujusmodi jam anni quindecim sunt elapsi. Et demum etiam idem Guichardus ad cor rediens, pensionem et redditus antefatos antequam decederet remisit totaliter et quitavit. Unde miranter acceperas quod nos, post obitum Guichardi prefati, nuper apud Sedem apostolicam decedentis, dilecto filio nostro G., tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, provideramus de sic remissis redditibus et pensione predictis; propter quod per litteras ipsas et nuntios supplicabas ut cum, ex provisione hujusmodi si forte consequeretur effectum, monasterium ipsum nedum divinis haberet carere servitiis, quin etiam esset irreparabiliter desolatum, provisionem eandem que tibi si procederet grande generaret prejudicium, et quam tibi esset tolerare perdurum, liberaliter revocare vellemus. Sane, fili carissime, si te non decepisset circa facti substantiam falsa suggestio, si tue innotuisset excellentie processus nostri circa provisionem eandem habiti qualitas nec veritas tibi celaretur in veris, nequaquam sicut verisimiliter credi potest, predicta tua supplicatio processisset. Si quidem Guichardus ipse, dum abbas erat monasterii antedicti, ipsum in temporalibus maxime notabiliter collapsum inveniens a bone memorie Edmondo ac Blanca, tunc regina Navarre et Campanie comitissa, conjugibus, ipsius monasterii nomine, pro quatuor milibus librarum turonensium emit villam de Verdeyo et alia plura bona, multa etiam et fere omnia alia per nos cardinali commendata predicto ad ipsum monasterium seu prioratum sancti Aygulfi spectantia que per predecessores suos vendita ad magnum tempus seu ad vitam personis aliquibus reperit provide redimens, ea ad possessionem predictorum monasterii et prioratus integre revocavit. Ex quibus evidenter apparet tibi mendaciter fuisse suggestum

quod bona hujusmodi fuerant per progenitores tuos monasterio prefato concessa, liquet etiam quod abbas et conventus predicti qui sciebant bona predicta ex emptione ac revocatione facta de illis, ut premittitur, per Guichardum eundem, ad monasterium pervenisse prefatum, ad concedendum ea sibi dum viveret, non dolosa seductione sed debita gratitudine, processerunt absolute quidem atque simpliciter, non sicut tuis inferitur litteris, sub annua pensione prout per donationis seu concessionis litteras plene constat ad ipsorum abbatis, conventus et prioris sancti Aygulfi instantiam per Sedem apostolicam ex certa scientia confirmatas; sed et illud videtur a vero discedere, quod a quindecim annis citra cessatum fuerit a pensionis solutione predicte, cum Guichardus ipse pensionem ipsam pro qua quedam ex bonis predictis dimiserat conventui prelibato, quoad vixit, eo tempore dumtaxat excepto quo in carceribus regiis et in Romana curia captus fuit, cepisse feratur; quantum etiam decenter extitit, fructus omnes bonorum ipsorum pro quibus pensio solvebatur, regia curia cum integritate percepit. Que omnia dicti nuntii cum de illis presertim per litteras et instrumenta prompta fides in nostra presentia fieret, vera esse spontanee cognoscerunt. Quod autem idem Guichardus diu ante suum obitum predicta omnia dicitur remisisse, non obstat cum etsi diebus non longe preteritis ad Romanam curiam veniens remissionem hujusmodi forsitan fecerit, non fuit tamen qui eam nomine monasterii predicti reciperet nec alias in illa debita solennitas intervenit, nec ipse illam in vita sua valere voluisse videtur cum litteras super ipsa remissione confectas apud quendam secreto deponi mandaverit, ipsis abbati et conventui nullatenus exhibendas, donec haberetur de obitu suo aut morbo incurabili certitudo. Nos vero de premissis omnibus informati predictos redditus atque bona, non ut vacantes per obitum Guichardi predicti, sed ut eos quos ipsum longo tempore obtinuisse et possedisse constabat, dispositioni nostre ac Sedis apostolice, sicut et nobis licuit, duximus reservanda, intendentes de illis provide ordinare. Et deinde oportunitatibus dicti cardinalis, ut incumbentia sibi onera expensarum posset comodius supportare, de necessarie subventionis auxilio providere volentes, bona et redditus antefatos ipsi commendavimus cardinali per eum quoad viveret retinenda, prout in confectis super hoc litteris apostolicis plenius continetur. Quesumus itaque, fili, falsis suggestionibus aures nequaquam accomodes, set premissa tibi veridice reser(r)ata diligenter attendas et profecto patebit apertius quod nulla tibi de commenda predicta debet admirationis superesse materia, nullum tibi ex illa prejudicium vel monasterio predicto dispendium generatur, quin potius tibi et ipsi monasterio evidens paratur utilitas, si recte consideras quatinus cardinalis ipse in regno tuo bona hujusmodi ac redditus obtinens, proinde ad ea que tuum sapiant comodum et honorem devotius astringetur, dictumque monasterium per ipsius industriam cardinalis cum sint manus longe potentibus, absque presentia in ipso monasterio redolebit in spiritualibus et temporalibus grata suscipiet incrementa. Si hec, fili, tuo consilio prudenti discutias, et non mendacibus assertoribus acquiescas, nec tibi diutius nec ipsi monasterio dispendiosius, quin immo acceptabilius et utilius proculdubio reputabis si cardinalis ipse ex comenda nostra bona et redditus hujusmodi, quoad vixerit, teneat quam quod dictus Guichardus ex concessione pretacta illos tanto tempore noscitur tenuisse. Nec moleste feres, sed equanimiter patieris supplicationem tuam de ipsius comende revocatione porrectam, ad exauditionis gratiam non admitti, cum nec illi te insistere, nec nos eam decet indulgere. Nos enim, instante solerte dilecto filio magistro Radulfo de Perellis, clerico tuo nobisque devoto, excellentie regalis obtentu, monasterio predicto concessimus de gratia speciali quod bona et redditus antedicti cardinali commendata predicto, post ejus decessum, ad monasterium ipsum libere revertantur. Dat. Avinione, nonis junii [1]. »

[1] Cf. D'après ce qui a été dit plus haut (nº 237, note), cette lettre est antérieure au 6 avril 1318, puisqu'à cette date Guillaume Pierre Godin, cardinal prêtre du titre de sainte Cécile, était devenu cardinal évêque de Sabine.

240 Avignon, 6 juin 1317.

Magistro Johanni Ogerii et Bernardo de sancto Mauritio, apostolicæ Sedis nuntiis, quod possint absolvere illos qui non solverunt fructus beneficiorum primi anni

in termino, in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Ebredunensi et Tarantasiensi provinciis. (Reg. 63, cur. fol. 396 v°, c. 308 et 1385.)

« *Dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensis et Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito, clerico Carnotensis diocesum, apostolice Sedis nuntiis etc.* Cum nos de — Dat. Avinione, VIII idus junii, anno primo. »

241 Avignon, 6 juin 1317.

Eisdem ad Viennensem et Ebredunensem provincias destinatis quod quilibet eorum possit creare unum tabellionem. (Reg. 63, cur. fol. 396 v°, c. 309 et 1386.)

« *Eisdem.* Cum nos de — Dat. ut supra. »

242 Avignon, 6 juin 1317.

Universis personis ecclesiasticis ut eosdem magistros ad præfatas provincias mandatos benigne recipiant eisque de necessariis provideant. (Reg. 63, cur. fol. 407 v°, c. 352 et 1431.)

« *Johannes etc. venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis ac rectoribus eorumque vices gerentibus et aliis personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, capitulis quoque et conventibus, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, nec non Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris et preceptoribus ad quos littere iste pervenerint, salutem.* Cum nos dilectos — Datum Avinione, VIII idus junii, anno primo. »

243 Avignon, 6 juin 1317.

Prædictis nuntiis de salario unius floreni auri et dimidii diebus singulis providet. (Reg. 63, cur. fol. 408, c. 353 et 1432.)

« *Dilectis filiis magistris Johanni Ogerii, legum doctori, canonico Cabilonensi et Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito, clerico Caturcensis diocesis.* Cum nos de — Dat. Avinione, VIII idus junii, anno primo. »

244 Avignon, 6 juin 1317.

Universis personis ecclesiasticis Lugdunensis, Viennensis, Bisuntinæ, Ebredunensis et Tarantasiensis provinciarum ut eisdem magistris de securo conductu provideant. (Reg. 63, cur. fol. 415 v°, c. 415 et 1494.)

« *Johannes etc. venerabilibus fratribus.., Lugdunensi et.., Viennensi.., Bisuntino.., Ebredunensi ac.., Tarantasiensi archiepiscopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, etc. et aliis universis personis ecclesiasticis per Lugdunensem, Viennensem, Bisuntinam, Ebredunensem ac Tarantasiensem civitates et dioceses ac provincias constitutis etc.* Cum nos dilectos — Dat. Avinione, VIII idus junii, anno primo. »

245 Avignon, 7 juin 1317.

Omnibus prælatis, officialibus et dominis temporalibus per regnum Franciæ constitutis mandat ut Alodetum de Soruz, subvicarium Tolosanum, ad magistrum Arnaldum de Villario, operarium ecclesiæ Caturcensis, capiendum ab apostolica Sede mandatum, benigne recipiant eique necessaria ministrent. (Reg. 63, cur. fol. 401, c. 338 et 1418.)

« *Johannes etc., venerabilibus fratribus universis archiepiscopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cistertiensis, Grandimontensis, Premostratensis et aliorumcumque ordinum ac magistris et preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum ac Calatravensis et senescallis Tholosano, Bellicadri, P(r)etragoricensi, Ruthenensi et Agennensi ac aliis senescallis, bailivis,*

prepositis, justitiariis ceterisque officialibus ac dominis temporalibus per regnum Francie constitutis ac alias partes, et aliis ad quos presentes littere pervenerint etc. Cum ex certis causis personam magistri Arnaldi de Villario, operarii ecclesie Caturcensis, velimus habere presentem, et propterea pro capiendo et a[d]ducendo ipsum et nonnullos alios ad nostram presentiam, dilectum filium Alodetum de Soruz, subvicarium Tholosanum, latorem presentium destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente quatinus dictum Adoletum (*sic*) cum per vos, et loca vestra transitum fecerit, eundo, redeundo, et commissum sibi negotium exequendo, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, benigne recipere et humane tractare, et si per eum inde requisiti fueritis de securo conductu, nec non et de oportuna gente sub cujus cura custodia, ad expensas curie nostre, dicti magister Arnaldus et alii quos ceperit idem Alodetus possint ad curiam eandem adduci, et insuper eidem Adoleto et suis in capiendo dictum Arnaldum ac alios consilium, auxilium et favorem promptum prestare curetis. Vobis autem prelatis ecclesiasticis mandamus quatinus dicto Alodeto pro se et familiaribus suis necessaria ministretis, sic in hiis — commendare possimus. Dat. Avinione, VII idus junii, anno primo[1]. »

[1] Voyez, au sujet de la même affaire, nos 328, 408, 409, 463.

246 Avignon, 9 juin 1317.

Episcopo Cenomanensi ut quosdam litterarum apostolicarum falsarios quos detinet, ad curiam mittat. (Reg. 63, cur. fol. 364, c. 134 et 1144.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Cenomanensi.* Cum tu sicut — Dat. Avinione, V idus junii, anno primo. »

247 Avignon, 9 juin 1317.

In e. m., episcopo Pictavensi. (Reg. 63, cur. fol. 364, p. c. 134 et 1144.)

248 [5 septembre 1316 — 17 juin 1317.]

Roberti, regi Siciliæ, ne illis asserentibus præsentiam Riccardi de Gambatesa, militis, comitatuum Provinciæ et Forcalquerii senescalli, ipsi ingratam esse, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 28, c. 110; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 109 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 391.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Ad nostrum non sine grandi admiratione pervenit auditum quod nonnulli filii hominum, in alterius dispendio lucrum proprium fortasse venantes, quorum arma et sagitte dentes eorum quorum os est amaritudine et dolo repletum, tuis auribus de nostra, ut asserebant conscientia, verbo vel litteris instillarunt quod dilecti filii nobilis viri Riccardi de Gambatesa, militis, tui in comitatibus Provincie et Forcalquerii senescalli, nobis est ingrata presentia quodque ipsius ab officio senescallie amotio esset nostris affectibus non parum accepta. Super quo, fili carissime, indubie tenere volumus suggestionem hujusmodi de fermento processisse mendacii, eamque nunquam de nostra conscientia emanasse. Ideoque tales cujuscunque fuerint conditionis, ordinis sive status qui cum in occulto detrahunt, merito possunt serpenti mordenti in silentio comparari, bilingues reputans et mendaces, credulitatis assensum eis nullatenus prebeas, sed falsas suasiones eorum regie indignationis judicio confutes penitus et repellas. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Il est fait mention de cette lettre le 17 juin 1317 (n° 250); elle est donc antérieure à cette date. Quant à la formule : *Dat ut supra*, on sait que, dans ce registre, il ne faut pas en tenir compte (Voyez n° 5, note); la lettre qui précède (fol. 27 v°, c. 109), datée : *Avinione idibus martii* [1317] concernant la mission de l'évêque de Troyes et du prieur de saint Antonin de Rodez (Voyez à ce sujet n° 161, note 8) et n'ayant aucun rapport avec celle que nous publions. Dans le manuscrit de Cambrai et dans celui de la Bibliothèque nationale, qui n'est que la copie de ce dernier, la date *ut supra* répondrait au 26 août (*VII kal. septembris*), ce qui est inadmissible, la première année du pontificat de Jean XXII étant comptée à partir du 5 septembre 1316 (Voyez n° 1, note).

249 Avignon, 17 juin [1317].

Eumdem regem hortatur ut consiliarios fideles et prudentes habeat eumque rogat ut præfato Riccardo fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 69, c. 305; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 103; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 359; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § xxv, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Quanto sincerius personam tuam diligimus, tanto nimirum gravius perturbamur cum ad nos ea de te pervenire contingit que dedecent excellentie regie dignitatem, et in tui presertim status vergunt periculum et honoris. Ecce, fili carissime, de te, nedum comunis assertio, set ipsa rei evidentia predicat quod, licet inter ceteros mundi catholicos principes habundanter existas litterali scientia preditus, et excellenter ingenio naturali dotatus, illud tamen ab intuitu regie considerationis excludens, quod minus salubriter disponitur regnum quod non regitur consilio sapientium, quodque tales consiliis regum debent assistere, qui sciant, velint et valeant patientibus compati, paci terre ac populi saluti prospicere, erudire ad justitiam reges, imminentibus occursare periculis, viteque maturioris exemplis informare subjectos, et quadam auctoritate potestativa presumptionem malignantium cohibere, juvenes inexpertos, ignobiles mente simul et genere, et qui, cum scientia et industria careant, etiam se ipsos gubernare non norunt, tuo lateri applicas, et per viam Jeroboam imprudenter incedens a te consiliarios venerande maturitatis elongas. Porro, fili, non hec tibi clare memorie progenitorum tuorum exempla suadent, qui non homines delicatos et molles, sed timoratos et virtuosos viros, strenuos in agendis, scientie profunditate conspicuos aut multa saltem et grandia frequenter expertos, de remotis etiam finibus attraxerunt et admiserunt in familiaritatis sue sacrarium, et suis consiliis aggregaverunt, ex quorum assistentia multum decorabatur regale fastigium, et regni negotia feliciter agebantur, et quorum auctoritas, ut de prudentia et rerum experientia taceamus, legationi dum mittebantur non parum videbatur adicere gravitatis, et ex quibus etiam plurimi propter eorum notam sufficientiam dinoscuntur ad sublimiora fuisse provecti. Quesumus itaque, fili, et tui honoris ac utilitatis obtentu sano consilio suademus quatinus a tantis progenitoribus editus ab ipsorum semitis non declines, set tui generis magnitudine in hiis et aliis sic virtutibus etiam superes sicut scientie ubertate transcendis, illos in tuos consiliarios eligens et electos in regalis benivolentie sinu fovens, quos tibi credas fideles et prudentes agnoscas, non illa prudentia fragili ex qua multis inaniter nomen prudentis imponitur, qui in magnis negotiis positi, eorum ingressum vel exitum non viderent. Illos, fili, tuo habeas lateri jugiter assistentes qui nec capiantur munusculis, nec muneribus corrumpantur, et qui tibi bene consulere audeant nec ad tuum dispendium tuam faciem vereantur, et qui non tibi placentia, sed fructuosa suadeant, cum nec quicquid molle senseris existimare debeas esse bonum, et a longis retro temporibus in domibus regum sint et easdem libenter inhabitent et frequentent hii qui mollibus vestiuntur, supponentes pulvinos cubitis et capitibus oleum infundentes. Cum hiis, fili, causam tuam tracta, et regni negotia discute, qui scirent regere regnum ipsum. Illos collaterales habeas quorum adeo sit laudanda conditio et ydoneitas approbanda, ut per illorum promotione nos possis cum fiducia obtinendi requirere, et nos, salva conscientia, valeamus tue inde requisitionis instantiam exaudire. Nichil enim regie magnitudini deperibit si te talium consilio rexeris, quin imo sic te regens et alios, et rectitudinis regule te subiciens, regis nomen et meritum rectius obtinebis. Super hiis autem regie celsitudini plenius explicabit nostre suasionis intentum dilectus filius nobilis vir Riccardus de Gambatesa, miles, senescallus tuus in Provincie et Forcalquerii comitatibus, quem tibi fidelem esse proculdubio credimus, et quem virum prudentem et industrium ab experto censemus, cujus relationi fidem credulam adhiberi ejus tibi non ignota fidelitas impetrabit. Dat. Avinione, xv kal. julii[1]. »

1 Cf. Cette lettre ne peut être que de 1317, puisque, le 5 septembre de cette même année, l'archevêque de Capoue nommait Jean Baude sénéchal de Provence, à la place de Richard de Gambatesa (Archives des Bouches du Rhone, reg. B, 1318, fol. 102 et 105). C. Minieri Riccio semble donc se tromper quand il fixe à la date du 26 février 1318 le rappel de ce dernier personnage et lui donne pour successeur : *Riccardo Pisano* (Minieri Riccio, *Genealogia di Carlo II d'Angio*, dans l'*Archivio storico per le provincie Napoletane*, 1882, p. 465).

250 Avignon, 17 juin [1317].

Eidem regi præfatum Riccardum ut virum fidelem et prudentem iterum commendat. (Reg. 109, fol. 69 v°,

c. 306; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 109 v°; — Bib nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 393.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Quod tuis alias fuit, sicut audivimus, auribus instillatum, ut videlicet dilecti filii nobilis viri Riccardi de Gambatesa, militis, comitatuum tuorum Provincie et Forcalquerii senescalli, in regimine comitatuum eorundem non esset nobis grata presentia, tibi scripsisse meminimus[1] a fermento mendacii processisse et nunc etiam id ipsum presentibus iterantes, scire tuam excellentiam volumus quod senescallum ipsum ad te tuaque negotia credimus sincera fidelitate vigere, ac eum per experientiam novimus industrium et prudentem. Et ut loquamur absque cujusvis injuria inter regnicolas etiam collaterales tuos, virum aliquem litterali scientia non instructum aptiorem eodem senescallo ad ardua gerenda negotia, et grandis administrationis exercendum officium non videmus. Quia igitur raro concurrunt hodie prudentia et fidelitas in personis, et una sine altera minime commendari meretur, te prudenter censebimus agere, si ejusdem utaris in agendis ministerio et consilio senescalli, tanquam viri tibi fidelis ut premittitur et prudentis. Dat. Avinione, xv kal. julii[2]. »

[1] N° 248.
[2] Voyez, pour la date, n° 249, note, et au sujet des lettres de ce genre, n° 76, note 1.

251 Avignon, 17 juin [1317].

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, archidiaconatum Lesatensem, in ecclesia Tolosana, confert. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, c. 330.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali.* Dum ad personam — Dat. Avinione, xv kal. julii, anno primo. »

252 Avignon, 17 juin 1317.

In e. m. episcopo Regensi, præposito Avinionensis ac magistro Stephano Hugoneti, canonico Mimatensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg, 63, cur. fol 399 v°, p. c. 330.)

253 Avignon, 20 juin 1317.

Arnaldo de Via, cardinali, prioratum de Revesto et monasterium de sancto Andrea, ordinis sancti Benedicti, Aquensis et Avinionensis diocesum, confert. (Reg. 63, cur. fol. 370, c. 150 et 1160.)

« *Dilecto filio Arnaldo de Via, sancte Romane Ecclesie cardinali.* Exposcit tuorum exigentia — Dat. Avinione, xii kal. julii, anno primo. »

254 Avignon, 20 juin 1317.

In e. m., episcopo Regensi, archidiacono Dunensi in ecclesia Carnotensi ac magistro Petro de Pratis, canonico Xanctonensi, capellano apostolico, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 370 v°, p. c. 150 et 1160.)

255 Avignon, 22 juin [1317].

Philippum, regem Franciæ, qui de quibusdam rebellibus ad obedientiam redire contemnentibus scripserat, ad patientiam hortatur, consilium promittit eique nuntiat se Carolo Valesii et Carolo Marchiæ comitibus necnon ipsius comitis Marchiæ cancellario super hoc scripisse. (Reg. 109, fol. 64, c. 290; fol. 70, c. 310; — Reg. 110, p. i, fol. 15 v°, c. 54; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § vi, extrait.)

« *Carissime in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, benigne recepimus per quas equidem asserens te velle quicquid circa te successerit quantumvis etiam videatur adversum, non esse nobis incognitum, ut videlicet contra illud salubriter muniaris apostolici directione consilii, indecentia quedam tuum et nonnullarum personarum tibi conjunctarum et affinium statum contingentia que propter horribilitatem illorum comisisti silentio, adinventa maliciose per aliquos fuisse scripsisti. Sane, fili[1], quod in arduis Sedem apostolicam placet tibi consulere tuam prudentiam plurimum commendantes, indubie tenere te volumus quod, te et domum regiam speciali quodam diligentes affectu, de tuis et illius eventibus prosperis leti semper existimus, et si, quod absit, aliquid sinistri contingeret, nostra non leviter lederentur precordia, et in quantum

cum Deo possemus consolationis nostra remedium non deesset. In premissis tamen cum nec per te fuerit nobis quicquam in specie de hujusmodi adinventione detectum, certum tibi consilium dare non possumus, nisi quod Deum in omnibus pre oculis habeas, et quantum sinit humana fragilitas te sibi inreprehensibilem exhibens, et juste quod justum est exequens, absque acceptione persone justitiam facere non omittas. Illud etiam tibi sinceris affectibus suademus, quatinus[2] prudenter attento quod nichil magnum est, nichil arduum magno viro, immo viri magnanimi fortitudo gravioribus injuriis lacessita grandescit, nec timendum est ei quicquam esse difficile cum difficultas procedere valeat ex solo timore, in spiritu mansuetudinis prepares mentem tuam, in quibuslibet asperis oportunam sustinentiam habeas et in opus virtuose patientie te accingas. Et si felicibus tuis auspiciis cuncta tibi non succedunt ad votum, si rebelles ad tuam obedientiam redire contempnunt, si rupto fidelitatis et naturalitatis federe insurgunt contra te qui tibi assistere tenerentur, si que forsan alie difficultates se ingerunt, equanimiter et cum gratiarum[1] actione supportes[3]. Non enim est Jacob quem Esau non persequitur, nec est Abel quem Chaym malitia non exercet? Et Dominus cum filiis quos diligit sic semper agere consuevit, prius eis ostendens aspera, prius dura, ut eo gratior sit subjuncta prosperitas quo perplexior eam precesserit difficultas. Confide ergo in Domino, et in ejus omnipotentia confortare. Speramus enim quod cum sibi prout creditur, placeant vie tue, inimicos tuos convertet ad pacem et serenitatis grate successu presentis temporis nubilum terminabit. Nos autem ad omnia que ad tuam et tuorum prosperitatem ac regni tui tranquillitatem et pacem expedire putabimus apostolice solicitudinis partes curabimus libenter apponere, salubre tibi consilium in hiis que postulabis explicite prout Dominum ministraverit, impensuri. Et ecce super hiis que, ut premittitur, significasti nobis in genere, dilectis filiis clare memorie..., regis Francie natis, Carolo Valesii patruo, et Carolo Marchie comitibus, fratri tuis, nec non ipsius comitis Marchie cancellario nostras persuasorias litteras[4] juxta rei exigentiam providimus dirigendas. Dat. Avinione, x kal. julii[5]. »

[1] L'incidente qui suit, depuis *quod* jusqu'à *commendantes*, ne se trouve pas dans le c. 310 du registre 109.

[2] Les mots *prudenter* etc., jusqu'à *ex solo timore*, manquent également dans ce capitulum.

[3] Var. « *supportes, supponens quod principium debile melior fortuna sequitur, sic etenim Dominus cum filiis quos diligit semper agere consuevit* », ib.

[4] N° 256-258.

[5] Cf. Cette lettre et les quatre suivantes ont été écrites au même moment. Or, dans la dernière, Bérenger de Landorre ne porte pas encore le titre d'*electus Compostellanus*, qu'il eut dès le 13 juillet 1317 (n° 314). Nous savons d'ailleurs que la réconciliation de Charles de la Marche avec Philippe V, puis avec Henri de Sully, était accomplie et connue à Avignon le 7 mars et le 15 mai 1318 (Voyez n°s 488, 601-603, et aussi 210, note).

256 Avignon, 22 juin [1317].

Carolo, comiti Marchiæ, ut præfato regi assistat, (Reg. 109, fol. 64, c. 291; fol. 70, c. 311; — Reg. 110, p. I, fol. 54 v°, c. 178.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* De tuis, fili, comodo et honore, ac anime salute soliciti, per alias nostras litteras[1] pridem tibi suasisse meminimus ut, in tue juventutis auspiciis circa ea que tuo forent placida Creatori te solerter excercens et hiis que decentie tue congruerent prudenter intendens, carissimum in Christo filium nostrum Philippum, Francie et Navarre regem illustrem, fratrem tuum, revereris ut dominum et diligeres ut germanum, ut invenireris juxta quod indicit ingenita tibi nobilitas debitum fidelitatis exolvere et jura sanguinis observare. In hiis, fili, tuum intendebamus prosequi principaliter interesse, dum te paternis monebamus affectibus viam ingredi tue saluti et honori, tue clare prosapie congruam, per quam sic tutus incederes ut non impingeret pes tuus in devium et per quam incedendo progenitorum tuorum exempla laudabilia sequereris, qui, nedum fratribus suis regia dignitate fulgentibus, sed primogenitis etiam aliis reverentiam consueverunt et obedientiam exhibere. Miramur igitur si verum est, quod de te nuper ad nostrum pervenit auditum, ut videlicet tu nonnullorum consiliariorum tuorum placida tibi plus quam utilia loqui studentium, iniqua suggestione seductus, pretextu quarumdam adin-

ventionum prodeuntium de fornace malitie, regem ipsum scandalizare temerarie niteris et per figmenta hujusmodi occasionem querere te ab ipsius benivolentia subducendi videris. Porro, fili, qui hec tibi submurmurant et suadent non in hoc tua, sed propria venantur commoda, non tuum affectant honorem, sed ipsius regis et tue querunt turbationem quietis. Hii sunt qui te forte in necessitate desererent, et de tua confusione vel precipitio non curarent. Hii profecto sunt qui arrundineis possunt comparari merito baculis, quibus quis innitens facile corruit, dum se ab illis sustentari confidit. Quesumus itaque, fili, et tue utilitatis obtentu consulimus bona fide quatenus in premissis non quid velis sed quid velle te decet inspiciens, et tam in illis quam in aliis que agenda occurrunt non solum initium sed et prosecutionem et finem preambula et attenta meditatione discutiens, circumspecte quoque considerans quod per talia nedum regem perturbas eundem, quin etiam satisfacere votis odientium te festinas, quicquid tibi suggerant olei venditores, quicquid tuis auribus iniqui suasores instillent, nil facias, nil attemptes per quod nedum regis ipsius, sed et illius cui est fratrum concordia placida, indignationem aliquatenus provocans, gravem ponas in tui nominis gloria maculam et imminentibus periculis te imprudenter exponas, quin imo hoc presertim tempore impacato eidem viriliter et constanter assistas, nullum ei in hiis que ad justitiam pertinent ingesturus obstaculum, sed te sibi ut teneris obedienter et fideliter submissurus, et ipse, sicut de ipsius bonitate speramus, suam tibi, quantum decenter poterit et cum Deo licebit, subiciet voluntatem exhibenti te sibi in vera humilitate fratrem et subditum, et ipse tibi ut credimus non solum se pium regem exhibebit et dominum, sed in omni mansuetudine et caritate germanum. Per hec, fili, regi pacifico placebis indubie, nostram et apostolice Sedis favorem tibi vendicabis uberius, et ab ipso rege ampliores prosecutiones et gratias reportabis. Datum Avinione, x kal. julii[2]. »

[1] 29 avril 1317 (n° 210).
[2] Cf. n° 255, note 5.

257 Avignon, 22 juin [1317].

Carolo comiti Valesii, ut prædictum Carolum, comitem Marchiæ, nepotem suum, a nonnullorum suggestione retrahat eumque ad obedientiam Philippo, regi Franciæ, debitam inducat. (Reg. 109, fol. 64 v°, c. 292; fol. 70 v°, c. 312; — Reg. 110, p. 1, fol. 54 v°, c. 179.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii, salutem et apostolicam benedictionem.* Quod tibi, fili, frequentissime scribimus[1] ut erga carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, nepotem tuum, in hujus precipue turbine temporis te laudabiliter habeas, prout ex fidelitatis debito et naturalitatis indicto teneris, ex illius caritatis exuberantia provenit, qua ad regis ipsius, tuam et christianissimi regni Francie prosperitatem et quietem afficimur, qua ipsum et te in solido cupimus amore nutrire, et qua etiam integritati fame tue animeque saluti prospici desideranter optamus. Hec, fili, sicut de paterni affectus dulcedine prodeunt, sic in tue debent devotionis affectione dulcescere, ut quo sepius eo reverentius nostras in hiis suasiones excipias, aures illis adhibiturus intentas, ac eas, effectu prosequente, per filialis exauditionis promptitudinem impleturus. Et licet probabiliter supponamus, quod tui saltem honoris obtentu, te in hiis quantum inde contingeret irreprehensibilem exhibebis, quia tamen hoc non videtur usquequaque sufficere nisi etiam conatibus ascendere nitentium ex adverso viriliter studeas obviare, nedum eis tuum subducendo favorem, quin etiam te murum pro domo regia strenue opponendo, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur in Domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, in hiis que de dilecto filio nobili viro Carolo, comite Marchie, nepote tuo, ad nostrum noviter pervenerunt auditum, ut videlicet nonnullorum placida sibi plus quam utilia loqui studentium suggestione seductus, quibusdam adinventionibus prodeuntibus, ut dicitur, de fornace malitie videatur inniti, per quarum prosecutionem regem posset perturbare predictum, contra juvenilis animi sui motum maturitatem tue discretionis obiciens, ipsum a talibus omnino retrahere efficaci persuasione procures, inducturus eundem quod eidem regi, ut tenetur, constanter assistens, nullum in hiis que ad justi-

tiam pertinent sibi obstaculum ingerat, set obedienter ut condecet se sibi submittat, maxime cum de regali bonitate speremus quod, si se illi in vera humilitate fratrem exhibebit et subditum, ipse rex non solum ei se pium regem exhibebit et dominum, set in omni mansuetudine et caritate germanum. Sic denique te in hiis commendabiliter habeas quod ab illo, cui est fratrum concordia placida, tibi premium vendices, et ad tua comoda dicti regis animum attrahas, et apud nos, qui multum inde gaudebimus, favoris augmentum acquiras. Dat. Avinione, x kal. julii[2]. »

[1] Voyez n° 114, note 7.
[2] Cf. n° 255, note 5.

258 Avignon, 22 juin [1317].

Guillelmo de Flavacuria ut dictum comitem Marchiæ ad præmissa inducat. (Reg. 109, fol. 65, c. 293; fol. 71, c. 313; — Reg. 110, p. i, fol. 54 v°, c. 180; — L. Guérard, *Doc. pont.*, i, p. 138, n° 87[1].)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo de Flavecuria, archidiacono Rothomagensi, dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Marchie, cancellario.* Quo magis per thesaurum scientie tibi a Domino creditum ipse, lumen luminum, animi tui judicium dicitur illustrasse ut que sunt sibi placita non ignores, eo amplius illi nimirum astringeris ut te totum sibi devoveas et imperterrita mentis constantia beneplacitis illius inherens, perseveranter illa totis viribus prosequaris[2].

Nosti, fili, quantum sit ei qui pacis est actor, fratrum grata concordia, quam bonum pariter et jocundum, immo quam delectabile censeatur et utile fratres in unum per unanimitatis observantiam habitare. Unde tanquam in hoc divine conscius voluntatis quodcunque potest manus tua, cum omni que datur instantia, operari debes instantius qualiter inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et dilectum filium nobilem virum Carolum, comitem Marchie, fratrem suum cujus existis obsequiis, nulla radix amaritudinis germinet sed fraternitatis unitas invicem inconcussa perduret. Audivimus etenim et egro animo recensemus quod comes ipse, juvenilis animi motum sequens, et assistentium sibi maligna forsan suggestione seductus, pretextu quarundam adinventionum prodeuntium de fornace malitie, regem ipsum scandalizare, presertim in personis quibusdam sibi conjunctis et affinibus[3] nititur, et longanimitate regie benignitatis abutens, occasionem querere se a regis ipsius benivolentia subducendi videtur. Porro non id a progenitorum suorum laudabilibus actibus elicit, qui nedum fratribus suis regia dignitate fulgentibus, sed primogenitis etiam aliis reverentiam consueverunt et obedientiam exhibere; non id exigit presentis impacati conditio temporis in quo deberet ipsi regi viriliter et constanter assistere, et a quibuslibet scandali productivis, etiam si, quod absit, juxta querela subesset, penitus abstinere. Quia igitur in ipsius comitis oculis sic gratiosus diceris ut tua censeantur accepta sibi fore consilia, devotionem tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, per apostolica tibi scripta in virtute sancte obedientie precipiendo mandantes quatenus, in serviendo eidem comiti precipue querens de divina retributione mercedem, suadere sibi efficaciter studeas quod, in premissis, non quid velit, sed quid velle debeat prudenter inspiciens, et tam in illis, quam in aliis que agenda occurrent, non solum initium sed et prosecutionem et finem preambula et attenta meditatione discutiens, circumspecte quoque considerans quod per talia nedum regem perturbat eundem, quin etiam satisfacere votis odientium se festinat, ab inceptis improvide curet resipiscere penitus, nil faciat, nil attemptet, per quod divinam et regis ipsius indignationem aliquatenus provocet, gravem ponat in sui nominis gloria maculam et imminentibus periculis se imprudenter exponat; nullum ei in hiis que ad justitiam pertinent obstaculum ingerat, set se sibi, ut tenetur, obedienter et devote submittat. De ipsius namque regis bonitate speramus quod, si dictus comes se sibi in vera humilitate fratrem exhibebit et subditum, ipse non solum se pium ei regem exhibebit et dominum, set in omni mansuetudine et caritate germanum. In hiis et aliis omnibus que ipsius comitis saluti et honori convenient, veritati non parcas, sed ei salubriter et fideliter consulas prout Dominus ministrabit, ut proinde divinam tibi gratiam impetres, benivolentiam dicti regis illibate conserves, et nobis ac apostolice Sedi commen-

datus occurras, qui equidem de contrario iram Dei in die ire thesaurizare tibi posses et regiam indignationem que mortis nuntio comparatur non indigne vereri, et increpationem apostolicam et correctionem asperam formidare. Datum Avinione, x kal. julii[4]. »

[1] Avec la date du 8 mai 1319 qu'il faut corriger comme nous l'indiquons.

[2] Dans les registres 109, fol. 71, c. 313 et 110, p. I, fol. 54 v°, c. 180, cette première phrase a été omise et la lettre commence par la phrase suivante : *Nosti, fili, quantum.*

[3] Entre autres Henri de Sully (Voyez n[os] 488, 601-603).

[4] Cf. n° 255, note 5. Le c. 293, reg. 109, porte : *datum ut supra ;* le c. 180, reg. 110 : *datum*, simplement.

259 Avignon, 22 juin [1317].

Bituricensi archiepiscopo et fratri Berengario de Landorra ut ad Philippum, regem Franciæ, accedentes, inclusa in litteris ad Carolum Valesii et Carolum Marchiæ comitibus necnon Guillelmo de Flavacuria directas ei notificent. (Reg. 109, fol. 68 v°, c 303 ; — Reg. 110, p. I, fol. 40 v°, c. 122.)

« *Venerabili fratri R., archiepicopo Bituricensi et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Super aliquibus que ad nostrum pervenerunt recenter auditum, dilectis filiis clare memorie regis Francie filiis, Carolo, Valesii et Carolo Marchie comitibus, nec non magistro Guillelmo de Flavecuria, ipsius comitis Marchie cancellario, per alias nostras litteras scribimus[1] in forma quam cedula continet presentibus interclusa. Quia igitur non leviter nostris inheret affectibus ut nostre scriptionis votivus sequatur effectus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus expresse quatinus vos, vel alter vestrum, statim receptis presentibus, carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, cui etiam super hiis scribimus, personaliter adeuntes ac exhibentes eidem transcriptum litterarum predictarum que ipsis comitibus et cancellario diriguntur, litteras ipsas de ipsius regis conniventia[2] prout vobis videbitur faciendum, personis presentetis eisdem, eas juxta ipsarum continentiam litterarum et alias sicut Dominus ministrabit, ad obediendum nostris salutaribus monitis litteris insertis eisdem efficaciter inducturi, aut si forte eas non expediat presentari, presentationem hujusmodi facere juxta regium beneplacitum omittatis, quicquid super hiis et aliis commissis per nos vobis negotiis duxeritis faciendum nobis frequentius solito rescripturi. Datum Avinione, x kalendas julii[3]. »

[1] N[os] 256-258.

[2] Reg. 110 : *convenientia.*

[3] Cf. n° 255, note 5.

260 Avignon, 22 juin 1317.

Arnaldo de Via de prioratu de Cadarossa, Aurasicensis diocesis, providet. (Reg. 63, cur. fol. 370 v°, c. 151 et 1162.)

« *Dilecto filio Arnaldo de Via, sancte Romane Ecclesie cardinali.* Exposcit etc. — Dat. Avinione, x kal. julii, anno primo. »

261 Avignon, 22 juin 1317.

In e. m., episcopo Regensi, archidiacono Dunensi in ecclesia Carnotensi et magistro Petro de Pratis, canonico Xanctonensi, capellano apostolico, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 370 v°, c. 151 et 1162.)

262 [Avignon, 25 juin 1317.]

Tolosanam sedem in archiepiscopatum erigit ejusque territorium in quatuor dioceses, scilicet de Monte albano, sancti Papuli, de Rivis et de Lumberiis dividit. (Reg. 109, fol. 77, c. 333 ; — Reg. 110, p. II, fol. 16 v°, c. 95 et 651 ; — Corpus juris can. *Extravag. com.*, lib. III, tit. II, c. 5 ; — Gallia christiana, t. XIII, inst. col. 55, n° LXV eccl. Tolos.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Salvator noster cujus — Nulli, etc. [1]. »

[1] La date : *Avinione*, VII *kal. julii, anno primo* est donnée par les publications que nous indiquons. On verra plus loin (n° 306) une lettre semblable qui figure dans les curiales sous la date du 11 juillet 1317. Comment expliquer cette différence ? Faut-il admettre, d'après ce que nous constatons dans les nominations aux sièges épiscopaux (n° 170, note 2) et, malgré l'analogie absolue du texte dans les deux documents, que le

premier ait été destiné d'abord au roi de France et aux habitants de Toulouse, ce que justifieraient les lettres qui leur furent adressées les 7 et 9 juillet (nos 281-284), tandis que le second porterait la date de la notification générale faite à tous? C'est la seule hypothèse que nous puissions présenter. Voyez aussi nos 450, 455 et 1160.

263 Avignon, 27 juin 1317.

Arnaldo, tituli sancti Eustachii diacono cardinali, prioratum de Alayraco cum decanatu de Moyraco, ordinis Cluniacensis, ad Cluniacense monasterium, Agennensis et Matisconensis diocesum, pertinentem confert. (Reg. 63, cur. fol. 369 v°, c. 149 et 1159.)

» *Eidem cardinali.* Exposcit tuorum etc. — Dat. Avinione, v kal. julii, anno primo. »

264 Avignon, 27 juin 1317.

In e. m. episcopo Regensi, archidiacono Dunensi, Carnotensis ac Petro de Pratis, canonico Xanctonensis ecclesiarum, capellano apostolico, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 370, p. c. 149 et 1159).

265 Avignon, 1er juillet 1317.

Episcopo Autissiodorensi, magistro Gaufrido de Plexeyo et abbati monasterii sancti Dionysii in Francia mandat ut archiepiscopos et episcopos Franciæ ad solvendum residuum decimarum a Clemente V in concilio Viennensi pro Terræ Sanctæ subsidio impositarum compellant. (Reg. 63, cur. fol. 400 v°, c. 333 et 1412.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Autisiodorensi, ac dilectis filiis magistro Gaufrido de Plexeio, notario nostro, et.., abbati monasterii sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis etc.* Cum siquidem felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, statui miserabili Sancte Terre paterna pietate compatiens, ac vias exquirens et modos utiles et salubres, quibus Terra ipsa quam Agarenorum truculenta sevitia, in totius christianitatis obprobrium diutius, prodholor (*sic*) detinuit, et detinet(ur) occupatam, de ipsorum scelestis manibus, ope comite celestis auxilii liberetur, sibique post dire tribulationis angustias possent serena optate (*sic*) tempora provenire, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum per universas mundi partes, personis et locis Hospitalis sancti Johannis Jerusolimitani, et aliorum militarium ordinum dumtaxat exceptis, per sex annos auctoritate apostolica in generali concilio Viennensi, ipsius approbatione concilii, duxit propterea imponendam et per certos colligendam terminos exsolvendam, ac in dicte Terre subsidium et alias contra infideles et hostes christiane fidei convertendam, ac venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis, apostolicis dedit litteris in mandatis ut ipsi et eorum singuli predictam decimam in eisdem terminis solverent, et ab aliis personis et locis secularibus et regularibus non exemptis singularum suarum civitatum, et diocesum, preterquam a predictis personis et locis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et aliorum militarium ordinum, per se vel alias personas quas ad hujus collectionis ministerium in singulis eorum civitatibus et diocesibus ducerent assumendas, de predictis redditibus et proventibus ecclesiasticis, juxta morem solitum, auctoritate apostolica exigerent et colligerent diligenter, ipsisque personis per eosdem archiepiscopos et episcopos ad hujus collectionis ministerium, ut premittitur, assumendis litterarum predictarum tenore commisit, ut predictam decimam ab ecclesiis, personis et locis secularibus et regularibus exemptis, preterquam a predictis personis et locis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et aliorum militarium ordinum predictorum, per annos et terminos memoratos juxta prescriptam formam exigere et colligere procurarent; et ut melius et efficatius per exactionem et collectionem hujusmodi debitus sequeretur effectus, vobis et vestrum cuilibet compellendi, auctoritate apostolica, appellatione postposita, predictos archiepiscopos et episcopos, ac easdem assumptas vel assumendas personas ad solutionem et collectionem decime supradicte, per alias suas commisit sub certa forma litteras potestatem, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem predicta decima que per quatuor annos novissime preteritos in predictis statutis terminis exacta, collecta extitit et soluta, pro duobus annis futuris et immediate sequentibus exigenda et colli-

genda supersit, nos ad promotionem celerem et felicem prefati negotii Terre Sancte summis desideriis aspirantes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, in hujusmodi negotio juxta limites vobis tradite potestatis diligenter et sollicite procedentes, archiepiscopos et episcopos supradictos ad solvendum de suis redditibus et proventibus, et tam ipsos et eorum quemlibet quam personas deputatas, ut premittitur, vel deputandas ab eis, ad exigendum et colligendum ab ecclesiasticis personis et locis ecclesiasticis memoratis decimam supradictam in instanti biennio, terminis supradictis juxta distinctionem et formam in predictis prefati predecessoris nostri litteris comprehensam, ratione previa, efficaciter compellatis, facientes predictam decimam per archiepiscopos et episcopos memoratos et personas, ut pretangitur, deputatas vel deputandas ab eis in certis et tutis locis salvo (*sic*) et secure deponi, ac fideliter et integre conservari donec de ipsa pro utilitate negotii supradicti dux[er]imus ordinandum, ac super singulis depositis hujusmodi duo confici publica instrumenta quot, quantum, quando et in qua pecunia vel moneta, ubi et per quos depositum fuerit continentia sigillatim particulariter et distincte, quorum unum deponentes penes se (deponentes), retineant et conservent, et reliquum nobis assignare procurent per vos camere nostre quam citius transmittendum. Vobis autem et archiepiscopis ac episcopis memoratis et personis, ut prefertur, deputatis aut deputandis ab eis, ne de ipsa decima aliquid tradatis vel assignetis alicui vel de ea aliter quam ut predictum est, ordinetis, nec non personis aliis quibuscunque, cujuscunque status, preeminentie aut conditionis existant, etiam si regia prefulgeant dignitate, ne ad ipsam decimam per se vel alium seu alios manus extendant, aut quicquam recipiant ex eadem absque speciali nostro vel Sedis apostolice beneplacito vel mandato, auctoritate presentium sub pena excomunicationis quam secus inde facientes incurrere volumus ipso facto, districtius inhibemus, non obstante si aliquibus a Sede sit indultum eadem quod excomunicari non possint per litteras ipsius Sedis non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus inhibitionis nostre hujusmodi possit quomodolibet impediri. Dat. Avinione, kalendis julii, anno primo. »

266 Avignon, 2 juillet 1317.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, de decanatu de Ychigiaco, pertinente ad monasterium Sarlatense, ordinis sancti Benedicti, Petragoricensis diocesis, per obitum Galhardi de Doma vacante, providet. (Reg. 63, cur. fol. 365 v°, c. 142 et 1152.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali.* Cum ad personam — Dat. Avinione, VI nonas julii, anno primo. »

267 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. abbati monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, et præposito Avinionensis ac magistro Stephano Hugoneti, canonico Mimatensis ecclesiarum, capellano apostolico, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 366, p. c. 142 et 1152.)

268 Avignon, 2 juillet 1317.

Arnaldo, tituli sancti Eustachii diacono cardinali, de decimis de Podio Albano et de Vigoleto, Tolosanæ diocesis, providet. (Reg. 63, cur. fol. 366 v°, c. 143 et 1153.)

« *Dilecto filio Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali.* Decens et debitum — Dat. Avinione, VI nonas julii, anno primo. »

269 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m., episcopo Lemovicensi, magistro Pontio de Podiobardaco, Catalaunensis ac Raymundo Juvenis, Petragoricensis ecclesiarum canonicis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 366 v°, c. 143 et 1153.)

270 Avignon, 2 juillet 1317.

Eidem cardinali de canonicatu, præbenda et archidiaconatu Bruxellensibus in ecclesia Cameracensi providet. (Reg. 63, cur. fol. 366 v°, c. 144 et 1154.)

« *Eidem cardinali.* Exposcit tuorum exigentia — Dat. Avinione, vi nonas julii, anno primo. »

271 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. Magalonensis et de Bellomonte, Ruthenensis diocesis, præpositis et magistro Petro de Cabasaco, canonico Convenarum ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 367 v°, p. c. 144 et 1154.)

272 Avignon, 2 juillet 1317.

Eidem cardinali de prioratibus de Calma, de Salenis et de Ussons, ad monasterium Casæ Dei, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis et Aniciensis diocesum pertinentibus, providet. (Reg. 63, cur. fol. 367 v°, c. 145 et 1155.)

« *Eidem cardinali.* Decens et debitum — Dat. Avinione, vi nonas julii, anno primo. »

273 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. episcopo Atrebatensi, præposito Mimatensis ac archidiacono Vivariensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 368, p. c. 145 et 1155.)

274 Avignon, 2 juillet 1317.

Eidem cardinali de prioratu de Mazerayo, Xanctonensis diocesis, providet. (Reg. 63, cur. fol. 368, c. 146 et 1156.)

« *Eidem cardinali.* Dum exquisitam tue — Dat. Avinione, vi nonas julii, anno primo. »

275 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, Magalonensis et Mimatensis ecclesiarum præpositis, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 368 v°, p. c. 146 et 1156.)

276 Avignon, 2 juillet 1317.

Eidem cardinali de ecclesiis de Podioterrico et de Tangmera, Carcassonensis et Cicestrensis diocesum providet. (Reg. 63, cur. fol. 368, v°, c. 147 et 1157.)

« *Eidem cardinali.* Decens et debitum — Dat. Avinione, vi nonas julii, anno primo. »

277 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, præposito de Bellomonte et archidiacono Viennensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 369, p. c. 147 et 1157.)

278 Avignon, 2 juillet 1317.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, prioratum de Aspris pertinentem ad monasterium Aureliacense, ordinis sancti Benedicti, Vapincensis et Claromontensis diocesum, per obitum Jacobi, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbyteri cardinalis, vacantem confert. (Reg. 63, cur. fol. 407, c. 351 et 1430.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali.* Ex superna providentia — Dat. Avinione, vi nonas julii, anno primo. »

279 Avignon, 2 juillet 1317.

In e. m. abbati monasterii Psalmodiensis, Nemausensis diocesis, sacristæ ecclesiæ Avinionensis ac magistro Stephano Hugoneti, canonico Mimatensi, capellano apostolico, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 407 v°, p. c. 351 et 1430.)

280 Avignon, 7 juillet 1317.

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi et Johanni Cherchemont, ut episcopo Aurelianensi procuratoribusque decani et capituli Aurelianensium ac nonnullis civibus, magistris et scolaribus convocatis, una cum gentibus Philippi, regis Franciæ, quid ad Aurelianensis studii reformationem facere convenit, inquirant. (Reg. 109, fol. 68 v°, c. 304; — Reg. 110, p. i, fol. 41, c. 123; — Reg. 63, cur. fol. 397, c. 313 et 1390; — M. Fournier, *les statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 44. n° 50.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, Bituricensi archiepiscopo, et dilecto filio magistro Johanni Cherchemont, canonico Parisiensi.* Ad fructus uberes — Dat. Avinione, nonis julii, anno primo[1]. »

[1] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

281 7 juillet [1317].

Consulibus, et populo urbis et suburbii Tolosæ, ut episcopatus Tolosani divisionem gratam habeant. (Reg. 109, fol. 160 v°, c. 662; — Reg. 110, p. i, fol. 49 v°, c. 162; — Bib. nat., coll. Baluze, vol. 382, n° 129, orig. scellé sur chanvre.)

« *Dilectis filiis consulibus et populo urbis et suburbii Tholosanorum.* Cum intersit veri, — vos itaque filii, divisionem, erectionem et creationem predictas tam expedientes et utiles, tanquam vobis honorabiles ac ipsarum efficaces rationes et causas nec non dividentis, erigentis ac creantis puram intentionem et rectam attenta nec minus grata meditatione pensate, et advertentes prudenti ac quieto consilio quod ex tam superbis et excissivis opibus nulla prodibat utilitas, set ex eis multa vanitas Deo displicibilis procedebat, nostris in hac parte votis que indubie credimus cum divini numinis voluntate concurrere, sic alacriter, sic liberaliter in omni promptitudine vos conformare curetis, quod tanquam devotionis et obedientie filii, tam evidentem paterne caritatis affectum reperiamini prosequi gratitudine debita et proinde vobis ab eo cujus in hoc negotium agitur condignum premium impendatur. Dat. nonis julii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre et les deux suivantes ont la même date que celle qui est adressée à Philippe V (n° 284) au sujet de la division du diocèse de Toulouse, voyez aussi ci-dessus, n° 262. La date complète : *Avinione, nonis julii, anno primo*, est donnée par l'original conservé à la Bibliothèque nationale.

282 [7 juillet 1317.]

In e. m. clero urbis et suburbii Tolosæ[1]. (Reg. 109, fol. 161, p. c. 662; — Reg. 110, p. i, fol. 50, p. c. 162.)

283 [7 juillet 1317.]

Clero et populo Tolosæ de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 17 v°, c. 96 et 652.)

« *Dilectis filiis clero et populo civitatis Tholosane.* Cum intersit veri — premium impendatur[1]. »

[1] Cf. n° 281, note.

284 [Avignon, 7 juillet 1317.]

Philippo, regi Franciæ, ut eamdem divisionem gratam habere velit. (Reg. 109, fol. 161, c. 663[1]; — Reg. 110, p. i, fol. 50, c. 163: p. ii, fol. 18, c. 97 et 653; — Arch. nat., J. 705, n° 193, orig. scellé sur chanvre; — Gallia Christiana, t. XIII, inst. col. 58, n° lxvi eccl. Tolos.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Si prout indicit — Dat. ut supra[2]. »

[1] Ce numéro est d'une écriture moderne.

[2] Cette formule ne se trouve que dans le registre 110, mais elle correspond bien à la date que nous indiquons et qui est donnée intégralement par l'original conservé aux Archives nationales et par la *Gallia Christiana* : « *Dat Avinione, nonis julii, anno primo.* »

285 Avignon, 8 juillet 1317.

Priori fratrum Prædicatorum et gardiano fratrum Minorum civitatis Agennensis ut treugas quas inter Amanevum de Lebreto et Sancenerium de Pinibus usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptistæ ultimo prætetitum prius duraturas, usque ad unum annum renovat, eisdem nobilibus notificent aut publicent. (Reg. 109, fol. 65 v°, c, 294; — Reg. 63, cur. fol. 396, c. 307 et 1384; — L. Guérard, *Doc. pont.*, i, p. 18, n° 15. — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, n° 277, non publié.)

« *Dilectis filiis.., priori fratrum Predicatorum et.., guardiano fratrum Minorum ordinum de civitate Agennensi vel eorum locatenentibus.* Dudum circa nostre promotionis auspicia ex infausti rumoris assertione percepto quod humani generis inimicus, zizanie seminator, inter dilectos filios nobiles viros Amanevum, dominum de Lebreto, et Sancenerium de Pinibus, milites, materiam gravis dissensionis ingesserat, usque adeo commovens dissidentes ut inter se non juribus sed viribus, non viis pacificis sed congressibus bellicis, exortam decrevissent dirimere questionem, in personas et terras hinc inde hostiliter procedendo, nos animarum periculis, dispendiis corporum et lapsibus facultatum que formidabantur utrinque verisimiliter proventura, remediis oportunis obviare paterno cupientes affectu, cum ex plenitudine potestatis nobis ex alto concessa singulariter ad nos spectet in uni-

versali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac eam facere districtius observari, inter ipsos nobiles auctoritate apostolica treugas indiximus duraturas usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste ultimo preteritum[1], tunc primo venturum, ac in eos et omnes et singulos valitores eorum treugas infringentes easdem vel quomodolibet non servantes, excommunicationis sententiam duximus promulgandam, dato nichilominus per nostras certi tenoris litteras dilectis filiis abbati monasterii Montisalbani, ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis, et Garsie, camerario ecclesie Terraconensis, firmiter in mandatis ut ipsi vel eorum alter hujusmodi treugas et sententiam eisdem nobilibus intimarent. Licet autem iidem abbas et camerarius circa intimationem hujusmodi mandatum nostrum devote fuerint executi, iidemque nobiles, obedienter treugas acceptantes easdem, unanimiter compromisisse ferantur super jam dicto dissidio in venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Auxitanum et dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Gutto, vicecomitem Leomannie et Altivillaris, acto quidem quod ipsum compromissum deberet tantum usque ad festum predictum sancti Johannis et non ultra durare, eo tamen, ut credimus, faciente qui primum scisma excitavit in celo, et cujus semper sunt cogitatus et conatus in malum, antea ipsius compromissi preteriit terminus quam aliquis inter eosdem nobiles pacificationis seu concordie sequeretur effectus, sicque proh dolor, ut displicenter audivimus, treugis ipsis ac compromisso finitis, unus in alterum hostiliter progredi nititur, ad bellicos apparatus et exercitus instaurationem intendens nisi provisione celeri succurratur. Nos itaque ad tranquillitatem et pacem inter nobiles ipsos, dicto sublato dissidio, ex causis, ut dicitur, satis levibus procedente, solide propagandam in specialitate quadam certis considerationibus anelantes, a ceptis non putavimus desistendum, sed de illius omnipotentia spe concepta qui concordiam in sublimibus operatur, insistentes eisdem, treugas inter ipsos nobiles renovare providimus, easque inter illos usque ad unum annum auctoritate apostolica indicentes, in eos et omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, sequaces, complices et fautores treugas infringentes easdem vel quomodolibet non servantes, excommunicationis sententiam promulgamus, treugas ipsas et sententiam — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno primo[2]. »

[1] C'est-à-dire jusqu'au 24 juin 1317 (Voyez n° 32).
[2] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63.

286 Avignon, 8 juillet (1317).

Prædicto Amanevo eamdem prorogationem notificat eumque ad pacem cum præfato Sancenerio faciendam hortatur. (Reg. 109, fol. 66, c. 295 ; — Reg. 110, p. I, fol. 109, v°, c. 401 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 21, n° 16.)

« *Dilecto filio nobili viro Amenevo, domino de Lebreto.* Dudum circa nostre promotionis auspicia ex infausti rumoris assertione percepto quod humani generis inimicus, zizanie seminator, inter te et dilectum filium nobilem virum Sancenerium de Pinibus, militem, materiam gravis dissensionis ingesserat, usque adeo commovens dissidentes ut inter vos non juribus sed viribus, non viis pacificis sed congressibus bellicis exortam decrevissetis dirimere questionem, in personas et terras hinc inde hostiliter procedendo, nos animarum periculis, dispendiis corporum, et lapsibus facultatum que formidabantur utrinque verisimiliter proventura, remediis oportunis obviare paterno cupientes affectu, cum ex plenitudine potestatis nobis ex alto concessa singulariter ad nos spectet in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac eam facere diligentius observari, inter vos auctoritate apostolica treugas indiximus duraturas usque ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste ultimo preteritum, tunc primo venturum, ac in vos et omnes et singulos valitores vestros treugas infringentes easdem vel quomodolibet non servantes excommunicationis sententiam duximus promulgandam, dato nichilominus per nostris certi tenoris litteras dilectis filiis abbati monasterii Montisalbani, ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis, et Garcie, camerario ecclesie Terraconensis, firmiter in mandatis ut ipsi vel eorum alter hujusmodi treugas et sententiam vestrum cuilibet intimarent. Licet autem iidem abbas et camerarius circa intimationem hujusmodi mandatum nos-

trum devote fuerint executi, vosque obedienter treugas acceptantes easdem unanimiter compromisisse feramini super jam dicto dissidio in venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Auxitanum, et dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Gutto, vicecomitem Leomanie et Altivilaris, acto quidem quod ipsum compromissum deberet tantum usque ad festum predictum sancti Johannis et non ultra durare, eo tamen, ut credimus, faciente qui primum scisma excitavit in celo, et cujus semper sunt cogitatus et conatus in malum, antea ipsius compromissi preteriit terminus quam aliquis inter vos pacificationis seu concordie sequeretur effectus, sicque proh dolor, ut displicenter audivimus, treugis ipsis ac compromisso finitis, unus in alterum hostiliter progredi nititur, ad bellicos apparatus et exercitus instaurationem intendens nisi provisione celeri succurratur. Nos itaque ad tranquillitatem et pacem inter te et dictum Sancenerium, dicto sublato dissidio, ex causis, ut dicitur, satis levibus procedente, solide propagandam in specialitate quadam certis considerationibus anhelantes, a ceptis non putavimus desistendum, sed de illius omnipotentia spe concepta qui concordiam in sublimibus operatur, insistentes eisdem, treugas inter te et dictum Sancenerium renovare providimus, easque inter vos usque ad unum annum auctoritate apostolica indicentes, in vos et omnes et singulos adjutores, valitores, consiliarios, sequaces, complices et fautores vestros treugas infringentes easdem aut quomodolibet non servantes, excomunicationis sententiam duximus promulgandam, treugas ipsas et sententiam a die notificationis seu publicationis earum suum effectum habere volentes. Quocirca nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente ac, in remissionem tibi peccaminum injungendo, sano consilio suademus quatinus, guerrarum dispendiis animo quieto pensatis, sicut regi pacifico et nobis ejus vices gerentibus licet immeritis placere desideras et evitare predictam sententiam excomunicationis affectas, treugas ipsas studeas inviolabiliter observare, et prudenter attento quantum spiritualiter animabus, et temporaliter expediat utriusque honori et comodis in animorum concordia vivere, et quantum foret indecens quam dampnosum vos, ex causa presertim levi, vel inter vos dividi vel manifestatione operis ab invicem separari, animum tuum habilites ad concordandum cum Sancenerio memorato, presertim videlicet eligendo communes amicos quorum arbitrio dictum dissidium sopiatur, vel ad nostram personaliter propterea veniendo presentiam, vel personas aliquas destinando que in votis pacem et concordiam habeant, et que tue conscie voluntatis pacificandi et concordandi nec non firmandi cum eodem Sancenerio concordiam, tuo nomine, plena sint potestate suffulte. Nos enim super hiis eidem Sancenerio in forma consimili scribimus[1], et licet curis immensis et negotiis arduis distrahamur, libenter tamen non parcendo laboribus, tractatum pacificacionis hujusmodi cum tuis et ejusdem Sancenerii nuntiis assumemus, sperantes in pacis actore quod eo cohoperante nobis, inter vos, si tamen volueritis, ut expedit, vos rationis conformare judicio, reformabitur concordia solida vestrum cuilibet utilis, Deo grata. Et ecce super notificandis tibi et eidem Sancenerio ipsarum indictione treugarum et promulgatione sententie, dilecto filio.., priori fratrum Predicatorum et.., guardiano fratrum Minorum ordinum de civitate Agennensi vel eorum locatenentibus per alias nostras certi tenoris litteras dedimus expresse mandatum. Dat. Avinione, VIII idus julii[2]. »

[1] N° 287.
[2] Cf. n° 285.

287 [Avignon, 8 juillet 1317.

In e. m. Sancenerio de Pinibus, militi. (Reg. 110, p. I, fol. 110, p. c. 401.)

288 Avignon, 8 juillet [1317].

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, de eisdem scribit eumque hortatur ut, dictis treugis durantibus, præfatos Amanevum et Sancenerium ad invicem concordandum inducat. (Reg. 109, fol. 66 v°, c. 296; — Reg. 110, p. I, fol. 110, c. 402; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 21, n° 17.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando de Gutto, vicecomiti Leomanie et Altivilaris.* Dudum circa nostre — Dat. Avinione, VIII idus julii[1]. »

[1] Cf. n° 285.

289 [Avignon, 8 juillet 1317.]

Guiliberto Pescherii, senescallo Vasconiæ pro Eduardo, rege Angliæ, de eisdem scribit eumque hortatur ut ad dictam pacem procurandam studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 67, c. 297; — Reg. 110, p. I, fol. 110, v°, c. 403; – L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 23, n° 18.)

« *Dilecto filio nobili viro Guiliberto Pischerii*[1], *militi, senescallo Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglie illustri*. Dudum circa nostre — Dat. ut supra[2]. »

[1] Reg. 110 : *Pescherii.*
[2] N° 285.

290 [Avignon, 8 juillet 1317.]

In e. m. Radulpho Salvagii, senescallo Agennensi pro dicto rege Angliæ. (Reg. 109, fol. 67, c. 298; — Reg. 110, p. I, fol. 110 v°, p. c. 403; — L. Guérard, *Doc. pont, loc. cit.*)

291 [Avignon, 8 juillet 1317.]

A[manevo], archiepiscopo Auxitano, eamdem treugarum prorogationem notificat eumque hortatur ut ad pacem inter dictos Amanevum et Sancenerium reformandam studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 67, c. 299; — Reg. 110, p. I, fol. 110 v°, c. 404; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 24, n° 19.)

« *Venerabili fratri A., archiepiscopo Auxitano*. Ecce, frater, ex — Datum ut supra[1]. »

[1] Cf. n° 285.

292 Avignon, 8 juillet 1317.

Johanni de Pinu, canonico ecclesiæ sancti Petri de Tornodoro, Lingonensis diocesis, collectori reddituum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Remensi, pro ea videlicet parte quæ de regno Franciæ non existit, vacantium, quod omnes qui in statutis terminis prædictos redditus non solverunt absolvere possit. (Reg. 63, cur. fol. 418, c. 436 et 1515.)

« *Dilecto filio Johanni de Pinu, canonico ecclesie sancti Petri, de Tornodoro, Lingonensis diocesis, apostolice Sedis nuntio.* Cum nos de — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno primo. »

293 Avignon, 9 juillet [1317].

Clementiam, reginam Franciæ, quæ nonnullis Philippum, regem Franciæ, turbare nitentibus scripserat increpat, eamque ad fidelitatem eidem regi exhibendam et ad hospitii sui expensas temperandas hortatur. (Reg. 109, fol. 73, c. 320; — Reg. 110, p. II, fol. 44 v°, c. 202.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Inter cetera que tibi, ut filie predilecte, tui comodi et honoris intuitu, paterno affectu suasimus et illud, ut credimus, memoriter tenes per nos tibi efficaciter et frequenter fuisse suasum quod carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ut fratrem sincere diligeres et revereris ut regem et dominum sicque ipsum affectu sororio tolerares et in hiis que sibi tenereris ut regi et domino, te sibi reverentem, fidelem et subditam exhiberes, quod non repereris ejus favere rebellibus vel emulis adherere. Propter quod non indigne miramur quod tu, sicut ad nos insinuatio fide digna perduxit, spretis nostris salutaribus monitis, perversi forte consilii suggestione seducta, illaudabiliter in premissis agisti, tractatus domesticos et colloquia familiaria interdum habendo cum illis quos eidem regi non ignorabas ingratos, immo et nonnullis regem ipsum turbare nitentibus[1] aliquando propria tua manu scripsisti, per que ipsos videbaris in suo malo conceptu nutrire. Porro, filia, qui hec tibi suggerunt, in errorem et precipitium te inducunt, dum tibi per hec thesaurum regie benivolentie subtrahere moliuntur, quo subtracto quamplures de quorum assistentia fortasse confidis, terga tibi, non faciem, verterent, et de tuo casu vel dispendio non curarent. Considera itaque, carissima filia, statum tuum et profecto illum invenies non tam solida fidelium animorum protectione vallatum, quin et adhuc egeat amicitia potiori fulciri. Considera quod regis favor tibi multos accumulabit amicos. Considera etiam quod regis indignatio, amicorum quantumcunque sublimium de facili erga te immutaret affectum. Profecto si tue non innitens prudentie, si te sinistris suasionibus non submittens, si muliebri more contra propria comoda non laborans, premissa prudenter attenderis, te dicto regi irreprehensibilem, ut condecet, exhibebis, ejus favorem perutilem tibi et tuis

agendis acquires et provocationem illius totis nisibus evitabis. Quod et nos, tui honoris tueque utilitatis obtentu, magnitudini tue bona fide suggerimus et salubri sanoque consilio suademus; alioquin de tua imprudentia poteris conqueri si monita nostra totiens circa id repetita contempnens, alicujus inde subeas infortunia detrimenti. Ceterum de superfluitate sumptuum cohibenda tibi alias scripsisse meminimus[2], et adhuc idem presentibus iterantes, excellentiam tuam affectione paterna monemus, ut tui expensas hospitii temperes, nec sic bona tua in illis effundas, quin aliqua tibi pro imminentis in casibus necessitatis cautela reserves; non in multe retentione familie delecteris, sed paucas personas status tui servata decentia eligas, honestas, sobrias, utiles et maturas. Credimus et enim quod cum paucis talibus melius et fructuosius tua gerentur agenda, quam cum aliorum multitudine numerosa que et confusionem parit, et gerentes negotia ut plurimum segnes reddit. Sic denique, filia, in hiis pro tuis comodo et honore te geras, ut semper sit aliquid tibi residui, et non contingat te retiaculis debitorum tediosis involvi. Dat. Avinione, VII idus julii[3]. »

[1] Il s'agit vraisemblablement ici de Louis de Nevers, du duc de Bourgogne, de Charles de la Marche et de Charles de Valois. (Voyez n[os] 174, note 7 et 393, note 2.) Déjà, au début de son pontificat, Jean XXII avait dû écrire à la reine pour l'engager à ne pas favoriser la rébellion de Robert d'Artois (n[os] 45, 66).

[2] N° 232.

[3] Cf. Cette lettre, postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, est antérieure à l'accord solennel du 15 août 1317 (Voyez n° 233, note) et aux lettres n[os] 317 et 574, que l'on trouvera ci-après.

297 9 juillet [1317].

Præfatum Philippum de prædictis certiorem facit. (Reg. 110, p. I, fol. 49, c. 159.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ea, fili carissime, que noviter nobis de carissima in Christo filia nostra Clementia, regina Francie illustri, scripsisti, tanto molestius gerimus quanto magis ut se in omnibus irreprehensibilem tibi exhibeat affectamus; et ecce super hoc eam increpationibus paternis arguimus[1], prout expedire putavimus juxta negotii qualitatem, litteras sua propria manu scriptas quas nobis in rei testimonium mittere curavisti[2], tibi sub anulo nostro inclusas per dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, clericum et secretarium tuum nobisque devotum, exhibitorem presentium remittentes. Dat. VII idus julii[3]. »

[1] N° 296.

[2] Voyez n° 318.

[3] Cf. Cette lettre se date comme la précédente. Nous ajouterons que Raoul de Pereaus tomba malade au moment de revenir auprès du roi de France et que son départ fut retardé (Voyez n[os] 330 et 361.)

298 Avignon, 9 juillet [1317].

Eumdem regem de Tolosanæ, Albiensis et Claromontensis diocesum divisione certiorem faciens, nomina personarum de quibus novis episcopalibus provisum fuit notificat. (Reg. 209, fol. 110, c. 661; — Reg. 110, p. I, fol. 67 v°, c. 231; — Arch. nat., J. 705, n° 191, orig., le sceau manque; — Gallia Christiana, t. XIII, inst. col. 59, n° LXVII eccl. Tolos.)

« *Eidem regi Francie.* Per alias, tibi, fili carissime, scribimus litteras[1] qualiter episcopatum Tholosanum ejusque reditus in quinque dioceses de fratrum nostrorum consilio per distinguindos limites duximus dividendos, civitatem seu ecclesiam Tholosanam in archiepiscopalem erigentes seu metropoliticam, ac in quatuor aliis diocesibus quatuor episcopales ecclesias ejus suffraganeas de novo creantes. Sed et nunc tibi significare providimus nos Albiensem in duos et Claromontensem episcopatus in alios duos similiter divisisse. Ut autem de locis in quibus constituimus episcopatus hujusmodi ac de personis de quibus episcopatibus providimus antefatis, notitiam habeas, scire te volumus quod castrum seu villam de Rivis ac villas sancti Papuli et Lumberiaci, quondam Tolosane, ac Montemalbanum, quondam Caturcensis diocesum, civitates fecimus et in earum qualibet ecclesiam constituimus cathedralem, quarum prime, scilicet de Rivis, de dilecto filio magistro G. de Brocia, decano Bituricensi, consiliario tuo, viro utique cujus genus, fidelitas et merita te non latent; secunde, sci-

licet sancti Papuli, de dilecto filio abbate ejusdem loci, viro profunde scientie et fidelitatis experte, tertie vero, scilicet Lumberiaci, de dilecto filio abbate ejusdem loci, fratre dilecti filii nobilis viri comitis Convenarum, viro laudabilis conversationis et vite, et quarte, scilicet Montisalbani, de dilecto filio abbate ipsius loci, capellano nostro et causarum appellationum palatii nostri auditore, duximus providendum. Castras autem quondam Albiensis et villam sancti Flori quondam Claromontensis diocesum, similiter fecimus civitates et in earum qualibet ecclesiam constituimus cathedralem, quarum prime, scilicet Castrensi, de dilecto filio abbate Latiniacensi, magistro in theologia, relique vero, scilicet sancti Flori de abbate sancti Tiberii, decretorum doctore, capellano nostro providimus, viris utique genere nobilibus et morum honestate preclaris, qui omnes de regno tuo Francie oriundi et fidelibus regni progeniti, regiorumque commodi et honoris fervidi zelatores existunt. Hec, fili dilectissime, fecimus intendentes in hiis Dei honorem et gloriam suique nominis cultum extollere, animarum procurare salutem et tuam et regni tui tranquillitatem, securitatem et pacem ac commodum evidens promovere. Dat. Avinione, VII idus julii[2]. »

[1] 7 juillet 1317 (n° 284).

[2] La date de l'année, qui manque dans les registres, est donnée par l'original conservé aux Archives nationales et par la *Gallia Christiana*.

299 Avignon, 9 juillet 1317.

Episcopo Agennensi quod provideat de securo conductu et expensis priori Prædicatorum et gardiano Minorum missis ad notificandum treugas inter Amanevum de Lebreto et Sancenerium de Pinibus indictas[1]. (Reg. 63, cur, fol. 397, c. 314 et 1391; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 24, n° 20.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Agennensi.* Cum nos more — Dat. Avinione, VII idus julii, anno primo. »

[1] Voyez n° 285.

300 Avignon, 9 juillet 1317.

Episcopo Autissiodorensi, magistro Gaufrido de Plexeyo et abbati monasterii sancti Dionysii in Francia mandat ut inhibitionem et sententiam ratione biennalis decimæ collectionis latas, solemniter publicent. (Reg. 63, cur. fol. 416, c. 421.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Autisiodorensi, et dilectis filiis magistro Gaufrido de Plexeyo, notario nostro, ac.., abbati monasterii sancti Dyonisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis.* Cum per alias nostras certi tenoris litteras[1] directas vobis super exactione et collectione decime biennalis restantis ad exigendum et colligendum in regno Francie de sex annis pro quibus eam per universas mundi partes, felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, dudum in generali concilio Viennensi certo modo imposuit, et per certos terminos colligi et solvi mandavit in Terre Sancte subsidium, et alias contra infideles et hostes christiane fidei convertendam, tam vobis quam venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis per ipsum regnum Francie constitutis, ac personis ad exactionem et collectionem ipsius decime biennalis deputatis vel deputandis ab eis, ne de ipsa decima aliquid tradatis vel assignetis, vos vel illi seu aliqui ex vobis vel illis, alicui, vel de ea aliter quam in eisdem contineatur litteris ordinetis, nec non personis aliis quibuscunque, cujuscunque status, preeminentie aut conditionis existant, etiam si regia prefulgeant dignitate, ne ad decimam ipsam per se vel alium seu alios manus extendant, aut quicquam recipiant ex eadem absque speciali nostro seu Sedis apostolice beneplacito vel mandato sub excomunicationis pena quam secus inde facientes incurrere volumus ipso facto, districte duximus inhibendum, ut iidem archiepiscopi et episcopi ac persone circa inhibitionem et sententiam antedictas nequeant ignorantiam allegare, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos et vestrum quilibet per vos vel alium seu alios inhibitionem et sententiam antedictas, ubi et quibus et quotiens expedire videritis, solenniter notificare ac publicare curetis. Dat. Avinione, VII idus julii, anno primo. »

[1] 7 juillet 1317 (n° 265).

301 9 ou 10 juillet [1317].

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi et fratri Berengario de Landorra causam moræ eorum nuntii significat

eosque ad sæpius rescribendum hortatur. (Reg. 109, fol. 158 v°, c. 649; — Reg. 110, p. i, fol. 41, c. 125.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, magistro ordinis fratrum Predicatorum, apostolice Sedis nuntiis.* Quoniam de die in diem solennium nuntiorum carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, expectabamus adventum[1], a quibus aliqua sperabamus audire, unde per nos vobis scribi aliquid oporteret, vestrum hucusque retinuimus nuntium quem ecce dictorum regalium nuntiorum adventu dilato, ad vos providimus remittendum, cujus moram ipsa nostra retentio rationabiliter excusare debebit. In commissis itaque vobis negotiis, ad quorum exitum felicem multum afficimur, omnem quam poteritis diligentiam adhibentes, si pro eorum expeditione votiva aliqua vobis forte deficerint, scribite et nos ea vobis mitti mandabimus indilate. Porro vestram in scribendo desidiam arguentes, volumus et mandamus ut eam solicita scriptione purgando, quecunque circa vobis commissa feceritis, successive nobis intimare curetis. Dat. vii[2] idus julii[3]. »

[1] Voyez, au sujet de cette ambassade, n° 330, note 2.

[2] Reg. 110 : vi (Voyez n° 173, note 2).

[3] Cf. Bérenger de Landorre ne portant pas encore le titre d'*electus Compostellanus*, cette lettre est antérieure au 13 juillet 1317 (n° 314). Sa mission datait du 29 avril (n°s 202, 213-216).

302 Avignon, 10 juillet [1317].

Philippo, regi Franciæ, Arnaldi fratris Jacobi, tituli sanctorum Johannis et Pauli cardinalis nuper defuncti, ad cardinalatus dignitatem promotionem nuntiat. (Reg. 109, fol. 71, c. 314; — Reg. 110, p. i, fol. 68 v° c. 235; — Arch. nat., J. 704, n° 190, orig. scellé sur chanvre; — Ciaconius, *Vitæ pontificum Romanorum*, II, col. 414, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Per magnitudinis tue — Porro de promotione fratris ejus tue jam est instantie satisfactum, octavoque namque die post dicti quondam obitum cardinalis[1], fratribus nostris in privato consistorio super hoc una voce parique consensu importune nimis instantibus, tandem eorum importunitate devicti, eumdem fratrem Arnaldum nomine, diaconum creavimus cardinalem, et deinde sibi ecclesiam sancti Eustachii pro titulo duximus assignandam — Dat. Avinione, vi idus julii[2]. »

[1] Jacques de Vie, neveu de Jean XXII, était mort le 13 juin 1317, et son frère Arnaud fut créé cardinal le 20 du même mois (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 14; voyez aussi plus haut n°s 107, 112, 253, 278).

[2] La date *anno primo*, qui ne se trouve pas dans les registres du Vatican, est donnée par l'original conservé aux Archives nationales; mais, dans ce dernier, le mot *idus* a été omis par une erreur évidente.

303 [28 novembre 1316 — 11 juillet 1317.]

Eidem regi respondet quod provisio magistris Raymbaldo de Rechignevoisin et Johanni de Molinis de archidiaconatu et præbenda Avalonensis ecclesiæ prius facta confirmari, ut petierat, non possit. (Reg. 109, fol. 40 v°, c. 166; — Reg. 110, p. i, fol. 12 v°, c. 38.)

« *Eidem.* Presentate nobis regie celsitudinis littere continebant quod dilectis filiis magistris Raymbaldo de Rechignevoisin, legum professori, canonico Eduensi, de archidiaconatu, et Johanni de Molinis, clericis tuis, de canonicatu et prebenda Avalonensis ecclesie per obitum quondam magistri Sansonis de Calvomonte, clerici tui, dudum antequam essemus ad apostolatum assumpto vacantibus canonice fuerat, tui contemplatione, provisum. Cumque tibi relatum esset quod nonnulli archidiaconatum, canonicatum et prebendam predictos impetrare nitebantur a nobis, pretendentes eos ad collationem nostram ex eo spectare debere quod idem magister Sanson, felicis recordationis Clementis pape V, predecessoris nostri, fuerat capellanus, licet tuis et non ipsius predecessoris vel apostolice Sedis insistendo servitiis diem clausisset extremum, deprecationem in ipsarum litterarum serie subjungebas ut collationem predictam ipsis clericis tuis factam ratam gerere ac confirmare vellemus, nullius supplicationem in contrarium admissuri. Sane, fili carissime, si veritas tibi non celaretur in veris, nequaquam, ut verisimiliter credi potest, hujusmodi tua deprecatio processisset, dictus siquidem predecessor noster, dum in rebus agebat humanis, omnia ecclesiastica beneficia quorumcunque capellanorum

suorum, presertim commensalium, ubicunque decedentium vacantia et imposterum vacatura apostolice donationi reservans, decrevit irritum et inane si secus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ex quibus evidenter apparet quod, cum archidiaconatus, canonicatus et prebenda predicti sic fuerint per hujusmodi reservationem et decretum affecti quod nullus preter nos disponere potuerit de eisdem, inanis est prorsus et irrita eorum collatio dictis clericis tuis facta, sicque quod nullum est, confirmari de jure non potest. Nos tamen, innitentes reservationi predecessoris ipsius, diu ante receptionem litterarum tuarum provide duxeramus de prefatis beneficiis ordinandum, propter quod si premissis ex causis rationabilibus, juxta nostrum et tuum votum in hac parte tibi complacere nequimus, moleste non feras, sed equanimiter quesumus patiaris preces tuas in hoc ad exauditionis gratiam non admitti. Dat.[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être antérieure au 28 novembre 1316, puisque Philippe V y figure comme roi de France (Voyez n° 81, note); d'autre part, elle a certainement été écrite avant le 11 juillet 1317, puisqu'à cette date Raymbaud de Rechignevoisin portait le titre d'archidiacre d'Avallon (n° 307).

304 Avignon, 11 juillet 1317.

Redditus, proventus, jurisdictionem tam temporalem quam spiritualem et omnia jura quæcumque et ubicumque consistentia quæ ad episcopatum quondam Tolosanum, divisionis ejus tempore pertinebant, ad apostolicæSedis dispositionem ponit. (Reg. 110, p. II, fol. 18, c. 98 et 654; — Reg. 63, cur. fol. 120, c. 446 et 1525; — Reg. avin., t. II, fol. 100 v°, c. 205; — Gallia Christiana, t. XIII, inst. col. 169, n° xix eccl. Rivensis.)

« *Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint.* Ad divini cultus augmentum piis intendentes affectibus, et ad salutem populi quem in civitate et diocesi Tholosana sic multiplicavit Altissimus, quod per unum antistitem salubriter gubernari non poterat, quin potius ad ejus regimen, exigente messis multitudine ac latitudine requirente, diocesibus pluribus operariis opus erat, paternis desideriis anhelantes, nuper premissis ex causis et aliis que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, episcopatum Tholosanum ejusque redditus quorum opulentia copiosa pluribus potest habunde sufficere, de fratrum ipsorum concordi consilio, ac de apostolice plenitudine potestatis per quinque civitates et dioceses duximus, ut sequitur, dividendos : ut videlicet preter civitatem Tholosanam, que suam propriam et distinctam habebit diocesim, auctoritate apostolica limitandam, in subcriptis quatuor villis quarum quamlibet insignivimus vocabulo civitatis sint quatuor, quas ibi de novo apostolica auctoritate creavimus, ecclesie cathedrales, quatuor distinctas dioceses habiture : una videlicet in loco seu villa Montisalbani, olim Caturcensis diocesis, adjecta sibi certa parte diocesis olim Tholosane, cui de dilecto filio Bertrando, abbate monasterii dicti loci Montisalbani, alia in villa sancti Papuli, cui de dilecto filio Bernardo de Turre, abbate ejusdem loci, alia vero in villa Lumberiaci, cui de dilecto filio Arnaldo Rogerii, abbate ejusdem loci, et reliqua in villa de Rivis, olim Tholosane diocesis, cui de dilecto filio Guillelmo de Brutia, decano Bituricensi, duximus providendum. De bonis autem redditibus, proventibus et juribus dicti quondam episcopatus Tholosani, ipsi Tholosane decem milia, et singulis aliis predictis ecclesiis singula, quinque milia librarum turonensium annui redditus, que quidem unicuique illarum, dignitate ac onere et circumstantiis aliis attente pensatis, debere sufficere vidimus et liberaliter providimus assignanda, totali bonorum, redditumm, proventuum et jurium ipsorum residuo nec non beneficiis omnibus ecclesiasticis, etiam si dignitates, officia vel personatus existant et curam habeant animarum, dummodo ad ea quis per electionem minime assumatur, nec in eis vel ad ea sit auctoritate litterarum apostolicarum alicui vel aliquibus jus aliquod acquisitum, quibus per id nullum volumus prejudicium generari, vacantibus nunc et que a die divisionis predicte vacarunt, vel in antea usque ad distinctionem vel limitationem predictarum diocesum in civitate ac ipsa quondam diocesi Tholosana vacabunt, dispositioni nostre ac Sedis apostolice reservatis. Et quia civitatem et ecclesiam Tholosanas, sicut solenniori statu et conditione potiori prefulget, sic et grandioris honoris titulis censuimus efferrendam, eam de consilio et potestatis plenitudine memoratis, in archiepiscopalem ereximus seu metropolitanam,

et tam predictas quatuor, quam Appamiarum ecclesias subicientes eidem, eas suffraganeas suas esse decrevimus, ut ipsa Tholosana ecclesia quasi mater honorificata quinque sub se filias reperiatur habere, prout hec et alia in apostolicis litteris exinde confectis plenius continetur[1]. Ne igitur in prejudicium assignationis et reservationis per nos factarum, ut premittitur, aliquod attemptetur, et in ecclesiarum dispendium predictarum redditus, proventus et jura dicti olim episcopatus Tholosani per occupationis, dilapidationis vel dissipationis injuriam dilabantur, nos redditus ipsos, proventus, jurisdictionem tam temporalem quam spiritualem et omnia jura quecunque et ubicunque sistentia, que ad ipsum episcopatum quondam divisionis predicte tempore pertinebant et pertinere debebant, quocunque jure et quacunque ratione vel causa, ad nostram et apostolice Sedis manum, de ipsorum fratrum consilio, a die predicte divisionis, ut premittitur per nos facte, posuimus et ponimus, ea per deputandos a nobis vel Sede predicta colligi, percipi, exerceri, et conservari volentes, donec cuilibet ex quinque predictis ecclesiis facta fuerit realis assignatio, ut premissum est, de eisdem et de residuo reddituum et proventuum ipsorum et jurium, nos vel eadem Sedes prout expedire viderimus, duxerimus ordinandum ; inhibentes quibuscunque collegiis, capitulis atque conventibus, universitatibus et personis cujuscunque status, ordinis, dignitatis aut conditionis existant, etiam si archiepiscopali, episcopali aut regia prefulgeant dignitate, ne interim prefatos deputandos a nobis vel Sede predicta in receptione, perceptione, collatione ac conservatione reddituum, proventuum et jurium predictorum, vel jurisdictionis exercitio qualitercunque impediant, neve de ipsis redditibus, proventibus et juribus quicquam percipiant aut colligant, alienent, dissipent aut consumant, vel quovis modo contra assignationem et reservationem predictas ad ea per se vel alios manus extendant aut dicta beneficia per nos reservata conferant, vel de eis ordinent seu disponant absque nostro et Sedis ejusdem beneplacito vel mandato, ac decernentes irritum et inane si secus a quoquam super hiis, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari, alioquin in contrarium facientes, nisi infra octo dies post publicationem presentium resipuerint cum effectu, ac ea que de redditibus proventibus et juribus antedictis perceperint, habuerint vel alienaverint contra inhibitionem nostram hujusmodi, restituerint integre hiis qui per nos vel Sedem eandem super hoc fuerint deputati et que circa ipsa beneficia attemptaverint, revocanda duxerint et in statum pristinum reducenda, excommunicationis in personas, et interdicti in universitates et suspensionis sententias in collegia, conventus sive capitula, auctoritate apostolica promulgamus, a quibus non nisi per Romanum pontificem absolutionis beneficium, preterquam in mortis articulo, valeant obtinere. Dat. Avinione, v idus julii, anno primo. »

[1] Voyez nos 262 et 306.

305 [Avignon, 11 juillet 1317.]

Judicibus ut servent et regant bona prædicta sub manu apostolica sententiasque apostolicas promulgent. (Reg. 110, p. II, fol. 19, c. 99 et 655.)

« *Judicibus*. Ad divini cultus — mereamini reportare[1]. »

[1] Cf. n° 304.

306 Avignon, 11 juillet 1317.

Tolosanam sedem in archiepiscopatum erigit ejusque territorium in quatuor dioceses, scilicet de Montealbano, sancti Papuli, de Rivis et de Lumberiis dividit[1]. (Reg. 63, cur. fol. 370 v°, c. 152 et 1162 ; — Bib. Nat., ms. lat. 4114, fol. 10 v°, par. II, c. 2; — Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t. III, par. II, p. 151.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Salvator noster cujus — Dat. Avinione, v idus julii, anno primo. »

[1] Voyez-ci dessus ce que nous disons au sujet d'une lettre semblable du 25 juin 1317 (n° 262).

307 Avignon, 11 juillet 1317.

Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, ejusque collegis quibus juridictionem et reddituum olim Tolosani episcopatus perceptionem

commiserat [1], personas aptas requirendi, cartulariaque, cartas, instrumenta etc, exhibere faciendi potestatem concedit. (Reg. 63, cur. fol. 371 v°, c. 153 et 1163.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, et Eyguelino de [Blavia]* [2], *Engolismensi, et Ray[m]baudo de Rechignevoysin, Avalonensi, Eduensis archidiaconis ac magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensis ecclesiarum, capellano nostro.* Cum nos de — Dat. Avinione, v idus julii, anno primo. »

[1] La mission de ces personnages était terminée le 5 septembre 1318 (Voyez nos 698-702). Le compte de leurs dépenses pour la division, la délimitation et l'administration du diocèse de Toulouse est conservé aux Archives du Vatican dans les *Instrumenta Miscellanea* (an. 1317).

[2] Cf. n° 347.

308 Avignon, 11 juillet 1317.

Petrum Durandi, rectorem ecclesiæ de Cautio, Caturcensis diocesis, procuratorem et instructorem apud præfatos commissarios apostolicæ Sedis pro divisione quondam episcopatus Tolosani constituit. (Reg. 63, cur. fol. 372, c. 155 et 1165; fol. 398, c. 322 et 1400.)

« *Dilecto filio Petro Durandi, rectore ecclesie de Cautio, Caturcensis diocesis etc.* Cum nos dilectos — Dat. Avinione, v idus julii, anno primo. »

309 Avignon, 11 juillet 1317.

Bartholomeo, abbati monasterii Electensis et collegis suis quod exerceant administrationem et jurisdictionem spiritualem et temporalem in dicto quondam episcopatu Tolosano. (Reg. 63, cur. fol. 398 v°, c. 323 et 1401.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, et Eyguelino [de Blavia], Engolismensi, et Raymbaudo de Rechignevoysin, Avallonensi, Eduensis archidiaconis ac magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensis ecclesiarum, capellano nostro etc.* Cum nos de — Dat. ut supra. »

310 Avignon, 11 juillet 1317.

Eisdem jurisdictionem temporalem et spiritualem ac redditunm collectionem in præfato episcopatu committit. (Reg. 63, cur. fol. 420 v°, c. 447 et 1526.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, et Eyguelino de [Blavia], Engolismensi, ac Ray[m]baudo de Rechaignego* (sic), *Avalonensi, Eduensis archidiaconis ac magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensis ecclesiarum, capellano nostro.* Ad divini cultus — Dat. ut supra. »

311 Avignon, 11 juillet 1317.

Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano, ut prædictis deputatis in negotiis sibi commissis assistat. (Reg. 63, cur. fol. 421, c. 448 et 1527.)

« *Dilecto filio nobili viro Guiardo Guidonis, militi, senescallo Tholosano pro carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri.* Ad divini cultus — Dat. Avinione, v idus julii, anno primo. »

312 Avignon, 12 juillet [1317].

R[aynaudo] archiepiscopo Bituricensi, et fratri Berengario de Landorra ut litteras divisionem episcopatuum Tolosani, Albiensis et Claromontensis tangentes quæ Philippo, regi Franciæ, diriguntur, eidem præsentent aut præsentari faciant. (Reg. 109, fol 180, c. 660; — Reg. 110, p. i, fol. 41 v°, c. 127.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra, magistro ordinis fratrum Predicatorum, Sedis apostolice nuntiis.* Ecce super divisione Tholosani, Albiensis et Claromontensis episcopatuum, quam nuper de concordia omnium et singulorum fratrum nostrorum consilio fecimus, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, per binas apostolicas litteras scribimus [1] quarum tenorem vobis interclusum presentibus destinamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatinus, statim receptis presentibus, regem ipsum, si tunc in eodem loco presentes eritis cum eodem, personaliter adeuntes, litteras ipsas nostras presentetis eidem, ea que secundum datam vobis a Deo prudentiam circa contenta in illis suadenda videritis sibi facundis affectibus suasuri,

Quod si forte, tempore receptionis presentium, cum rege non eritis antedicto, nec ad ejus presentiam comode poteritis, negotiis aliis impedientibus, vos conferre, statim absque more dispendio personam aliquam, prudentem equidem et fidelem, que prefatas litteras nostras, et vestras etiam que super hoc dirigantur eidem, prout videritis expedire, regi prefato presentet, mittere studeatis, rescripturi nobis per presentium portitores quicquid circa hec duxeritis faciendum. Datum Avinione, IIII idus julii[2]. »

[1] Lettres du 7 et du 9 juillet 1317 (nos 284 et 298).

[2] Cf. Cette lettre, on le voit, n'a pu être de beaucoup postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente. On sait d'ailleurs que, le 13 juillet 1317, Bérenger de Landorre fut nommé au siège de Compostelle (n° 314).

313 [Avignon, 12 juillet 1317.]

Archiepiscopo Bituricensi et fratri Berengario de Landorra, de eodem in forma ampliori. (Reg. 110, p. II, fol. 22, c. 114.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra, magistro ordinis fratrum Predicatorum, apostolice Sedis nuntiis.* Super eo quod nuper, certis ex causis que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, Tholosanum in quinque, Albiensem in duas et Claromontensem episcopatus in alias duas dioceses, de ipsorum fratrum consilio duximus dividendos et civitatem seu ecclesiam Tholosanam in metrop[o]lim seu archiepiscopalem ereximus, cui tam Appamiensem quam alias quatuor de novo creatas cathedrales ecclesias in suffraganeas providimus submittendas, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, binas clausas apostolicas litteras mittimus[1], tam loca in quibus erecte sunt noviter ipse cathedrales ecclesie et personas de quibus ecclesiis providimus antedictis, nec non causas aliquas efficaces que nos moverunt ad divisionem et erectionem hujusmodi describentes eidem, ac paternis affectibus suadentes ut nullis nostram in hac parte rectam et puram intentionem depravare fortasse nitentibus aures credulas prebeat, sed rationabilem animi nostri motum nec non divini cultus augmentum et animarum salutem que ex premissis intendimus procurare, et insuper utilitatem ac securitatem suam et regni sui Francie ad quam in illis intendimus, prudenter advertat. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, statim receptis presentibus, vos vel alter vestrum dictum regem personaliter adeuntes, litteras ipsas nostras presentetis eidem, ea que secundum datam vobis a Deo prudentiam videritis expedire sibi facundis affatibus suasuri, ac rescripturi nobis per presentium portitores quicquid circa predicta poteritis de regia mente colligere et vos in illis duxeritis faciendum[2]. »

[1] Nos 284 et 298.

[2] Cf. Voyez le numéro précédent et, au sujet de lettres analogues, n° 76, note 1.

314 Avignon, 13 juillet [1317].

Fratri Berengario de Landorra, nuntiat se eum ecclesiæ Compostellanæ in archiepiscopum præfecisse eumque hortatur ut ejusdem ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol. 76, c. 330.)

« *Dilecto filio fratri Berengario de Landora, fratrum Predicatorum ordinis magistro, electo Compostellano.* Considerantes, fili, scientie — Ideoque oportunitate concessa, contemptum hujusmodi producentes in partum, onus quod fortes procul dubio humeros exigit, tibi decrevimus fiducialiter imponendum, te hodie, de fratrum nostrorum consilio et assensu, ecclesie Compostellane vacanti preficientes in archiepiscopum et pastorem, in quo sic corpori majoris oneris et laboris moles imponitur, quod menti spes fecundioris retributionis offertur. Non igitur laborum certamen deterreat, sed magnitudo potius premiorum oblectet, presertim cum tanquam expertus intelligam quam leve sit onus Domini jugumque suave quod ad bonum tibi ab adolescentie teneritudine portare curasti. In remissionem itaque tuorum tibi peccaminum suademus ut, vocationi Domini per cujus contemptum ipsius in te posses iracundiam provocare, nullatenus contradicas, sed illi prompte consentiens, ac ipsius ecclesie regimen sub spe Omnipotentis et nostri fiducia secure suscipiens, ejus administrationem in temporalibus et spiritualibus ad salutem populi

tibi commissi et tuam exerceas confidenter, sciturus quod nos in tuis et ecclesie predicte necessitatibus, tibi quantum cum Deo poterimus proponimus constanter adesse. Dat. Avinione, III idus julii[1]. »

[1] Selon C. Eubel et d'après les registres des lettres communes (ARCH. VAT., reg. 66, c. 4090, cf. C. EUBEL, *Hierarchia catholica*, p. 207), c'est le 15 juillet 1317 que Bérenger de Landorre aurait été nommé archevêque de Compostelle. Nous avons rouvé, au sujet de nominations semblables, des divergences analogues et nous en donnons l'explication (n° 170, note 2). La date de l'année est d'ailleurs incontestable. On verra plus loin que Bérenger accepta, non sans hésitation, sa nouvelle charge et qu'il fut consacré le 30 avril 1318. (Cf. n°s 373 et 403, note.)

315 Avignon, 13 juillet [1317].

Archiepiscopo Remensi et præfato electo ut negotia quæ Mathildis, comitissa Atrebatensis, et magister Thericus de Iricione, præpositus Ariensis, cum alligatis Atrebatensibus expedire habent, efficaciter promovere curent. (REG. 109, fol. 158, c. 650; — REG. 110, p. I, fol. 41 v°, c. 126.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, fratrum Predicatorum ordinis magistro, electo Compostellano, apostolice Sedis nuntiis.* Super negotiis que dilecte in Christo filie nobili mulieri Mathildi, comitisse Attrabatensi, et dilecto filio magistro Terrisio de Yrichione, preposito Ariensi, capellano nostro, cum alligatis Attrebatensibus expedienda incumbunt, pridem vobis in vestro a nobis discessu nostram verbotenus expressimus voluntatem. Et quia gratum erit multum nobis et placidum si negotia ipsa per ministerium vestrum votivum sortiantur effectum, discretionem vestram solicitamus attente presentibus per apostolica nichilominus vobis scripta mandantes quatenus negotia ipsa juxta ipsius nostre voluntatis expressionem prout justum equumque videritis efficaciter promovere curetis. Dat. Avinione, III idus julii[1]. »

[1] Cf. Nous datons cette lettre comme la précédente, de 1317, puisque Bérenger de Landorre y est dit *electus*, c'est-à-dire qu'il était nommé, mais non consacré, autrement il aurait le titre d'*episcopus*. Il s'agit ici de la mission dont il fut chargé avec l'archevêque de Bourges, le 29 avril 1317 (n°s 202, 213-216), et qui était terminée vers la fin de la même année (Voyez n° 441, note 6, et ci-après, n° 319).

316 Avignon, 15 juillet 1317.

Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, ut de ætate Jordani de Rupeforti, cui prioratus de Camono, ordinis santi Benedicti, monasterio Grassensi ejusdem ordinis, Tolosanæ et Carcassonensis diocesum subjectus, collatus est, veritatem inquirat. (REG. 63, cur. fol. 401, c. 335 et 1414.)

« *Dilecto filio Berengario de Orsagiis* (sic), *canonico Narbonensi, capellano nostro.* Ad audientiam nostram — Dat. Avinione, idibus julii, anno primo. »

317 Avignon, 16 juillet [1317].

Clementiæ, reginæ Franciæ, propter excusationes ab ipsa Philippo regi præsentatas gratias agit eamque hortatur ut dictum regem sibi retineat in dominum et amicum. (REG. 109, fol. 69 v°, c. 308; — REG. 110, p. II, fol. 45, c. 203.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Cum diebus non longe preteritis ad nos fidedigna insinuatio perduxisset quod tu, perversi forte suggestione seducta consilii, erga carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, quem debes ut fratrem sincere diligere et ut regem ac dominum revereri, aliqua illaudabiliter egeras, tractatus domesticos interdum habendo cum illis quos eidem regi non ignorabas ingratos, et nonnullis eum turbare nitentibus aliqua manu scribendo propria, per que ipsos videbaris in suo malo conceptu nutrire; nos de tuis honore ac utilitate soliciti, per alias nostras litteras[1] quas lator presentium assignabit, ea circa id curavimus tibi paterne suggerere que tuo statui credimus expedire. Noviter autem ex tuis et dicti regis litteris scriptis in gallico gaudenter accepimus quod tu super predictis certas excusationes dicto regi pretenderas quas ipse rex patienter audierat, et consideratis sexus fragilitate feminei et deceptibili quo fueras usa consilio, benignis affectibus acceptarat, per

ipsas offerens nichilominus litteras te tuaque negotia, nisi per te steterit, ea semper benivolentia prosequi quod merito poteris contentari. Hec, filia, eo amplius nos delectant quo ea magis expedientia tibi fore supponimus, et quo tibi cursum mundi hujus tranquillius et securius dirigi sub regii amoris solido fundamento putamus. Consulimus itaque, filia, quod regem ipsum in promotorem et protectorem propitium tibi retineas, nec pro aliquo ipsum contra te provoces vel offendas, cum parum possit aliorum assistentia tibi proficere ubi ipse vellet tibi aut agendis tuis quomodolibet derogare. Nec tantum, filia, de nostro favore confidas, quin et regium tibi satagas vendicare, cum et si tibi, quantum cum Deo poterimus, favorabiliter properamus assistere, nescimus tamen quamdiu tibi superesse poterimus, cum nec habeamus in potestate nostra diem unicum vite nostre. Dat. Avinione, XVII kal. augusti[2]. »

[1] 9 juillet 1317 (n° 293).
[2] Cf. Cette lettre est vraisemblablement antérieure à l'accord solennel du 15 août 1317 mentionné plus haut (Voy. n° 233, note).

318 Avignon, 16 juillet [1317].

Præfato regi de reconciliatione cum dicta Clementia congratulatur eumque hortatur ut in assignatione dotalitii et aliis ad quæ tenetur erga eam se favorabilem exhibeat. (Reg. 109, fol. 69 v°, c. 309; — Reg. 110, p. I, fol. 49, c. 160.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Super hiis, fili carissime, que de carissima in Christo filia nostra Clementia, regina Francie illustri, diebus non longe preteritis litteras suas ejus, ut asserebas, propria manu scriptas nobis in prelationis judicium destinando significare curasti, eidem regine juxta rei exigentiam scripsimus sicut et tibi per alias nostras litteras[1] quas assignabit lator presentium intimamus. Porro noviter ex tuis et dicte regine litteris scriptis in gallico gaudenter accepimus quod regina predicta super illis certas excusationes tibi pretenderat quas tu patienter audieras et tam sexus fragilitate feminei et justi causa doloris qui eam ad illa movisse potuerat quam deceptibili quo fuerat usa consilio humane pensatis, benignis affectibus acceptaras. Hec, fili, eo amplius nos delectant quo ea magis regali decentie congruere novimus et quo te habundantius vigere spiritu mansuetudinis et gratia pietatis optamus erga illam precipue cui nedum judicis viduarum intuitu te debes exhibere propitium, sed et cujus culpis multis considerationibus debes clementer ignoscere ac supportare deffectus qui magis ex ignorantia et mobilitate animi quam ex proposito seu voluntate procedunt. Quesumus itaque, fili, et per illius cujus proprium est misereri semper et parcere misericordiam obsecramus quatinus, causis tuis insertis litteris que utique dicte regine culpam multum imminuunt prudenter attentis, eam inde sic excusatam habeas quod nullius rancoris ad eam propter hoc in corde tuo scintilla remaneat, sicque favorabiliter erga eam in assignatione dotalitii et aliorum ad que teneris eidem, prompta executione te geras, quod per id adesse tibi plene tuam benivolentiam sentiat et, suspitione submota contrarii, in tuo favore secura quiescat, per hoc Deo ut credimus et nobis indubie placiturus. Nos autem eidem regine paterno suademus[2] affectu ut te nedum ut fratrem carissimum diligat, quin etiam ut regem et dominum reverenter honoret, nichilque tibi displicibile contra debitum rationis pro quocunque committat. Dat. Avinione, XVII kal. augusti[3]. »

[1] 9 juillet 1317 (n° 293); on voit que les lettres restaient quelquefois assez longtemps avant d'être expédiées (Voyez aussi n° 67, note 7).
[2] N° 317.
[3] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

319 Avignon, 16 juillet [1317].

Mathildi, comitissæ Atrebatensi, de fidelitate gratias agit eique nuntiat se de ejus et magistri Therrici de Iricione negotiorum promotione nuntiis apostolicis scripsisse. (Reg. 109, fol. 158, c. 647; — Reg. 110, p. I, fol. 70, c. 268.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mathildi, comitisse Atrebatensi.* Tuas, filia, litteras benigno affectu suscepimus per quas inter cetera devotis gratiarum actionibus prosequens quod promotionem nego-

tiorum tuorum venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, fratrum Predicatorum ordinis magistro, electo Compostellano, nuntiis nostris, duximus imponendam adversus quoscunque in personam nostram aliquid machinari nitentes, assistentiam tue nobis potentie liberaliter obtulisti. Sane, filia, gaudemus in te vigere, ut condecet, ad nos et sanctam matrem Ecclesiam devotionis et affectionis debite spiritum tuamque oblationem gratis acceptantes affectibus et proinde tibi grates non indebitas referentes, cum res exigerit te in nostris beneplacitis fiducialiter requiremus. Desiderantes autem prosperum exitum tua et dilecti filii magistri Terricii de Iritione, prepositi Ariensis, capellani nostri tuique consiliarii, sortiri negotia, de illorum promotione prefatis scribimus nuntiis per apostolicas litteras[1] tibi per latorem presentium assignandas. Dat. Avinione, XVII kal. augusti[2]. »

[1] 13 juillet 1317 (n° 315).

[2] Cf. Cette lettre se date comme celle qui est indiquée dans la note précédente, et le pape fait sans doute allusion ici aux conspirations qui furent découvertes au début de 1317 (Voyez n° 182, note 3).

320 [5 septembre 1316 — 21 juillet 1317.]

Sancti Egidii, Alverniæ et Franciæ, Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani prioribus mandat ut ad singularum bajuliarum seu domorum dicti ordinis in eorum prioratibus consistentium administrationem, singulos fratres providos et fideles deputare curent. (Reg. 110, p. II, fol. 68, c. 316 et 961.)

« *Dilectis filiis sancti Egidii, Alvernie et Francie, Hospitalis sancti Johannis Jherosolymitani prioribus.* Pridem ad audientiam nostram deducto quod ordo vester magnis et diversis debitis erat multis, variis et diversis creditoribus obligatus, et quod hujusmodi debitis per dictum ordinem satisfieri non poterat, vel idem ordo ab ipsis debitis liberari, nisi super hoc certi priores per providentiam apostolicam, pro eo quod ad magistrum et conventum dicti ordinis consistentes in partibus transmarinis non poterat super hiis que celeris oportunitatis remedium exigebant, absque periculoso more dispendio haberi recursus, celeriter ordinarentur, per quos quidem priores habentes curas, gubernationes plenas et liberas administrationes prioratuum consistentium in partibus cismarinis, hujusmodi debita, congrua distributione et taxatione debita facta inter eos, eisdem creditoribus solverentur. Nos in premissis et aliis ipsius Hospitalis profectum et comodum paternis affectibus prosequentes, super ordinatione dictorum priorum cum dilectis filiis Leonardo de Tibertis, visitatore, Petro de Ungula, cancellario[1], et quampluribus aliis locumtenentibus dilecti filii magistri Hospitalis sancti Johannis Jherosolymitani in partibus cismarinis, de personis ejusdem ordinis ad hec utiliter exequenda sufficientibus, ydoneis et discretis tractatus solicitos et deliberationem habuimus diligentem. Et tandem cum de vobis per nonnullos fide dignos de fidelitate, discretione et solicitudine ad talia oportunis laudabilia nobis testimonia relata fuissent, singulos vestrum in singulis prioratibus vobis commissis auctoritate apostolica assumpsimus in priores, prout in apostolicis litteris inde confectis plenius continetur. Ut igitur bajuliarum et domorum dicti ordinis in vestris prioratibus consistentium cum juribus et pertinentiis earundem, cura et administratio tanto geratur utilius et efficacius procuretur, quanto earum singulis administratores singuli fideles et providi, aliis gerendis administrationibus non intenti, fuerint specialiter deputati, vobis et vestrum cuilibet auctoritate presentium districte precipimus et mandamus quatinus vos et vestrum quilibet ad singularum bajuliarum seu domorum dicti ordinis in vestris prioratibus consistentium administrationem, gubernationem et curam singulos fratres dicti ordinis, viros utique fideles providos et discretos, deputare curetis, unam bajuliam seu domum uni persone solummodo committentes, ita quod dum singuli singulis administrationibus sibi commissis intendent, ad alia non distracti, dictorum locorum comoditates possint facilius et utilius procurare. Nos autem auctoritate predicta decernimus ex nunc irritum et inane si secus super hoc a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attemptari, eos nichilominus qui precepti hujusmodi fuerint transgressores subesse correctioni apostolice decernentes. Dat. etc.[2]. »

[1] Il était prieur le 21 juillet 1317, ainsi que cela ressort d'une lettre que le pape lui adressait à cette date : *Dilecto filio Petro de Ungula, priori prioratus sancti Johannis Jerosolimitani Tholosani, salutem etc.* Dum attenta meditatione — Dat Avinione, xii kal. augusti, anno primo. (Reg. avin., t. iv, fol. 579.)

[2] Cf. D'après la note précédente, on voit que cette lettre est antérieure au 21 juillet 1317.

321 Avignon, 21 juillet [1317].

Reginæ Clementiæ de mutua benivolentia cum Philippo, rege Franciæ, gratias agit, eam autem propter diversitatem binarum litterarum quas scripserat increpat. (Reg. 109, fol. 82, c. 353 ; — Reg. 110, p. ii, fol. 42, c. 194 et 750.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Tuas, dilectissima filia, et carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, nuper simul recepimus litteras scriptas in gallico quarum series eo gratior nobis innotuit tue ad illum et illius ad te benivole caritatis affectus. Ad quas equidem litteras juxta rei exigentiam tibi et illi distinctim oportunam confici fecimus responsivam[1]. Et ecce de illa que tibi dirigitur fidem facient apostolice littere per latorem presentium assignande ; porro post confectionem responsalium hujusmodi litterarum pervenerunt ad nos tue alie littere ad quas, cum videantur a primis notabiliter discrepare, nil aliud tibi rescribimus ne de repentine mutabilitatis vitio notari possimus, ea namque nos decet vigere soliditate constantie, ut in nostris inveniamur actibus rationabiliter stabiles, nec ad flatum venti cujuslibet moveamur. Propter quod, filia, tibi paterne suggerimus quod omnia cures cum consilii maturitate peragere ut te non contingat postmodum ne credas (*sic*) nos velle conformare mobilitatis tue vel alterius cujuscunque defectibus, quia sic variare proculdudio nesciremus. Dat Avinione, xii kalendas augusti. »

[1] 16 juillet 1317 (nos 317 et 318).

[2] Cette lettre se date comme celles que nous indiquons dans la note précédente.

322 Avignon, [23 juillet 1317].

Elsiario nuntiat se cum ecclesiæ Tolonensi in episcopum præfecisse eumque hortatur ut dictæ ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol. 74 v°, c. 327.)

« *Dilecto filio Elsiario, electo Tholonensi.* Vacante nuper Tholonensi ecclesia per obitum quondam Tholonensis episcopi, nos virum juxta cor nostrum ydoneum eidem ecclesie preficere cupientes, ecclesiam ipsam ea vice provisioni apostolice duximus reservandam, et deinde pensatis attentius que requiruntur in presule, ad te demus direximus nostre considerationis intuitum et assertione fide digna comperta quod vir virtutis existis, dono sufficientie preditus, moribus et vita generisque nobilitate decorus, te ipsi ecclesie die sabbati, x videlicet kalindas augusti in episcopum prefecimus et pastorem, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod eadem Tholonensis ecclesia per tuam solertem industriam et prudentiam circumspectam in spiritualibus et temporalibus, Deo auctore, votiva recipiet incrementa, et tam clerus quam populus tuo commissus regimini, tua salutari doctrina et pie conversationis exemplo ad salutem edificabitur animarum. Tu ergo, fili, tuum jactans in Domino cogitatum, tanquam devotus et obediens filius, obice difficultatis exploso, apostolice Sedis beneplacitis te coaptans, onus hujusmodi, jugumque suave prompte suscipias et ipsius ecclesie regimen ad salutem populi tibi commissi et tuam exerceas diligenter, sciturus quod nos in tuis et ecclesie predicte necessitatibus, tibi quantum cum Deo poterimus, proponimus constanter adesse. Dat. Avinione, die predicta etc. [1]. »

[1] Suivant C. Eubel et d'après les registres des lettres communes (Arch. vat. reg. 67, c. 67 ; cf. *Hierarchia catholica*, p. 514), ce prélat aurait été nommé le 2 octobre 1317. Nous avons déjà donné l'explication de ces divergences (n° 170, note 2). Cette lettre commune est d'ailleurs postérieure à la consécration que le nouvel évêque, déjà qualifié d'*episcopus*, avait reçue de la main même du pape : « *et subsequenter munus consecrationis nostris manibus tibi duximus impendendum* ». Le 10 des kalendes d'août, qui correspond au 23 juillet, tombe bien un samedi en 1317. La date *die predicta* désigne, pensons-nous, dans le registre, celle de l'acte précédent : viii *kal. augusti*.

323 Avignon, 25 juillet [1317].

Radulphum, olim Pampilonensem episcopum, ad Laudunensem ecclesiam translatum hortatur ut ejusdem ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol. 75, c. 328.)

« *Venerabili fratri Radulfo, Laudunensi, olim Pampilonensi episcopo.* Ecclesia Laudunensi, per obitum.., quondam episcopi Laudunensis, nuper pastore vacante, nos ad utilem provisionem illius, quam etiam christianissimi regni Francie considerata certis ex causis utilitas exigit, intendentes ac cupientes virum secundum cor nostrum ydoneum et carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, fidelem et gratum illi preficere, ecclesiam ipsam duximus ea vice dispositioni apostolice de fratrum nostrorum consilio reservandam. Et deinde considerantes attentius scientie donum, conversationem placidam, vitam laudabilem morumque decorem ac virtutum eminentiam aliarum quibus personam tuam largitor bonorum omnium largiflue insignivit, quodque in administrationibus tue alias commissis industrie fructus laudabiles produxisti, nec non sedula meditatione pensantes quod in fide ac legalitate tua poterit fida recumbere securitas dicti regis, prout ex ipsius insinuatione frequenti percepimus, propter que pridem te de Macloviensi, cui tunc preeras, transtulimus ad Pampilonensem ecclesiam[1], te a vinculo quo eidem Pampilonensi tenebaris ecclesie, de ipsorum fratrum consilio, et apostolice plenitudine potestatis duximus absolvendum, et ad dictam transferentes Laudunensem ecclesiam, propter evidentem utilitatem ipsius te ipsi prefecimus in episcopum et pastorem, data nichilominus tibi licentia ad eandem ecclesiam libere transeundi, illam sub spe divine misericordie gerentes de tua circumspetione fiduciam, quod te ipsi Laudunensi ecclesie, sic spiritualiter et temporaliter utilem exhibebis quod collapsa inibi auxiliante Domino reparabis, et si qua deformata fuerint, sue forme restitues et deperdita instaurabis. Ideoque fraternitati tue in remissionem peccaminum suademus, quatinus apostolice Sedis beneplacitis te coaptans, onus hujusmodi jugumque suave prompte suscipias, et ipsius ecclesie regimen ad tuam populique tibi commissi salutem et ad partium tranquillitatem ipsarum, sic exerceas diligenter, quod divina tibi opitulante clementia, grex dominicus tue cure commissus, lupi rapacis morsus non sentiat, sed tue diligentie studio, illius insidias illesus evadat, tibique ad augmentum meriti cedat et premii salus ejus. Dat. Avinione, VIII kal. augusti[2]. »

[1] Voyez n° 140.

[2] Cf. Raoul Rousselet fut nommé au siège de Laon, suivant C. Eubel et d'après les registres des lettres communes, le 18 juin 1317 (*Hierarchia catholica*, p. 308). Le roi de France en fut informé te même jour (ARCH. NAT., J. 705, n° 196, orig. scellé sur chanvre); la lettre de Jean XXII est évidemment de la même année; voyez, à ce sujet, n° 170, note 2.

324 Avignon, 25 juillet 1317.

Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis, stipendium triginta turonensium argenti dum quondam episcopatus Tolosani negotia gesserit assignat. (REG. 110, p. II, fol. 19, c. 100 et 656; — REG. 63, cur. fol. 408, c, 357 et 1436.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis.* Cum de tua — Dat. Avinione, VIII kal. augusti, anno primo[1]. »

[1] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 63. Au sujet de la mission de ce personnage et de ses collègues, voyez n°s 307, note 1.

325 Avignon, 25 juillet 1317.

Magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, idem stipendium pro eodem assignat. (REG. 110, p. II, fol. 19 v°, c. 101 et 657; — REG. 63, cur. fol. 408 v°, c. 354 et 1433.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellano nostro ac causarum sacri nostri palatii auditori.* Cum de dilectorum — Dat. Avinione, VIII kal. augusti, anno primo[1]. »

[1] La date est donnée par le registre 63.

326 [Avignon, 25 juillet 1317.]

Ayquelino, archidiacono Engolismensi, idem stipendium pro eodem assignat. (REG. 110, p. II, fol. 19 v°, c. 102 et 658; — REG. 63, cur. fol. 408, c. 358 et 1434.)

« *Dilecto filio Ayquelino, archidiacono Engolismensi.* Cum de dilectorum — Dat. ut in eadem[1]. »

[1] N° 325.

327 Avignon, 25 juillet 1317.

Raymbaldo de Rechignevoisin, archidiacono Avalonensi in ecclesia Eduensi idem stipendium pro eodem assignat (Reg. 110, p. II, fol. 19 v°, c. 103 et 659 ; — Reg. 63, cur. fol. 408, c. 356 et 1435.)

« *Dilecto filio Raymbaldo de Rechigneroysin, archidiacono Avalonensi, in ecclesia Eduensi.* Cum de dilectorum — Dat. ut in eadem[1]. »

[1] N° 325.

328 Avignon, 26 juillet [1317].

Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano, ut Arnaldum de « Villaribus » ceterosque quos captivos detinet ad curiam apostolicam sub fida custodia transmittat. (Reg. 109, fol 78, c. 335 ; — Reg. 110, p. I, fol. 57 v°, c. 188 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 203, n° 132[1].)

« *Dilecto filio nobili viro Guiardo Guidonis, militi, senescallo Tholosano.* Miranter audivimus quod tu, qui veluti regii beneplaciti sedulus prosecutor in omnibus contingentibus statum nostrum per te tuosque ministros genti nostre promptum ac propitium hactenus exhibuisti favorem, unde tibi et tuis nostram benivolentiam vendicaras, nunc, sicut ad nos est insinuatione recenti perlatum, a laudabiliter inceptorum continuatione desistis, difficultatis ingerendo prepedia quominus Arnaldus de Villaribus et ceteri, quos detines ex causa nos concernente captivos, ad nostrum carcerem adducantur. Quocirca nobilitatem tuam requirimus et hortamur quatenus, prudenter attento quid justitie debitum exigat, quid expediat regio tuoque congruenter honori, quid etiam in hac parte de regie celsitudinis voluntate procedat, dictum Arnaldum ceterosque captivos ex causa predicta detentos ad nos cures statim sub custodia sic tuta sicque fida transmittere, quod de illorum fuga nullum possit evenire sinistrum, per quod videaris noxiorum evasioni aliquatenus consentire. Dat. Avinione, VII kal. augusti[2]. »

[1] Avec la date du 26 juillet 1317-1320.

[2] Cette lettre est antérieure au 11 octobre 1317 (n° 408) puisqu'à cette date il avait été répondu au désir de Jean XXII, et que les prisonniers se trouvaient à Avignon. Voyez, pour la même affaire, n° 245, et, au sujet de Guiard Gui, n° 408, note.

329 27 juillet [1317].

Carolo, comiti Marchiæ, qui ad ulciscendum conspirationem contra ipsum cardinalesque commissam se obtulerat gratias agit eumque de facto Petri de Mortuomari necnon de nonnullis clericos et cancellarium ejus tangentibus certiorem facit. (Reg. 109, fol. 72, c. 316 ; — Reg. 110, p. I, fol. 90, c. 320.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Per tue magnitudinis litteras, quas nuper lete suscepimus, nobis intimare curasti quod, licet nephandis rumoribus ad te multorum assertione perlatis de presumptis in necem nostram machinationibus reprobis, tue conscientie puritas, tanti sceleris imposturam abhorrens, juxta credulitatis assensum inclinari non potuerit ; invalescente tamen fama, quin potius infamia super hiis crebrescente, contra tanti flagitii presumptores, animus tuus irritatus incanduit, et ipsum ad vindictam fervor filialis devotionis accendit, sic ut nedum sategeris suadere quod rei puniantur pro magnitudine criminis, quin etiam ad id obtuleris tui favoris auxilium, teque propterea in manu potenti et brachio extento subjunxeris ad nostram libenter presentiam accessurum. Sane, fili, quod mens tua, cui tanti claritas generis talium facinorum detestationem indicit ea non potuit de facili credere non miramur. Est etenim quasi omni verisimilitudine destitutum in patrem filios sic armari, sic erigi subjectos in dominum et ad ejus interitum aspirare. Sed ut cujusvis dubitationis scrupulum a corde tuo super hoc auferat detectio veritatis, scire te facimus quod nonnulli degeneres filii ac proditores iniqui, in nos et aliquos ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus conspiratione commissa, dolum conceperunt ut perderent, et ut iniquitatem parerent, potiones et imagines paraverunt, ad extinguendum nos et fratres eosdem oportunitatibus sepius perquisitis[1]. Ille tamen in cujus potestate hominis mors et vita consistit, misericorditer resistentie manum apposuit, et a nocere nitentibus noceri innoxiis non permisit. Porro de liberali oblatione tua grates tibi non indebitas referentes, et oblationem acceptam habemus, et acceptamus oblatam, illa cum locus aderit usuri tanto securius, quanto id promptius atque sincerius prout

persuadet ingenita tibi nobilitas offerri [videmus]. Ceterum, fili, nulli quesumus tibi falso suadere nitenti fidem adhibeas, quod nos qui cunctos tuis assistentes consiliis tuave dirigentes agenda, nisi aliud exigerent eorum forte demerita, paterno prosequi favore disponimur, contra eos injuste quomodolibet moveamur, quod nos propter Petrum de Mortuomari noveris premisisse, contra quem equidem non ideo quod tuis interesset quandoque consiliis procedi mandavimus, sed quia eum rebellem, contumacem et iniquum judicem reputamus; eo namque tempore quo Caturcensis officialatus gessit officium, magistri sui Hugonis Giraldi, olim Caturcensis episcopi[2], sequutus reproba imitatione vestigia, multos gravavit et oppressit indebite, et alias se gessit in eodem officio perperam et inique. Et utinam, fili, eum ex nunc ad tua consilia vel ad tue familiaritatis participium non admittas. Non enim tibi desunt alii, quorum salubri consilio dirigi poteris utiliter in agendis. Et verendum est ne, si sequereris Petri predicti consilium, finaliter invenies te deceptum. Denique si petitiones clericorum tuorum ad exauditionis gratiam non duximus admittendas tua, quesumus, magnitudo moleste non ferat, presertim cum jam binis vicibus nos tibi liberales exhibuerimus in hac parte, sic enim ecclesias hucusque gravavimus, quod gravaminibus earum adicere hiis temporibus abhorremus; nichilominus tamen cancellario tuo[3], tue intercessionis obtentu, canonicatum et prebendam concessimus in ecclesia Carnotensi. Dat. Avinione, VI kal. augusti[4]. »

[1] Il s'agit ici de la conspiration qui eut lieu en 1317 et dont l'existence était déjà connue de Jean XXII au mois d'avril, comme nous le voyons par les lettres qu'il écrivit alors à ce sujet (n°s 172, 182).

[2] Hugues Géraud, d'abord suspendu et interdit, fut ensuite déposé et condamné à la prison perpétuelle le 18 mai 1317 (n°s 234, 235).

[3] Guillaume de Flavacourt, nommé plus tard évêque de Viviers (Voyez n° 664, note).

[4] Cf. Charles de la Marche avait dû écrire, on le voit, peu de temps après la découverte de la conspiration ci-dessus mentionnée. Nous attribuons donc la réponse du pape à la même année.

330 27 juillet 1317.

Philippo, regi Franciæ, respondet se ad executionem divisionis Tolosani, Albiensis et Claromontensis episcopatuum jam processisse moramque magistri Radulphi de Perellis excusat. (Reg. 110, p. I, fol. 66 v°, c. 227.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Per litteras tuas, affectu consueto receptas, nos instantius requisisti quod in negotio Tholosani, Albiensis, Claromontensis episcopatuum nollemus ad aliquid ultra procedere donec dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, clericum et secretarium tuum[1], quem ad te venturum de propinquo credebas, super ipso negotio audivisses et eo audito, solennes tui nuntii[2] quorum missionem propterea differebas, ad nostram presentiam accessissent. Sane, fili carissime, divisionem ipsam factam de omnium fratrum nostrorum concordi consilio, et causas etiam aliquas que nostrum et fratrum ipsorum animos ad id rationabiliter induxerunt per alias nostras litteras[3], quas jam te recepisse indubie credimus, celsitudini tue providimus intimandas; et hujusmodi litteras disposueramus tibi per ipsum clericum mittere[4], teque per eum super hiis plenius informare, quando gravis morbus eum arripuit, cujus equidem morbi malitia de ipsius salute judicia medicorum dubitare coegit, nec adhuc adeo convaluit idem clericus ut vires equitandi resumpserit, quin immo ea ipsum debilitas detinet quod sine gravi discrimine tenera membra exponere labori non posset, propter quod non videtur nobis expediens quod in nuntiorum missione solennium ipsius clerici prestoleris adventum. Nos autem nolentes maledictum incurrere quod Scriptura opus Dei negligenter agentibus comminatur, ad executionem divisionis ipsius quam ad divini cultus augmentum tuamque salutem ac christianissimi regni tui tranquillitatem et pacem non ambigimus redundare, jam processeramus ante receptionem litterarum ipsarum, singulis episcopatibus de ydoneis providendo personis que jam titulo electorum (*sic*) utuntur, ac mandando limitari dioceses et electis congruos redditus assignari et alia fieri que ad perfectionem divisionis ipsius oportuna noscuntur[5]. Dat. VI kal. augusti[6]. »

[1] Voyez, au sujet de ce personnage, n° 72, note 1.

[2] Cette ambassade solennelle dont l'arrivée fut longtemps attendue à la cour pontificale (Voy. n°s 301, 360, 361), eut lieu à la fin de 1317 et quitta Avignon au mois de mars

de l'année suivante (nos 510-512, 523-525). Elle comprit les évêques de Mende, de Laon, Henri de Sully (Voyez no 361), auxquels il faut ajouter l'évêque du Puy, le comte de Clermont et le comte de Forez (Beugnot, *les Olim*, t. III, p. 1273, no LIV ; — M. Fournier, *les statuts et privilèges des Universités françaises*, t. II, p. 26, no 918 *bis*). Nous savons que Raoul de Pereaus se trouva en même temps auprès du pape, qui avait d'ailleurs réclamé sa présence (nos 360, 511, 523), ainsi que Pierre de Galart, maître des arbalétriers, dont le compte détaillé (Bib. nat., ms. fr., 23256, fol. 34-37; — cf. P. Lehugeur, *Histoire de Philippe le Long*, t. I, p. 125, note 5), nous donne la durée du séjour de Henri de Sully, depuis le 16 décembre 1317 qu'il fallut « aler encontre monseigneur de Sully » (Bib. nat., *ms. cit.*, fol. 34), jusqu'au 21 mars 1318 « que monseigneur de Sully parti », (*ib.*, fol. 37; voyez aussi ci-après, no 510). On verra que les évêques de Mende et de Laon étaient partis avant lui (no 525, note). Ces envoyés traitèrent spécialement de la question de Flandre (nos 491, 492), des demandes de subsides (nos 471, 505, 530), du paiement du douaire de la reine Clémence (no 476) et de la Croisade (no 511). Le sire de Sully revint une seconde fois à Avignon à la fin de l'année (Voyez no 830, note 1).

[3] 7 et 9 juillet 1317 (nos 284, 298).

[4] Il était sur le point de partir vers le 9 juillet 1317 (Voyez no 297).

[5] Voyez les lettres du 11 et du 12 juillet 1317 (nos 304, 305, 307-311).

[6] Cf. Cette lettre, on le voit par les paroles du pape, a suivi de près celles que nous mentionnons dans les notes précédentes; elle doit donc être attribuée à la même année.

331 Avignon, 29 juillet [1317].

Roberto, comiti Flandriæ, petitiones ab abbate monasterii de Dunis, Cisterciensis ordinis et collegis ejus, dicti comitis nuntiis præsentatas, quoad præsens, ratione discordiæ cum rege Franciæ, admitti non posse respondet. (Reg. 109, fol. 81 v°, c. 348; — Reg. 110 p. I, fol. 74 v°, c. 260; — de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 296, no 315.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Litteras tuas per dilectos filios abbatem monasterii de Dunis, Cistertiensis ordinis et alios collegas ipsius, nuntios tuos, exhibitores earum, nobis noviter presentatas, benigno affectu suscepimus, et que dicti nuntii pro parte tua nobis exponere voluerunt intelleximus diligenter. Sane, fili, petitionibus tuis, nobis per nuntios eosdem oblatis, assensum decenter accomodare nequivimus, cum earum alique, sine alterius injuria, exaudiri nequiverint, et earum reliquas admitti vetuerint earum pro quibus fiebant inhabilitas personarum que capaces gratiarum existere, quantum est de presenti non possunt. Porro dum tempus acceptabile diesque salutis advenerit; cum ille, cujus pax exsuperat omnem sensum, tuum et tuorum corda tangente Flandrensium, desiderata concordia inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et te ac tuos fuerit, ut cupimus, solido munimine roborata, cum, per id, demum de inhabilibus et non capacibus facti fuerint habiles et capaces, in petitis et aliis disponimus exhuberanter tuis votis annuere, et in quibus cum Deo poterimus, nos tibi et tuis favorabiles exhibere. Fac itaque ut petitiones tuas hujusmodi omissas non extimare valeas, sed admissas cum, si per te non steterit, eas in gratiosum et gratum tibi, premissi oportunitate temporis ingruente, producere disponamus effectum. Dat. IIII kal. augusti[1]. »

[1] La date *anno primo* se trouve dans l'acte publié par Limburg Stirum, d'après les chartes des comtes de Flandre, no 1328.

332 [Avignon, 29 juillet 1317.]

Roberto, prædicti comitis filio, simili modo pro dispensatione suo nomine ab eisdem nuntiis præsentata. (Reg. 109, fol. 82, c, 349; — Reg. 110, p. I, fol. 74 v°, c. 261.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, nato dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Litteras tuas per dilectos filios abbatem monasterii de Dunis, Cistertiensis ordinis et alios collegas ipsius nobis noviter presentatas benigno affectu suscepimus, et que dicti college pro parte tua nobis exponere voluerunt intelleximus diligenter. Sane, fili, cum omnia tempus habere noscantur, et in petendo ac indulgendo debet conditio temporis prudenter adverti, propter quod nobilitas tua ferre moleste non debet si expeditionem dispensationis tuo nomine per collegas eosdem a nobis oportune et importune petite suspendimus, suo tempore concedendam. Tuum igitur erit procurare congruentiam temporis que quidem aderit, si eo cujus in pace factus est locus, genitoris tui, tuum et aliorum etiam corda tangente Flandrensium, desideratam toti

mundo concordiam inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ac genitorem tuum, te et Flandrenses eosdem pro certo sciverimus solido munimine roboratam, tunc etenim nedum in concessione dispensationis ipsius disponimus tuis votis annuere, quin etiam in aliis quantum cum Deo poterimus nos tibi et tuis favorabiles exhibere. Procura ergo solerter et promove confirmationem pacis hujusmodi, et ex tunc mitte pro expeditione dispensationis hujusmodi cum fiducia tam ea quam alia que honeste petieris obtinendi. Dat. etc. ut supra[1]. »

[1] N° 331.

333 Avignon, 30 juillet [1317].

Philippo, regi Franciæ, ut gravamina ab officialibus regalibus domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani illata cessare faciat fidemque magistro Gaufrido de Plexeyo adhibeat. (Reg. 109, fol. 82 v°, c. 354; — Reg. 110, p. ii, fol. 27, c. 130 et 686; — Arch. nat., J. 704. n° 189, orig. scellé sur chanvre. — S. Pauli, *Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano*, t. II, p. 60, n° xli.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Per tue magnitudinis litteras nuper nobis domum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani propensius recommendans, cum instantia supplicasti ut cum domus ipsa a tempore magistri nunc presidentis eidem, per incuriam et defectum eorum quos idem magister in locis et prioratibus dicte domus in regno tuo indiscrete prefecit, ad tante attenuationis et desolationis precipitium sit adducta, et tot etiam et tantorum oppressa sit onere debitorum, quod nisi Sedes apostolica de remedio oportuno provideat, vix adicere poterit ut resurgat, de predictis vellemus veritatem inquiri diligentius facere et demum eidem domui adversus subversionis imminentis sibi periculum salubriter providere, preficiendo videlicet locis et prioratibus antedictis viros ydoneos et de regno Francie oriondos, qui tibi et patrie adeo debeant esse grati, quod ad tuitionem locorum, personarum et bonorum suorum ac jurium te mereantur invenire paratum, personis nichilominus dilectorum filiorum fratrum Symonis Ratti et Odonis de Monteacuto nobis efficaciter commendatis. Sane, fili carissime, quod domui predicte compateris, quod pro ea ergo nos vices intercessoris assumis gratum et placidum gerimus, et licet ante tue hujusmodi intercessionis instantiam cepissemus ad reparationem dicte domus intendere, ex nunc tamen tue supplicationis obtentu reparationem hujusmodi ferventius promovere disponimus, sperantes in Domino quod si tu ipse qui supplicas nobis in hac parte cohoperari volueris, felix et votivus sequetur effectus. Ecce, fili, bona domus ejusdem pro debitis ad que solvenda ipsa de presenti non sufficit, per officiales tuos nedum ad manus ponuntur regie curie, quin etiam servientibus et garcionibus pro eorum salariis consumenda inhumane traduntur, et quod deberet in solutionem cedere debitorum, lucrifaciunt servientes hujusmodi. Unde domus predicte conditio evidenter noscitur pejorari. Sunt etiam nonnulli tui tuorumve familiares officialium qui domos ab hiis qui eas concedere nequiverunt veluti apostolice prohibitionis edicto vetante receptas, sub favore regio retinent, unde ipsi domui multa detrimenta parantur. Hec ergo gravamina si compatienter attendere, si ad ea corrigenda[1] manum correctionis apponere placeat, domus ipsa non levis reparationis incrementa presentiet et demum sub providorum gubernatione priorum ab imminenti ruina resurget. Rogamus itaque celsitudinem regiam et per illius cujus dedicata est domus ipsa servitiis misericordiam obsecramus quatinus, si cupis eidem domui consuli, si eam desideras utiliter reparari, illud velis in premissis adhibere remedium per quod cessent predicta gravamina, et per quod etiam dicta domus cum minori possit incommodo solvere debita hucusque contracta. Nos autem tuis precibus annuentes, predictos fratres priores in regno tuo prefecimus quos equidem utiles et fideles existere et sub quorum gubernatione provida domum ipsam reformari speramus. Denique super premissis quedam tibi pro parte nostra referenda dilecto filio magistro Gaufrido de Plexeio, canonico Parisiensi, notario nostro, commisimus cui fidem in illis credulam adhiberi ejus non ignota tibi fidelitas impetrabit. Dat. Avinione, iii kal. augusti[2]. »

[1] Corrigé dans l'original *reformanda*.

[2] La date de l'année est donnée par l'original conservé aux Archives nationales et par S. Pauli d'après les archives de l'Ordre.

334 Avignon, 1 août 1317.

Petro Baudeti, rectori ecclesiæ de Heremo, Tolosanæ diocesis, procuratori et instructori penes Bartholomeum, abbatem monasterii Electensis et collegas ejus [1] in divisione quondam episcopatus Tolosani ab Apostolica Sede constituto, stipendium quindecim turonensium argenti assignat. (Reg. 63, cur. fol. 372, c. 154 et 1164; fol. 398 v°, c. 324 et 1402.)

« *Dilecto filio Petro Bodeti* [2], *rectori ecclesie de Heremo, Tholosane diocesis*. Cum de tua — Dat. Avinione, kalendis augusti, anno primo. »

[1] Voyez n°s 307, 324-327.
[2] On trouve aussi : *Baudeti*.

335 Avignon, 1 août 1317.

Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono Turonensi, concedit ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica in archidiaconatu suo ecclesiæ Turonensis per alium visitare possit. (Reg. 63, cur, fol. 399 v°, c. 326 et 1404.)

« *Dilecto fili[o] Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono Turonensi etc.* Quanto Romanam Ecclesiam — Dat. Avinione, kalendis augusti, anno primo. »

336 Avignon, 1 août 1317.

In e. m. episcopo Atrebatensi et magistris Petro de Pratis, Xanctonensi, capellano apostolico et Raymundo Juvenis, Petragoricensi canonicis, executoribus, de eodem (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, p. c. 326 et 1404.)

337 Avignon, 1 août 1317.

Præfato cardinali idem concedit in archidiaconatu suo Mimatensi. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, c. 327 et 1405.)

« *Dilecto filio Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono Mimatensi*. Quanto Romana Ecclesia — Dat. ut supra. »

338 Avignon, 1 août 1317.

In e. m. præfato episcopo Atrebatensi cœterisque executoribus ut supra. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, p. c. 327 et 1405.)

339 Avignon, 1 août 1317.

Præfato cardinali idem concedit in archidiaconatu suo Xanctonensi. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, c. 328.)

« *Dilecto filio Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono Xanctonensi etc.* Quanto Romana etc. — Dat. ut supra. »

340 Avignon, 1 août 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, præposito Mimatensi ac archidiacono Vivariensi, executoribus. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, p. c. 328.)

341 Avignon, 1 août 1317.

Præfato cardinali idem concedit in archidiaconatu suo sancti Sereni, in ecclesia Caturcensi. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, c. 328.)

« *Dilecto filio Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono sancti Sereni in ecclesia Caturcensi etc.* Quanto Romana Ecclesia — Dat. ut supra. »

342 Avignon, 1 août 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, archidiacono Vivariensi ac præposito Mimatensi, executoribus. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, p. c. 328.)

343 Avignon, 1 août 1317.

Præfato cardinali idem concedit in archidiaconatu suo Bruxellensi, in ecclesia Cameracensi. (Reg. 63, cur. fol. 399 v°, c. 329.)

« *Dilecto filio Arnaldo, sancti Eustachii diacono cardinali, archidiacono Bruxellensi in ecclesia Cameracensi etc.* Quanto Romana etc. — Dat. ut supra. »

314 Avignon, 1 août 1317.

In e. m. episcopo Lemovicensi, præposito Mimatensi ac archidiacono Vivariensi, executoribus. (Reg. 63, fol. 399 v°, p. c. 329.)

315 Avignon, 1 août 1317.

Deputandis ad conservationem reddituum quondam episcopatus Tolosani mandat ut Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, Ayquelino, Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoisin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, Petro Durandi, de Cautio et Petro Baudeti, de Heremo ecclesiarum rectoribus, Carcassonensis et Tolosanæ diocesum, stipendia debita quamdiu negotia dicti quondam episcopatus Tolosani gesserint assignent. (Reg. 63, cur. fol. 408 v°, c. 358 et 1437.)

« *Dilectis filiis..., deputando seu deputandis auctoritate apostolica ad conservationem fructuum, proventuum et redituum quondam episcopatus Tholosani per dilectum filium Bartholomeum, abbatem monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis et collegas ipsius, nostros et apostolice Sedis nuntios.* Cum nos de — Dat. Avinione, kalendis augusti, anno primo. »

316 Avignon, 2 août 1317.

Omnes ordinationem de quondam episcopatus Tolosani factam turbantes aut impedientes, officiis et beneficiis quibuscumque spiritualibus temporalibusque privatos decernit. (Reg. 63, cur. fol. 408 v°, c. 359 et 1438; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 11 v°, pars ii, c. 3; — Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. III, tit. ii, c. 6.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Nuper certis ex — Dat. Avinione, iii nonas augusti, anno primo. »

317 Avignon, 2 août 1317.

In e. m. Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, Ayquelino de Blavia, Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoisin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis ac magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, ut prædictam privationem publicent. (Reg. 63, cur. fol. 409, c. 359 et 1438; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 12, pars ii, p. c. 3; — Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. III, tit. ii, c. 7 [1].)

[1] Dans les Extravagantes cette pièce porte la date : ii *idus novembris, pontificatus anno octavo ;* le nom seul des destinataires dont la mission, datant de juillet 1317, était terminée le 5 septembre 1318 (nos 307, 324-327, 698-702) et surtout le titre d'abbé d'Alet suffisent à prouver qu'il y a là une grossière erreur (Voyez, à ce sujet, n° 235, note 1).

318 Avignon, 5 août 1317.

Ademario Roberti ut bona Hugonis Geraldi, olim episcopi Caturcensis, in Caturcensi, Lemovicensi et Petragoricensi diocesibus partibusque vicinis et specialiter manerium de Belloloco, situm juxta villam de Noalha, Petragoricensis diocesis, quod Helias Geraldi, præfati Hugonis frater ejus nomine tenebat, requirat et vendat, prætium pro satisfactione conquerentium apostolicæ cameræ assignet et contra ejusdem Hugonis familiares inquirat. (Reg. 110, p. ii, fol. 84, c. 382 et 1026; — Reg. 63, cur. fol. 399, c. 325 et 1403.)

« *Dilecto filio Ademario Roberti, canonico Caturcensi, salutem.* Ex apostolice servitutis — Dat. Avinione, nonis augusti, pontificatus nostri anno primo. »

319 [12 ou 13 janvier — 13 août 1317.]

Carolo, comiti Valesii, qui in Andegaviam se contulerat, ne Philippo, regi Franciæ, surgentibus periculis, assistentiam subtrahat. (Reg. 109, fol. 19, c. 79.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Singularis, fili, ad personam tuam nos urget affectio, singularis ad inclitum regem Francie cujus natale solum nos esse non sinit immemores efficit caritas ut, in hiis que decori tue magnitudinis arguunt et tam tua quam ipsius regni respiciunt commoda, nil persuasisse sufficiens sed persuasis extimemus addendum. Sane pridem per alias nostras litteras [1] excitasse meminimus tue diligentie studium ut prudenter attento quod te, veluti virum provectioris etatis inter ceteros de stirpe regia prodeuntes, circa ea que quietem et tranquillitatem dicti regni producerent vigilare decebat, instantius, in omnibus que conservationem status

pacifici et prosperi ejusdem regni concernerent te solerter curares impendere, presertim cum sive prospera, que utinam semper concedat Altissimus, sive adversa, quod absit, hoc tempore impacato contingerent, ea tibi mundus ascribere niteretur. Et licet in hiis prout persuadet ingenita tibi nobilitas, laudabiliter egeris, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, tam eo tempore quo regentis gerebat officium, quam ex quo regni Francie diadema suscepit, sic viriliter, sic efficaciter assistendo quod merito commendari mereris, de hoc tamen nobis et multis aliis tuum zelantibus commodum et honorem materia admirationis ingeritur quod imminentia turbationis pericula non ignorans, tuam eidem regi assistentiam subtraxisse videris, te in Andegaviam conferendo; propter quod continere non possumus quin te, tui honoris obtentu, super hoc paternis affatibus alloquamur. Considera itaque, fili, considera surgentis in regno predicto turbinis fremitum, et profecto reperies statum ejus non leviter exinde concussum. Considera quantum tua et tuorum intersit, quantum te ac illos deceat ipsius regni tuitionem assumere, ipsumque a discriminibus preservare. Considera quod si te in tanta necessitate quomodolibet retrahis, nedum persecutorum adicis viribus, quin etiam per exempli perniciem corda fidelium concutis, et te linguis obloquentium lacerandum exponis. Considera quod rex ipse utique nepos tuus in hac precipue sui novitate regiminis tuo non est destituendus consilio nec directione frustrandus. Non ergo, fili, quesumus eisdem regi et regno tuum aliquatenus subducas suffragium, sed in Franciam gressu concito rediens, in prosperis et adversis, nil omisso de contingentibus, perseveranter eidem assistas[2]. »

[1] 5 septembre 1316 (n° 6 ; voyez aussi n° 174, note 7).

[2] Cf. Charles de Valois, on le voit par ce document et par le suivant, avait assisté au sacre de Philippe V qui eut lieu au commencement de janvier 1317 (Voyez n° 114, note 4) et lui avait prêté hommage, mais il ne tarda pas à s'éloigner de la cour. En effet les termes *in novitate regiminis*, que l'on trouve dans la lettre publiée ci-dessus, montrent bien que cette lettre a été écrite au début du règne de Philippe V et dans le but d'apaiser les difficultés qui surgirent alors (Voyez, n° 293, note 1). Comme, d'autre part, il y est fait allusion, le 13 août 1317 (n° 351), on peut conclure qu'elle est antérieure à cette date.

350 [1317, avant le 13 août.]

Præfatum Philippum regem hortatur ut eumdem Carolum comitem Valesii ad se favoribus adtrahat ejusque consiliis utatur. (Reg. 109, fol. 19 v°, c. 80.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Singularitas caritatis affectionisque paterne quam ad te et regnum tuum inclitum Francie, cujus natale solum nos esse non sinit immemores, habemus et habere disponimus in futurum, nos attente solicitat et solerter inducit ut que tibi et ipsi regno expedientia credimus non pretereamus silentio, sed sinceris affectibus suggeramus. Sane nosti, fili carissime, quam laudabiliter, quam constanter dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie regis Francie filius, comes Valesii, patruus tuus, prout persuadet ingenita sibi nobilitas, tibi tam eo tempore quo regentis gerebas officium, quam ex quo recepisti regni Francie diadema et etiam in susceptione illius ubilibet astitit, quam fideliter etiam in prestationibus homagiorum et aliis bonum ceteris exemplum prebendo se gessit, sed et illud etiam quod patruus ipse tuus, tanquam vir provectioris etatis inter ceteros de stirpe regia prodeuntes, est potiori colendus honore, eoque favorabilius prosequendus quo ejus assistentia tibi utilior et directio salubriter hoc presertim inpacato tempore esse potest, ut ex tua et illius unanimitate facilius consternentur corda rebellium, et cornua confringantur qui ex qualicunque, quod absit, suspitione contrarii vim assumerent et in sua duritia pertinatius perdurarent. Tue igitur celsitudini, tuorum comodi et honoris obtentu paterno suademus affectu quatinus, premissis omnibus gratanter attentis, dictum comitem a te quomodolibet elongari non sinas, quin potius gratiis et favoribus attrahas ad continuum tui lateris comitatum, attractum, ut condecet, venereris, ejus in tuis et regni negotiis utaris directionibus atque consiliis, et causam tuam cum eo ut amico vero pertractes juxta consilium sapientis, nil libenter dissimulaturus per quod rationabiliter debeat provocari. Ipse namque tibi nequibit, jure sanguinis et zelo regni prohibente, deficere, ipse tua et regni predicti feliciter dirigendo ac promovendo negotia, suum se interesse prosequi reputabit veluti qui, te stante,

stabit, et caderet quod advertat (*sic*) Altissimus, te cadente[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

351 Avignon, 13 août [1317].

Carolum, comitem Valesii, de elongatione sua a Philippi, regis Franciæ, curia vituperat eumque iterum rogat ut eidem regi assistat. (Reg. 109, fol. 97, c. 409; — Reg. 110, p. i, fol. 51, c. 165.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Ex illius exuberantia caritatis que ad dilectum nescit otiosa subsistere, set adeo profectioni inhiat ut etiam defectum extimet substitisse, procedit quod tibi, tui honoris, tueque, nisi fallimur, utilitatis intuitu, paterno totiens suadeamus affectu, ut carissimum in Christo filium nostrum Philippum, Francie et Navarre regem illustrem, nepotem tuum, presertim in hujus sui regiminis novitate in qua nonnulle difficultates imminere videntur, salubriter dirigas, ejus assistas jugiter lateri, fida impensurus sibi consilia, et rebellium ac emulorum quorumcunque conatibus congruis remediis occursurus[1]. Et utinam, fili, prudenter et diligenter velis advertere quantum tibi et tuis expediat ipsius regis et christianissimi regni sui negotia feliciter dirigi, et quantum ut nullis concutiantur adversitatibus, tuis congruat comodo et honori. Et profecto, ut credimus, patenter invenies, quod in cunctis que regii status quietem impetunt vel animum scandalizant, eadem quasi debes turbationis mensura contingi qua afficereris in propriis detrimentis, et nunc precipue cum ab ipsius regis subditis contra regalis excellentie decus quevis parari videtur occasio vel causa quelibet sinistre suspitionis insurgere aut aliquid regii nominis derogativum oriri. Si hec, fili, meditatione qua convenit revolvas in animo, non tuam eidem regi assistentiam subtrahes, non sibi tue directionis auxilium in oportunitatibus subduces, non ejus elongabis, ut hactenus curiam, quin immo regiam prosequaris jugiter comitivam quod et nos ut tue fame consulas, ut decentie tue provideas et honori, ut fidelitatis et naturalitatis exolvas debitum, ut murmur vulgaris oblocutionis evites, omni quo possumus studio tue magnitudini suademus. Dat. Avinione, xiii die augusti[2]. »

[1] Voyez n° 349.

[2] Cf. Cette lettre, comme celle qui est mentionnée dans la note précédente, a été écrite au début du règne de Philippe V et à l'occasion des mêmes événements; elle est donc de 1317. Au sujet de la date du quantième, voyez n° 78, note 2.

352 Avignon, 13 août [1317].

Carolum, comitem Marchiae, iterum hortatur ut dictum Philippum, regem, germanum suum, revereatur et diligat. (Reg. 109, fol. 97, c. 410; — Reg. 110, p. i, fol. 52, c. 171.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Optamus fili, sicut alias tibi scripsisse meminimus[1], quod in tue juventutis auspiciis circa ea que tuo sunt placida Creatori te solerter exercens et hiis que tue decentie congruunt et honori prudenter intendens, carissimum in Christo filium nostrum Philippum, Francie et Navarre regem illustrem, fratrem tuum, reverearis ut dominum et diligas ut germanum, ut inveniaris, juxta quod indicit ingenita tibi nobilitas, debitum fidelitatis exsolvere, et jura sanguinis custodire. Ut igitur paternis desideriis satisfacias in hac parte, ut tue fame consulas, ut rem utiliter tuam geras, ut fidelitatis et naturalitatis exsolvas debitum, ut murmur vulgaris oblocutionis evites, sicut iterum sic et affectuosius nobilitatem tuam rogandam providimus et hortandam, sano nichilominus consilio suadentes quatinus prudenter attento quod in prosperis et adversis regem contingentibus antefatum, ex ratione conjungeris, non tuam eidem regi assistentiam subtrahas, non te sibi in oportunitate subducas, non ut hactenus suam elonges curiam, quin immo ejus prosequeris sedule comitivam, exhibeas te sibi in vera humilitate fratrem et subditum, et ipse tibi ut credimus non solum seipsum regem exhibebit et dominum, sed in omni mansuetudine et caritate fraterno te colet affectu. Per hoc, fili, ei cui est fratrum concordia placida placebis indubie, nostrum et apostolice Sedis favorem tibi vendicabis uberius, et ab ipso rege prosecutiones ampliores et gratias reportabis. Datum Avinione, xiii die augusti[2]. »

[1] 29 avril et 22 juin 1317 (nos 208, 209, 287).
[2] Cf. Cette lettre est antérieure au 7 mars 1318, puisqu'à cette époque la réconciliation de Charles de la Marche avec son frère était faite et connue à Avignon (nos 488, 489). Voyez, au sujet de ce mode de dater no 78, note 2.

353 Avignon, 13 août 1317.

Episcopatum Pictavensem in tres dioceses dividit et Malleacensem ac Lucionensem villas in civitates erigit. (Reg. 110, p. ii, fol. 22 vo, c. 117 et 673; — Bib. Nat., ms. lat. 4114, fol. 52 vo, par. i, no 44; — Gallia Christiana, t. II, inst. col. 282, no iii eccl. Malleacensis; — Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t. III, par. ii, p. 152.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Salvator noster cujus — Dat. Avinione, idus augusti, pontificatus nostri anno primo. »

354 Avignon, 13 août [1317].

Philippo, regi Franciæ, ad instar concessionis ab Alexandro IV Ludovico, regi Franciæ, olim factæ, indulget ut dum monasteria vel alia loca religiosa cujuscumque ordinis causa devotionis eum ingredi contigerit, possit fratres Prædicatores et Minores qui in sua fuerint comitiva secum introducere. (Reg. 110, p. ii, fol. 60, c. 283 et 928.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Tuis votis illis — Dat. Avinione, idus augusti[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne renferme aucune date d'année, mais nous croyons devoir la rapprocher des vingt et un privilèges analogues qui furent accordés à Philippe V ou confirmés en sa faveur le 13 août 1317 (Voy. A. Tardif, *Privilèges accordés à la couronne de France par le Saint Siège* dans la *Collection des documents inédits*, Paris, 1855, p. 135-154, nos clv-clxxv. Nous voyons qu'il y est fait allusion dans une autre lettre de Jean XXII (no 360).

355 Avignon, 13 août 1317.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, præbendam in ecclesia Narbonensi per Rollandi Grossi, ejusdem ecclesiæ canonici, obitum vacantem confert. (Reg. 63, cur. fol. 418 vo, c. 438 et 1517.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali.* Licet ad singulos — Dat. Avinione, idibus augusti, anno primo. »

356 Avignon, 13 août 1317.

In e. m. archiepiscopo Vivariensi et Raynaldo de sancta Arthemia, Petragoricensis ac Gerardo de Fayas, Magalonensis canonicis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (Reg. 63, cur. fol. 419, p. c. 438 et 1517.)

357 Avignon, 13 août 1317.

Villam Sarlatensem, quondam de diocesi Petragoricensi, in civitatem erigit[1]. (Reg. 63, cur. fol. 426, c. 479.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Salvator noster cujus — Dat. Avinione, idibus augusti, anno primo. »

[1] Voyez, sur le même sujet, no 470.

358 Avignon, 14 août [1317].

Carolum, comitem Valesii, iterum hortatur ut difficultatibus imminentibus, ad Philippum, regem Franciæ, redeat eique auxilium præbeat. (Reg. 110, p. i, fol. 51, c. 166.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Frequenter, fili, nunc verbo, nunc litteris tibi tui honoris tueque nisi fallimur utilitatis obtentu, paterne suasimus ut cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri, nepote tuo, in cujus prosperis et adversis ex ratione contingeris, unum esses in vinculo caritatis, ejus assisteres jugiter lateri, et tanquam vir maturioris etatis eum velles salubriter et sincere dirigere fidaque sibi consilia in oportunitate prebere. Hoc etenim reputabamus et reputamus indubie propinquitati sanguinis et naturalitatis exigentie consonum, tibi et tuis posse esse perutile, tue decentie congruum et divine majestati non ambigimus nec ambigebamus acceptum. Tu vero licet hujusmodi nostra salutaria monita reverenter excipiens, interdum in hiis laudabiliter egeris, nunc tamen ut vulgaris murmur obloquii predicat, aliter in hac parte egeris, dum tuam eidem regi se non retrahenti, ut dicitur, corporalem et ut per id multi conjiciunt, mentalem assistentiam subtrahis, dum sibi in oportu-

nitate subducis tue directionis auxilium, dum ejus elongas curiam, regii lateris raro prosequens comitivam. Quia igitur, dum exhortationibus seu monitionibus apud caros insistitur et si monenti quandoque per exauditionis inobedientiam resistatur, non est tamen a ceptis propterea resistendum, nos qui tuam salutem in hiis querimus, qui tuum promovere comodum et honorem et christianissimi regni Francie statum pacificum et tranquillum per hec nos procurare censemus, adhuc sedulis monitionibus insistentes, quo frequentius eo ferventius nobilitatem tuam monemus, rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri, tibi nichilominus in remissionem peccaminum injungentes quatinus, prudenter attento quantum tibi et tuis expediat ipsorum regis et regni negotia dirigi et quantum ut nullis concutiantur adversitatibus tuis congruat comodo et honori, quodque in cunctis que regii status quietem impetunt vel animum scandalizent, eadem quasi debet turbationis mensura contingi, qua afficereris in propriis detrimentis, et nunc precipue cum nonnulle difficultates imminere videntur et ab ipsius regis subditis contra regalis excellentie decus aliqua parari videtur occasio, vel causa quelibet sinistre suspitionis insurgere aut aliquid regii nominis derogativum oriri, ad ipsius regis curiam, ut condecet, celeriter redeas et eidem regi jugiter tanquam fidelis patruus, director utilis et fidus consultor assistas, ipsius regis et regni negotia solerter assumas veluti propria efficaciter promovenda, rebellium ac emulorum quorumcunque conatibus congruis remediis occursurus. Per hoc enim fame tue proinde consules, debitum fidelitatis et naturalitatis exsolves, vulgaris oblocutionis infamiam ac divinam vitabis offensam, nosque qui etiam antequam nobis facie notus esses, tui honoris incrementa dileximus, ad tua in casibus promovenda compendia longe sincerius et affectuosius inducemur. Dat. Avinione, xiiii die augusti[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est conçue dans des termes analogues à celle que l'on trouvera plus haut et traite des mêmes faits (n° 351). Nous pensons devoir l'en rapprocher et l'attribuer à la même année. Au sujet de ce mode de dater, voyez n° 78 note 2 et, à propos de Charles de Valois, n° 174, note 7.

359 Avignon, 19 août 1317.

Faydito Guiraudonis, rectori ecclesiæ de sancto Albino et Raymundo de Genebreda, canonico Caturcensis diocesis, mandat ut procurationes bonæ memoriæ Ægidio, archiepiscopo Bituricensi, ratione officii visitationis debitas et non solutas exigant. (Reg. 63, cur. fol. 410, c. 365 et 1444.)

« *Dilectis filiis Faydito Guiriodonis* (sic), *rectori ecclesie de sancto Albino, et Raymundo de Genebreda, canonico Caturcensis diocesis.* Dudum felicis recordationis — Dat. Avinione, xiiii kal. septembris, anno primo. »

360 Avignon, [22-23 août 1317].

Philippo, regi Franciæ, magistrum Radulphum de Perellis cujus moram excusat remittit et de concordia cum Clementia regina inita congratulatur. (Reg. 109, fol. 83, c. 355; — Reg. 110, p. I, fol. 8 v°, c. 22.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quod dilectus filius magister Radulfus de Perellis, consiliarius tuus nobisque devotus, suum tandiu distulit ad tuam presentiam reditum, eum merito debet habere tua sublimitas excusatum, otio namque hic immorando non torpuit, sed tua et regni tui negotia fideliter et discrete peregit. Et licet frequenter se disposuerit ad redeundum accingere, eum tamen tempore non pauco retinuit varia et incerta relatio de nuntiorum tuorum solemnium missione[1], et tandem cum auditis rumoribus de retardato nuntiorum ipsorum adventu, eundem ad te providissemus super aliquibus remittendum, ipsum sicut alias tibi scripsisse meminimus[2], gravis morbus qui eum usque modo abire comode non permisit. Nunc autem reddita sibi a Domino pristina sanitate, ipsum ad te remittimus tam de renovatione privilegiorum regalium[3] quam de aliis pro parte tua petitis, juxta quod honeste indulgere nos decuit, feliciter expeditum, cujus diligentiam, discretionem ac fidelitatem quas persepe probavimus operis commendabit effectus. Porro, fili carissime, nonnullos vidimus de regia curia redeuntes qui se nedum per aliquos ex tuis consiliariis indecenter et inhumane receptos, sed et de dilata, ne

dicamus impedita justitia querebantur, que quidem querela uti illos solummodo tangeret, et non exteros alios involveret et subjectos. Ex quibus non leve timentes imminere discrimen super illis et aliis etiam que scripto noluimus commendare, aliqua eidem magistro Radulpho de quo secure confidimus et confidis secreto commissimus per eum tibi pro parte nostra seriosius explicanda, cui fidem adhiberi credulam in relatis nota tibi et nobis non ignota ejus experta fidelitas impetrabit. Ceterum, quia idem magister Radulphus super commissa sibi credentia nos verbo plenius poterit in multis instruere quam alicujus insinuatio quantumvis seriosa scripture, communis utilitatis gratia suademus ut eum, sic in omnibus ad plenum instructum quod quantum fieri poterit tuam in illis presentiam representet, aut cum nuntiis tuis solennibus si e vestigio sunt venturi, aut sine eis si eorum adventus haberet forsitan retardari, cum omni qua poteris celeritate remittas[4]. Denique quod omnia que inter te et carissimam in Christo filiam nostram Clementiam, reginam Francie, hucusque poterant esse productiva discordie, per amabilem concordiam[5], sicut ex ipsius regine insinuatione nobis innotuit, sunt sopita, gratum habemus nimis et placidum, et ei qui concordiam in suis sublimibus operatur vitulum exolvimus labiorum, pietatem regiam obnixe rogantes quatinus reginam eandem ut sororem benivolentia fraterna pertractas, eam et ejus negotia dirigas et habeas, judicis viduarum intuitu et nostre si placet intercessionis obtentu, favorabiliter commendatam, ut proinde tibi a Deo proveniat pie actionis premium, et a nobis in tuis agendis que regina ipsa nobis efficaciter commendavit, plenioris si adjectionem possit plenitudo suscipere, merearis favoris augmentum. Datum Avinione, die [x]xiii augusti[6]. »

[1] Voyez, au sujet de cette ambassade, n° 330, note 2.

[2] 27 juillet 1317 (n° 330).

[3] Il s'agit évidemment ici des privilèges du 13 août, mentionnés plus haut (n° 354, note).

[4] On sait qu'en effet Raoul de Pereaus se retrouva à la cour pontificale avec les envoyés royaux (voyez n°s 511, 523, 525).

[5] Voyez le numéro suivant, note 2.

[6] *Die XII^a augusti*, dans le registre 110. D'après les notes 2 et 3 qui précèdent, on voit qu'il est impossible de sous-entendre le mot *kalendas* et que la leçon du registre 109 serait seule admissible; mais d'autres considérations nous amènent à modifier ces dates, comme on le verra à propos de la lettre suivante. Nous avons relevé plusieurs exemples de ce mode, anormal d'ailleurs, de dater les lettres pontificales (voyez n° 78, note 2).

361 Avignon, [22-23 août 1317].

Præfatæ Clementiæ reginæ de reconciliatione cum eodem Philippo rege congratulatur eique prædictum magistrum Radulphum de Perellis commendat. (Reg. 109, fol. 83, c. 356; — Reg. 110, p. ii, fol. 41 v°, c. 193 et 749.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustri.* Quod omnia que inter te et carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, hucusque poterant esse productiva discordie, per amabilem concordiam sopita fuisse scripsisti, gratum nimis habemus et placidum, et ei qui concordiam in suis sublimibus operatur vitulum exolvimus labiorum, venerabilium fratrum nostrorum G., Mimatensis et R., Laudunensis episcoporum et dilecti filii nobilis viri Henrici, domini Soliaci, qui circa pacificationem hujusmodi se impenderunt utiliter, ut scripsisti, diligentie studium multipliciter in Domino commendantes, circa quorum excusationem propter eorum ad nos retardatum adventum[1] te non oportet insistere, cum eorum moram regium mandatum evidenter excuset, in cujus habent venire vel remanere virtute — Ceterum, dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, consiliarium dicti regis nobisque devotum, exhibitorem presentium, tue celsitudini commendamus tanquam illum quem erga regem eundem in tuis et tuorum agendis utilem ut credimus experiri poteris servitorem. Dat. ut supra[2]. »

[1] Voyez n° 330, note 2.

[2] Cf. La lettre qui précède immédiatement celle-ci dans le registre 109 traitant des mêmes choses sous une forme à peu près analogue, nous pouvons tenir compte ici de la formule *ut supra* et leur attribuer la même date (Voyez n° 5 note), mais cette date ne saurait se concilier avec ce que Jean XXII dit de l'accord conclu entre le roi de France et la reine Clémence qu'à l'aide d'une supposition. En effet, Philippe V confirma, dans le courant du mois de juillet 1317 et notamment le 9, certaines donations que Louis X avait faites à sa femme Clémence (Arch. nat., J. 243, n° 34, orig.; — JJ. 53,

fol., 114, n° 270; — JJ. 54A, fol. 34 v°, nos 468, 469). Nous savons également que cette dernière, qui avait noué des relations avec les ennemis du roi de France, lui fit des excuses et se réconcilia avec lui, d'après deux lettres de Jean XXII, datées du 9 et du 16 juillet 1317 (nos 293, 317). S'agit-il, dans la lettre que nous publions ici, des actes précédents? Nous avons peine à le croire; le pape ayant écrit de nouveau le 27 juillet à Philippe V sans lui en parler (n° 330). Les termes mêmes qu'il emploie, les noms des personnages qu'il mentionne, nous autorisent, au contraire, à croire qu'il s'agit de l'accord solennel que nous avons déjà signalé (n° 233, note), et qui fut conclu le 15 août 1317, à Poissy, en présence des évêques de Laon, de Mende, de Henri de Sully, de « Raoul de Praelles, clerc » et d'autres témoins (ARCH. NAT., J. 1036, n° 7; — J. 1044, n° 22, orig. scellés). Il faut alors supposer que Jean XXII a été secrètement informé de cet accord avant la date du 15 août, ou bien que le scribe qui a copié la lettre a omis un chiffre et lire [x] XII ou [x] XIII au lieu de XII ou XIII (Voyez, au sujet de ces erreurs, n° 173, note 2). Cette dernière hypothèse nous semble préférable, et c'est celle que nous admettons, mais non sans réserve. On sait que Raoul de Pereaus était tombé malade vers le 27 juillet 1317, au moment de quitter la cour pontificale (n° 330). Il est impossible, d'après nos données, et même en admettant la date du 13 août (Voyez ci-devant, n° 360) qu'il se soit trouvé à Poissy le 15 suivant (Voyez n° 63, note). C'est pourquoi nous avons été amenés à le distinguer du Raoul de Presles qui a souscrit l'accord passé à cette dernière date (n° 72, note 1).

362 Avignon, 25 août 1317.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, quod usque ad quinquennium ecclesias et monasteria archidiaconatus Lesatensis, in ecclesia Tolosana per alium visitare possit. (REG. 63, cur. fol. 418, c. 437 et 1516.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali.* Quanto Romanam ecclesiam — Dat. Avinione, VIII kal. septembris, anno primo. »

363 Avignon, 25 août 1317.

In e. m. archidiacono Vivariensi, sacristæ Avinionensis ac Raynaldo de sancta Arthemia, canonico Petragoricensis ecclesiarum, executoribus, de eodem. (REG. 63, cur. fol. 418 v°, p. c. 436 et 1516.)

364 26 août [1317].

Philippum, regem Franciæ, ad pacis reformationem cum Flandrensibus, quorum procuratores Parisius venire debuerunt, præsertim intuitu passagii ultramarini, hortatur, nuntiatque ei se super hiis Valesii et Marchiæ comitibus necnon duci Burgundiæ scripsisse, eosque ad fidelitatem et obedientiam induxisse. (Reg. 110, p. I, fol. 27 v°, c. 86.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ex litteris venerabilis fratris nostri R., Bituricensis archiepiscopi, et dilecti filii fratris B. de Landora, magistri ordinis fratrum Predicatorum, electi Compostellani, nuntiorum nostrorum, nobis noviter presentatis accepimus qualiter in Flandria cum comite et comunitatibus aliquibus Flandrie habuerant super pace inter te et illos solidanda colloquium et qualiter reportaverant ab eisdem exinde responsum, et quod etiam in octavis festi Assumptionis beate Virginis[1], cum procuratoribus ipsorum comitis[2] et comunitatum debuerunt ipsi nuntii Parisius, coram presentia regia super hoc convenire. Sane, fili carissime, ut pronior ad pacem efficiaris hujusmodi, te prudenter advertere cupimus presentis malitiam temporis in quo nedum ab hostibus atque rebellibus tibi tuoque pacifico statui gravis difficultas ingeritur, quin etiam a multis qui tibi contra quoslibet discolas (*sic*) deberent unanimitate votorum assistere, materia scandali pernitiose parari videtur, qui equidem ab inceptis vix retrahi poterunt quamdiu hiis involutum turbinibus te videbunt, et qui dum immunis a guerrarum fueris strepitu, tibi, ut verisimiliter est sperandum, obedire cogentur in auris audita (*sic*). Illud quoque te pie optamus attendere quam videlicet Deo gratum quamque accedat acceptum, discriminibus animarum, periculis corporum, et lapsibus facultatum que pro[h] dolor, hucusque produxit Flandrensis guerre commotio, et que ipsius continuatio periculose minatur, per consolidationem predictam finem imponere, ac ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum gravaminibus, que in juribus, libertatibus et bonis earum in illis illata sunt partibus et inferuntur assidue, utiliter obviare, que nimirum Christus Dominus, verus sponsus Ecclesie, diu dissimulare non poterit, quin in eos sue severitatem ultionis exerceat, quos per impedimentum dicte pacis causam seu occasionem premissis prebere videbit. Set et hoc, quesumus, frequenter

in mente revolvas, quod tu qui laudabilis devotionis inflamatus affectu te ad crucifixi devovisti servitium, et ad ultramarinum passagium te et tua disponis impendere, ad id te parare non poteris, guerra predicta durante, nosque qui negotium ipsum cordi non mediocriter gerimus, et qui de illius prosecutione tractare tecum principaliter habemus, ut nosti, propter quod jam per annum anxii expectavimus tue inde beneplacitum voluntatis, et adhuc anxie expectationis tedio fatigamur, illud nobis reserari celeriter avide postulante[s] si, quod absit, pacem ipsam impediri contingeret, aut haberemus circa negotium ipsum, quod utique faceremus inviti, aliam viam assumere aut, quod fieri non posset absque intolerabili Terre Sancte dispendio, oblocutione vulgari, et que magis verenda est divine magestatis offensa, [h]abilitatem tuam diutius expectare. Si hec, dilectissime fili, sedula meditatione consideres, si ea maturo libres examine, nequaquam ambigimus quin complacere satagens Deo pacis, ad complenda omnia que ad observationem solidam prolocute concordie facient, te flexibilem prebeas omnemque securitatem ad id oportunam, quam absque regalis decentie lesione forte poteris, offeras atque prestes. Ad quod nos, ut tue saluti provideas, ut emulorum perversis conatibus dispe[n]diis atque periculis predictis occurras, ut ad assumptionem dicti passagii [h]abiliter intendere valeas, ut denique nos et Terram predictam auxilium tuum singulariter expectantem de illius impensione desperare non cogas, circumspectionem regiam sano salubrique consilio, paternis affectibus et omni quo possumus studio invitamus. Et si forte non desint consiliarii qui tibi placentia plus quam utilia suadere studentes, circa prestationem securitatis hujusmodi vel aliqua de premissis tibi contrarium suggerant, non eis faciliter annuas, set perspicaciter[3] discute quo spiritu, quove instinctu moventur, et quale remedium, si pacis solidatio ex securitatis prestande deffectu remaneat, predictis dispendiis atque periculis scient et poterunt adhibere. Sunt et enim nonnulli querentes in dominorum suorum turbatione quietem, qui eis frequenter consulunt que periculosa pariter et dampnosa noverunt, sperantes ipsis dominis involutis cariores in adversitatibus effici et desiderantes copiosius in mari turbato piscari. Talibus ergo ne acquiescas, fili mi, quin immo rebellibus tuis et hostibus sic exuberanter qui[c]quid justum quicquidve tolerabile tibi decenter extiterit offeras, quod et Deo et mundo ac nobis et apostolice Sedi inde commendandus occurras per quod et illi se possint merito duritia conqueri, si te offerente quod debes, divinam, nostram, Sedis ejusdem ac tuam indignationem contra se acriter senserint provocari. Nos enim et Sedes predicta, tibi in tuis et regni tui juribus ex tunc viriliter astituri, quicquid justum equumve viderimus contra rebelles ipsos, et hostes ac impeditores dicti passagii, usque ad ultimum de potentia proculdubio faciemus. Et ecce super hiis procuratoribus comitis et comunitatum Flandrie predictorum efficaciter scribimus[4], et nichilominus dilectis filiis nobilibus viris Valesii et Marchie comitibus[5], nec non duci Burgundie[6], ut ad te in hiis et aliis jura sanguinis et debitum fidelitatis observent affectuosa repetitione per alias nostras litteras suademus. Tu vero, fili, sic[ut] et alias sepius paterne tibi suggessisse meminimus[7], comitem et ducem eosdem quantum decenter poteris ad tuam benivolentiam attrahas, et de contingentibus nil omittens, residuum dispositioni divine committas. Si vero, quod Deus a(d)vertat non possit ad votum inter te et Flamingos eosdem prolocuta concordia perfici, nos indubiam spem habentes quod, Domino faciente, in nostra promptius atque solidius poterit consummari et firmari presentia, et inter te et comites antedictos optande unanimitatis reconsiliatio facilius procurari, ecce licet variis et arduis simus occupati negotiis, illa tamen postponere, et premissis sumus vacare parati, si tu et illi locum aliquem regni tui vicinum nobis captabitis ubi pro[m]pti convenire curetis, et nos libenter illi apropinquabimus, et nunc verbo, nunc litteris nunc internuntiis faciemus quicquid poterimus in premissis. Ceterum prefatis nuntiis nostris non omittimus scribere que circa premissa vidimus expedire quos quamdiu eos tibi et agendis tuis utiles aut necessarios videris, ad nutum tuum in illis remanere partibus volumus, alioquin ad eum qui se misit eos indilate redire. Dat. VII kal. septembris[8]. »

[1] 22 août 1317. Ces envoyés étaient attendus depuis long-

temps (Voyez n° 180, note 3). Par les lettres que le comte et les villes de Flandre donnèrent les 21 et le 22 octobre 1317 (Arch. nat., J. 562A, nos 52-54, orig. scellés) aux procureurs qui conclurent en leurs noms l'accord du 4 novembre suivant (Voyez n° 441, note 6), nous voyons que des entrevues avaient déjà eu lieu, qu'on était décidé à demander l'avis du pape (Voyez n° 418, note 2), et que les trèves fixées jusqu'à la Toussaint seraient prolongées jusqu'à Pâques de l'année suivante.

2 Peut-être Baudoin de Senebeke (c'est l'orthographe qui figure sur le sceau même de ce personnage, Arch. nat., J. 511, n° 30, et que nous préférons à toute autre) et Yvain de « Warnewunt » que Robert de Flandre nomma ses procureurs le 15 juin 1317 (*ib.*, J. 562A, n° 5).

3 Reg. *prospicaciter.*

4 Nos 367, 368.

5 Nos 365, 366.

6 N° 370.

7 N° 207.

8 Cf. Cette lettre et les suivantes (nos 365-370) ont été écrites, on le voit, au même moment : elles sont mentionnées dans une autre lettre du 27 août 1317 adressée à Renaud, archevêque de Bourges, et à Bérenger de Landorre, alors élu de Compostelle (n° 372), envoyés pontificaux dont la mission était terminée en novembre 1317 (Voyez n° 441, note 6), et sont antérieures aussi à la soumission du duc de Bourgogne qui était connue à Avignon le 7 avril 1318 (n° 555).

365 [26 août 1317.]

Carolum, comitem Valesii, hortatur ut prædicto regi assistens, ad pacem cum Flandrensibus et alligatis habendam studium adhibeat, eique concordiam inter Robertum, Siciliæ et Fredericum, Trinacriæ reges initam esse nuntiat. (Reg. 110, p. i, fol. 28 v°, c. 87.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Silere, fili, non possumus quin ea tibi curemus, etiam tediosa forte, set, ut speramus, finaliter fructuosa repetitione suggerere que divine placida magestati, tibi et tuis utilia, congruentia tue decentie pariter et honori fore viderimus, et ad conservationem tendere solidam fame tue. Ecce vides et utinam velis compatienter attendere qualiter carissimus in Christo filius Philippus, rex Francie et Navarre illustris, nepos tuus, rerum difficultatibus in hac sui regiminis novitate concutitur, dum hinc sibi a Flamingis, illinc ab alligatis debitum obedientie denegatur, et tu inter ista sicut displicenter audivimus ab illius commitiva et assistentia te corporaliter subtrahis, tueque sibi directionis consilium et favoris auxilium non impendis. Quid putas in hiis notat mundi malitia? Profecto non desunt qui obloquendo submurmurent quod ab ejusdem regis sicut corporaliter, sic et mentaliter unione sejungeris, quodque te sibi taliter subducendo, prosperis ejus auspiciis adversaris, dum et per id quantum in te est fidelium devotionem attenuas et cornua suorum hostium et emulorum exaltas, per elongationem tuam hujusmodi fidelibus ipsis quodam modo tribuens in devotione regia tepescendi materiam ac perfidiam hostium magis efficiens obstinatam. Porro ex nobis ipsis justam causam videre non possumus quatinus sic erga regem eundem te debeas gerere, et non ei potius, juxta nostra totiens iterata salubria monita[1], constanter et fideliter adherere. Quia igitur ex hiis Dominum magestatis offendis, ut credimus, quia in nullo, ut videtur, tuis et tuorum in hoc comodis prospicis, quia tue decentie detrahis et honori, quia etiam non leviter fame tue claritatem obnubilas et vulgi labiis exponeris lacerandus, nobilitatem tuam adhuc quanto affectuosius possumus rogandam duximus et hortandam, nichilominus obsecrantes per viscera misericordie Dei nostri, ac in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus regem ipsum in imminentis presertim necessitatis articulo nullatenus deseras, sed ad eum in spiritu mansuetudinis rediens, sua et regni negotia libenter assumens, eum et illa utiliter dirigas, ac eidem contra rebelles et hostes viriliter et constanter assistas, maxime circa perfectionem concordie cum Flandrensibus jam tractate, que, sicut a multis connicitur, ex efficaci promotione tua celerem et votivum exitum habere speratur, circa etiam ea ad que dilectus filius nobilis vir dux Burgundie regi predicto tenetur, super quibus unus ex electis arbitris esse dinosceris[2], ut tam festine quam debite compleantur, efficacie tue partes apponere non omittas. Ad que, fili, moveat te sedula consideratio premissorum, et paterna nostra suasio tot vicibus repetita, ad magnam etenim nobis consolationem accedet si te reductum ad cor, nostrasque exhortatione[s] devota[s] secutam (*sic*), circa regem ipsum te laudabiliter in premissis versari sciverimus, teque propterea in tuis et tuorum quibus[cum]que negotiis longe tenerius longeque favorabilius prose-

quemur. Moveat etiam et inducat te ingenita tibi nobilitas ne a tam clara videaris degenerare prosapia que tibi jura sanguinis observare ac debitum exsolvere fidelitatis indicit. Moveat te denique pie pensata Terre Sancte necessitas cui rex ipse licet disposuerit, sicut nosti, passagium ultramarinum assumere, nequibit discidiis hujusmodi pendentibus subvenire; nec ab hiis te cujusvis perversa suasio retrahat, non alicujus astutia consiliarii blanda loquentis abducat, qui enim tibi talia consulunt te in errorem indubitanter inducunt, sed fidelis suscipe verba patris qui non suum set tuum evidens comodum in hac parte venatur. Illud autem in nos fida securitate suscipimus quod, si premissa servaveris, regem ipsum invenies pro certo propitium, et in omni tua et tuorum oportunitate senties efficaciter gratiosum. Denique tibi significamus ad gaudium quod inter carissimos in Christo filios nostros Robertum, Sicilie et Fredericum, Trinacrie reges illustres, tangente Domino cor eorum, nuntiorum nostrorum ministerio quos propterea pridem ad illorum presentiam misimus[3], treuga est ad tres annos et dimidium inita, et civitas Regii ac castra Calabrie que rex ipse Trinacrie detinebat nostro nomine, tradita in ipsorum manibus nuntiorum, dictique reges, ut scripserunt, pro concordia invicem solidanda ad nostram sunt, si comode poterunt, satis cito venturi presentiam[4], aut solennes nuntios sue in hoc conscios voluntatis et plena potestate suffultos e vestigio transmissuri. Ex quibus speramus in rege pacifico quod ejus faciente clementia, mediantibus nobis, pax et concordia reformari poterunt inter reges eosdem, non tam eorum utrique, quam toti mundo perutilis et ipsi etiam Deo grata. Dat. ut supra[5]. »

[1] Voyez n° 174, note 7.
[2] Voyez n° 369, note 1.
[3] Au sujet de ces envoyés dont la mission était terminée le 20 décembre 1317, voyez n° 161, note 8.
[4] Pour l'arrivée du roi Robert à Avignon, voyez n° 480, note.
[5] N° 364.

366 [26 août 1317].

Carolo, comiti Marchiæ, de eodem, ne dictum regem deserat dum de perfectione pacis Flandriæ et reconciliatione cum duce Burgundiæ agitur. (Reg. 110, p. I, fol. 29 c. 88.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Continere, fili, non possumus quin tuis juvenalibus motibus non parcentes, que divine placida magestati, tibi utilia, et congruentia tue decentie pariter et honori fore viderimus, tibi sepius suggeramus. Ecce vides qualiter carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, germanus tuus, rerum difficultatibus in hac sui regiminis novitate concutitur, dum hinc sibi ex Flamingis, illinc ab alligatis debitum obedientie denegatur, et tu inter ista, sicut displicenter audivimus, ab illius comitiva et assistentia te corporaliter subtrahis, per quod etiam mentaliter ab ipsius unione sejungi notaris a multis, unde quantum in te est, fidelium regiorum devotionem attenuas et cornua hostium et emulorum exaltas, per elongationem tuam hujusmodi fidelibus ipsis quodam modo tribuens in devotione regia tepescendi materiam ac perfidiam hostium magis efficiens obstinatam. Porro ex nobis ipsis justam causam videre non possumus quare sic erga regem eundem te debeas gerere, et non ei potius tanquam domino et germano reverenter et fideliter adherere. Quia igitur ex hiis Dominum magestatis offendis, ut credimus, quia in nullo tuis et tuorum in hoc commodis prospicis, quia tue decentie detrahis et honori, quia etiam tue juventutis auspicia infamie nebula et vulgari detractione respergis, nobilitatem tuam sicut iterum, sic affectuosius rogamus et hortamur attente, in remissionem tibi pecaminum injungentes quatinus premissis consideranter attentis, regem ipsum, nunc presertim dum de perfectione pacis Flandrie et reconsiliatione dilecti filii nobilis viri ducis Burgundie agitur, nullatenus deseras sed ad eum humiliter rediens, eidem in suis et regni negotiis contra quoslibet rebelles et hostes constanter assistas, nec ab hiis te cujusvis perversa suasio retrahat, non alicujus astutia consiliarii blanda loquentis abducat, qui enim tibi talia consulunt te in errorem indubitanter inducunt, set fidelis suscipe verba patris qui non suum sed tuum evidens comodum in hac parte venatur. Illud autem in nos fida securitate sus-

cipimus, quod si hujusmodi nostra salubria monita sincere servaveris, regem ipsum nedum benignum dominum, set et fratrem invenies pro certo propitium, et in omni tua oportunitate senties efficaciter gratiosum, nosque qui multum de hoc ipso letabimur, ea que tibi utilia et honorofica fuerint longe promptius atque favorabilius prosequemur. Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 364.

367 26 août [1317].

Procuratores Roberti, comitis Flandriæ rogat ut eumdem comitem ad pacem cum Philippo rege Franciæ, omni difficultate remota, faciendam inducant, alioquin contra eum se rigide processurum nuntiat. (Reg. 110, p. 1, fol. 34 v°, c. 105.)

« *Dilectis filiis procuratoribus seu nuntiis dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Sperantes in dilecto filio nobili viro Roberto, comite Flandrie, pacis filium invenire, ut super eum pax admodum desideranda quiesceret, per apostolicas sibi litteras paterne suggessimus et per venerabilem fratrem nostrum R., Bituricensem archiepiscopum, ac dilectum filium fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis fratrum Predicatorum, electum Compostellanum, apostolice Sedis nuntios, fecimus efficaciter suaderi[1] ut nunc saltem in vite vespera constitutus, in conspectu Domini rectificans vias suas, ad fidelitatem et obedientiam carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, rediret ultroneus, et ad perfectionem tractate jam dudum concordie suum inclinaret animum et, opere prosequente, laudabiliter coaptaret. Licet autem, sicut ex nuntiorum ipsorum insinuatione fideli nuper accepimus, comes ipse ut asserit, ad prosecutionem et perfectionem dicte concordie libenter velit intendere et propterea vos ad presentiam regiam providerit destinare, in petitione tamen securitatis quam pro pacis observatione a rege vult prestari predicto, fines ut dicitur modestie non observat, dum ea recusat contentus existere que pluribus videtur ex ratione debere sufficere, sed eam ad quam regalem facile non esset excellentiam inclinari, nititur postulare. Porro nescimus que causa ipsum movere rationabiliter debeat ad petitionem hujusmodi, et forte non desunt qui verisimili conjectura presumunt quod, dum in hoc comes ipse difficultati prestationis innititur, occasionem pacem impediendi predictam querere censeatur; quamvis enim pridem dum rex ipse solo regentis fungebatur officio, tolerabile fuerit petitioni grandis securitatis insistere, ne rex fortasse futurus dictam nollet concordiam observare, ex quo tamen dictus rex ad regni solium, Deo volente, pervenit, ridiculum reputatur a multis difficilem securitatis prestationem expetere, cum non videatur restare suspitio quin tam ipse, prestita securitate quam offert, quam ejus etiam posteri pacem observent inconcusse predictam. Quia igitur si comes ipse sedula meditatione consideret quot et quanta animarum pericula, quas strages corporum et que induxerint dispendia facultatum Flandrensis guerre commotio et que ipsius continuatio graviora minatur, nedum sibi suisque Flandrensibus, quin etiam multis aliis primis et remotis, si prudenter advertat quam periculosum sit etiam quibusque potentibus statum proprium guerrarum eventibus incertis exponere, si gratanti animo contempletur quam misericorditer erga ipsum omnipotens Dominus egerit, eum ab instantibus eruendo periculis et a periculosis insidiis liberando, si consideranter attendat quamtum ipsi Deo implacidum nobisque ac apostolice Sedi esse possit infestum propter guerram hujusmodi pia negotia impediri et specialiter subsidium Terre Sancte quod equidem cordi non mediocriter gerimus et quod rex ipse promovere disponit a predicte guerre turbinibus expeditus, non sic eum credimus rationis abjurasse consilium, quin immensa Dei beneficia recognoscens et ejus indignationem aborrens, suum ab ea que pacis sunt efficaciter preparet animum, inclinet affectum circa perfectionem et conservationem dicte concordie que, Deo auctore, bona non facile numeranda producet, promptis intenturus affectibus et prestatione securitatis sufficientis prout expedit contentandus, prudentiam vestram monemus, rogamus et hortamur attente in remissionem vobis peccaminum injungentes quatenus, premissa profunde pensare et eidem comiti, ut ea maturo libret examine, suadere curantes et vos tanquam angeli pacis et veri concordie zelatores

quicquid boni circa perfectionem memorate concordie operari poteritis, inepta qualibet difficultate remota, studeatis diligenter et fideliter exequi, et nichilominus ut idem comes simile faciat nihilque difficile petat circa securitatem eandem per quod sibi mundus pacis impedimentum imponat, solicitis studiis laboretis. Et si forsan in hiis aliquid incidat quod communi consensu nequeat expediri, nos circa reformationem illius et alia quelibet tam salubri oportuna negotio parati erimus voluntarios labores assumere, quamtumlibet simus variis et arduis negotiis occupati. Ceterum, si post tot nostra salubria monita, comes ipse, quod absit, securitatem in viis difficilem expetens, in sua pertinacia et rebellione perstiterit, ipsum tenere indubie volumus quod nos ejus malitiam ferre ulterius non valentes, nec volentes mundi statum ex ejus rebellione diutius concuti, et precipue ultramarinum impediri passagium vel differri, non intendentes etiam amplius dissimulare contemptum sententiarum apostolice Sedis atque processuum et id quod in irreverentiam et divinam et clavium in terris ecclesiastico interdicto suppositis facit idem comes, ut dicitur, quantum in eos (*sic*) est prophanari divina, et quod bona ecclesiastica diripit, dilapidat et consumit, contra ipsum et Flamingos, eorum exigente duritia, licet dolentes et inviti cum non filiorum excessus set innocentia nos delectet, in quantum rationabile equumve viderimus, assistente nobis divina potentia, rigide procedemus. Dat. VII kal. septembris[2]. »

[1] 29 avril 1317 (nos 198, 199).
[2] Cf. no 364, note 8.

368 [26 août 1317.]

Procuratoribus communitatum Flandriæ super eodem, ut scabinos, burgenses, incolas et communitates Flandriæ ad eamdem pacem inducant. (Reg. 110, p. I, fol. 35, c. 106.)

« *Dilectis filiis procuratoribus seu nuntiis comunitatum villarum totius comitatus Flandrie.* Sperantes in dilectis — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 367.

369 26 août [1317].

Ludovico, comiti Ebroicensi, qui Philippi, regis Franciæ nepotis sui, et regni negotia direxerat, gratias agit eumque hortatur ut ad pacem inter dictum regem Flandrensesque et ducem Burgundiæ procurandam studium adhibeat. (Reg. 110. p. I, fol. 52 vo, c. 172.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie regis Francie filio, comiti Ebroicensi.* Tibi, fili, sicut — et quia perfectio solida pacis Flandrie et reconsiliatio dilecti filii nobilis viri ducis Burgundie de quibus nunc agitur, nedum ad id utiles sed et necessarie dinoscantur, nobililatem tuam affectuose rogandam duximus et hortandam quatinus, bene ceptis perseveranter inherens quantum in te fuerit, non permittas quod ex deffectu sufficientis securitatis prestande Flamingis de pacis observatione predicte, pacis ipsius consumatio impediatur aliquatenus vel tardetur, et ut etiam expediatur negotium dicti ducis in quo unus ex electis arbitris esse dinosceris[1], efficacie tue partes apponere non omittas — Dat. VII kal. septembris[2]. »

[1] Louis d'Evreux, envoyé, on l'a vu, comme procureur du roi aux assemblées de Sens et de Melun (Cf. no 223, note 3) fut comme Guillaume, évêque de Mende, comme Charles de Valois, Charles de la Marche, Henri de Sully, Renaud archevêque de Bourges, Bérenger de Landorre etc., un des arbitres que l'on avait décidé de nommer dans cette dernière entrevue (Arch. nat., J. 206, Provins, no 2, orig. parch. scellé; — J. 254B, no 78, d'après l'inventaire de Dupuy; *ib.*, no 79; — JJ. 55, fol. 19, no 37).
[2] Cf. no 364, note 8.

370 26 août [1317].

Odoni, duci Burgundiæ, ut consiliis nuntiorum apostolicorum annuens, pacem cum prædicto Philippo rege faciat. (Reg. 110, p. I, fol. 52 vo, c. 173.)

« *Dilecto filio nobili viro Hottoni, duci Burgundie.* Cogente, fili, paterne caritatis affectu, alias tibi suasisse meminimus[1] ne occasione quacunque fidelitatis preteriens debitum, te quovis modo subtraheres, quin ea in quibus carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, tenereris ut domino, sibi faceres et prestares, offerentes nichilominus nos esse paratos per nos vel alios

opem dare libenter ad quod rex ipse et tu unianimi in animorum concordia, materia cujusque dissidii omnino sublata, quod et jam implevimus venerabilem fratrem nostrum R., archiepiscoqum Bituricensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landorra, magistrum ordinis Predicatorum, electum Compostellanum, nuntios nostros ad regis ipsius tuamque propterea presentiam destinando. Porro, quum sicut gaudenter audivimus, de regis ipsius et tua pacificatione per electos hinc inde communiter arbitros agi debet[2], nobilitatem tuam sicut iterum sic affectuosius rogandam duximus et hortandam quatinus in hiis non quid velis, sed quid velle te decet inspiciens, ac in eisdem non solum initium sed et prosecutionem et finem preambula et attenta meditatione dispungens, circumspecte quoque considerans quam incertus sit guerrarum eventus, quam periculosus animabus, quantum corporum plenus extitit, quanta rerum vigeat vastitate, discordiam cum predicto rege, cui sanguinis propinquitate conjungeris et cui etiam ut domino obedire teneris, prudenter evites, sicque ad habendam solidam concordiam cum eodem animum tuum abilites et, opere prosequente, coaptes, ea in quibus teneris eidem liberaliter prestiturus, quod exinde regi pacifico merito placeas et prefati regis gratiam tibi uberius vendices, et nobis et apostolice Sedi commendandus occurras; nec ab hiis te cujusvis perversa suasio retrahat, non alicujus astutia blanda loquentis abducat; qui enim tibi talia consulunt, te in errorem et precipitium indubitanter inducunt, sed fidelis suscipe verba patris qui tibi salubria loquitur, tuum, non suum, principaliter comodum in hac parte venatur. Dat. ut supra[3]. »

[1] 17 avril 1317 (nº 175; voyez aussi nº 194).
[2] Voyez nº 369, note 1.
[3] Nº 369.

371 Avignon, 27 août [1317].

Philippo, regi Franciæ, respondet quod terminum ad comparendem episcopo Cenomanensi, cui gravia imputantur crimina, assignatum prorogari non possit. (Reg. 109, fol. 86, c. 368; — Reg. 110, p. I, fol. 88, c. 314.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, nuper accepimus, per quas te velle assistere regie defensionis auxilio justis et innocentibus asserens, pro venerabili fratre nostro episcopo Cenomanensi nobis, ut dicebas, injuste delato, instantius precabaris ut assignatum sibi terminum comparendi personaliter coram nobis usque ad mensem instantis festi Resurrectionis dominice prorogare vellemus, ut et tu interim sua qua egere te dicis, posses uti presentia et ipse tunc ad veniendum oportune dispositus, suam valeret habilius innocentiam demonstrare. Sane, dilectissime fili, vellemus te prudenter advertere quod nil in talibus perfunctorie, sed cum maturitate consilii agimus, nec ad personalem evocationem alicujus, nisi causa rationabilis urgeat, facile inclinamur — Veniat igitur in termino dictus episcopus quia, si prout in tuis supponis litteris, innocens apparebit, gratum proculdubio et acceptum nobis adveniet, cum fratrum et coepiscoporum nostrorum innocentia nos delectet; et si forsan ipsum reum esse viderimus, cum eo in quantum criminum qualitas patietur, tue considerationis obtentu clementer agemus. Dat. Avinione, VI kal. septembris[1]. »

[1] C'est le 22 juin 1317 que Jean XXII avait mandé aux abbés de la sainte Trinité de Vendôme, de saint Vincent du Mans et au doyen de l'église d'Angers d'assigner Pierre de Longueil, évêque du Mans, à comparaître devant lui pour répondre des crimes de simonie, homicide et autres excès (Arch. vat., Reg. Avin., t. V, fol. 324). Déjà, le 24 avril 1317, l'évêque du Mans, convoqué à Paris pour le 1er mai de la même année, par Philippe V, s'excusait auprès de lui, se trouvant retenu, dit-il, *pluribus arduis et inevictabilibus ecclesie nostre negotiis ac nostri proprii corporis incommodis.* (Arch. nat., J. 443, n. 4[12], orig. parch. scellé). D'autre part, on voit par une lettre du 8 mars 1318 (nº 491) qu'il prit part au conseil tenu par Jean XXII au sujet des conditions de la paix de Flandre, l'enquête était donc déjà terminée à cette époque et vraisemblablement à son avantage puisqu'il occupa le siège du Mans jusqu'en 1326 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 188).

372 27 août [1317].

Raynaudum, Bituricensem archiepiscopum, et fratrem Berengarium de Landorra, nuntios apostolicos, de hiis quæ de pace Flandriæ rescripserunt commendat, eos de tenore quarumdam litterarum Philippo, regi Franciæ, et

nonnullis aliis directarum certiores facit et quid agere debeant eis notificat. (Reg. 110, p. I, fol. 75, c. 263.)

« *Venerabili fratri Raynaldo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra, magistro ordinis fratrum Predicatorum, electo Compostellano, apostolice Sedis nuntiis.* Ex litteris vestris quas leti suscepimus nobis innotuit qualiter in Flandria cum comite et comunitatibus aliquibus Flandrie habuistis super pace inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et Flandrenses ipsos solidanda colloquium et quale reportastis ab eisdem exinde responsum, et quomodo etiam in octavis festi Assumptionis beate Virginis cum procuratoribus ipsorum comitis et comunitatum debuistis Parisius coram presentia regia super hoc convenire. Alia etiam que in litteris continebantur eisdem intelleximus diligenter, vestris utique compatientes humanis laboribus vestreque solicitudinis ac diligentie studium in commissis vobis agendis fideliter et prudenter adhibitum multipliciter in Domino commendantes. Sane ut rex et comes ac comunitates predicti proniores efficiantur ad pacem, tam ipsi regi[1] quam procuratoribus comitis et comunitatum predictorum[2] ea per apostolicas litteras scribimus suadendo que ad inclinandum eos ad pacem eandem expedire putamus, scribimus etiam dilectis filiis nobilibus viris Valesii et Marchie comitibus[3], et duci Burgundie[4] ut ad regem ipsum in hiis et aliis jura sanguinis et debitum fidelitatis observent, et ut de hiis que predictis omnibus scribimus informationem plenariam habeatis, transumptum litterarum eorum singulis directarum fecimus presentibus intercludi. Vos igitur suasiones nostras in eodem transumpto contentas perspicaciter attendentes, ad parendum eis veluti salutaribus regem, Flandrenses procuratores, comites ac ducem predictos prout quilibet exinde tangetur, juxta datam vobis a Deo prudentiam efficaciter inducatis. Scribimus preterea dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Ebroicensi[5], commendando eum quod sicut eidem regi assistit in prosperis, sic nec deficit in adversis, ac suggerendo inter cetera sibi quod, quantum in eo fuerit, non permittat quod ex defectu sufficientis securitatis de pace servanda per regem prestande predictum, dicte pacis bonum (non) impediatur aliquatenus vel tardetur. Tenorem autem hujus littere quia eum jam summatim expressimus, presentibus non vidimus inserendum. Porro quamdiu dicto regi et agendis ejus utiles aut necessarii esse potueris (*sic*) volumus ut ad nutum illius in illis partibus remanere curetis, quecunque in agendis eisdem, utinam semper prospera et votiva successerint, nobis sepius rescripturi, alioquin redeatis te, frater archiepiscope, in tua remansurus provincia, te vero, fili electe, ad referendum que acta fuerint, nostram presentiam petiturus[6]. Dat. VI kal. semptembris[7]. »

[1] N° 364.
[2] N°s 367, 368.
[3] N°s 365, 366.
[4] N° 370.
[5] N° 369.
[6] Reg. *petituris*.
[7] Cf. On sait que Bérenger de Landorre, nommé au siège de Compostelle le 13 juillet 1317 (n° 314) fut consacré le 30 avril 1318 (Voyez n° 403, note); que sa mission était terminée en novembre 1317 (Voyez n° 441, note 6), et que le 7 avril 1318 Jean XXII avait connaissance de la soumission du duc de Bourgogne (n° 555). La lettre publiée ci-dessus ne peut donc être que de 1317.

373 27 août [1317].

Fratri Berengario de Landorra ut intentionem suam de regimine ecclesiæ Compostellanæ acceptando clare significet. (Reg. 110, p. I, fol. 77, c. 273.)

« *Dilecto filio fratri Berengario de Landorra, magistro ordinis fratrum Predicatorum, electo Compostellano.* Nuper, fili, tuas recepimus litteras per quas a susceptione oneris regiminis Compostellane ecclesie ex nostra provisione tibi diebus istis impertiti[1], tam propter ydioma partium illarum tibi pene prorsus incognitum, quam propter alias causas ipsis insertis litteris, te excusare multiplicer nitebaris, quamquam finaliter te in hoc nostris obtuleris beneplacitis pariturum. Sane, fili, dum de persona tua ecclesie predicte providimus, dum provisionem hujusmodi in notitiam tuam duximus per apostolicas litteras deducendam, nostrum in hac parte beneplacitum verbo et scripto satis evidenter expressi[m]us et ad quid illud tibi reservari prestoleris ulterius non vide-

mus. Quia igitur juxta dictum apostoli nemo scit hominum que sunt in homine nisi spiritus qui in eo est, nos de tuis judicare viribus nolumus, set tuum est potius ut tanquam vir experte prudentie eas fideliter metiaris, non permissurus nos in suspenso fore diutius, quin imo tue voluntatis intentum explicite nobis et celeriter rescripturus, ut vel provisioni consenciente predicte nostre quiescere valeat animus, aut te nolente forsitan assentire, ad providendum eidem ecclesie cujus viduitati[2] compatimur de alio pastore ydoneo provideamus[3]. Datum vi kal. septembris[4]. »

[1] 13 juillet 1317 (nº 314).
[2] Reg. *inductanti*, erreur manifeste qui a été corrigée en marge par une main moderne.
[3] Reg. *procedamus*, erreur corrigée comme la précédente.
[4] Cf. Cette lettre est antérieure à une autre lettre du 8 octobre 1317 (nº 403) dans laquelle on voit que Bérenger de Landorre avait accepté sa nouvelle charge.

371 1er septembre [1317].

Johannem, ducem Britanniæ, hortatur ut possessionem vicecomitatus Lemovicensis Isabellæ, consorti suæ, in donationem propter nuptias prius assignatam, deinde vero Guidoni de Britanniæ indebite traditam, eidem Isabellæ restituat. (Reg. 110, p. i, fol. 56 vº, c. 185.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britanie.* Etsi, fili, a quorumlibet abstinere tenearis injuriis, illi tamen in hoc potius defferre teneris quam in divine domus pariter et humane sociam accepisti, et quam, cum pars corporis tui censeatur existere, precipuo debes tractare favore. Habet si quidem insinuatio facta nobis pro parte carissime in Christo filie Marie, regine Castelle ac Legionis illustris, quod tu dudum, dum de contrahendo inter te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Isabellam, natam suam et clare memorie Sancii, regis Castelle et Legionis, nunc consortem tuam, matrimonio tractaretur, totum vicecomitatum Lemovicensem cum omnibus suis juribus, redditibus et proventibus ac pertinentiis universis eidem Isabelle in donationem propter nuptias assignasti[1], prestito super hoc a te de contra non veniendo corporali ad sancta Dei evangelia juramento. Et deinde matrimonio hujusmodi confirmato, per nobiles et magnates vicecomitatus ejusdem prestari fecisti eidem homagia ac illius possessionem vacuam sibi tradi. Qua licet per [non]nulla tempora gavisa pacifice fuerit, tandem tamen eam non vocatam, nec auditam, possessione vicecomitatus hujusmodi per violentiam indebite spolians, et per id promissionem tuam irritam faciens, illum dilecto filio nobili viro Guidoni, fratri tuo, pro libito tradidisti, in juris injuriam et consortis predicte prejudicium et jacturam. Quia igitur, fili, hec si vera sunt, magnitudinem tuam non leviter dedecent, quia claritatem fame tue apud bonos et graves obnubilant et audientium animos scandelizant, quia etiam ipsum conjugii institutorem qui per apostolum suum uxorem diligi precipit per id offendis, ut credimus, et in salutem propriam violando juramentum impingis, ecce, de anime tue salute tuisque decentia et honore paterno more soliciti, nobilitatem rogandam duximus et hortandam, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, premissis in examen recte considerationis adductis et nichilominus prudenter attento quod ex hiis posses amicorum et parentum consortis ipsius utique nobilium et potentium amicitiam et benivolentiam perdere, quorum conservatio poterit in casibus non parum utilis tibi esse, consortem ipsam sic decenter exinde contentes quod ei suisque parentibus et amicis debeat accedere placidum, et tu murmur vulgaris obloquii evites nosque qui de hoc ipso pro certo gaudebimus, et qui contrarium moleste ferremus, tui exinde zeli rectitudine tueque conscientie puritatem ad devotam promptitudinem ad nostra beneplacita exequenda possimus dignis a Domino laudibus commendare. Datum kalendis septembris[2]. »

[1] Cette donation fut ratifiée par Philippe IV au mois de mars 1312 n. s. (Arch. nat., JJ. 46, fol. 118 vº, nº 212; — D. Morice, *Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne*, t. I, 1742, col. 1243).
[2] Cf. Un accord solennel fut conclu, par l'entremise de l'évêque de Mende, en avril 1318 n. s. entre la duchesse de Bretagne, Isabelle, et son beau-frère Guy, pour mettre fin aux difficultés relatives à la possession du vicomté de Limoges (Arch. nat., JJ. 56, fol. 114 vº, nº 258; — D. Lobineau, *Histoire de Bretagne*, t. II, 1707, col. 470-474; — D. Morice, *op. cit.*, col. 1269-1273). C'est précisément ce que Jean XXII demandait dans la lettre que nous publions ci-dessus; elle est par conséquent antérieure à cette date.

375 Avignon, 1er septembre 1317.

Petro « Dorancha [1] » et Bernardo de Laforia mandat ut bona magistri Hugonis Geraldi, quondam episcopi Caturcensis, recipiant. (Reg. 63, cur. fol. 384 v°, c. 226.)

« *Dilecto filio Petro Dorancha, de Misseyo et Bernardo de Laforia, Dauratensis ecclesiarum canonicis, Lingonensis et Lemovicensis diocesum.* Pridem magistro Hugone — Dat. Avinione, kalendis septembris, anno primo. »

[1] Voyez n° 1197, une autre forme de ce nom.

376 Avignon, 1er septembre 1317.

In e. m. universis personis ecclesiasticis et mundanis per Lemovicensem, Petragoricensem, Caturcensem et Montisalbani civitates et dioceses constitutis, ut bona prædicti Hugonis Geraldi præfatis canonicis assignent. (Reg. 63, cur. fol. 385, p. c. 226.)

377 [5 septembre 1316 — 5 septembre 1317.]

Riccardus de Gambatesa, senescallo Provinciæ, de prosperis suis congratulatur eique respondet se periculis quæ Roberto, regi Siciliæ, obvenire poterant obviare curavisse. (Reg. 109, fol. 6, c. 30.)

« *Dilecto filio nobili viro Riccardo de Gambatesa, militi, senescallo Provincie.* Litteras tuas, quas per dilectum filium Jacobum Ardoyni noviter destinasti, benigno affectu suscepimus, et que Jacobus ipse pro parte tua nobis explicuit pleno collegimus intellectu. Sane, fili, scire te volumus quod de prosperis tuis et officialium aliorum carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, in partibus illis eventibus solita benivolentia congaudentes, de hiis super quibus dictus Jacobus provideri petiit statui dicti regis, in primo consistorio quod post assumptionem nostram ad apostolatus apicem fecimus, curavimus, more pii patris consilium pro predilecto filio capientis, de concordi fratrum nostrorum ascensu regi predicto paterne prospicere et periculis qui (*sic*) inde sibi obvenire poterant obviare [1]. »

[1] Cf. Nous ne savons à quel moment eut lieu le consistoire dont parle Jean XXII, mais R. de Gambatesa ayant été remplacé comme sénéchal de Provence le 5 septembre 1317, la lettre du pape est antérieure à cette date (Voyez n° 249, note).

378 Avignon, 5 septembre 1317.

Gardianum et conventum fratrum Minorum Tolosanæ civitatis ab assignatione quorumdam bonorum mobilium bonæ memoriæ Arnaldi, Pampilonensis episcopi, in ipsorum monasterio depositorum quæ ad cameram apostolicam transmiserunt, absolutos declarat. (Reg. 67, cur. fol, 303, c. 1 et 1001; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 125, n° 282.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis guardiano vel ejus vicario ac conventui fratrum Minorum civitatis Tholosane etc.* Scire vos facimus — Dat. Avinione, nonis septembris, anno secundo. »

379 8 septembre [1317].

Philippo, regi Franciæ, de Metensis et Trajectensis electorum confirmatione respondet. (Reg. 109, fol. 224, c. 818; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 58, n° 77, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Preces tuas pro dilecto filio electo Metensi totiens repetitas in hoc ad gratiam exauditionis admisimus, quod juxta Romane curie more[m] causam electionis ipsius uni ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus, jam diu est, providimus committendam, cui etiam injunximus ut in ea cum illa qua juste posset celeritate procederet, et demum ejus merita nobis re(f)ferre curaret. Cum enim idem electus oppositores adversarios habeat quibus sicut nec decuit, sic nec licuit imponere silentium inauditis, nil aliud in electionis predicte negotio potuimus aut possumus facere sine justitie lesione, ad cujus [h]ex[i]bitionem, licet simus supra jus positi, nos tamen agnoscimus singulis obligari. Curret igitur lis secundum juris regulam marte suo, et facta nobis relatione negotii, ministrabimus prompte justitiam eidem electo, et si gratia forsan eguerit ad illam nos inclinabimus aures. Porro, dilecte fili, Trajectensis [1] electi pro quo noviter nos rogare curasti cujusve con-

fir[m]atio ad nos dinoscitur pertinere, expeditio retardata nobis imputari non potest, cum nec decretum electionis presentatum nobis extiterit, nec instructores electionis quos idem electus expectat, comparuerint juxta morem. Que cum impleta juxta debitum fuerint nos regie celsitudinis presertim obtentu ad celerem et debitam expeditionem ipsius electi quanto favorabilius cum [Deo] poterimus, promptis affectibus intendemus. Dat. VI idus septembris. »

[1] Reg : *Traciactensis.*

[2] Cf. Philippe V, portant ici le titre de roi, cette lettre ne peut être de 1316 (Voyez n° 81, note). Elle est, d'autre part, antérieure au 21 novembre 1317, puisqu'à cette date l'évêque d'Utrecht, dont il est ici question (Frédéric de Sirk) était déjà consacré (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 518). Les difficultés relatives au siège de Metz ne se terminèrent que beaucoup plus tard, par la nomination, le 4 mai 1319, de Henri, frère du dauphin de Viennois et alors élu de Passau (C. Eubel, *op. cit.*, p. 354 ; voyez aussi, n° 774, note).

380 Avignon, 11 septembre 1317.

Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis ejusque collegis ut per antiquos et per novos arrendamentorum libros necnon per testes idoneos et juratos de redditibus præposituræ Tolosanæ ecclesiæ inquirant. (Reg. 67, cur. fol. 304, c. 87.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, et Engolismensi ac Avalonensi, Eduensis archidiaconis, ac magistro Berengario de Olargiis, capellano nostro, canonico Narbonensis ecclesiarum*[1]. Ex certis et — Dat. Avinione, III idus septembris, anno secundo. »

[1] Voyez, au sujet de ces personnages, n° 307, note 1.

381 Avignon, 13 septembre [1317].

Philippo, regi Franciæ, Petrum Bernardi de Asnava, in cujus præjudicium arrestum confirmatorium cujusdam sententiæ senescalli Tolosæ a regali curia latum erat, commendat. (Reg. 109, fol. 89, c. 359 ; — Reg. 110, p. II, fol. 37 v°, c. 170 et 726.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Infusum a Deo esse tuo pectori credimus ut preces quas apostolica Sedes celsitudini regie pro devotorum suorum justitia fiducialiter porrigit, gratanter accipias et illas ad exauditionis gratiam liberaliter introducas. Sane, dilecte fili, nobilis viri Petri Bernardi de Asnava, militis habet assertio, quod licet ipse immediate teneat in feudum et toto tempore tenuerit, quod de contrarie memoria non existit, castrum sancti Martini de Deodas cum mero et mixto imperio ac jurisdictione omnimoda ab ecclesia Tholosana, et ab ipsius curia ad adjutorium Tholosani tunc episcopi[1] semper in casibus consueverit appellari, pridem tamen, cum quidam reus criminis, per predicti nobilis curiam condempnatus alternative ad tuam, vel tunc episcopi, aut illius ad quem appellari de jure deberet audientiam appellasset, quia nobilis ipse appellantem eundem, sicut ex debito tenebatur, ad ipsius tunc episcopi curiam, non ad tuam, quamvis per officiales tuos requisitus, exinde remisit, dicti officiales eum ad tuam propter hoc curiam evocarunt ubi, cum ipse defensorem suum videlicet.., tunc Tholosanum episcopum nominasset et idem tunc episcopus in se causam assumpsisset hujusmodi, et eundem nobilem servare prorsus promisisset indempnem, nichilominus senescallus tholosanus prefatum nobilem, pro eo quod ad curiam tuam non remiserat reum ipsum, in sexcentis libris turonensium mulctando dampnavit, a qua quidem condempnatione, quamvis per procuratorem dicti tunc episcopi ac nobilem sepefatum ad regalem curiam appellatum extiterit, demum tamen in ipsa curia arrestum confirmatorium latum fuit in ipsius nobilis prejudicium et gravamen. Quia igitur si premissa veritate nitantur, satis videtur excusabilis nobilis memoratus, presertim cum defensionem ipsius dictus tunc episcopus, ut premittitur, assumpsisset, magnificentiam regiam rogamus attente quatenus eundem nobilem, qui de regia benignitate confidit et quem certa consideratione sincera prosequimur caritate, sic habere velis pro nostra et apostolice Sedis reverentia in justitia super hiis favorabiliter commendatum, quod ex interventione nostrarum precum hujusmodi quas fidenter impetravit a nobis, fructum aliquem assequatur nosque devotionem regiam non immerito commendemus. Dat. Avinione, idibus septembris[2]. »

[1] Toulouse fut érigé en siège archiépiscopal le 25 juin 1317 (n° 262 ; voyez aussi n° 306).

[2] Cf. Cette lettre est postérieure à la date mentionnée dans la note précédente. D'autre part, la sentence confirmative

dont il est ici question fut rendue en Parlement le samedi après la Conversion de saint Paul, c'est-à-dire le 25 janvier 1317 n. s. (Beugnot, *les Olim*, t. III, p. 1078, n° xvii). Il est vraisemblable que Jean XXII n'attendit pas à l'année suivante pour adresser ses réclamations sur ce sujet au roi de France.

382 Avignon, 18 septembre [1317].

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, et Amanevo de Lebreto qui ad semetipsos a quadam suspitione excusandos necnon de palleo quondam Tolosano episcopo mittendo et de provisione ecclesiæ Caturcensi facienda scripserant, respondet. (Reg. 109, fol. 83 v°, c. 357; — Reg. 110, p. ii, fol. 72 v°, c. 332 et 976; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V und der in Betreff desselben von Johann XXII geführte Process*, dans l'*Archiv fur Litteratur und Kirchengeschichte*, 1889, V, p. 105; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 25, n° 21.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Bertrando de Gutto, vicecomiti Leomannie et Altivillaris, ac Amanevo, domino de Lebreto.* Litteras vestras per dilectos filios magistrum Guillelmum de Casis, legum professorem, et nobilem virum Johannem Rosselli, militem, dominum de Landiranis, exhibitores earum, nuntios vestros, nobis noviter presentatas accepimus, et que iidem nuntii pro parte vestra in nostra et fratrum nostrorum presentia proponere voluerunt, patienter audivimus et pleno collegimus intellectu. Ut autem ad queque proposita sua detur clara responsio, ea brevi textura providimus, licet ordine forte prepostero, presentibus recensenda. Premisso namque facundo preloquio de grandi benivolentia quam felicis recordationis Clemens papa quintus, predecessor noster, ad nos et nostros, dum viveret, habuit, per effectum operis patenter ostensam, et quam, post ejus transitum genus suum, in nostra presertim promotione ad summi apostolatus officium, continuatione laudabili demonstravit, dicti nuntii vos et ipsum genus in personis et rebus ad quecunque nobis placita liberaliter obtulerunt, deinde vero, subjuncto quod vestro fuerat instillatum auditui nos suspicionem habere aliqua in personam nostram per nonnullos ex genere vestro fuisse commissa, instantius supplicarunt ut et qualitatem commissorum vellemus sibi detegere, et personas vobis attinentes inde culpabiles nominare, asserentes vos in eos velle libenter insurgere ut in hostes. Consequenter quoque palleum mitti quondam Tholosano episcopo[1] postulantes, ut ecclesie Caturcensi vacanti, dilectum filium magistrum Raymundum de Casetis preficeremus in episcopum et pastorem suppliciter petierunt. Nos igitur, de liberali oblatione per nuntios ipsos nobis nomine vestro facta condigna gratiarum actione premissa, scire vos facimus quod ad singula per ordinem respondimus in hunc modum : gratanter enim agnovimus quod ultra quam sciverint nuntii predicti exprimere aut nos possemus verbo vel scripto referre, exhuberavit ad nos et nostros supra nostrorum exigentiam meritorum ipsius predecessoris nostri prosecutio gratiosa, quodque post eum, genus suum ad nos se laudabiliter habuit, nec aliud hactenus nostre ad genus ipsum gratitudinis affectus exegit, cum si veritas non negetur in veris, et ante promotionem nostram nos amicum in omni oportunitate propitium, et post eam benivolum patrem invenerit atque pium. Porro eisdem nuntiis explicite diximus quod nonnulli, diabolico spiritu concitati, in nostram et nonnullorum ex fratribus nostris et aliis nobis familiaribus et conjunctis necem fuerant machinati, nunc per potiones, nunc per ymagines, nunc per insidias equitum et peditum hominum armatorum[2], nec hiis contenti, maleficos de predicta machinatione notatos qui ad nos mittebantur quandoque captivi eripere de ducentium manibus, immo et interdum de carceribus nostris educere, pensatis insidiis satagerunt. An autem inter illos aliqui de vestro genere fuerint, ipsimet testimonium sibi dicant ; et nos indubie, si aliqui ex vestris inde rei fortassis existant, non dolere non possumus et suis loco et tempore, prout viderimus expedire, crimina quecunque et criminosos etiam quicunque fuerint, circa id detegemus. Ceterum cum palleum a certis peti debeat, et pro certo, dictis respondimus nuntiis quod, cum in petendo forma debita servaretur, quam ipsi proculdubio non servabant, nos circa missionem et concessionem ipsius pallei responsum congruum petentibus faceremus. Denique cum de civitate Caturcensi originem traxisse noscamur, et propterea ecclesia Caturcensi de pastore juxta cor nostrum ydoneo, natalis soli affectione suadente, providere velimus, responsio

nostra fuit satis esse conveniens, quod reservaretur nostro dispositionis arbitrio libere provisio ecclesie memorate. Hec in summa nuntiis ipsis ad premissa respondimus que in vestram plenius deducenda notitiam ex eorum seriosa relatione putamus; et volumus vos pro certo tenere quod ad vos et genus ipsum vestrum quantum in nobis est, intendimus paterne nos gerere, nisi ex perversis insolentium actibus ad illud provocemur inviti. Dat. Avinione, xiiii kal. octobris[3]. »

[1] Gaillard de Pressac (Voyez n° 444, note).

[2] Il s'agit ici des conspirations déjà signalées (n° 182, note 3).

[3] Cf. Cette lettre postérieure, à l'érection de Toulouse en siège archiépiscopal (25 juin 1317, n° 262), est de 1317. En effet, au moment où elle a été écrite, le siège de Cahors était vacant; or il fut pourvu d'un titulaire le 18 décembre 1317 (Reg. vat., 67, fol. 87 v°, c. 317). Cette référence est donnée par C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 186) avec la date du 18 mai 1317, qui est une erreur évidente, puisque le registre du Vatican porte: *Dat. Avinione, XV kal. januarii, anno secundo.* Le 18 mai 1317 Hugue Géraud, jadis évêque de Cahors, fut condamné à la prison perpétuelle (n° 235) mais, on le voit, il ne fut pas immédiatement remplacé.

383 Avignon, 18 septembre (1317).

Odoni, duci Burgundiæ, nuntiat se magistro Johanni de Borbonio, canonico Remensi, de canonicatu et prebenda Lingonensis ecclesiæ providisse, eumque ad pacem cum rege Franciæ hortatur. (Reg. 109, fol. 85, c. 360; — Reg. 110, p. i, fol. 76, c. 266.)

« *Dilecto filio nobili viro Ottoni, duci Burgundie.* Litteras tuas, fili, noviter nobis presentatas affectu benigno recepimus et licet complacere tibi quantum honeste licuerit intendamus, preces tamen pro dilecto filio magistro Johanne de Borbonio, canonico Remensi, consiliario tuo, super decanatu Eduensi litteris insertas eisdem nequivimus ad gratiam exauditionis admittere, quia de ipso decanatu ante receptionem illarum curaveramus aliter ordinare. Ut tamen idem magister Johannes tuorum non careret fructu precaminum, eidem de canonicatu et prebenda Lingonensis ecclesie per obitum cujusdam cappellani nostri vacantibus, tue intercessionis intuitu et sue bonitatis obtentu duximus providendum, gratum multum habentes et placidum quod dictus magister Johannes, ut scripsisti, te ad ineundum cum rege concordiam attente solicitat et solerter instigat. Tu ergo, fili, pacis monita nullatenus respuas, quin potius ea tanquam salubria tibique non parum utilia libenter ad executionem adducas ut te pacis consilia ineuntem gaudia subsequantur. Dat. Avinione, xiiii kal. octobris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être de 1316 puisqu'elle est datée d'Avignon et que Philippe V y porte le titre de roi (Voyez n°s 1 note, et 81 note); d'autre part, elle est antérieure au 7 avril 1318, puisqu'à ce moment la paix avec le duc de Bourgogne était faite et connue à la cour pontificale (n° 555).

384 [Avignon, 18 septembre 1317.]

Agneti, ducissæ Burgundiæ de eodem, ut præfatum Odonem, ducem Burgundiæ, natum suum, ad eamdem pacem inducat. (Reg. 109, fol. 85, c. 361; — Reg. 110, p. i. fol. 76, c. 217.)

« *Dilecte filie in Christo nobili mulieri Agneti, ducisse Burgundie.* Litteras tuas filia nobis etc.[1] usque Remensi, consiliario dilecti filii nobilis viri Oddonis, ducis Burgundie, nati tui, super decanatu etc. usque placidum quod dictus magister Johannes ducem ipsum, prout idem dux per suas litteras scripsit nobis, ad ineundum cum rege concordiam persepe solicitat et solerter instigat. Tu ergo, filia, pacis commoda prudenter attendens in inductione nati tui ad obediendum eidem regi et pacificandum per omnia cum eodem nullatenus torpeas, quin immo regis pacifici beneplacitis te conformans circa id juxta quod frequenter tibi suasisse meminimus, ferventer insistas. Dat. ut supra. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez la lettre précédente.

385 [28 novembre 1316 — 20 sept. 1317.]

Dispensationem a Carolo, comiti Valesii, pro matrimonio inter filiam suam et Robertum de Atrebato contrahendo petitam, propter dicti Roberti rebellionem negat, et eidem Carolo respondet quod de concessione fructuum primi anni beneficiorum vacantium sibi facta contentus esse debeat. (Reg. 109, fol. 18, c. 74; — Reg. 110, p. i, fol. 73, c. 255.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Ecce, fili, litteras apostolicas super illo negotio, de quo nobis dudum Lugduni[1] supplicasti, confectas nostroque anulo in duabus extremitatibus et in medio consignatas tibi per dilectum filium magistrum Petrum de sancto...[2], clericum et familiarem tuum, exhibitorem presentium, mittimus, nec mireris si dispensationem quam petisti super contrahendo inter dilectum filium nobilem virum Robertum de Attrebato, militem, et dilectam in Christo filiam, nobilem mulierem.., filiam tuam, matrimonio non mittamus. Si namque recolis, pridem tibi explicite diximus quod cum dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato junior, verisimiliter, ut nobis asseruit, vereretur quod prenominatus Robertus, miles, de tui favoris auxilio jamdicti tractatus pretextu presumens, ad invasionem et occupationem comitatus Attrebatensis audatius prosiliret, nos non intendebamus dispensationem super ipsius matrimonii contractu concedere, sed personis committeremus aliquibus ut, a prefato Roberto quod ad predicta de facto nullo modo procederet promissione recepta solemni, auctoritate nostra super ipso matrimonio dispensarent. Cumque Robertus ipse prout est evidentia rei notorium, comitatum ipsum invadere et occupare jam cepit nec adhuc resipiscat, dispensationem predictam aut commissionem super illa ipso tuo clerico dare noluimus, ne qui, ex injuncti officii debito, malis precidere causam eaque nostro dissipare debemus intuitu, eidem Roberto circa illicitum conatum hujusmodi favorem tuum adicere videremus. Ubi tamen constaret nobis de ipsius Roberti resipiscentia debita a ceptis excessibus, super dispensatione predicta, essemus tibi complacere parati[3]. Super fructibus autem beneficiorum vacantium primi anni nichil plus decuit nos tibi concedere quam quod apostolice littere continent exinde confecte. Cum enim de consilio et assensu fratrum nostrorum concorditer processisset ut carissimo in Christo filio nostro Philippo, tunc regenti, nunc regi Francie et Navarre, concederemus in toto regno Francie generaliter fructus [beneficiorum] vacantium predictorum, nos nichilominus tuis necessitatibus benigne compassi eisque providere paternis affectibus cupientes, eidem tunc regenti locuti fuimus quod de concessione predicta terram tuam propriam demere et in illa tibi fructus hujusmodi concedere volebamus. Sicque habita in hoc ipsius conniventia, petitionem pro vobis(?) oblatam nomine signavimus, a concessione ipsa terram tuam propriam eximentes, et deinde demptionem hujusmodi ac concessionem tibi de ipsis fructibus in ipsa propria terra tua de dicti tunc regentis beneplacito, ut predicitur, tibi factam, nobis in dicti tunc regentis et tua presentia recensentibus teque, inter cetera, faciente de comitatu Cenomanensi quem filio tuo in feudum dederas mentionem, quoniam(?) nos demum concessioni hujusmodi fructuum tibi facte, comitatum eundem gratiose duximus adjungendum[4], nec, si bene consideres, per te peti decenter amplius, nec per nos in hac parte debuit indulgeri. De concessione itaque nostra hujusmodi gratus et contentus existens in tuis aliis oportunitatibus ad nos habeas cum fiducia filiali recursum in quibus, prout res exegerit et cum Deo licebit, propitium tibi disponimus exhibere favorem[5]. »

[1] Sur le séjour de Jean XXII à Lyon, voyez n° 1, note.

[2] Lacune.

[3] Voyez n°s 46 et 502.

[4] Au sujet de ces concessions, voyez les lettres du 11 et du 14 septembre 1316 (n°s 26, 27).

[5] Cf. Cette lettre est au plus tôt du 28 novembre 1316 puisque Philippe V y est désigné comme roi (Voyez n° 81, note); elle est antérieure au 20 septembre 1317 puisqu'à ce moment Jean XXII connaissait le décès de Robert d'Artois le jeune, fils de Mahaut, qui est cité ici comme étant encore vivant (n°s 388, 389, 392).

386 20 septembre [1317].

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et Berengario de Landorra, nuntiis apostolicis mandat ut litteras Carolo Valesii et Carolo Marchiæ comitibus necnon Philippo, regi Franciæ directas[1], eisdem præsentent, eosque ad sæpius rescribendum hortatur. (Reg. 110, p. 1, fol. 41 v° c. 128.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora, ordinis fratrum Predicatorum magistro, electo Compostellano.* Scire vos facimus — Datum XII kal. octobris[2]. »

[1] Il s'agit des trois lettres que l'on trouvera ci-après, nos 388-390.
[2] Cf. no 388, note 2.

387 20 septembre [1317].

Guillelmo de Flavacuria ut Carolum, comitem Marchiæ, ad exequenda contenta in litteris apostolicis inducat. (Reg. 110, p. I, fol. 41 v°, c. 129.)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo de Flavecuria, archidiacono Rothomagensi.* Scire te volumus quod dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie, per apostolicas litteras aliqua scribimus que ex litterarum apostolicarum inde sibi missarum inspectione in tuam notitiam deducenda putamus. Quocirca mandamus tibi quatinus, tanquam vir prudens et Deum timens, eumdem comitem cui grata feruntur directionis tue consilia, ad salubria dirigens et ad decentia et honesta convertens in omnibus que in ipsis videris litteris contineri saluti sue congruentia pariter et honori, veritati non parcas, quin immo eum juxta datam tibi a Deo prudentiam ad ea implenda solerter inducas, rescripturus nobis quid inde duxeris faciendum et ipsius comitis super hoc responsivam remitti facturus. Dat. XII kal. octobris[1]. »

[1] Cf. no 388, note 2.

388 Avignon, 20 septembre [1317].

Carolo, comiti Marchiæ, ne contra Mathildim, comitissam Atrebatensem, consanguineam suam, procedat. (Reg. 110, p. I, fol. 55 v° c. 182.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Audivimus, fili, et amaro animo recensemus quod tu depositioni duarum satis humilium personarum, matris quidem et filii, aliquorum forte perversa suasione seductus innitens, contra dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matildam, comitissam Atrabatensem, tuam consanguineam et affinem, prosequeris aliqua omni proculdubio, juxta opinionem bonorum et gravium, verisimilitudine destituta — Quesumus itaque, fili, tibique affectu intimo et sincero consilio suademus quatinus, premissis diligenter attentis, et eo etiam a tue considerationis intuitu non excluso quod, talia prosequendo vulgaris detractionis incurris obloquium et corda insuper plurimum scandelizas (*sic*) sublimium personarum, quod hactenus inde fecisti sic tibi sufficiat, quod ex nunc ut tuo et tui generis honori decentius consulatur, a prosecutione illorum omnino desistas, presertim cum, si qua tibi sunt viscera pietatis, desolatio qua eadem comitissa ex unici filii[1] subtractione recenti nimirum affligitur, te ad id debeat multum inducere, ne impie super addere videaris afflictionem afflicte. Ex hoc, fili, ei qui merentium est consolator placebis, ut credimus, et nobis indubie commendandus occurres. Datum Avinione, XII kal. octobris[2]. »

[1] Robert d'Artois le jeune, voyez ci-après no 392.
[2] Cf. Il s'agit ici des accusations intentées par Isabelle et Jean de Fiennes, son fils : *qui sunt paupcres, levis opinionis, viles persone*, ainsi qu'on le lit dans la défense de Mahaut d'Artois, datée du 10 juillet 1317 (Arch. nat., JJ. 53, fol. 136, no 325). L'affaire fut terminée par un arrêt du Parlement du 9 octobre 1317, publié par le Ms de Godefroy Menilglaise dans les *Mémoires de la Société des Antiquaires de France* (t. XXVIII, ou 3e série, t. VIII, 1865, p. 195-218. Voyez P. Lehugeur, *Histoire de Philippe le Long*, p. 168-174). La lettre de Jean XXII est antérieure à cette dernière date ; étant écrite d'Avignon, au moment où Philippe V était roi, et confiées à Bérenger de Landorre, élu de Compostelle, elle ne peut être que de 1317 (Voyez nos 1, note ; 81, note ; 314).

389 20 septembre [1317].

Carolum, comitem Valesii, rogat ut dictum Carolum, comitem Marchiæ, nepotem suum, ad præmissa inducat eumque hortatur ut ad Philippum regem redeat. (Reg. 110, p. I, fol. 56, c. 183.)

« *Dilecto filio, nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Clamavimus alias, fili benedictionis et gratie, nec cessamus, immo quasi tuba vocem exaltare compellimur, ut scandala gravia que scissure ac divisiones imminentes in christianissimo regno Francie, ubi pax summa vigere consueverat a diebus antiquis, verisimiliter continuantur, prospicacibus (*sic*) oculis, tanquam vir inter ceteros de stirpe regia prodeuntes, maturioris etatis et

discretionis experte, velis attendere, et ne periculosa coalescant in segetem oportunis remediis obviare. Ecce quidem dolenter audivimus quod quasi non sufficiat ad turbandam regni predicti quietem Flandrensium et alligatorum nondum sedata commotio, hinc dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie regis Francie filius, comes Marchie, nepos tuus, gentis exforcium congregat, illinc vero dilecta in Christo filia nobilis mulier Matildis, comitissa Atrabatensis, ad simile faciendum anelat, in quo quidem nil aliud potest quam grave discrismen turbationis future notari. Cum tamen motus ipsius comitis in hac parte nulla credatur ratione fulciri, fertur et enim quod comes ipse depositioni duarum satis humilium personarum, matris quidem et filii, aliquorum forte perversa suasione seductus innitens, contra eandem comitissam, suam consanguineam et affinem, prosequitur aliqua omni proculdubio, juxta opinionem bonorum et gravium, verisimilitudine destituta, cum in tam atrocibus nota verisimilis presumptionis de tantis orta natalibus, tam claris trabeata parentibus, non possit insurgere, immo regalis unde illa descendit claritas generis, et illud quo dicto comiti tenetur necessitudinis vinculum, cujus sinistri suspitionem excludat; sane vellemus eundem comitem et in hoc assistentes eidem, animo quieto prospicere quod ipse, talia prosequendo, clare generositati regii generis non leviter detrahit, dum per illa in ipsius generis ponens gloria maculam, famam ejus longe lateque diffusam, quantum in ipso est, impositione turpi commaculat, et progenitorum suorum memoriam celebrem quodam modo dehonestat cum radici derogetur et stipiti, sic fructus deturpentur et rami. Vellemus etiam ipsum et illos considerasse consultius *etc. ut supra*[1] *in nota istam precedente usque* cujusque persone. Hec, fili, non leviter contingentia tuum et regie stirpis honorem te decuisset sedula meditatione pensare, ut quantum in te fuisset, non ea permisisses per alicujus perscrutationis indaginem inculcari plurium auribus, sed ut suo prefocarentur in ortu, ea sub silentio transiri fecisses, cum non solum duarum tam humilium personarum contrariarum presertim et singularium veritate carens assertio, quam etiam falsus rumor qui multitudinem implicat, cito cadat. Sed tu hec, ut displicenter audivimus, conniventia reprehendenda dissimulas, et te opponere, ut deberes, pro illorum sedatione non curas, agenda regni illa presertim per que procuratur pax et tranquillitas ipsius, in nullo promoves, nec carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, licet ut dicitur per eum vocatus interdum et nostris salutaribus monitis frequenter hortatus, assistis, nec attendis quod per tuam elongationem hujusmodi quecunque sinistra predictis regi et regno contingunt, tibi vox imputat populi, per quod scias fame tue atque decentie non leviter ubilibet derogari. Non attendis quod omnipotens Dominus poterit in momento negotiis etiam desperatis dare prosperum exitum, quod, te assistente, in evidens tui honoris augmentum cedere poterit, et te juxta solitum elongato, in quoddam saltem quantum ad vulgi labia vituperium redundabit. Quesumus itaque, fili, tui honoris ac salutis obtentu sano consilio suademus quatinus, oculos mentis apperiens, premissa profunde perspicias et sincerum patris affectum, quem tibi in exhortationibus totiens iteratis ostendit, gratanter agnoscas, provisurus absque more dispendio quod eidem comiti sic id quod contra comitissam eandem fecit huc usque sufficiat, quod ex nunc, — ut suo et regalis generis honori decentius consulatur, ab ulteriori prosecutione predictorum omnino desistat, presertim cum si qua tibi et illi sunt viscera pietatis, desolatio qua eadem comitissa ex unici filii subtractione recenti[2] nimirum affligitur, ipsum et te ad id debeat multum inducere ne afflictio superaddi videatur afflicte. Rogamus etiam nobilitatem tuam et consulimus bona fide quatinus te regi predicto non subtrahas, set nunc presertim cum de pace Flandrie et de facto Burgundie agitur ad presentiam regiam negotia hujusmodi et alia imminentia promoturus, libenter accedas, ne ipsa negotia ex absentia tua dispendium subeant, cujus presentiam profuturam indubie multi sperant. Per id enim nostris multum commendandus occurres affectibus, et preter laudis humane preconium tibi, ut credimus, vendicabis divine benedictionis augmentum. Datum XII kal. octobris[3]. »

[1] Il s'agit de la lettre précédente, n° 388.
[2] Robert d'Artois le jeune, voyez n° 392.
[3] Cf. N° 388, note 2.

390 [20 septembre 1317.]

Philippo, regi Franciæ, nuntiat se præfatis comitibus de dicto negotio scripsisse eumque rogat ut quid expedire viderit rescribat. (Reg. 110, p. ii, fol. 35 v° c. 158 et 714.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, super negotio dilecte in Christo filie Matildis, comitisse Attrabatensis, scribimus dilectis filiis nobilibus viris Karolo Valesii, patruo, et Karolo Marchie comitibus, fratri tuis[1], clare memorie regis Francie filiis, prout vidimus expedire : dicto videlicet comiti Marchie, ut ab inceptorum ulteriori prosecutione desistat, et ipsi comiti Valesii ut erga illum efficacie sue partes circa id interponat, nuntiis nostris mandantes expresso ut litteras nostras dictis debeant presentare comitibus eisque ut contenta in ipsis litteris impleant, suadere[2]. Tu igitur, responsione scita comitum predictorum, quam ipsi tibi nuntii refferent, si expedire videris negotium ipsum in consistorio publicari, hoc ipsum nobis significare non differas, ordinaturus aliquem de tuis hic morantibus vel de tibi assistentibus transmissurus qui proponat negotium antedictum. Nos enim inde parati erimus facere quicquid decenter poterimus et honeste[3]. »

[1] Nos 388, 389.
[2] N° 386.
[3] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que les précédentes.

391 Avignon, 20 septembre [1317].

Priori fratrum Prædicatorum de Parisius ut dictos Valesii et Marchiæ comites ad præfata inducat litterasque Philippo, regi Franciæ, directas eidem regi præsentet. (Reg. 110, p. ii, fol. 35 v°, c. 159 et 715.)

« *Dilecto filio.., priori fratrum Predicatorum de Parisius vel ejus locumtenenti.* Scire te volumus quod dilectis filiis nobilibus viris Carolo, Valesii et Carolo, Marchie comitibus, clare memorie regis Francie filiis, per apostolicas litteras scribimus[1] in forma quam cedula continet presentibus interclusa. Quocirca mandamus tibi quatinus, statim receptis presentibus, ipsos comites adiens, dictas litteras eisdem comitibus secrete presentes et eos ad illa que sibi suademus implenda, prout ipsius cedule tenor habet, juxta datam tibi a Deo prudentiam efficaciter inducere non ommittas, predictam cedulam deinde laceraturus penitus aut igni daturus in cibum. Quicquid autem inde feceris et dictos comites sperabis, eorum considerata responsione, facturos, nobis per latorem presentium festine rescribas. Scribimus preterea carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri[2], cui litteras nostras presentare non differas, responsales ejus et predictorum comitum litteras remissurus. In hiis autem nullam presumas negligentiam committere vel ingerere tarditatem, sicut non vis de inhobedientie vitio reprehendi. Dat. Avinione, xii kal. octobris[3]. »

[1] Nos 388, 389.
[2] N° 390.
[3] Cf. Cette lettre se date comme les précédentes. On a vu que les envoyés pontificaux reçurent une mission analogue (n° 386).

392 [Vers le 20 septembre 1317.]

Mathildim, comitissam Atrebatensem, de filii sui morte consolatur. (Reg. 109, fol. 92 v°, c. 292 ; — Bib. Nat., fonds Moreau, n° 1230, fol. 36.)

« *Dilecte filie nobili mulieri Matildi, comitisse Atrebatensi.* Licet, filia, humanum — Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Deux lettres précédentes, adressées le 20 septembre 1317 à Charles de la Marche et à Charles de Valois (nos 388, 389), mentionnent comme récente la mort de Robert d'Artois le jeune, fils de Mahaut, dont il est ici question. Nous pensons que la lettre de Jean XXII a été écrite vers le même moment. Voyez, à ce sujet, J. M. Richard, *le tombeau de Robert l'enfant aux Cordeliers de Paris*, dans les *Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris*, t. VI, p. 290. La formule *ut supra* répondrait à la date du 11 octobre [1317], qui se trouve sous le c. 389 (n° 405) ; cette date n'est pas inadmissible, mais, d'après ce que nous savons de la constitution des registres 109 et 110, rien ne nous autorise à l'accepter (Voyez n° 5, note).

393 Avignon, 22 septembre [1317].

Philippo, regi Franciæ, de oblatione sua gratias agens, favores ei promittit juraque ecclesiastica com-

mendat; eum ad clementiam erga rebelles hortatur et comitis Nivernensis ad ejus obedientiam reditum gratanter audivisse nuntiat. (Reg. 109, fol. 108 v°, c. 453; — Reg. 110, p. I, fol. 14, c. 45.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Per litteras tuas, fili carissime, affectione consueta receptas, miro gratitudinis genere curialiter nimis recensere curasti quam paterne, juxta commemorationem tuam, astitimus tibi in promovendis tuis et christianissimi regni tui negotiis, nunc in litteris efficacibus, nunc solennibus nuntiis destinatis, unde guerrarum actione premissa, in agendis nobis imminentibus te libenter apponere tue grandis virtutis auxilium, et exponere tuorum jurium et potentie magnificam facultatem juxta solitum liberaliter obtulisti. Sane, dilectissime fili, ad ipsius regni tui prosperitatem procurandam et pacem nos virtus originis singulariter allicit, et ad personam tuam nedum ea, qua cunctis regibus fidei professoribus christiane in generalitate quadam astringimur, paterna caritas afficit, quin etiam ad illa que tibi honorifica et utilia fuerint proponenda, specialis affectio nostris impressa precordiis, tuis meritis exigentibus, nos inducit. Si ergo quicquam tibi et regno tuo accomodum agimus ubi hoc ipsum sic accumulata requirit affectio, decentie nostre debitum adimplemus, nec posset unquam animus noster pro certo quiescere ubi tibi vel ipsi regno sciremus sinistrum aliquid imminere. Sic namque cor nostrum tangit, et angit tuarum et regni predicti necessitatum instantia quod, non solum labores pro illis impendere, set etiam superimpendi, si necesse fuerit, prompti sumus, et ubicunque fuerit oportunum, quicquid ex nobis poterimus, curabimus facere, et, humano defficiente consilio, divinum non obmittemus auxilium invocare. Tuum ergo erit, amantissime fili, invigilare solicite ut Deo placeas, cujus vices in terris, licet immeriti, gerimus et Ecclesiam sponsam suam quam commercio proprii sanguinis acquisivit, habeas in honore, et cleri et ecclesiarum oppressionibus reverenter abstineas, et justitiam atque clementiam exerceas ad subjectos. Set et illud tibi sincero consilio suademus quatinus, prudenter attento quod animus generosus obsequio vincitur, et facilius ducitur quam trahitur, eos qui tibi debitam assistentiam subtrahunt et per elongationem diutinam a tui comitiva lateris se subducunt, per evocationes ex causis aliquibus te decentibus, et per alios etiam modos tue celsitudini congruentes ad assistendum tibi, quantum in te fuerit, attrahas et tua humilitas eorum inhobedientiam, si non venerint, arguat, tuaque benignitas notabiliorem prohibeat eorum contumaciam et contemptum. Per id, fili, vinces in bono malum, excusabilis Deo redderis et mundo, et cum de contingentibus nichil obmiseris, speramus in illo qui de sui profunditate judicii etiam negotia suscitat prefocata, quod tibi et agendis tuis viam prosperam et felicem quam multi forte difficilem reputant, preparabit. Denique, dilectissime fili, de grandi et magnifica oblatione tua quam sepius iterasti[1] communibus litteris et propria manu scriptis, et quam etiam gentes tue reali exhibitione solerter adimplent, magnitudini tue grates ex corde referimus, te post Deum in nostris tribulationibus singulare presidium fiducialiter expectantes. Quod autem sicut nobis per cedulam tuis insertam litteris intimasti, comes Nivernensis, tangente Domino cor ipsius, ad tuam obedientiam rediit, regi pacifico gratias agimus, sperantes in eo quod qui cepit ipse perficiet, et tandem ceteros inimicos tuos ad pacem pia dignatione convertet. Dat. Avinione, x kal. octobris[2]. »

[1] Voyez n° 172 et aussi n° 536.

[2] Cf. Jean XXII fait ici allusion au traité conclu le 13 septembre, à Gisors, par lequel Louis de Nevers se soumit à Philippe V, lui prêta hommage et recouvra le comté qui lui avait été précédemment confisqué (Arch. nat., J. 562A, n° 4, orig., JJ. 53, fol. 130, n° 317; — JJ. 55, fol. 21, n° 43; — Leibnitz, *Codex juris gentium diplom.*, part. I, p. 100, n° xlix; — Dumont, *Corps universel diplom.*, t. I, part. II, p. 39, n° lxvi; — A. Wauters, *Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique*, t. VIII, p. 663; — voyez aussi ci-après n° 394). Déjà, le 16 août de la même année, Louis de Nevers, décidé à la paix, avait obtenu du roi de France un sauf conduit dont la durée fut ensuite prolongée (Arch. nat., JJ. 55, fol. 20 v°, nos 41 et 42). Sa soumission ne fut que momentanée (Voyez nos 714; 1049, note). Parmi les autres rebelles dont il est question dans la lettre du pape il faut citer Charles de la Marche qui ne fut réellement réconcilié avec son frère que le 7 mars 1318 (n° 488) et le duc de Bourgogne qui se soumit le 27 du même mois (Voyez n° 572, note).

394 [1317, vers le 22 septembre.]

Carolum, comitem Valesii, hortatur ut gratam habens restitutionem terræ et comitatus Nivernensis a Philippo, rege Franciæ factam, eidem regi auxilium et consilium præbeat indignationemque contra Henricum Soliaci conceptam temperet. (Reg. 110, p. II, fol. 64 v°, c. 303 et 948.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi, regis Francie filio, comiti Valesii.* Utinam, fili, circumspectio tua — Ecce, fili, ad nostrum noviter pervenit auditum quod cum rex ipse, illius cui est pax fratrum accepta beneplacitis se conformans, te ac dilectum filium nobilem virum Ludovicum, comitem Ebroicensem, fratrem tuum, desideraret in animarum concordia vivere ac dissidiis que vos, occasione matrimoniorum inter vos pro vestris, et dilectum filium nobilem virum Ludovicum, comitem Nivernensem, p[ro] suis liberis jam dudum diversis vicibus tractatorum[1], dividere possent ab invicem, oportunis cupiret remediis obviare, tu assumpto per eum circa predicta tractatui consen(ten)tire nullatenus voluisti, nisi primitus eidem comiti Nivernensi, cujus comitatum et terram rex ipse propter felonias ab illo commissas in eum confiscatos sibi probabiliter asserebat, confiscationem hujusmodi remitteret penitus et donaret. Et licet rex ipse difficile reputaret, sicut proculdubio reputare debebat, illum tanta gratia prosequi, qui nunquam progenitoribus seu predecessoribus suis aut sibi ad momentum fidelis extiterat, et qui quantumvis alias in similibus cum ipso clemente semper se ingratum omnino reddiderat, ac per cumulatos excessus effecerat se cujusvis exhibitione favoris indignum, licet etiam rex ipse consideranter attenderet quod, cum impunitas ausum pariat et ausus excessum, facilitas venie tam illi quam ceteris delinquendi tribueret incentivum, ne tamen propter hoc concordie bonum, ad quod idem rex inter te et dictum fratrem tuum, ut predicitur, procurandum, ingenti desiderio hanelabat contingeret impediri, tue circa remissionem predictam annuit voluntati, per hoc sperans te, cujus obtentu gratiam hujusmodi fecerat, magis habere propitium et ad sua et regnorum suorum agenda que utique, sicut nosti, grandia incessanter emergunt, constantius assumenda invenire paratum. Tu vero eodem die ipsi regi, in presentia aliquorum de suo consilio, cujusdam alterius requisitionis onus importabilius imponere, sicut dicitur, curavisti, videlicet quod dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, quem cum nimis esse juvenem, et ad negotia etiam propria gerenda minus ydoneum reputares, nec utilem sibi, nec honorabilem asserebas, de consilio suo deberet expellere, alioquin quamdiu cum ipso esset, de negotiis regiis te nullo modo intromittere disponebas, petens nichilominus quod cum ipsi regi vel alteri aliqua de persona tua verba indecentia protulisset, eum cui tamen nil aliud obiciebas (*sic*) mali vel criminis, punire curaret. Porro rex ipse firmiter asseverans prefatum Henricum nunquam, eo sciente, contra te verbo lapsum, nec de persona tua stultum aliquid fuisse locutum ibidem, adjecit, ut dicitur, quod cum te puro corde diligeret tuique foret zelator honoris, offerebat se Henricum ipsum gravius punire quam alium, si reperiretur contra te ad verbum vel factum aliquod quomodolibet prorupisse, affectuose te rogans ut ubi non appareret culpe contagium, temperare velles, ut condecet, indignationem conceptam in eum, presertim cum ipse paratus esset se tibi super impositis ad tue voluntatis arbitrium humiliter excusare. Etenim si hoc casu predictum Henricum qui sibi sanguinis idemptitate conjungitur, et qui nedum post, set etiam diu ante suscepta regnorum gubernacula constanter, fideliter et utiliter, spretis laboribus ac dispendiis facultatum, nullisque periculis vitatis, servivit eidem et servit, elongaret a suo consilio sine causa, inconstantie posset ac ingratitudinis argui, nec de facili quisquam ejus negotia imposterum auderet assumere, timens similiter secum agi; hiis et aliis tibi per regem ipsum facunde multum et humane, sicut audivimus persuasis, nec hactenus condescendere, nec ipsius Henrici excusationem admittere, prout cum admiratione percepimus, voluisti. Sane, fili, quid te ad ista moveat non videmus, ut videlicet velis regem ipsum Henrico carere predicto quem, ut premissum est fidelem sibi et utilem reperit, et in quo nondum quicquam plectibile in te vel alium commissum invenit, nulla nobis occurrit ratio propter quam ex premissis tuam eidem regi debeas assistentiam, hoc precipue tempore

impacato, subtrahere, et ab hiis que jam pridem erga eum tam laudabiliter incepisti, nunc pro libito resistere. Vide, fili, et consideranter attende quod si talibus, quod absit, insisteres, grave nimirum ingereres tue saluti periculum, Deum et Ecclesiam sanctam suam offenderes, ac famam tuam totaliter denigrares, cum te ad ipsius regis regnique tutamen prestitum fidelitatis juramentum specialiter obliget, et jus sanguinis, cujus observatio indicitur a natura, signanter innectat. Numquid enim non esset plenum infamia veluti strenuitati tue maturitatis incongruum et eminentie nobilitatis indignum, si tu, qui pre ceteris de regia stirpe progenitis pro ipsorum regis et regni tranquillitate procuranda te et tua, nunc presertim cum tuum eis granditer necesse est adesse presidium, teneris exponere, reperireris aliqualiter retrorsum abire? Nunquid etiam non attendis quod per id ipsos regem et regnum, quantum in te foret, discrimini eo graviori subiceres quo ceteris ipsi regi et regno non tantum astrictis, perniciosius exemplum similia committendi preberes? Nunquid preterea non tibi obloquentium murmur niteretur ascribere quod per hec non aliud quam utilitatem propriam cum alieno dispendio querere videreris? Hec, fili, et alia que attendenda fuerint circa illa te in rationis consistorium introducere cupimus; et quia ad filii salutem non affici et de illius infamia non affligi non potest paternus affectus, nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, tranquilla mente discutiens quam grata tibi esse debuerit facta per regem ipsum dicto comiti Nivernensi, tui contemplatione, remissio, quam sufficiens et acceptabilis videatur circa ipsius Henrici factum oblatio regia, et quam grave tibi esset et esse deberet indubie hominem tibi carne conjunctum, cujus esset nota tibi fidelitas et industria in arduis non ignota, a tuis sine causa rationabili servitiis elongare, ipsius Henrici excusationem, regis misericordis intuitu, et nostre si placet intercessionis obtentu, pie velis admittere, etiam si, quod non credimus nec vellemus, reperiatur contra te lubrico lingue aut consilii facilitate vel aliter quicquam intemperantius protulisse, cum nec imperialis lex in talibus statuerit aliquid durum vel asperum, set contempnendum potius si ex levitate processerit, si ex infamia miseratione dignissimum, si ex injuria censuerit remittendum. Tua ergo, fili, adversus Henricum eundem indignatio conquiescat, cum te non deceat, excellentie tante virum, siccam stipulam persequi aut contra simplicem dimicare baronem. Nullo, quesumus, precipue diebus hiis malis, te inducat causa vel seducat occasio quod dicto regi non prebeas, ut teneris, auxilium, consilium et favorem, cum certitudinaliter supponamus quod se tibi non exhibebit tantum superiorem aut dominum, quin immo te, ut patruum carissimum, prosequetur veneratione condigna, tuis salubribus consiliis adherebit, et in quibuscunque contingentibus tuum comodum et honorem se benigne prebebit flexibilem atque pronum. Provise itaque rei exitum metiens et pericula que tibi tuisque posteris possent, si in hiis aliter ageres, formidari, a tue considerationis obtutibus, non excludens, patris monita cum filiali reverentia suscipe, eaque tuorum honoris et salutis obtentu cum promptitudine devotionis adimple, nostram et apostolice Sedis ac prefati regis benivolentiam tibi proinde vendicaturus uberius, et tam mundi fugiendam vitaturus infamiam, quam divine non incursurus magestatis offensam [2]. »

[1] Voyez, à ce sujet, nos 209, note.

[2] Cf. C'est en juin 1317 que Louis de Nevers vit son comté confisqué au nom du roi, par le sire de Sully (Arch. nat., J. 562A, n° 3; — JJ. 55, fol. 15, n° 30), et c'est là sans doute une des causes qui attirèrent à ce dernier la haine de Charles de Valois, allié du comte de Nevers (Voyez n° 209, note). La paix fut faite et la restitution du comté eut lieu le 13 septembre 1317 par le traité de Gisors; Jean XXII en félicita le roi le 22 du même mois (Voyez n° 393). Nous pensons que la lettre qu'il écrivit à Charles de Valois et que nous publions ici doit se rapporter au même moment.

395 Avignon [1317, vers le 22 septembre].

Eumdem Carolum rogat ut præfatam indignationem deponat nec permittat a Philippo, Cenomanensi comite, primogenito suo, contra dictum Henricum aliquid attemptari. (Reg. 110, p. i, fol. 56 v° c. 184.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Habet, fili, egressus de partibus illis rumor implacidus quod tu contra

dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, indignationem gravem citra ejus, ut fertur, demerita concepisti. Cui equidem indignationi dilectus filius nobilis vir Philippus, primogenitus tuus, comes Cenomanensis innitens, Henricum ipsum odio adeo infesto prosequitur ut idem Henricus se per illum offendi probabiliter vereatur. Sane, fili, magnitudinem tuam exercendam in arduis, implicandam in magnis, nollemus talibus minime implicari. Si namque ad tui status eminentiam tue providentie direxeris aciem, quis, quesumus, honor est tibi, excellentie tante viro, adversus baronem simplicem dimicare, stipulam siccam, persequi, et contra unum militem tuam potentiam ostentare ? Leones scimus contra vermiculos non armari, ad passeres aquilas non volare, et tu vir tam alti nominis ad dejectionem unius baronis tanta sudabis instantia, ubi presertim, si te forsan offenderit, tuum ut credimus in satisfaciendo subire judicium minime declinabit. Profecto, fili, hec excellentie tue decori non congruunt, quin immo te linguis obloquentium lacerandum exponunt, nec credas in hiis sub ipsius primogeniti persequentis excusari velamine, quia indubie quicquid inde mali successerit, tibi precipue mundi malitia imputabit. Quia igitur tales inordinati conceptus non leviter tue fame detrahere eaque de quibus nobis alias, si recolis, fuisti locutus, contingentia tui status provectionem in melius, ad quam si per te non steterit, suis loco et tempore nos benivolos invenies et paratos, possent probabiliter impedire, nobilitatem tuam rogandam duximus et hortandam, sano nichilominus consilio suadentes quatinus, premissis consideranter attentis, illius obtentu qui pro nobis dignatus est opprobriis saturari, nedum tua adversus Henricum eundem indignatio conquiescat, quin etiam, ne pretextu illius aliquid contingat eidem Henrico sinistrum attente prospicias, juvenilem motum tui primogeniti circa id paternis increpationibus repressurus. Proinde namque illius qui misericordiam in ira non continet, gratiam impetrabis nostramque ac Sedis apostolice benivolentiam tibi vendicabis uberius et murmur vulgaris obloquii evitabis. Dat. Avinione [1]. »

[1] Cf. Nous pensons devoir rapprocher de la précédente cette lettre, également dépourvue de date, mais qui a trait aux mêmes faits.

396 Avignon, 26 septembre 1317.

Omnes concessiones et gratias de bonis ad mensam episcopi quondam Tolosani spectantibus, a quibusvis episcopis Tolosanis factas, revocat. (Reg. 110, p. II, fol. 20 v°, c. 109 et 665 ; — Reg. 67, cur. fol. 305, c. 12 ; — Reg. Avin., t. X, fol. 415 v°, c. 12 ; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 12, pars II, c. 4.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Romana mater Ecclesia ad ecclesiarum omnium aliarum quarum est capud, domina et magistra, utilitatem intendens, sicut libenter firmitatis robur adicit hiis que in earum favorem bene gesta cognoscit et provide, sic et prompte juribus vacuat et prudenter immutat que in evidentem lesionem illarum et enorme dispendium viderit redundare, ubi presertim ex hoc illud commodum elicit, quod divinum cultum patenter extollit. Sane, pridem, ad incrementum divini servitii piis intendentes affectibus, et ad salutem populi quem in civitate et quondam diocesi Tholosana sic multiplicavit Altissimus quod per unum antistitem salubriter gubernari non poterat, quin potius ad ejus regimen, exigente messis multitudine ac latitudine requirente diocesis, pluribus operariis opus erat, paternis desideriis anhelantes, ex hiis et aliis causis que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationaliter induxerunt, episcopatum Tholosanum ejusque redditus, quorum opulentia copiosa pluribus poterat habunde sufficere, de fratrum ipsorum concordi consilio et apostolice plenitudine potestatis, primo per quinque civitates et dioceses divisimus [1], et deinde cum residui proventus et redditus episcopatus ejusdem ad plures sufficere noscerentur, divisioni hujusmodi duas alias civitates et dioceses duximus, ut sequitur, adjungendas, ut videlicet preter civitatem Tholosanam, quam in metropolitanam ereximus et quam habere voluimus suam propriam et distinctam diocesim auctoritate apostolica limitandam, in subscriptis sex villis, quas insignivimus vocabulo civitatis, essent sex, quas de novo ibidem creavimus, ecclesie cathedrales : scilicet in de Montealbano, pridem de Caturcensi, cui adiceretur certa pars dicte quondam diocesis Tholosane, de sancto Papulo et de Lumberiaco ac de Rivis de Bolbestria, de Mirapiscensi et de Vauro villis, olim existentibus de dicta

quondam diocesi Tholosana. Cui equidem Tholosane decem milia et singulis aliis predictis ecclesiis quinque milia librarum turonensium annui et perpetui redditus de bonis, redditibus et proventibus ad mensam quondam episcopi Tholosani pertinentibus concedenda duximus et etiam deputanda. Sed et inibi ordinavimus erigi duas collegiatas ecclesias, unam videlicet in villa de Insula Jordani et aliam in villa de sancto Felice, quarum cuilibet certam portionem de bonis, redditibus et proventibus dicte mense providimus assignandam. Porro cum vellemus ad assignationes summarum et portionum predictarum singulis predictis ecclesiis faciendas, pro tam pii operis consumatione procedere, ex informatione plena per fide dignas et sufficientes personas nobis exinde facta reperimus quod quondam episcopus qui ecclesie Tholosane ultimo prefuit, tot ex decimis et redditibus episcopalis mense personis variis, clericis et laicis, immoderata effusione concesserat, quod valor annuus concessionum hujusmodi ad summam duodecim milium librarum turonensium ascendebat. Quarum equidem concessionum plurimas felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, non tam devictus importunitate petentium quam malitiosa, ut credimus, subpretione deceptus, apostolice constitutionis munimine roboravit, quas tamen postmodum, sicut habet firma nonnullorum ex fratribus ipsis assertio, ductus conscientia, revocare voluit, immo etiam revocavit, de cujusmodi revocatione littere apostolice superesse creduntur ipsius bulla bullate. Invenimus etiam quod predecessores ejusdem quondam episcopi usque ad valorem annuum trium milium librarum turonensium concesserunt personis aliquibus de decimis atque redditibus ad mensam pertinentibus antedictam, sic quod mensa ipsa per tales concessiones librarum turonensium quindecim milibus reperiebatur exhausta, propter quod ad complendas assignationes hujusmodi nequibant bona, proventus et redditus dicte mense tot concessionibus, ut predicitur, onerate sufficere. Unde contingebat pie nostre ordinationi notabiliter detrahi et divini cultus promotionem non leviter prepediri. Nos itaque volentes, ut condecet, adversus onus tam importabile ac tam enormem lesionem oportune prospicere et ne executio tanti boni, ac provisio tam salubris impediatur aut retardetur in aliquo, utiliter providere, omnes et singulas concessiones et gratias de bonis, decimis, proventibus, redditus et juribus ad predictam mensam quondam episcopi Tholosani spectantibus, per quosvis quondam episcopos qui hactenus Tholosane ecclesie prefuerunt factas quibuscumque personis, ex causa quacumque, etiam si per apostolicam Sedem fuerint ex certa scientia confirmate, de certa nostra scientia, fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, cassamus, annullamus, irritamus, ac nullas, cassas et irritas ac viribus esse vacuas volumus, ac bona, decimas, redditus, proventus ac jura predicta sic concessa et etiam confirmata ad nostram et apostolice Sedis manum penitus revocamus, in complementum assignationum predictarum juxta nostrum vel dicte Sedis arbitrium debite convertenda, non obstantibus quibuscumque litteris, privilegiis et indulgentiis apostolicis vel aliis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum et expressionis existant super hujusmodi concessionibus aut earum confirmationibus quocunque modo confectis, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus presentium impediri valeat vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit de verbo ad verbum in nostris litteris mentio specialis. Nos enim hujusmodi litteras, privilegia seu indulgentias, fratrum ipsorum ad id accedente consilio, nullius esse voluimus roboris vel momenti. Nulli etc. nostre cassationis, anullationis, irritationis, revocationis et voluntatis etc. Dat. Avinione, VI kal. octobris, anno secundo. »

[1] 25 juin 1317 (nº 262).

397 Avignon, 26 septembre 1317.

In. e. m. Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, ejusque collegis, de prædictorum executione. (Reg. 110, p. II, fol. 21, c. 110 et 666; — Reg. 67, cur. fol. 305 vº, p. c. 12.)

« *In e. m. dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, ac magistris Eyquelino, Engolismensi et Raymbaudo de Rechigneroisin, Avalonensi, Eduensis archidia-*

conis, ac Berengario de Olargiis, canonico Narbonensis ecclesiarum, capellano nostro, nostris et apostolice Sedis nuntiis etc.[1] Romana mater Ecclesia ut supra usque nullius esse voluimus roboris seu momenti. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, seu tres vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios anullationem, cassationem, irritationem et revocationem nostras hujusmodi et alia supradicta, in locis de quibus expedire videritis solenniter publicantes, bona, decimas, proventus, redditus atque jura predicta, ut prescribitur, revocata, de manibus detinentium exigere ac recipere nostro et dicte Sedis nomine integraliter studeatis, in predictarum assignationum supplementum ut premissum est convertenda, contradictores et rebelles, si qui fuerint, per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo; non obstante si aliquibus communiter vel divisim a prefata Sede indultum existat quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. ut supra. »

[1] Dans le registre 110, il y a simplement pour adresse : *judicibus*, sans nom de personnes.

398 Avignon, 29 septembre [1317].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut compositionem inter quondam Ludovicum, regem, fratrem suum, cum fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani factam, observari, et gravamina a commissariis regiis eisdem fratribus præcipue in senescallia Bellicadri illata, cessare faciat. (Reg. 109, fol. 84, c. 358; — Reg. 110, p. II, fol. 26, c. 129 et 685.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quanto viscerosius cordi gerimus Terre Sancte negotium, quantoque sincerius te affici putamus ad ipsum, tanto nimirum suademus tibi fidentius ut nedum a quibuscunque illius prosecutioni derogare valentibus prorsus abstineas, quin etiam ad omnia que illud juvent atque promoveant solicitis studiis te impendas. Nosti, quidem, fili carissime, qualiter Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani sacra religio et incliti professores illius, ab institutione sui primaria ad Terre defensionem ejusdem sua vota specialiter direxerunt, et se totos in hoc crucifixi, qui Terram eandem aspersione sui preciosissimi sanguinis per crucis patibulum insignivit, servitio devoventes, multos labores circa id subierunt et subeunt, nullisque vitatis periculis ac anxietatibus spretis innumeris, que propter hoc ferre illos oportuit et oportet, in eodem proposito tanquam agoniste perstitere precipui, et adhuc continuatione laudabili veluti fortes atlete persistunt, nec te abnuere credimus, set obstinere potius quod propter hoc ipsa religio digne sit christicolarum fovenda favoribus, non persecutionum injuriis deprimenda. Quod et nos, piis attendentes affectibus, ad reformationem et relevationem religionis ipsius que a statu pristino et prosperitate solita decidere videbatur, curavimus jam manum apponere, ut et videlicet a debitorum sarcinis, quarum mole quasi prostrata jacebat, valeat expediri, oportuna solerter adhibendo remedia; et, ut dissidium inter dilectum filium fratrem Fulconem de Villareto, Hospitalis predicti magistrum ex una parte, et conventum Hospitalis ipsius ac fratrem Mauritium de Pagnaco, se ex nova concessione dicti conventus pro magistro gerentem ex altera, instigante dyabolo, suscitatum, dispositione apostolica sopiatur, per quod, fratres Hospitalis ejusdem liberius divinis valeant vacare servitiis, mittendo litteras et nuntios speciales, ac magistrum et gerentem predictos ad nostram propterea presentiam evocando[1]. Hec, fili, non solum in religionis predicte favorem facienda providimus sed ut, ea reformata prout et condecet, ac ut expedit tranquillata, viam habiliorem ad ultramarinum passagium cujus assumptionem tuis inherere precordiis asseris, preparemus. Set quid in hoc nostra poterit prodesse provisio, si quantum in una parte constituimus, tu vel officiales tui ex altera injuste destruitis, si quantum hinc per humanam reformationem erigimus, tu inde vel illi per intollerabilem inculcationem gravaminum conculcatis? Ecce, fili, miranter audivimus quod, licet super omnibus et singulis debitis ad que Hospitale predictum tam pro se quam pro ordine quondam Templi poterat curie regali teneri, certa compositio seu transactio cum clare memorie Ludovico, rege Francie, fratre tuo, fuerit inita et regalium

litterarum munimine roborata, quam Hospitalarii, ut fertur, libenter observant et quantum in eis est, sunt observare parati, tu tamen certis personis aliqua comisisti que compositionem eandem enervant et Hospitale predictum ad incommodum extreme desolationis adducunt, in eo precipue quod ipsi commissarii omnia bona mobilia dicti quondam ordinis Templi sistentia in senescallia Bellicadri saziri mandarunt et ad manum curie tue poni; ac duas partes omnium fructuum et reddituum bonorum dicti quondam ordinis anni hujus, ad que tibi nec tenor compositionis predicte nec alia quevis causa jus tribuit, immo ipsa compositio illud expresse subducit, jusserunt pro libito sibi mitti, nec in senescalliis ceteris circa id actum esse mitius creditur cum Hospitalariis antedictis, sic ut, fili, dilapidantur in regno tuo bona ad predictum Hospitale spectantia que, contemplatione saltem dicti passagii, velle deberes debite conservari. Unde illud inconveniens sequitur quod conventus ultramarinus qui, ut assertione fide digna percepimus, ex victualium etiam et equorum penuria pene in se ipso penitus deficit, responsiones seu subventiones solitas habere nequibit; idemque Hospitale qui ex bonis hujusmodi sperabat in brevi voragine debitorum evadere, habebit, bonis ipsis sic in tuo regno direptis, se denuo debitis obligare, nec dubium quin hec redundent in dicti passagii evidens detrimentum. Quia igitur, amantissime fili, tua satis interest hec consideranter advertere et talibus gravaminibus obviare, presertim si, prout concepisse te dicis, ad dictum passagium assumendum intendis, pietatem tuam rogamus et hortamur in domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum suadentes quatinus, premissis et attendendis aliis circa id sedula meditatione pensatis, nedum predicta gravamina quatenus inferuntur contra compositionis predicte tenorem, cessare de cetero penitus facias, quin etiam de illatis hactenus indempnitati Hospitalis ejusdem prospicere non omittas, servaturus ex nunc pro decentie regalis honore compositionem eandem ac facturus tenaciter observari nilque in antea contra eam fieri permissurus. Et nichilominus Hospitale predictum sic habere velis, ejus cui servit et pro cujus defensione fidei se et sua laudabiliter exponit intuitu, nec non pro nostra et Sedis apostolice reverentia, in suis juribus favorabiliter comendatum, sicque illud in eis regio favore protegas et defendas quod per id ad succurrendum dicte Terre ad quod ipsius, Hospitalis assistentia tibi esse poterit plurimum oportuna, tuum videatur desiderium non remitti, sed augmentis potius successivis intendi, et proinde retributionis eterne gloriam quam in dicti passagii assumptione fideliter sequeris, ut credimus, feliciter assequaris. Dat. III kal. octobris[2]. »

[1] 18 septembre 1317 (ARCH. VAT., Reg. 109, fol. 755 et sqq.; — Reg. Avin., t. VII, fol. 7 et sqq.; — BIB. DE CAMBRAI, ms. 496, fol. 141 et sqq.; — BIB. NAT., *Nouv. acq. lat*, n° 2207, p. 546 et sqq.; — S. PAULI, *Codice diplomatico del sacro ordine Gerosolimitano*, t. II, p. 62-65, n°s XLIII-XLVI). On sait que Foulques de Villaret fut remplacé le 18 juin 1319 par Hélion de Villeneuve (Voyez n° 1223, note).

[2] Cf. Les exigences des officiers royaux au sujet du paiement des revenus des biens du Temple avaient suscité déjà les plaintes des Hospitaliers. Mais l'arrêt rendu à ce sujet par le Parlement le lundi après saint Denis (10 octobre 1317, BEUGNOT, *les Olim*, t. II, p. 643, n° XVII) ne dut pas contenter les religieux, car il était loin de leur donner gain de cause. De là sans doute la seconde lettre de Jean XXII que l'on trouvera ci-après n° 453). Pour mettre fin à toutes ces difficultés, un accord fut conclu le 8 mars 1318 n. s entre Philippe V et les Hospitaliers (ARCH. NAT., JJ. 56, fol. 60, n° 142 : *concordia facta inter gentes regias et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ratione negotiorum Templi*; — J. PETIT, *Essai de restitution des plus anciens Mémoriaux de la Chambre des Comptes*, n° 352 et 661). La lettre du pape est donc antérieure à cette date et postérieure, d'après la note précédente, au 18 septembre 1317. Nous ferons remarquer que l'arrêt du Parlement cité plus haut se retrouve dans Boutaric (*Actes du Parlement de Paris*, t. II, n° 4483) à l'année 1316, par erreur. En effet, la série où il figure dans le registre original (ARCH. NAT., X[1a] 3, fol. 159 r°) est placée sous la rubrique : *arresta per curiam data in Parlamento octavarum Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto* (*Ib.*, fol. 154 r°). Même en admettant qu'il eût pu se produire pour l'enregistrement des actes quelqu'interversion dans l'ordre chronologique en général régulièrement suivi, il est impossible d'attribuer au mois d'octobre d'une année un arrêt rendu dans une session du Parlement qui a commencé seulement au début du mois suivant.

399 1er octobre [1317].

Carolo, comiti Marchiæ, de iterata oblatione sua gratias agit, preces autem ejus pro Petro de Mortuomari se minime admissurum respondet. (REG. 110, p. I, fol. 72, c. 250.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Quod, dilecte fili, eo efficatius quo sepius tuam nobis ad ulciscendum perversas machinationes illorum qui in nostram necem fuerunt conspirationem dampnandam moliti, assistentiam gratis oblationibus repromittis, iterata gratiarum prosequimur actione. Sane non sufficimus ammirari unde tibi tanta detur occasio preces nobis sic implacidas repetendi pro Petro de Mortuomari, tuo, ut asseris, clerico, homine quidem cujus deffectus nobis non ignotos odimus. Miramur quod homini in sua contumacia persistenti dari veniam postulas, quod cum eo misericorditer agi petis qui penitentie dona non obtulit, quod eum rogas ad beneficia que, justitia exigente, propter cumulum demeritorum amisit, non absque venie facilitate restitui, aut sibi de aliis equivalentibus, quasi de ipsius innocentia liqueat, provideri. Nunquid, fili, dignum est ut opinionem quam de ipso clerico forte geris, preferamus veritati nostre notitie, aut tuo credamus affectui supra id quod de illo sentimus? An vero dignius esset quod tu, paterno beneplacito te conformans, nedum pro homine sic scelesto preces iterare desisteres, quin etiam, quadam obedientia filiali, eum a suis demeritis sic nobis ingratum, a tue familiaritatis participio aliqualiter elongares? Profecto, fili, per hec tue non intendimus prescribere voluntati, quin de ipso clerico facias quicquid libet, frustra tamen pro eo nos rogabis ulterius, quia non sumus illius inconstantie ut hominem juxta juris exigentiam sic notatum, ad inconsultam suasionem alicujus, improbemus (*sic*). Dat. kal. octobris[1]. »

[1] Cf. Jean XXII fait ici allusion à une autre lettre qu'il écrivit le 27 juillet 1317 (nº 329) à Charles de la Marche sur les mêmes sujets. Nous pensons que, comme cette dernière, la lettre publiée ci-dessus n'a pu être écrite longtemps après la découverte de la conspiration ourdie contre le pape et qu'elle doit être attribuée à la même année (*ib.*, note 4).

400 [1er octobre 1317.]

Carolo, comiti Valesii, similiter respondet quod favorem præfato Petro de Mortuomari impendere non intendit. (Reg. 110, p. I, fol. 72, c. 251.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Si conditiones Petri de Mortuomari, pro quo nobis preces noviter obtulisti, tuis essent cognite sensibus, pro ipso non assumpsisses vices, ut credimus, precatoris; sed ad id te fortassis induxit dilecti filii nobilis viri Caroli, clare memorie regis Francie filii, nepotis tui, suasio, qui jam ad nos pro ipso Petro sua precamina pluries iteravit[1]. Sane non sufficimus ammirari unde sibi tanta detur occasio preces nobis sic implacidas repetendi pro homine cujus deffectus etc.[2] mutatis mutandis usque aliqualiter elongares. Porro per hec sue non intendimus prescribere voluntati, quin de ipso clerico faciat quicquid libet, frustra tamen pro illo apud nos tu vel ipse nepos innitemini precibus, quia etc., ut supra. »

[1] Voyez les lettres du 27 juillet et du 1er octobre 1317 (nos 329 et 399).

[2] Pour les passages qui manquent ici et la date, voyez la lettre précédente (nº 399).

401 Avignon, 1 octobre 1317.

Gasberto de Valle, archidiacono Caturcensi et Geraldo de Campimulo, archipresbytero archipresbyteratus Sarlatensis, ecclesiæ Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicariis generalibus, concedit ut, si deficerent in solutione decimæ pro episcopatu Avinionensi, sententiis a Clemente papa V latis non ligentur. (Reg. 69, cur. fol. 330 vº, c. 147.)

« *Dilecto filio Guasberto de Valle, archidiacono Caturcensi, et Geraldo de Capremulo* (sic), *archipresbytero archipresbyteratus Sarlatensis, ecclesiæ Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicariis generalibus.* Dudum felicis recordationis — Dat. Avinione, kalendis octobris, anno secundo »

402 6 octobre [1317].

Bartholomeo, abbati Electensi, Berengario de Olargiis, Ayquelino [de Blavia], Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoisin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, ne Guillelmo de Cuneo, juris civilis professori, capellano apostolico et causarum palatii auditori in percipiendis fructibus archipresbyteratus de « Crucilla », Tolosanæ diocesis, impedimentum aliquod afferant. (Reg. 110, p. II, fol. 53, c. 264 et 909.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis, magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellano nostro, Enquelino* (sic), *Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoysin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis.* Cum sicut ex — Dat. II nonas octobris[1]. »

[1] Cf. C'est le 11 juillet 1317, que les destinataires de cette lettre furent chargés par Jean XXII de la division et de l'administration du diocèse de Toulouse (nos 307-311). Elle est donc postérieure à cette date et antérieure d'autre part au 1 mars 1318 puisqu'à ce moment l'abbé d'Alet fut nommé évêque du même lieu érigé en siège épiscopal (Voyez no 566).

403 Avignon, 8 octobre [1317].

Berengarium de Landorra qui provisioni de se factæ ecclesiæ Compostellanæ consensum præbuerat, ab officio vicariatus ordinis Prædicatorum absolvit eumque de mutatione loci capituli generalis proxime celebrandi certiorem facit. (REG. 109, fol. 85 v°, c. 363; — BIB. DE CAMBRAI, ms. 496, fol. 77 v°; — BIB. NAT., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 225 v°.)

« *Dilecto filio fratri Berengario de Landora de ordine fratrum Predicatorum, electo Compostellano.* Gratum, fili, nobis — te ab officio vicariatus ejusdem ordinis prorsus absolvimus, illius exercitium ei ad quem secundum instituta dicti ordinis pertinet relinquentes. Ceterum quod de mutando loco capituli generalis proximo celebrandi multis utile videbatur implevimus, locum ipsum ad civitatem Lugdunensem veluti ad ipsius capituli congregationem multum accomodam transferentes. Dat. Avinione, VIII° idus octobris[1]. »

[1] Cf. Bérenger de Landorre, maître des frères Prêcheurs, nommé archevêque de Compostelle, le 13 juillet 1317 (n° 314), avait accepté ce titre le 18 septembre suivant, selon Bernard Gui (BALUZE, *Vitæ paparum Avenionensium*, t. I, col. 695), et en effet nous le trouvons désigné comme : *esleu confirmé de Compostelle* dans deux actes originaux, scellés, du 15 novembre 1317 (ARCH. NAT., J. 204, nos 2 et 3). La lettre que nous donnons est donc antérieure à cette date. Il fut consacré à Avignon : *dominica in octavis Pasche, ultima die aprilis, anno* 1318 (30 avril) dit encore Bernard Gui (BALUZE, *loc. cit.*). Nous croyons pouvoir accepter avec confiance le témoignage de cet auteur qui, contemporain du nouvel élu et religieux du même ordre, était à même d'avoir les renseignements les plus exacts. Touron (*Histoire des hommes illustres de l'ordre de saint Dominique*, t. II, p. 79), Quétif et Echard (*Scriptores ordinis Prædicatorum*, t. I, p. 514) donnent la même date; mais on ne trouve pas cette mention dans l'édition du *Libellus de magistris ordinis Prædicatorum* qu'a donnée dom Martène (*Veterum scriptorum amplissima collectio*, t. VI, col. 397-435). Nous ferons remarquer, de plus, qu'il faut y lire (col. 413) pour la date de l'acceptation de Bérenger de Landorre, le 14 des kalendes d'octobre non point 1318, mais bien 1317, ainsi que met Baluze (*loc. cit.*), et comme on peut le vérifier en se reportant au manuscrit latin n° 5486 de la Bibliothèque nationale (fol. 105), employé par l'éditeur (L. DELISLE, *Notice sur les manuscrits de Bernard Gui*, dans les *Notices et extraits des manuscrits*, t. XXVII, 1879, par. II, p. 311-313). Mansi, en citant dom Martène dans l'édition des *Annales ecclesiastici* (t. V, p. 123, note 1), a reproduit la même erreur.

404 Avignon, 9 octobre 1317.

Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ejusque collegis, ut de valore annuo reddituum præpositurae ecclesiæ Tolosanæ inquirant. (REG. 67, cur. fol. 305, c. 11.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, ac magistris Eyquelino, Engolismensi et Raymbaudo de Rechignereisin, Avalonensi, Eduensis archidiaconis, ac Berengario de Olargiis, canonico Narbonensis ecclesiarum, capellano nostro, nostris et Apostolice Sedis nuntiis.* Cum certa suadente — Dat. Avinione, VII idus octobris, anno secundo. »

405 Avignon, 11 octobre [1317].

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi et Berengario de Landorra mandat ut, eo casu quo regis Franciæ et comitis Flandriæ nuntii ad curiam apostolicam venirent, ipsi personaliter illuc accedant. (REG. 109, fol. 91 v°, c. 389; — REG. 110, p. I, fol. 42, c. 130.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora de ordine fratrum Predicatorum, electo Compostellano, ac nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Quia super tractatu pacis Flandrie ipsiusque circumstantiis

satis plene informati estis, ut credimus, veluti qui jamdiu circa illum sedule versati fuistis, expedit penitus, et nos hoc ipsum vobis precipimus et mandamus, ut eo casu quo regales et comitis Flandrie nuntios nostram presentiam petere forte contigerit pro tractatu hujusmodi, vos ambo ad nos accedere nullatenus omittatis, de tractatu et circumstantiis antedictis nostram solicitudinem fideliter instructuri, non obstante quod alias vobis scripsisse meminimus[1], ut tu, fili electe, peractis commissis agendis, ad nos recto tramite redire deberes, te, frater archiepiscope, in commissa tibi Bitturicensi ecclesia remansuro. Ad amovendum autem dubitationis cujuslibet scrupulum, quem nonnullorum disceptatio curiosa posset inducere pro eo quod tibi, fili electe, non ut electo, set ut magistro ordinis antedicti injuncta tibi negotia commisimus exequenda, litteras apostolicas tam tibi quam illis qui solvere debent tibi stipendia dirigimus super hoc oportunas. Dat. Avinione, v idus octobris[2]. »

[1] 27 août 1317 (nº 372).

[2] Cf. Cette lettre postérieure à la date indiquée dans la note précédente ne peut être que de 1317, puisque la mission des envoyés pontificaux auxquels elle est adressée était terminée au mois de novembre de la même année (Voyez nº 441, note 6), et que, le 8 mars 1318, l'entrevue annoncée avait eu lieu (nºs 491, 492; voyez aussi ci-après, nºs 418, 419, 425, 435, 436, 442).

106 [Avignon, 11 octobre 1317.]

Eisdem quod acta ab eis effectum habeant licet frater Berengarius medio tempore in archiepiscopum Compostellanum sit electus. (Reg. 109, fol. 92, c. 390; — Reg. 110, p. i, fol. 42, c. 131.)

« *Venerabili fratri Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra de ordine fratrum Predicatorum, Compostellano electo, nostris et apostolice Sedis nuntiis*[1]. Pridem tibi, frater archiepiscope, et tibi, fili electe, tunc ordinis predicti magistro, sub ipsius vocabulo magisterii per apostolicas litteras negotia certa commisimus[2] per vos in Francie partibus exequenda. Et deinde te, fili electe, exigentibus tue sufficientie meritis, ex provisione nostra ad regimen ecclesie Compostellane providenter assumpto[3], frequenter tibi scripsimus super executione negotiorum hujusmodi, magisterii tacito nomine, ut electo. Ne igitur ex curiosa disceptatione quorumvis circa ea que per vos in predictis negotiis acta sunt et agentur in antea, de nostra possit auctoritate propterea dubitari, presentium tenore decernimus quecumque auctoritate litterarum nostrarum jam egistis et agetis imposterum circa predicta negotia, eum habere vigorem, quem haberent et habere deberent si tu, fili electe, non fuisses electus, et in predicti magisterii officio remansisses, cum tuam circa illa specialiter elegerimus industriam personalem, quam nec magisterii dimissio minuit, nec predicte provisionis accessus immutat. Dat. ut supra[4]. »

[1] L'adresse incorrecte et incomplète dans le registre 110, ne mentionne pas l'archevêque de Bourges.

[2] 29 avril 1317 (nºs 202-204, 206, 215, 216, 219).

[3] 13 juillet 1317 (nº 314).

[4] Nº 405.

107 Avignon, 11 octobre 1317.

Universis personis ecclesiasticis ut, juxta litteras apostolicas ipsis prius scriptas, Berengario de Landorra nunc Compostellano electo, apostolico nuntio, taxata solvent stipendia sicut quando idem nuntius magister ordinis fratrum Prædicatorum vocabatur. (Reg. 109, fol. 92, c. 391; — Reg. 110, p. i, fol. 42, c. 132; — Reg. 67, cur. fol. 305, c. 10.)

« *Johannes etc. venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque capitulis et conventibus ac ceteris personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cistertiensis, Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcumque ordinum nec non magistris et preceptoribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum intra et extra regnum Francie constitutis ad quas littere iste pervenerint etc.* Per alias nostras — Dat. Avinione, v idus octobris, anno secundo[1]. »

[1] La date de l'année ne figure que dans le registre 67.

408 11 octobre [1317].

Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano, ut bona mobilia Arnaldi de « Villariis » et quorumdam clericorum captivorum quæ distrahi fecit, in statum pristinum reducat. (Reg. 110, p. II, fol. 55 v°, c. 266 et 911; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 211, n° 135.)

« *Dilecto filio nobili viro Guiardo Guidonis, militi, senescallo Tholosano.* Nuper ad apostolatus nostri pervenit auditum quod tu vel alii de mandato tuo, ad nonnulla bona mobilia Arnaldi de Villariis et quorumdam aliorum clericorum quos, suis demeritis exigentibus, facimus detineri captivos, manus vestras extendentes indebite, illa distraxistis seu distrahi minus juste fecistis, pro libito voluntatis. Cum igitur hujusmodi bona, ante condempnationem clericorum ipsorum distrahi de jure non debeant neque possint, et post condempnationem, si eam fieri forte contigerit, non ad regiam curiam sed ad nos pertinere noscantur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus dicta bona conservanda dispositioni et ordinationi nostre et apostolice Sedis in statum reducere seu reduci facere pristinum, quibuslibet occasione et dilatione postpositis, non omittas. Dat. V idus octobris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme la suivante. Elle ne peut être que de 1317. Il en résulte que contrairement à l'assertion de A. du Mège (*Histoire des institutions de la ville de Toulouse*, t. III, p. 322), rapportée par M. Guérard (*op. cit.*, p. 204, note 1), Guiard Gui fut sénéchal de Toulouse avant 1318. Au sujet de l'affaire dont il est ici question, voyez n°s 245, 328, 463.

409 11 octobre [1317].

Bartholomeo, abbati Electensi, Berengario de Olargiis, Ayquelino, Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoisin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, ut præfatas litteras dicto senescallo præsentent. (Reg. 110, p. II, fol. 55 v°, c. 267 et 912.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis, et magistris Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellano nostro, Eyquelino, Engolismensi et Ray[m]baldo de Rechigneroysin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Nuper ad audientiam — Dat. V idus octobris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, comme celle qui fut adressée aux mêmes personnages, le 6 octobre 1317 (n° 402), est comprise entre le 11 juillet 1317 et le 1er mars 1318.

410 [Avignon, 14 octobre 1316-1317.]

Cameracensi, Ambianensi, Mimatensi et Atrebatensi episcopis ut processum ab archiepiscopo Remensi et provinciali concilio ad hoc congregato contra Petrum episcopum Catalaunensem inchoatum suppleant et quicquid per inquisitionem invenerint mittant. (Reg. 110, p. I, fol. 153, c. 538[1].)

« *Venerabilibus fratribus.., Cameracensi.., Ambianensi.., Mimatensi et.., Atrebatensi episcopis.* Nuper ad nostrum pervenit auditum quod per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Remensem et provinciale concilium ad hoc specialiter congregatum, super nonnullis articulis enormia et detestabilia scelera et facinora continentibus execranda, contra venerabilem fratrem nostrum Petrum, Cathalaunensem episcopum, ejusdem archiepiscopi suffraganeum, dudum exhibitis, ipsius episcopi detenta persona, processus extiterat inchoatus. Verum quum, sicut audivimus, archiepiscopus ipse, suis et ecclesie sibi commisse agendis implicitus, et nichilominus oneribus aliis ac personalibus excusationibus prepeditus, ipsius processus perfectioni commode nequit intendere, et civili non est consonum rationi ut idem episcopus diutius affligatur per detentionem hujusmodi, cum id innocentibus miserum, et noxiis censeatur non satis esse severum, ac proinde nos qui judicium nostrum in pondere et justitiam ponere in mensura debemus, de impositis eidem episcopo facinorosis excessibus scire velimus plenam et lucidam veritatem, ut vel eum juxta exigentiam commissorum canonica pena plectat, si apparebit inde culpabilis, aut absolutio plena et liberatio debita sibi proveniat, si a culpa reperiatur immunis, fraternitati vestre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel tres ex vobis, dicto processu in eo statu resumpto in quo illum archiepiscopus et concilium pre-

fati dimiserant, suppleatis quicquid supplendum fuerit et videritis in eodem, et nichilominus super sceleribus et facinoribus antedictis et aliis de quibus adversus eum publica laborabit infamia, prout justum fuerit, ex officio summarie, de plano, sine strepitu et figura judicii inquirentes diligentius contra eum, quicquid vos vel tres ex vobis per inquisitionem hujusmodi in eundem episcopum reperiri contigerit, et alias totum ipsius processus et inquisitionis negotium sufficienter instructum ad Sedem apostolicam remittatis, facientes interim prefatum episcopum, qui adhuc ut audivimus detinetur, sicut justum videritis, cum diligentia custodiri. Datum Avinione, II idus octobris [2]. »

[1] Une lettre absolument semblable à celle que nous publions ici, sauf pour le premier mot (*pridem* au lieu de *nuper*) figure dans le registre 110, p. II, fol. 61, n° 291 et 936, sous l'adresse : *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bituricensi nec non et.., Laudunensi.., Ambianensi et.., Mimatensi episcopis*. Nous savons bien que Jean XXII écrivit à ces prélats au sujet de la même affaire, mais non le même jour ni dans la même forme, ce qui serait contradictoire. En réalité, cette seconde lettre dont nous avons retrouvé l'original aux Archives nationales, et que nous reproduisons plus loin (n° 516), est du 21 mars 1318. C'est précisément parce que la première était demeurée sans résultat qu'elle fut écrite. Nous devons donc conclure qu'il y a eu une erreur dans le registre pour le cap. 291 et 936, et que l'adresse ne répond point à la teneur de l'acte qui la suit.

[2] Cf. Cette lettre, textuellement citée dans une autre lettre du 21 mars 1318, signalée dans la note précédente et publiée ci-après, est évidemment antérieure à cette date.

111 Avignon, 16 octobre 1317.

Prioratum sancti Petri de sancto Remigio, ordinis sancti Benedicti, Avinionensis diocesis ad collationem abbatis monasterii Montismajoris, dicti ordinis, Arelatensis diocesis, pertinentem, mensæ episcopali Avinionensis ecclesiæ unit. (Reg. 67, cur. fol. 314 v°, c. 47.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Promptum habet apostolice — Dat. Avinione, XVII kal. novembris, anno secundo. »

112 [Avignon, 16 octobre 1317.]

In. e. m. episcopo Magalonensi, Vivariensi ac Dunensi in ecclesia Carnotensi archidiaconis, executoribus. (Reg. 67, cur. fol. 315, p. c. 47.)

113 Avignon, 17 octobre 1317.

Ecclesiam parrochialem de sancto Remigio, Avinionensis diocesis, ad collationem abbatis sancti Remigii Remensis pertinentem, et ecclesiam de Ventabren, Aquensis diocesis, ex ipsa ecclesia de sancto Remigio dependentem, mensæ episcopali Avinionensis ecclesiæ unit. (Reg. 67, cur. fol. 313 v°, c. 43.)

« *Ad futuram rei memoriam*. Cum ex injuncto — Dat. Avinione, XVI kal. novembris, anno secundo. »

114 Avignon, 17 octobre 1317.

In e. m. episcopo Magalonensi, Vivariensi ac Dunensi in ecclesia Carnotensi archidiaconis, ut magistrum Arnaldum de Capdenaco, præpositum Mimatensem, capellanum et vicarium apostolicum in ecclesia Avinionensi, in prædictarum sancti Remigii et de Ventabren ecclesiarum possessionem inducant. (Reg. 67, cur. fol. 314, p. c. 43.)

115 Avignon, 17 octobre 1317.

Omnia decimaria ecclesiarum sanctorum Petri de Manseolo, Trofimi et Michaelis de Turre, Avinionensis et Arelatensis diocesum, subjectarum ecclesiæ de sancto Paulo Avinionensi, tam in blado et in vino quam in aliis rebus in territorio sancti Remigii, mensæ episcopali ecclesiæ Avinionensis unit. (Reg. 67, cur. fol. 315, c. 49.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Debet Sedis apostolice — Dat. Avinione, XVI kal. novembris, anno secundo. »

116 Avignon, 17 octobre 1317.

In e. m. Magalonensi et Forojuliensi episcopis ac archidiacono Vivariensi, ut magistrum Arnaldum de Capdenaco, præpositum ecclesiæ Mimatensis, in decimariorum prædictorum possessionem inducant. (Reg. 67, cur. fol. 315, p. c. 49.)

117 Avignon, 17 octobre 1317.

Archiepiscopo Narbonensi qui, juxta ordinationem Clementis papæ V, super facto quondam Templariorum suæ provinciæ, proponebat in brevi provinciale concilium

celebrare, sed illos olim Templarios in provincia Tolosana cujus ecclesia nuper in metropolim erecta fuerat, consistentes, ad idem concilium evocare non poterat, committit ut hac vice eosdem Templarios evocet ac in ipsorum facto juxta prædictam ordinationem procedat. (Reg. 67, cur. fol. 345, c. 203.)

« *Venerabili fratri... archiepiscopo Narbonensi.* Ex relatione quorumdam — Dat Avinione, xvi kal. novembris, anno secundo. »

418 Avignon, 18 octobre [1317].

Universis prælatis, nobilibus et communitatibus ut nuntiis Philippi, regis Franciæ, Roberti, comitis Flandriæ, et procuratoribus communitatum Flandriæ ad curiam venturis, de securo conductu provideant. (Reg. 110, p. i, fol. 37 v°, c. 114; — de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 318, n° 318.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, ac nobilibus viris marchionibus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, senescallis, potestatibus, capitaneis, vicariis et officialibus ceteris quocumque nomine censeantur et locatenentibus eorumdem, nec non consulibus, scabinis, consiliariis et communitatibus sive populis civitatum, castrorum aliorumque locorum ad quos littere iste perrenerint.* Cum carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, certos suos, et dilectus filius nobilis vir Robertus, comes Flandrie, dilectos filios nobiles viros Henricum, germanum et Robertum de Flandria, natum ac Baldevinum de Zinebeque[1], legum professorem, consiliarium suos aut aliquos ex eis ambaxatores solennes et nuntios, ac dilecti filii burgemagistri, scabini, nobiles et universitates castrorum, villarum, territorium et locorum comitatus Flandrie cunctique presidentes eisdem suos certos procuratores et nuntios speciales, de communi consensu disponant, sicut est, pro eorum parte, nobis expositum, pro quibusdam arduis negotiis que, Deo propitio, poterunt in universitatibus redundare compendium, ad nostram e vestigio presentiam destinare, fueritque ipsorum comitis, burgemagistrorum, scabinorum, [nobilium et] universitatum ac presidentium nomine petitum a nobis ut predictis nuntiis et procuratoribus suis eorumque familie vellemus, quantum ad nos et carissimum in Christo filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, pertinet, de securitate ydonea facere provideri, nos volentes, ut condecet, quod nuntiis et procuratoribus antedictis ad nostram venturis curiam adsit plena securitas, ipsos et eorum singulos ac familias eorundem, in personis et rebus pro nobis et rege predicto qui etiam (qui etiam) per patentes regias litteras quoslibet, cujuscunque conditionis existerent, ad curiam venturos eandem, simili securitate perfrui voluit et concessit, sub nostra et apostolice Sedis ac regis predicti protectione salvoque conductu prout potest ad utrumque nostrum pertinere, suscipimus, eosque quantum in nobis et rege predicto fuerit, eundo, morando et re(d)deundo ab injuriis, dampnis, violentiis et molestiis quibusvis indebitis liberos esse volumus et immunes. Quocirca — Dat. xv kal. novembris[2]. »

[1] Ce personnage avait déjà reçu une procuration du comte de Flandre le 15 juin 1317 (Voyez n° 364, note 2).

[2] Cf. La date complète : *Avinione, xv kal. novembris, anno secundo*, est donné par l'acte publié dans le *Codex diplomaticus Flandriæ*, d'après les chartes des comtes de Flandre (n° 1334). Nous savons d'ailleurs, par une lettre du 8 mars 1318, que l'on trouvera ci-après (n°s 491, 492) que les procureurs de Philippe V, du comte et des communes de Flandre étaient venus à la cour pontificale pour avoir l'avis du pape au sujet de la paix. Il était déjà question de leur envoi auprès de Jean XXII au début d'octobre 1317 (Voyez n° 405), et ils étaient attendus pour la première semaine de décembre (Voyez n° 424). Nous possédons des procurations données par Robert de Flandre, mais non aux personnages mentionnés dans la lettre que nous publions, et par les villes de Bruges et d'Ypres le 21 et le 22 du même mois (Arch. nat., J. 562^A, n°s 5 *bis*, 5 *quater*).

419 Avignon, 18 octobre [1317].

Eisdem in e. m. pro nuntiis et procuratoribus tantum Flandriæ. (Reg. 109, fol. 91 v°, c. 388.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis, ac nobilibus viris marchionibus,*

ducibus, comitibus, baronibus, militibus, senescallis, potestatibus, capitaneis, vicariis et officialibus ceteris quocunque nomine censeantur et locatenentibus eorundem, nec non consulibus, scabinis, consiliariis et communitatibus sive populis civitatum, castrorum, aliorumque locorum ad quos lictere iste pervenerint, salutem. Cum dilectus filius nobilis vir Robertus, comes Flandrie, dilectos filios nobiles viros Henricum, germanum et Robertum de Flandria, natum ejus ac Baldevinum de Zebeneque, legum professorem, consiliarium, suos aut aliquos ex eis ambaxatores solennes et nuntios[1] — Dat. Avinione, xv kal. novembris. »

[1] Pour la suite et la date, voyez la lettre précédente.

120 [9 juillet — 19 octobre 1317.]

Guillelmum de Brutia, electum Rivensem, rogat ut assignationem terræ fratri ipsius a rege concessæ, in Mirabelli, Altimontis et Regalisvillæ locis, si commode poterit, fieri procuret. (Reg. 110, p. ii, fol. 69 v°, c. 320 et 964.)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo de Brutia, electo Rivensi.* Licet circa informationem quam super assignatione facienda fratri nostro de terra per regalem munificentiam sibi gratiose concessa habes ex comissione regia facere, nullius solicitatoris officio credaris egere, ex superhabundanti tamen aperire tibi providimus quod si in locis Mirabelli, Altimontis et Regalisville assignatio fiat hujusmodi, gratum valde geremus et placidum. Et sicut ad nos est assertione fide digna perlatum ad id concors incolarum assensus habebitur et aliorum etiam quorum in hoc interesse versatur. Tuam itaque devotionem precamur attente quatinus, nisi aliud rationabile in contrarium videas, tue informationis effectum ad loca predicta pro assignatione facienda convertas[1]. »

[1] Cf. Guillaume de la Broce fut le premier évêque de Rieux, comme on le voit dans une lettre de Jean XXII du 9 juillet 1317, publiée ci-dessus (n° 298; voyez aussi *Gallia christiana*, t. XIII, inst. col. 169, n° xix eccl. Rivensis). Il était déjà remplacé le 19 octobre de même année (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 443, voy. aussi *Gallia christiana*, *loc. cit.*, col. 170, n° xx). La lettre qui lui est adressée se place donc entre ces deux dates. Au sujet des donations faites par le roi de France à Pierre Duèze, frère du pape, en 1317, voyez ci-après n° 1016, note 2.

121 Avignon, 21 octobre [1317].

Philippo, regi Franciæ, ut G[uillelmi], Trecensis episcopi, qui de regno Siciliæ nondum rediit, absentiam excusatam habeat quoad præstationem earum quibus ratione temporalitatis ecclesiæ suæ tenetur, et terminum ei concessum prorogare velit. (Reg. 109, fol. 92 v°, c. 394; — Reg. 110, p. ii, fol. 37, c. 166 et 722.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pridem, fili carissime, ad nostre intercessionis instantiam prestationem juramenti fidelitatis ad quod tibi venerabilis frater noster G., Trecensis episcopus, temporalitatis sue ratione tenetur, usque ad instans festum Omnium Sanctorum in sufferentia posuisti[1], suis liberata ministris temporalitate predicta. Verum quoniam idem episcopus nondum rediit, nec redire speratur infra idem festum de regno Sicilie ad quod ipsum, sicut alias tibi scripsisse meminimus, pro indicendis treugis inter carissimos in Christo filios nostros Robertum, Sicilie et Fredericum, Trinacrie reges illustres, tuos consanguineos et affines, sub spe iterum propagande concordie inter ipsos, providimus destinandum, celsitudinem regiam affectuose rogamus quatenus, consideranter attento quod tam favorabilis legatio absentiam ejusdem episcopi satis excusabilem efficit, predictum tempus lapsui jam propinquum, usque ad aliud tempus infra quod rediisse et ad tuam se presentiam contulisse cum oportuna comoditate potuerit, ob nostram et Sedis apostolice reverentiam, velis si placet, de gratia prorogare. Dat. Avinione, xii kal. novembris[2]. »

[1] 8 avril 1317 (Voyez n° 161, note 8).

[2] Cf. Le délai accordé par Philippe V à l'évêque de Troyes, le 8 avril 1317, devait durer jusqu'à la Toussaint de cette année. La lettre de Jean XXII est donc antérieure à cette date. Nous savons d'ailleurs que, le 10 décembre 1317, la mission de l'évêque en Sicile était terminée (Voyez n° 161, note 8).

122 21-22 octobre [1317].

Eduardo, regi Angliæ, ut divisionem episcopatuum gratam habeat nec perversis quorumdam suasionibus

fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 96, c. 406; — Reg. 110, p. i, fol. 123, c. 440.)

« *Carissimo in Christo Eduardo, regi Anglie illustri.* Licet, amantissime fili, supponamus indubie quod in tuam jam perduxit otius advolans fama notitiam qualiter nonnullos episcopatus certo modo duximus dividendos, ut tamen causas que ad id rationabiliter induxerunt nostrum et fratrum nostrorum animos non ignores, scire te facimus quod cum multas civitates et dioceses tanta multitudine populi fecundasset Altissimus quod singulorum vultus nequibat in earum singulis, ut condecet, unicus pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere quodque durum erat atque difficile in una lata et diffusa diocesi, ad unum tantum a tot personis ecclesiasticis et mundanis recursum haberi, cum etiam ex opulentia tam copiosa redditnum, nullum vel rarum in ecclesiis ac diocesibus proveniret divini cultus augmentum, immo sic ex adipe prodibat iniquitas ut luxus, cura carnis, in desideriis evectionum pompa, numerositas clientele, immoderata distributio in parentes, sumptus enormes, ac usus extraordinarii sibi vendicarent ibidem totum patrimonium crucifixi, et verendum erat ne presul unicus sic incrassatus et dilatatus ex excessivis hujusmodi opibus et superbis, periculose recalcitrans, Deum factorem suum derelinquens, et a suo Salutari recedens, perditionis exempla in subditos derivaret, nos tam dissipare malum quod copia excessiva redditunm producebat, quam etiam cultum augere divinum, et spiritualem animarum profectum, que, si juxta facultatum exigentiam ac diffusam diocesum latitudinem sufficiens numerus in eisdem utilium presulum poneretur, poterat provenire, promovere salubriter intendentes, ad divisiones processimus antedictas ut onus partitum in plures levius ferre(re)tur a multis, et dum ydonei essent in unaquaque regione pastores, divino cultui insisteretur uberius, divinis diligentius intenderetur operibus, et per sui ministerium presulis facilius retraheretur a noxiis et dirigeretur ad salutaria grex subjectus. Sed ut contra illos qui dispensative vel alias plures dignitates aut personatus vel beneficia ecclesiastica detinent, certam ordinationem ex causis Deo et mundo placidis et gratis, ut credimus, duximus faciendam, quam equidem ordinationem, et causas illius constitutionis inde facte series cujus copiam presentibus interclusam tibi transmittimus, tuis sensibus declarabit. Hec itaque, fili carissime, celsitudini regie providimus intimanda ut prefatas nostras ordinationes tam expedientes et utiles, ac earum efficaces rationes et causas, nec non ordinantis puram intentionem et rectam attenta meditatione recogitans, ac consideranter advertens quod per multiplicationem presulum et inferiorum etiam prelatorum, tu et reges ceteri multiplicatos intercessores habebitis apud Deum, nullis nostra in hac parte vota que pro certo supponimus cum divini numinis voluntate concurrere, depravare nitentibus acquiescas, quin immo perversas suasiones talium sic prudenter rejicere, sicque viriliter studeas confutare, quod nobis gratum existere debeat, et tu proinde ab eo cujus in hoc negotium agitur, condignum reportare premium merearis. Dat. xii[1] kal. novembris[2]. »

[1] Reg. 110 : xi *kal. novembris.*

[2] Cf. Jean XXII ne fit pas de division de diocèse en Angleterre ; il s'agit donc ici des transformations qui eurent lieu en 1317 dans le Midi de la France (Voyez nos 262, 306, 353, 357). C'est à ce titre que nous publions cette lettre qui ne peut être postérieure à 1317, la mission des envoyés mentionnés ci-après (no 423) étant terminée le 25 août 1318 (Voyez no 424, note 6).

423 [21-22 octobre 1317.]

Gaucelmo et Lucæ cardinalibus ut præfatum Eduardum ad eamdem divisionem gratam habendam inducant. (Reg. 109, fol. 96, c. 407; — Reg. 110, p. i, fol. 123 v°, c. 441.)

« *Dilectis filiis Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini, et Petri presbytero, et Luce, sancte Marie in Via Lata diacono cardinalibus, apostolice Sedis nuntiis.* Licet, filii, supponamus — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 422. Voyez, au sujet de ces cardinaux, ci-après, no 424, note 6.

424 [23 octobre 1317].

Eosdem cardinales, nuntios in Angliam, hortatur ut in commissis sibi exempla aliorum nuntiorum in regna

Siciliæ et Franciæ missorum imitantur, eisque mille florenos auri in quorumdam dampnorum[1] compensatione concedit. (Reg. 109, fol. 96 v°, c. 408; — Reg. 110 p. I, fol. 117, c. 424.)

« *Dilectis filiis Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero, et Luce, sancte Marie in via Lata diacono cardinalibus, apostolice Sedis nuntiis.* Novit omnium scrutator — Ecce quidem, filii, venerabilem fratrem nostrum G., Trecensem episcopum, et dilectum filium magistrum Petrum Textoris, capellanum nostrum, priorem sancti Antonini, diocesis Ruthenensis, ad regnum Sicilie[2], et venerabilem fratrem nostrum Raynaudum, archiepiscopum Bitturicensem, et dilectum filium fratrem Berengarium de Landora, tunc magistrum ordinis fratrum Predicatorum, nunc Compostellanum electum, in Franciam[3] pridem, ut nostis, tanquam pacis angelos misimus, qui in prosecutione negotiorum commissorum eisdem sic studiose, sic utiliter sicque fideliter se impendere curaverunt, quod tanquam fideles servi pariter et prudentes se non solum nobis acceptabiles sed et ipsi Deo prestiterunt acceptos. Prefati namque Trecensis episcopus atque prior, treugis inter carissimos in Christo filios nostros Robertum, Sicilie et Fredericum, Trinacrie reges illustres indictis, obtinuerunt a dicto rege Trinacrie civitatem Regii et castra ceteraque loca Calabrie que tenebat et tenuerat rex ipse diutius, libere sibi et sine omni conditione, nomine nostro, restitui, que jam in nostris consistentia manibus fecerunt pro nobis ipsi nuntii gentibus ad id electis oportune muniri[4]; quod equidem ad tantum factum ascribimus ut, pensatis instantiis atque laboribus alias inaniter circa restitutionem civitatis et castrorum ipsorum adhibitis, non humanum sed divinum opus potius extimemus Prenominati vero archiepiscopus et electus Franciam quam invenerunt diversis dissidiis laceratam sic pacificasse vel, ut loquamur verius, pacificanti regi pacifico, sic efficaciter circa pacificationem illius cohoperasse videntur, ut jam inibi quasi plenitudo tranquillitatis arrideat, et in locum iminentium scandalorum pax desiderata consurgat. Et jam ordinati sunt tam regales quam Flandrenses nuntii ad nostram infra instantes octabas beati Andree[5] venturi presentiam, super securitatibus de solida pacis Flandrie observatione prestandis. Hec, filii, movere vos debent ad vacandum intensius et curiosius laborandum circa expedienda tam salubriter quam festine commissa vestre circumspectioni negotia — Dat x kal. novembris[6]. »

[1] Ces deux cardinaux avaient été dépouillés en allant à Durham (Cf. Rymer *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. II, p. 134).

[2] Voyez n° 161, note 8.

[3] Voyez n°s 202, 213-216.

[4] Ces faits nous sont connus par le rapport que ces deux légats adressèrent au pape le 17 août 1317 (Voyez n° 161, note 8).

[5] 7 décembre. Il a déjà été question de cette entrevue (n°s 405, 418, 419), dont le résultat nous est connu par une lettre du 8 mars 1318 (n°s 491, 492).

[6] Cf. Cette lettre, dont nous n'avons pu passer sous silence la partie concernant la France, ne peut-être que de 1317 comme on le voit par les notes précédentes. Nous ajouterons que les deux cardinaux auxquels elle est adressée furent envoyés en Angleterre par Jean XXII le 17 mars 1317 (n° 147; — *Calendar of papal registers : Papal letters*, t. II, p. 128-129). Leur mission peut être considérée comme terminée le 25 août de l'année suivante, puisqu'ils reçurent alors d'Édouard II, des lettres de sauf-conduit pour revenir à la cour pontificale (Rymer, *op. cit.*, par. I, p. 158-159); ils y arrivèrent le 5 novembre, suivant une note écrite sur le dernier folio de la table des curiales dans le registre II d'Avignon : *Dominica, v die novembris anni [M] CCCXVIII, domini Gaucelmus et Lucas redeuntes de Anglia intraverunt Avinionem.*

425 Avignon, 29 octobre [1317].

Raynaudo, archiepiscopo Bituricensi, et Berengario de Landorra iterum mandat ut, regis Franciæ et Flandrensium nuntiis ad curiam apostolicam accedentibus, ipsi illuc veniant. (Reg. 109, fol. 99, c. 416; — Reg, 110, p. I, fol. 93, c. 336.)

« *Venerabili fratri Raynaldo, archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landora de ordine fratrum Predicatorum, Compostellano electo, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Presentate nobis vestre noviter littere grate nimirum nostris advenere conspectibus, nuntiantes qualiter rex ille pacificus, qui corda seditiosa non incolit, sed tanquam lapis angularis in unum utraque divisa connectit, sic in partibus illis infudit dissidentium cordibus spiritum cogitandi que recta sunt et eadem faciendi, quod ea que pacem sapiunt et conveniunt unitati, sinceris affectibus videntur amplecti; unde in locum imminen-

tium scandalorum pax desiderata consurgere et plene tranquillitatis amenitas arridere [sperantur?] de quo gaudemus et exultamus in Domino, ac devotas inde gratias agimus ei qui mari posuit terminum, ultra quem intumescere non audeant fluctus ejus, illius omnipotentiam suppliciter implorantes qui facit mirabilia magna solus, ut cum opus imperfectionis ignoret, quod cepit ipse perficiat, et relegatis odiis ac rancoribus extirpatis, spargat unanimitatis solide semina, per quod in turribus, in seculi scilicet magnatibus, in caritatis virtute pax fiat, sitque multitudinis credentium cor unum et anima una, in Domino bene et jocunde, utiliter ac delectabiliter habilitetur in unum, piis operibus possit intendi liberius, ac Terre Sancte negotium felicius promoveri, ad quod ex animo aspiramur. Ceterum si regales et Flandrenses nuntii super securitatibus de pacis Flandrie solida observatione prestandis ad nostram, ut scripsistis, presentiam veniant, volumus sicut et nuper per alias nostras litteras vobis injunxisse recolimus[1], ut ambo qui estis de ipsius negotii circumstantiis ad plenum instructi, ad nos venire similiter nullatenus omittatis, licet alias annuerimus quod tu, frater archiepiscope, ad tuam deberes ecclesiam te conferre. Dat. Avinione, III kal. novembris[2]. »

[1] 11 octobre 1317 (n° 405).

[2] Cf. Cette lettre se date comme celle que nous citons dans la note précédente.

426 Avignon, 29 octobre [1316-1317].

Johannem, ducem Britanniæ, hortatur ut tractatum habitum inter eum et Johannem de Britannia, comitem Richemundiæ, patruum suum, ratione cujusdam legati triginta millium librarum tur. a quondam Johanne, duce Britanniæ, in subsidium Terræ Sanctæ relicti, ad effectum perducat. (Reg. 109, fol. 101, c. 424; — Reg. 110, p. II, fol. 59, c. 279 et 924.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britanie.* Tenet nostra memoria et tanquam rem ex temporis brevitate recentem tuam adhuc tenere minime dubitamus qualiter super legato triginta milia librarum turonensium, per bone memorie Johannem, ducem Britanie, avum tuum in subsidium Terre Sancte relicto, super cujus solutione inter dilectum filium nobilem virum Johannem de Britania, comitem Richemondie, patruum tuum, ex una parte, et te ac executores testamenti dicti quondam avi tui ex altera, controversia vertebatur. Post altercationes altrinsecus habitas, pro bono pacis et concordie tractatum fuit, presentibus partibus coram nobis, quod cum bone memorie Arturus, dux Britannie, pater tuus, diceretur legatum ipsum a predictis executoribus recepisse, medietatem prefati legati dicto comiti per unum annum, ante proximo futurum ultramarinum generale passagium, solveres, ut interim se posset idem comes necessariis ad ipsum passagium habiliter premunire, et aliam infra sex menses ipsius termini solutionem immediate sequentes eidem integraliter exhiberes, et ad hoc infallibiliter observandum te obligares in nostra presentia sub excommunicationis in personam et interdicti penis in terram tuam, quibus tu et terra ipsa subiceremini ipso facto, si deficeres in legato ipso, ut premittitur, exolvendo, quodque nichilominus pro solidiori cautela solutionis hujusmodi fidejussores dares super hoc eidem comiti certos nobiles Britanie, quos tunc in curia tecum presentes habebas. Actum etiam extitit quod si te in ipso passagio transfretare contingeret, idem comes, una cum gentibus armorum pro dicto legato ducendis, tuam deberet comitivam et aciem prosequi, dummodo tu pro decenti alterius gentis armigere numero in tua similiter societate ducendo de convenientibus sibi stipendiis provideres. Porro licet crederemus premissa omnia et singula inter te et dictum comitem, ante tuum de curia predicta discessum, penitus concordata fuisse, nuper tamen ex assertione procuratoris dicti comitis miranter audivimus quod, etsi de stipendiis predictis per te dandis eidem comiti, et de numero gentis armigere quam pro illis ducere teneretur, tu et ipse stare concordaveritis dilecti filii nobilis viri.., domini de Monte Johannis arbitrio, obligationem tamen de legato ipso in forma prescripta solvendo facere recusasti, non tam in ipsius quondam avi tui extreme dispositionis quoddam eludium, quam in predicti comitis legatarii detrimentum. Quia igitur, fili, favendum est voluntatibus decedentium, progenitorum precipue, ubi presertim concernere dinoscuntur pia Dei negotia, que a quibuscunque Christi fidelibus

sunt favorabiliter prosequenda, nobilitatem tuam rogandum duximus et hortandam, tibi nichilominus in remissionem peccaminum injungentes quatenus predictum tractatum de obligatione ut prescribitur facienda, quem, pensatis circumstantiis debitis, satis debes acceptabilem reputare, ad effectum adducere non omittas. Et ecce si tibi illum, ut condecet, firmare placuerit, obligationem premissam sub penis predictis facere poteris coram dilecto filio nostro magistro Gaufrido de Plexeio, notario nostro, cui eam a te nostro recipiendi nomine, per alias nostras certi tenoris litteras [1] plenam concedimus potestatem. Sic itaque te gerere studeas laudabiliter in premissis quod nos qui ad Terre Sancte subsidium ferventer afficimur, et quecunque illi derogantia multipliciter abhorremus, quique ex injuncto nobis officio singulis sumus in justitie debitores, tue circa premissa devotionis promptitudinem laudibus possimus condignis efferre. Dat. Avinione, IIIIº kal. novembris [2]. »

[1] nº 427.

[2] Cf. Cette lettre se date comme celle que nous indiquons dans la note précédente.

427 Avignon, 29 octobre [1316-1317].

Magistrum Gaufridum de Plexeyo cui potestatem omnia ad hoc oportuna faciendi concedit, hortatur ut eumdem ducem ad præfatum tractatum complendum inducat. (Reg. 109, fol. 101, c. 425 ; — Reg. 110, p. II, fol. 59 vº, c. 280 et 925.)

« *Dilecto filio magistro Gaufrido de Plexeio, canonico Parisiensi, notario nostro.* Nosse te credimus — Dat. Avinione, IIIIº kal. novembris [1]. »

[1] Cf. Cette lettre, mentionnée dans une autre lettre du 22 novembre 1317 (nº 449) est évidemment antérieure à cette date.

428 Avignon, 29 octobre [1317].

Sancio, regi Majoricarum, respondet quod abbatem monasterii Grassensis commendatum habebit eumque de magistri Berengarii in Elnensem electum promotione certiorem facit. (Reg. 109, fol. 60 vº, c. 451.)

« *Carissimo in Christo filio Sanc[c]io, regi Majoricarum illustri.* Litteras tuas, fili carissime, quas pro dilecto filio.., abbate monasterii Grassensis, nobis noviter destinasti, leta manu suscepimus, tue magnitudini respondentes quod, cum complacere tibi in quibus honeste poterimus intendamus, abbatem ipsum tue presertim intercessionis intuitu, in sue conservatione justitie favorabiliter habebimus commendatum. Ceterum de tua et terre tue utilitate ac tranquillitate paterno more soliciti, et proinde prelatos ydoneos, ac tibi fideles et gratos in ecclesiis dicte terre ponere disponentes, dilectum filium magistrum Berengarium, Elnensem electum, quem terra ipsa produxit cujusve personam tu nobis multipliciter commendasti, immo pro qua preficienda Elnensi ecclesie affectuosa nobis obtulisti precamina, nuper eidem ecclesie prefecimus in episcopum et pastorem, tam inde tibi, quam Christo Domino, cui non est ignota sufficientia electi predicti, placuisse credentes. Dat. Avinione, IIII kal. novembris [1]. »

[1] Cf. Cette lettre, ayant suivi de près la nomination de l'évêque qui eut lieu le 24 octobre 1317 (Voyez nº 432), est évidemment de la même année.

429 29 octobre [1317].

Bartholomeo, abbati Electensi, Ayquelino, Engolismensi archidiacono, Raymbaldo de Rechignevoisin et Berengario de Olargiis quod non intendit aliquid amplius de ecclesiis, proventibus, locis, juribus vel rebus aliis ad collationem episcopi Caturcensis spectantibus, ecclesiæ Montisalbani in cathedralem erectæ adjicere, et si commode fieri non potest, quod inquirant quomodo et cum minori detrimento ejusdem diocesis Caturcensis, limitatio præfatæ Montisalbani diocesis fieri poterit. (Reg. 110, p. II, fol. 55 vº, c. 268.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, diocesis Narbonensis, Eyquelino, Engolismensi et Raymbaudo de Richignevoysin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, ac magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellano nostro, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Inter ceteras villas — Dat. IIII kal. novembris [1]. »

[1] Les limites du diocèse de Montauban, créé le 25 juin 1317 (n° 262), furent fixées le 22 février 1318 (Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 21, pars II, n° 13; — *Gallia christiana*, t. XIII, inst. col. 205, no. XXI eccl. Montalb.; — Voy. A. Molinier, *Géographie historique de la province de Languedoc au moyen âge*, Toulouse, 1889, in-4°, col. 64-66, extrait du tome XII de la nouvelle édition de l'*Histoire générale de Languedoc*.) La lettre ci-dessus est comprise entre ces deux dates. D'ailleurs l'abbé d'Alet fut nommé évêque le 1[er] mars 1318 (Voyez n° 566, note), et sa mission ainsi que celle de ses collègues était terminée le 5 septembre 1318 (n° 698).

430 Avignon, 30 octobre 1317.

Declarat quod propter erectiones episcopatuum novorum, impetrantibus justitiam aut gratiam nullum præjudicium generetur. (Reg. 67, cur. fol. 306 v°, c. 17 et 1016.)

« *Ad futuram rei memoriam*. Sedes apostolica in — Dat. Avinione, III kal. novembris, anno secundo. »

431 [24-31 octobre 1317.]

Guillelmo Stephani nuntiat se eum die lunæ, IX scilicet kal. novembris, ecclesiæ Vapincensi per episcopi mortem vacanti præfecisse, eumque hortatur ut ejusdem ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol, 104, c. 437; — J.-H. Albanès, *Gallia christiana novissima*, inst. col. 307, n° XL eccl. Vapinc.)

« *Dilecto filio Guillelmo Stephani, electo Vapincensi*. Vacante nuper Vapincensi ecclesia per obitum quondam Vapincensis episcopi, nos virum juxta cor nostrum ydoneum eidem ecclesie preficere cupientes, ecclesiam ipsam ea vice provisioni apostolice duximus reservandam. Et dein pensatis attentius que requiruntur in presule, ad te direximus nostre considerationis intuitum. Et quia personam tuam familiari experientia novimus esse virtutibus et dono scientie preditam, moribus et vita decoram, et in administrationibus circumspectam, te ipsi ecclesie, die lune, IX videlicet kalendas novembris[1], de fratrum nostrorum consilio in episcopum prefecimus et pastorem; in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod eadem Vapincensis ecclesia per tuam solertem industriam et prudentiam circumspectam, in spiritualibus et temporalibus, Deo auctore, votiva suscipiet incrementa, et tam clerus quam populus tuo commissus regimini, tua salutari doctrina et pie conversationis exemplo, ad salutem edificabitur animarum. Tu ergo, fili, tuum jactans in Domino cogitatum, tanquam devotus et obediens filius, apostolice Sedis beneplacitis te coaptans, onus hujusmodi, jugumque suave prompte suscipias, et ipsius ecclesie regimen ad salutem populi tibi commissi et tuam exerceas diligenter, sciturus quod nos in tuis et ecclesie predicte necessitatibus, tibi quantum cum Deo poterimus proponimus constanter adesse[2]. »

[1] 24 octobre 1317.

[2] D'après C. Eubel, cette nomination serait du 18 janvier 1318 (*Hierarchia catholica*, p. 544); voyez, à ce sujet, ce que nous avons dit plus haut (n° 170, note 2, et J. H. Albanès, *op. cit.*, n[os] XL et XLI). La lettre de Jean XXII que nous publions ici n'a pu être de beaucoup postérieure à la date du 24 octobre, comme nous le constatons dans d'autres documents analogues. D'ailleurs entre les années 1316-1320, c'est seulement en 1317 que le IX des kalendes de novembre (24 octobre) tombe un lundi.

432 [24-31 octobre 1317.]

Berengario similiter nuntiat se eum, intuitu Sancii, regis Majoricarum, die prædicta, ecclesiæ Elnensi per episcopi mortem vacanti et ea vice provisioni apostolicæ reservatæ præfecisse, eumque hortatur ut ejusdem ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol. 104, c. 438.)

« *Dilecto filio Berengario, electo Elnensi*. Vacante nuper Elnensi — etc. ut supra[1]. »

[1] C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 248) fixe cette nomination au 4 décembre 1317. Nous renvoyons, à ce propos, comme pour la lettre précédente, à ce que nous avons déjà dit (n° 170, note 2). Il est probable que l'intéressé a reçu cette nouvelle au moins aussi tôt que le roi de Majorque qui en fut informé le 29 du même mois (n° 428).

433 1 novembre [1317].

Doctoribus et scholaribus Universitatis Parisiensis constitutiones a Clemente V editas mittit eisque mandat ut dictis constitutionibus in judiciis et in scholis utantur. (Reg. 109, fol. 199, c. 749; — Reg. 110, p. II, fol. 60, c. 281 et 926; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 211, n° 754.)

« *Dilectis filiis doctoribus et scolaribus universis Parisius comorantibus.* Quoniam nulla juris — Dat. Avinione, kalendis novembris[1]. »

[1] La date 1317 est donnée par les éditeurs du *Chartularium.*

434 Avignon, 6 novembre 1317.

Fratri Michaeli Monachi, inquisitori hæreticæ pravitatis, ut contra fratrem Johannem Barravi cœterosque pseudofratrum Minorum professores procedat. (Reg. 69, cur. fol. 530, c. 142 ; — E. Baluze, *Miscellanea*, éd. Mansi, t. II, p. 247 ; — L. Wadding, *Annales Minorum*, t. VII, 1317, p. 269, n° xiv ; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 78, n° 142, extrait[1] ; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 132, n° 293.)

« *Dilecto filio fratri Michaeli Monachi, ordinis fratrum Minorum, inquisitori heretice pravitatis in Provincie ac Forcalquerii comitatibus nec non et in civitatibus, terri[s] et locis infra Arelatensem, Aquensem, Ebredunensem et Viennensem provincias consistentibus auctoritate apostolica constituto.* Super omnia desiderabilia — Dat. Avinione, viii idus novembris, anno secundo. »

[1] Avec la date de 1318 qui est une erreur.

435 Avignon, 10 novembre [1317].

Roberto, comiti Flandriæ, nuntiat se treugas inter eum et Philippum, regem Franciæ, indixisse, eumque hortatur ut, eisdem durantibus, nuntios ad Sanctam Sedem pro pace cum eodem rege solidanda mittat. (Reg. 109, fol. 98 v°, c. 414.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Nosti, fili, cum et in te locum latendi non habeat tante veritatis essentia, quante sollicitudinis studio, quantaque per nos fuerit laboratum instantia, ut dirigerentur in via pacifica gressus tui, dissidiorum incomoditate rejecta. Attendentes etenim a nostre promotionis exordio, quot et quanta discrimina graviaque dispendia ex Flandrensis guerre commotione provenerant, et que poterat ipsius continuatio reprobanda producere, propagari pacem inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et te desideravimus anxii, hanc expectavimus desiderio ingenti diutius, in hujus procuratione diligentia nostra non defuit, nunc litteris, nunc nuntiis, oportunis insistendo persuasionibus et secundum apostolice circumspectionis judicium nil de contingentibus omittendo. Licet autem verisimiliter speraremus quod rex ille pacificus cujus in pace factus est locus, sic tuum et tuorum tetigisset corda Flandrensium, ut per semitas pacis velletis incedere et ad firmandam tractatam utrinque concordiam vos flexibiles exhibere, nuper tamen cum admiratione vehementi percepimus te et tuos apud regem ipsum petitionibus nonnullis insistere per quas cum aut indecentes, aut nimis difficiles dicantur, a multis occasionem habere velle credimini a perfectione et solidatione tractate concordie divertendi. Porro ex nobis videre non possumus unde tot difficultates ingerendi materiam habeas, unde pacis abjecto consilio, te in incomoda dissidiorum experta sic libenter immittas. Nunquid non attendis quod per hec multipliciter aggravas causam tuam et illum contra te provocas qui beatos esse viros pacificos asserit, et ut Dei vocentur filii repromittit? Nunquid et nos ejus vicarius tales illusiones dissimulare poterimus quin finaliter in manu potenti et brachio extento, nedum regis predicti justitie, quin etiam mundi compendiis piisque Dei negotiis que guerre Flandrie strepitus tandiu impedivit et impedit, occuramus? Noli, fili, de preteritorum consideratione, ut similia contingant tibi, confidere, sed time potius indubieque suppone quod non iterabit afflictionem Dominus omnium nec in perpetuum irascetur, aut comminabitur in eternum, sed regi suo sui reddet letitiam Salutaris, et cornu Christi sui regnantis humiliter sublimabit. Tuum itaque animum ad pacem habilita et quecumque illam perturbare valentia, constantia laudanda declina. Quamvis enim, ubi etiam solum tuum verteretur periculum in dissidii turbine memorati ex hujusmodi difficultatum ingestione tuarum, nullatenus, affectione cogente paterna, te tuo in hiis, quantum in nobis esset, relinquere possemus arbitrio, precipue tamen ubi dicti regis tuaque commotio multis est onusta periculis, grandibus est plena dispendiis, multorum discrimina secum trahit, utilia Dei servitia et precipue Terre Sancte subsidium impedit, animarum

excidia, [strages] corporum, vastitates rerum et alia horrenda, que avertat Deus, comminatur, augit caritas, hortatur pietas ut propterea non desistamus a ceptis set illis solertius insistamus. Et ecce sub spe pacis inter regem ipsum et te tuosque Flamingos, Deo auctore, eo reformande facilius quo majori gaudebitis utrinque quiete, treugas usque ad certum tempus apostolica auctoritate inter vos providimus indicendas[1]. Quocirca nobilitatem tuam hortamur et obsecramur in Domino Jhesu Christo, sano tibi consilio suadentes quatenus infra tempus treugarum ipsarum absque more dispendio, nuntios tuos sufficienter instructos[2] ac ad ea que fuerint ipsius concordie solidande oportuna negotia plenum mandatum habentes, ad presentiam nostram mittas. Nos enim cum regalibus tuisque ac communitatuum Flandrie quibus scribimus[3] nuntiis, parati erimus circa reformationem et solidationem pacis insistere et circa prefectionem (*sic*) reformationis et solidationis hujusmodi fideliter et efficaciter laborare, sperantes in pacis actore quod, si dicti nuntii, ut condecet, obedire voluerint rationi, pax demum inter vos adveniet mundo utilis, Deo grata. Dat. Avinione, IIII° idus novembris[4]. »

[1] Voyez ci-après nos 437-442.

[2] Il avait déjà été question d'une entrevue à la cour pontificale (Voyez nos 405, 418, 419, 425); on sait qu'elle avait eu lieu et que le pape avait donné son avis le 8 mars 1318 (nos 491, 492).

[3] N° 436.

[4] Cf. Cette lettre, on le voit par la note précédente, est antérieure au 8 mars 1318; elle était d'ailleurs, ainsi que les suivantes, confiée à Renaud, archevêque de Bourges, et à Bérenger de Landorre: *electus Compostellanus* (nos 436-442). Or ce dernier fut consacré le 30 avril 1318 (Voyez n° 403, note).

436 [Avignon, 10 novembre 1317.]

Scabinis, burgemagistris et communitatibus Flandriæ de eodem. (Reg. 109, fol. 99, c. 415.)

« *Dilectis filiis scabinis, burgemagistris nec non communitatibus et universitatibus villarum et locorum comitatus Flandrie.* Nostis, filii, cum et in vobis locum latendi non habeat tante veritatis essentia, quante sollicitudinis studio, quantaque per nos fuerit laboratum instantia, ut dirigerentur in via pacifica gressus tui (*sic*), dissidiorum incomoditate rejecta. Attendentes etc. ut supra[1], verbis competenter mutatis usque licet autem verisimiliter speraremus quod rex ille pacificus cujus in pace factus est locus, sic corda vestra pio suo digito tetigisset, ut per semitas pacis etc. usque percepimus vos apud regem ipsum etc. usque tantas difficultates habeatis ingerendi materiam unde vos in incomoda dissidiorum experta, pacis abjecto consilio, sic ultronei immitatis. Nunquid non attenditis quod per hec aggravatis multipliciter causam vestram et illum etiam contra vos provocatis, qui beatos esse viros pacificos asserit et ut Dei vocentur filii repromittit etc. usque occuramus? Nolite, filii, de preteritorum consideratione confidere, sed timete potius indubieque tenete quod non etc. ut supra usque sublimabit. Vestrum itaque animum habilitantes ad pacem, quecumque illam perturbare valentia, laudanda constantia declinetis. Quamvis enim ubi etiam solum vestrum verteretur periculum etc. verbis competenter mutatis usque quocirca universitatem vestram hortamur et obsecramur in domino Jhesu Christo, sano vobis consilio suadentes etc. usque habentes, ad nostram presentiam destinetis. Nos enim cum regalibus et dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie, cui exinde scribimus, vestrisque nuntiis parati erimus etc. ut supra. Dat. ut supra. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez la lettre précédente.

437 [10 novembre 1317].

Treugas inter Philippum, regem Franciæ, et Robertum, comitem Flandriæ, usque ad instans festum Resurrectionis dominicæ indicit. (Reg. 110, p. I, fol. 36 v°, c. 110; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 73 v°, pars IV, n° 4.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Considerantes attentius a nostre promotionis exordio quot et quanta dispendia, que animarum pericula, quas strages corporum et quos etiam lapsus induxerit facultatum Flandrensis guerre comotio, et qualiter ejus continuatio reproba impedi-

vit Terre Sancte subsidium, cujus assumptioni clare memorie Philippus, rex Francie illustris, ad ultramarinum passagium pie devotionis inflamatus affectu ferventer hanelans, circa prosecutionem guerre predicte distractus, nequivit, dum vivebat, intendere, nec carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, qui prefato regi genitori suo, sicut in regno Francie sic et, ut fertur, in proposito et voto passagium ipsum assumendi succedit, durante ipsius guerre dissidio, se ad illud comode posset accingere, habiturus ipsius regni deffensioni vacare, propagari pacem inter regem et Flamingos eosdem desideravimus anxii, hanc expectavimus desiderio ingenti diutius, in hujus procuratione solicitudo nostra non defuit, secundum apostolice circumspectionis judicium de contingentibus nil omittens. Porro licet hostis antiqui malitia nostris affectibus et mundi profectibus invidens, suas insidias adeo periculose tetendit ut, perturbatis pacis optande consiliis et zizaniorum sparsis seminibus, nondum votive concordie fuerit subsecutus effectus, ad id tamen nostra semper suspirat intentio, ad id plenis desideriis anxiamur, non proponentes a ceptis desistere, quin circa promotionem tam salubris negotii sub spe illius qui facit magna et inscrutabilia, qui concordiam in sublimibus operatur, quecunque hujusmodi pacificationis viderimus oportuna negotio, ut tantis discriminibus tamque periculosis possimus obviare dispendiis solicite prosequamur. Cum itaque ad nos qui, licet immeriti, vices regis pacifici gerimus, singulariter pertineat in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac ipsam facere diligentius observari, inter prefatum regem Francie, adjutores, valitores et fautores suos, ac adherentes eidem ex una parte, ac dilectos filios nobilem virum Robertum, comitem, ac comunitates et universitates castrorum et villarum Flandrie, valitores, adjutores, fautores suos et adherentes eisdem ex altera, sub spe pacis inter partes ipsas Deo actore, eo reformande facilius quo minori fuerint dissidiorum turbine concitate, usque ad instans festum Resurrectionis dominice treugas quarum fedus pacis inducit ymaginem apostolica auctoritate indicimus, quas a die notificationis seu publicationis earum suum volumus habere vigorem, et in omnes et singulos ex tunc infringentes seu non servantes easdem, excommunicationis, in terras vero eorum interdicti, sententias promulgamus; non obstante si eis aut eorum alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum a Sede apostolica sit indultum quod excommunicari vel eorum terre ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris vel expressionis existat per quam effectus presentium impediri possit vel quomodolibet retardari. Vassallos insuper et subditos regis, comitis et aliorum predictorum a juramentis fidelitatis quo eis vel eorum alteri tenentur astricti, quantum ad hujusmodi guerre seu dissentionis articulum, cum in illicitis eis obedire non debeant, per i(d)dem tempus prorsus absolvimus. Et nichilominus promissiones et obligationes que inter regem et comitem et alios memoratos et ceteros quoslibet super belli seu conflictus utrinque commitendi processu, nec non confederationes, colligationes et pactiones que inter ipsum regem et quosvis alios ex una parte, ac predictum comitem et Flandrenses et alios quoscumque ex altera intervenerunt pro ipsa favenda discordia, utpote contra bonum pacis presumptas illicite et attemptatas in divine magestatis offensam, et quascumque penas adjectas ac juramenta prestita super hiis sub quibuscunque forma, modo vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc nulla fore decernimus et quatenus de facto processerint irritamus. Ceterum cum pertinacibus sic debeat obesse conceptus quod in humilium prejudicium non redundet, volumus ut illum ex predictis qui treugas forsitan contempserit observare predictas, sic prefatus processus noster afficiat quod alterum, quantum in eo fuerit treugas ipsas observare paratum, in aliquo non contingat, sic quod nec ipse, nec sui valitores, consiliarii et fautores, aut eorum terre ligentur sententiis antedictis, et eo etiam casu illius vassalli non intelligantur a juramento fidelitatis quo tenentur eidem aliquatenus absoluti. Nulli ergo etc. Dat. IIII id. novembris[1]. »

[1] Cf. n°s 435, note 4; 440, note 2.

438 [10 novembre 1317.]

Archiepiscopo Bituricensi et Berengario de Landorra, nuntiis apostolicis, ut easdem treugas notificent. (Reg. 110, p. i, fol. 37 v°, c. 111; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 74, pars iv, n° 5.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi et dilecto filio fratri Berengario de Landorra de ordine fratrum Predicatorum, electo Compostellano, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Considerantes etc. ut supra[1] mutatis mutandis usque absoluti. Quocirca discretioni vestre committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, ad regis, comitis et aliorum predictorum presentiam accedentes, eis treugas, sententias et alia omnia et singula supradicta notificare, vel si presentie ipsorum copiam habere forsitan non possetis, in terris et locis eorum seu circumvicinis eisdem de quibus ad eorum valeat notitiam pervenire, et aliis etiam de quibus vobis videbitur, studeatis solenniter publicare, nec non eos ac terras eorum qui treugas observare contempserint memoratas, predictas incurrisse sententias singulis diebus dominicis et festivis in locis et ecclesiis de quibus vobis videbitur publice nuntietis et faciatis etiam nuntiari; diem autem hujusmodi notificationis seu publicationis et formam et quicquid super premissis duxeritis faciendum referre nobis fideliter aut per litteras vestras harum seriem continentes significare curetis. Dat. ut supra. »

[1] Pour la suite et la date, voyez le numéro précédent.

439 [10 novembre 1317.]

Easdem treugas usque ad unum annum prorogat. (Reg. 110, p. i, fol. 37 v°, c. 112; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 74, pars iv, n° 6.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Considerantes etc. ut supra[1] usque turbine concitate, treugas quarum fedus pacis inducit ymaginem usque ad unum annum a die notificationis seu publicationis earum in antea numerandum apostolica auctoritate indicimus, quas a die notificationis seu publicationis predicte suum volumus habere vigorem, et in omnes etc. ut supra usque in finem. Dat. ut supra. »

[1] Pour la suite et la date, voyez n° 437.

440 [10 novembre 1317.]

Eisdem archiepiscopo et electo ut dictas treugas partibus notificent. (Reg. 110, p. i, fol. 37 v°, c. 113; — Bib. nat., ms. lat. n° 4114, fol. 74, pars iv, n° 7.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra de ordine fratrum Predicatorum, electo Compostellano, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Considerantes etc. ut supra[1] mutatis mutandis usque absoluti. Quocirca discretioni vestre committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios etc. ut supra in executoria predicta usque in finem. Dat. ut supra[2]. »

[1] N° 437 et, pour l'*executoria*, n° 438.

[2] Cette lettre et les trois précédentes qui ont la même date (Cf. n° 435, note 4) ne sont pas contradictoires. Les envoyés pontificaux ne devaient s'en servir que suivant l'avis du roi de France (Voyez ci-après n°s 441, 442) et c'est pourquoi, sans doute, la lettre adressée au comte de Flandre (n° 435) ne mentionne pas la durée des trêves.

441 10 novembre [1317].

Nuntiis apostolicis quid facere debeant cum Flandrensibus ratione castri de Cassello et prolongationis treugarum notificat. (Reg. 110, p. i, fol. 42 v°, c. 133.)

« *Venerabili fratri R., archiepiscopo Bituricensi, et dilecto filio fratri Berengario de Landorra de ordine fratrum Predicatorum, electo Compostellano, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* Ex relatione dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii carissimi in Christo filii nostri regis Francie et Navarre illustris[1], qui regias se recepisse super hoc asseruit litteras, miranter accepimus quod Flamingis non ille quem credebamus juxta verbalem prosecutionem eorum inest ad pacem affectus, dum petitioni nonnullorum insistunt, que aut periculosa aut nimis difficilia vel regium decus dedecentia reputantur a multis. In quibus sibi non sperantes, aliquatenus for-

sitan animi occasionem videntur querere a perfectione et solidatione tractate concordie divertendi; feruntur etenim petere quod aut castrum de Cassello ex nunc penitus diruatur vel quod rex ipse det eis hostagia de castro ipso circa finem treugarum in eo statu in quo nunc esse dinoscitur dimittendo, aut quod ipsum castrum tradatur comiti, hostagia competentia de ipso restituendo in termino regi daturo predicto; licet autem ad quid per hec tendant, satis appareat cuilibet perspicaciter intuenti. Ut tamen sua sibi mentiatur iniquitas, et ut, dum in eos culpa finaliter reffundetur, adversus eorum contumaciam nostros justius valeamus exaggerare processus, nollemus quod incepta cum illis propterea rumperentur, quin immo expediens crederemus et utile, ut ab eodem comite talia pro castro ipso peterentur ostagia, que putaretur nullatenus velle dare, ut pe(r)titionis predicte difficultas in eum potius redundaret, per quod posset facilius retrahi ab inordinata petitione predicta, vel quod offerretur eidem comiti in castrum ipsum, presentibus bonis viris, unica vice, ea tantum inmittenda munitio, que sufficere posset usque ad finem treugarum ipsarum, et nichilominus sub juratoria cautione promissio, penarum et gravaminum adjectione vallanda quod interim illuc nulla munitio alia inferretur aut quod etiam per vestram circumspectam industriam aliqua alia via inveniretur oportuna negotio, et Flamingis offerretur eisdem, cujus repulsione illorum posset et deberet gravari conditio, et dicti regis justitia relevari. Quia igitur hoc est in summa intentionis nostre compendium ut tot et tanta juxta rationem et decentiam dicti regis antequam rumpatur tractatus inceptus, ex parte regia debeant dictis Flamingis offerri, quod si ea acceptare renuerint, nos et rex ipse simus apud Deum et homines excusati, processus nostros quantum sine offensa Dei fieri poterit in eorum proterviam aggravando, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus vos, prout et condecet, intentionem nostram hujusmodi exequentes, premissa omnia juxta datam vobis a Deo prudentiam, tam debite quam solicite, quantum in vobis fuerit, faciatis impleri. Nos vero licet vobis indicendi treugas potestatem tribuisse plenariam memoremur[2], quia tamen per nos indicte in potiori observantia sperantur haberi, eas usque ad instans festum Resurrectionis dominice per aliquas[3] et per alias certi tenoris litteras usque ad unum annum[4] inter regem et Flamingos eosdem providimus indicendas. Quibus equidem litteris recipiendis a latore presentium, si et prout dicto regi videbitur, juxta rei exigentiam uti poteritis de ipsius conniventia vel sue beneplacito voluntatis. Et si tempus indictionis predicte nimis arctum vel forsitan nimis longum visum extiterit, vos de conniventia, ut prefertur, seu beneplacito dicti regis ex potestate super hoc vobis data, de novo valebitis treugas indicere ad tempus de quo videbitur expedire, inducturi solerter regem et Flamingos eosdem, quibus super hoc scribimus[5], ut infra tempus treugarum ipsarum nuntios sufficienter instructos, ac ad ea que fuerint concordie solidande oportuna negotio plenum mandatum habentes, ad presentiam nostram mittant, cum quibus quibusvis pretermissis agendis parati erimus circa reformationem et solidationem pacis insistere, et circa perfectionem reformationis et solidationis hujusmodi fideliter et efficaciter laborare; sperantes in rege pacifico quod si partes obedire voluerint rationi, pax demum inter ipsas adveniat mundo utilis, Deo grata. Quicquid denique super hiis feceritis et successive continget, rescribere nobis absque more dispendio nullatenus ommittatis. Dat. IIII° idus novembris[6]. »

[1] Au sujet de ce personnage, voyez n° 72, note 1.

[2] N° 204.

[3] N° 437.

[4] N° 439.

[5] N°s 435, 436, 442.

[6] Cf. n° 435, note 4. Le 4 novembre 1317 un accord fut conclu à Paris entre les procureurs de Philippe V et les représentants des Flamands. Il fut convenu, comme il en avait d'ailleurs été déjà question (Voyez n°s 364, note 1; 405; 418) qu'on prendrait conseil du pape et que les trêves qui devaient expirer à la Toussaint seraient prolongées jusqu'à Pâques 1318. On décida, en outre, que le château de Courtrai serait détruit par le comte de Flandre, celui de Cassel par le roi, avant la Purification (Arch. nat. J. 562A, n° 1, orig. scellé; n°s 6 et 7 *bis*; — Arch. du nord, anc. B. 544, nouv. B. 259; — Leibnitz, *Codex juris gentium*, part. I, p. 103, n° L; — Dumont, *Corps univ. diplom.* t. I, part. II, p. 41, n° LXIX). Les clauses de ce traité n'étaient donc point connues à Jean XXII au moment où il écrivit les lettres que nous publions (n°s 435-441) et qui durent demeurer inutiles. Nous avons déjà relevé un fait analogue (n° 67). Nous ne trouvons plus, dans la suite, mention de l'archevêque de Bourges et

de son compagnon Bérenger de Landorre, et nous pouvons considérer leur mission comme dès lors terminée. L'année suivante, ce furent d'autres envoyés qui furent chargés de poursuivre les négociations avec la Flandre (Voyez nos 538, 551, 552).

442 10 novembre [1317].

Philippo, regi Franciæ, de eisdem scribens hortatur eum ut treugis durantibus, nuntios ad Sanctam Sedem pro pace tractanda mittat. (Reg. 110, p. I, fol. 43, c. 134.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Supponebamus, carissime fili, cum gaudio, et verisimiliter sperabamus quod rex ille pacificus cujus in pace factus est locus, sic tetigisset corda Flandrensium ut per semitas pacis vellent incedere juxta verbalem prosecutionem eorum, propter quod nobis non levis causam admirationis iniessit (*sic*) dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii tui, facta relatio quod Flandrenses ipsi circa castrum Casselli, nunc petunt aliqua fieri per que, cum aut indecentia aut nimis difficilia dicantur, a multis creduntur occasionem querere a perfectione et solidatione tractate concordie divertendi. Porro, amantissime fili, nec propterea rumpendum esse videtur cum Flamingis eisdem, quin potius expediens putamus et utile ut tot et tanta juxta rationem et decentie regalis honorem ex parte tua facias eis in petitis offerri, prout nuntiis nostris clarius explicamus, quod si ea acceptare renuerint, illorum possit et debeat evidenter gravari conditio et tua justitia relevari, per quod nos et tu sumus et esse debeamus apud Deum et homines excusati, processus nostros quantum sine Dei offensa fieri poterit in eorum proterviam agravando. Ceterum licet istis nuntiis nostris indicendi treugas potestatem tribuisse plenariam memoremur[1], quia tamen per nos indicte in potiori observantia sperantur haberi, eas inter te et Flandrenses eosdem sub spe pacis inter te et ipsos, Deo auctore, eo reformande facilius quo majori gaudebitis utrinque quiete, usque ad instans festum Resurrectionis dominice per aliquas[2] et per alias certi tenoris litteras usque ad unum annum[3] providimus indicendas. Quibus equidem litteris, recipiendis a latore presentium, dicti nuntii uti juxta rei exigentiam poterunt, si et prout de regia conniventia vel tue processerit beneplacito voluntatis. Et si tempus indictionis predicte nimis ar[c]tum vel forsitan nimis longum visum extiterit, dicti nuntii de beneplacito seu conniventia tuis ex potestate super hoc sibi data, de novo poterunt treugas indicere ad tempus de quo videbitur expedire. Quia itaque, dilectissime fili, ubi duxeris acceptandas treugas hujusmodi vel dicti nuntii de conniventia seu beneplacito tuis eas publicandas duxerint vel etiam indicendas, de solidanda et firmanda inter te et Flamingos ipsos concordia, pendentibus treugis, tractari valebit habilius, celsitudini regie[4] paterno suademus affectu quatinus infra tempus treugarum ipsarum absque more dispendio regales nuntios sufficienter instructos ac ad ea que fuerint ipsius concordie solidande oportuna negotio plenum mandatum habentes, ad presentiam nostram mittas. Nos enim cum ipsis et dictorum Flandrensium quibus scribimus[5] nuntiis, parati erimus quibusvis pretermissis agendis, circa reformationem et solidationem pacis insistere, et circa perfectionem reformationis et solidationis hujusmodi fideliter et efficaciter laborare, sperantes in pacis auctore quod si tu et illi, ut condecet, obedire volueritis rationi, pax demum inter vos adveniet mundo utilis, Deo grata. Dat. IIII idus novembris[6]. »

[1] No 204.
[2] No 437.
[3] No 439.
[4] Reg. : *regio.*
[5] Nos 435, 436.
[6] Cf. nos 435, note 4; 441, note 6.

443 [5 mai — 12 nov. 1317.]

Magistrum Arnaldum de Capdenaco, præpositum Mimatensem, Gualhardo, episcopo Regensi, et magistro Petro de Pratis in quadam inquisitione facienda adjungit. (Reg. 110, p. II, fol. 81 v°, c. 376 et 1020.)

« *Venerabili fratri Gualhardo, episcopo Regensi, et dilectis filiis magistris Arnaldo de Capdenaco, preposito Mimatensi, et Petro de Pratis, juris civilis professori, canonico Xanctonensi.* Nuper vobis, episcopo et Petro predictis, post salutationis ac benedic-

tionis consuete preambulum, per apostolicas litteras scripsimus in hunc modum : Nuper tibi, frater episcope etc. usque : dat. Avinione, III non. maii, pontificatus nostri anno primo[1]. Verum quia in tanto negotio nichil agi presumptuorie volumus, sed cum omni diligentia et maturitate procedi, eo presertim attento quod ubi multa consilia, ibi salus, te fili preposite, cujus discretio atque fidelitas sunt per experientiam nobis note, episcopo et Petro predictis in inquisitione predicta, auctoritate presentium fidenter adjungimus, vestrum cuilibet districte precipiendo mandantes quatinus in inquisitione jam dicta ut premissum est facienda, vos vel duo ex vobis juxta prescriptarum priorum et secundarum etiam continentiam litterarum, curetis ex nunc provide procedere ac si vobis tribus simul directe fuissent. Per hoc autem quod te, fili preposite, eisdem episcopo et Petro, ut prefertur adjungimus, processibus per eumdem episcopum solum aut per eum et dictum Petrum simul jam super predictis habitis legitime sive factis, nullum generari prejudicium volumus, immo illos etc. ut supra[2]. »

[1] 5 mai 1317 (n° 222).

[2] Cette formule *ut supra* se réfère à la lettre citée dans la note précédente. Elle ne peut s'appliquer à la date, car l'expression *nuper scripsimus* ne saurait s'entendre de deux lettres écrites le même jour. Il est certain toutefois que celle que nous publions ici, postérieure au 5 mai 1317, est antérieure au 12 novembre de cette même année, puisqu'à cette date l'évêque de Riez, Gaillard Saumate, était transféré à Maguelonne (Voyez n° 222, note 2). Au sujet de ces conspirations, voyez n° 182, note 3.

444 [25 juin — 12 nov. 1317.]

Johannem, Magalonensem episcopum, ad archiepiscopalem Tolosanam sedem transfert, Gualhardo dudum Tolosano episcopo ad Regensem civitatem translato. (Reg. 110, p. II, fol. 22, c. 115 et 671.)

« *Dilecto filio Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Romani pontificis quem — consequi merearis[1]. »

[1] Cf. Jean Raimond de Comminges est désigné comme : *Tolosanus electus* à la date du 12 novembre 1317 (J. H. Albanès, *Gallia christiana novis.*, inst. col. 388, n° XXVIII eccl. Reg.) d'après les registres des lettres communes; C. Eubel d'après les mêmes sources, fixe cette nomination au 13 novembre (*Hierarchia catholica*, p. 515. Voyez, à ce sujet, n° 170, note 2). La lettre que nous analysons ici est donc antérieure au 12 novembre 1317 et postérieure à l'érection de Toulouse en siège archiépiscopal (25 juin 1317, n° 262). On sait que l'ancien évêque de Toulouse, Gaillard de Pressac, refusa le nouveau siège qui lui était offert (Albanès, *op. cit.*, inst. col. 389, n° XXIX eccles. Reg.).

445 Avignon, 13 novembre 1317.

Ludovicum de Petragrossa, civem Avinionensem, procuratorem apostolicæ Sedis in comitatu Venayssini occasione subsidii constituit. (Reg. 67, cur. fol. 308, c. 20.)

« *Dilecto filio Ludovico de Petragrossa, civi Avinionensi.* De fidelitate ac — Dat. Avinione, idibus novembris, anno secundo. »

446 Avignon, 15 novembre [1317].

Philippo, regi Franciæ, ne prætextu concessionis sibi factæ, permittat gentes suas exigere fructus beneficiorum vacantium in terris comitis Valesii et comitatus Cenomanensis. (Reg. 109, fol. 224 v°, c. 820; — Reg. 110, p. I, fol. 2, c. 3.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia, fili carissime, plenis desideramus affectibus ut tu et dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie regis Francie filius, comes Valesii, patruus tuus, sicut idemptitate jungimini sanguinis, sic et unum sitis in vinculo caritatis, nulla nimirum vellemus quovis modo contingere per que, presertim occasione comodi temporalis, posset inter tuas et illius gentes materia scandali resultare. Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod, licet eidem patruo tuo, sicut etiam te latere non credimus, fructus, redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, etiam si dignitates, personatus et officia existant, que in terra sua propria et in comitatu Cenomanensi dumtaxat, quem dilectus filius nobilis vir Philippus, primogenitus ejus, ab eo tenere fertur in feudum, usque ad IIII annos inclusive vaccare, etiam in curia Romana, contingeret, per apostolicas certi tenoris litte-

ras de speciali gratia duxerimus concedendum[1], gentes tamen tue, pretextu concessionis hujusmodi fructuum tibi facte per nos, dum regentis vocabulo fungereris, in regnis Francie et Navarre, preterquam in terra et comitatu predictis[2], ipsius patrui tui gentes impetunt et perturbant indebite et contra concessionis nostre predicte tenorem, quominus fructus hujusmodi in beneficiis precipue ecclesiarum cathedralium in civitatibus Carnotensi, Cenomanensi et Andegavensi pro ipso patruo tuo percipere valeant et habere, immo ipse gentes tue fructus predictos pro eo tibi vendicare nituntur, quod predicte cathedrales ecclesie de terra ipsius patrui non existant, licet in illa constitute noscantur. Quia igitur, amantissime fili, verba concessionum utrique factarum satis videntur innuere quod idem patruus tuus in predictis ecclesiis in terra sua propria et comitatu predicto, licet de illis esse minime censeantur, debeat hujusmodi fructuum perceptione gaudere, magnificentiam regiam rogamus attente quatinus, prudenter attento quod nec decet nec expedit te talibus minutiis (?) adversus patruum ipsum tuum ubi precipue causa ejus equitate fulciri videtur, insistere, qui ad alia grandiora que gratiam saperent haberes erga ipsum facilem te prebere, predictis tuis gentibus districte precipias quod gentes ipsius patrui tui in dictorum perceptione fructuum nequaquam impediant, quin immo eas illos percipere sine difficultate permittant; et si forsan ipse gentes tue aliquid perceperint de fructibus antedictis, illud gentibus dicti tui patrui restitui mandes et facias indilate. Dat. XVII kal. decembris[3]. »

1 11 septembre 1316 (nº 26).
2 14 septembre 1316 (nºs 27-30).
3 Pour la date voyez la lettre suivante.

117 Avignon, 15 novembre [1317].

Carolo, comiti Valesii, nuntiat se prædicto regi Franciæ de præmissis scripsisse eumque ad moderationem hortatur. (Reg. 109, fol. 224 vº, c. 821; — Reg. 110, p. I, fol. 2 vº, c. 4; — Arch. nat., J. 722, nº 7 *ter*, orig. scellé sur chanvre.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Ecce, fili, nolentes — Tu itaque, tuo in hac parte jure contentus, ad fructus sistentes extra terram et comitatum predictos, contra concessionis prefate tenorem, tuarum manus gentium extendi non sinas. Dat ut supra[1]. »

1 La date complète : *Avinione*, XVIII *kal. decembris, anno secundo*, est donnée par l'original conservé aux Archives nationales.

118 Avignon, 10 novembre 1317.

Decano ecclesiæ Vapincensis quod inquirat an prioratus de Aspris, Vapincensis diocesis, Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali collatus, sit in decimæ taxatione gravatus et quod eam moderet. (Reg. 67, cur. fol. 306 vº, c. 17.)

« *Dilecto filio.., decano ecclesie Vapincensis.* Exposuit nobis dilectus — Dat. Avinione, XVI kal. decembris, anno secundo. »

119 22 novembre [1317].

Magistro Gaufrido de Plexeyo mandat ut inhibitionem et sententias contra occupatores decimæ pro negotio Terræ Sanctæ impositæ latas publicet eique quid in negotiis Johannis, ducis Britanniæ, sibi commissis, agendum sit significat. (Reg. 109, fol. 103, c. 434; — Reg. 110, p. I, fol. 5, c. 9.)

« *Dilecto filio magistro Gaufrido de Plexeyo, canonico Parisiensi, notario nostro.* Licet, fili, per litteras tuas quas nuper accepimus, nobis duxeris intimandum quod venerabilis frater noster.., Autisiodorensis episcopus et dilectus filius.., abbas monasterii sancti Dionisii in Francia, tui in negotio decime imposite pro Terre Sancte subsidio in generali concilio Viennensi collegę, super exigenda, colligenda, deponenda et fideliter conservanda decima biennali que colligenda restabat, suas, ante tuum ad civitatem Parisiensem adventum, prelatis regni Francie ac deputatis ab eis, patentes litteras cum solitis penarum adjectionibus destinarant, prout sibi ex forma commissionis per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, dudum eis et tibi sub certo tenore inde facte licebat, propter quod tu et illi

abstinuistis a novis processibus, virtute litterarum nostrarum, tibi et illis super hoc directarum, super collatione et conservatione ipsius decime faciendis[1]; nichil tamen nobis significare curasti an inhibitionem per nos factam quibuscunque personis, cujuscunque status, preheminentie aut conditionis existerent, etiam si regia dignitate fulgerent, ne ad decimam ipsam per se vel alium seu alios manus extenderent aut quicquam reciperent ex eadem absque speciali nostro aut Sedis apostolice beneplacito vel mandato, alioquin secus inde facientes excommunicationis penam incurrerent ipso facto, tu vel illi juxta mandatum nostrum per apostolicas litteras vobis et vestrum cuilibet inde factum[2] publicaveritis aut feceritis publicari. Quia igitur notificationem seu publicationem inhibitionis et sententie predictarum penitus fieri volumus, discretioni tue precipiendo mandamus quatenus notificationem seu publicationem hujusmodi, nisi jam facta forsitan extiterit, per te vel alium seu alios fieri facias juxta tenorem mandati predicti, rescripturus nobis quicquid inde duxeris faciendum. Ceterum si pro negotiis dilectum filium nobilem virum Johannem, ducem Britanie, contingentibus que tibi commisimus[3], te ultra prefixum tibi a nobis terminum redeundi, oporteat in illis partibus aliquandiu remanere, sustinebimus patienter. Ubi tamen negotiorum expeditio predictorum longioris more tractum exigeret, nollemus tua diutius carere presentia; sed, eo casu, placet nobis et volumus ut in negotiis ipsis, alio vel aliis personis ydoneis subrogatis, ad nos regredi non omittas. Dat. Avinione, x kal. decembris[4]. »

[1] 1er juillet 1317 (nº 265).
[2] 9 juillet 1317 (nº 300).
[3] Nº 427.
[4] Cf. Cette lettre a dû suivre de près, on le voit, celles du 1er et du 9 juillet 1317, que nous indiquons ci-dessus; comme d'autre part, il n'y est pas fait mention des concessions qui furent accordées au roi de France, le 21 et le 25 mars 1318 (nos 515 et 531), elle est antérieure, pensons-nous, à cette date. Nous ferons de plus remarquer que, dans une lettre du 7 ou du 8 août 1317 (nº 672), Geoffroy du Plessis n'est plus cité avec les autres collecteurs.

450 Avignon, 25 novembre 1317.

Litteris consulum civitatis Tolosæ a magistro Vitali de Prignaco præsentatis, ratione divisionis parrochiæ sancti Stephani de civitate Tolosæ facienda, respondet. (Reg. 110, p. I, fol. 77, c. 272; — p. II, fol. 23 vº, c. 118 et 674.)

« *Johannes, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis capitulariis seu consulibus civitatis Tholosæ, salutem et apostolicam benedictionem.* Litteras vestras per — Sane, filii, de divisione hujusmodi qualiter et in quot parrochias oportune fieri debeat, ex nobis scire non possumus, propter quod nuntiis nostris illic sistentibus per alias nostras litteras providimus committendum ut super hiis se diligenter vobiscum et aliis de quibus viderint expedire informare procurent, quicquid inde receperint nobis fideliter ac celeriter rescripturi, ut ad divisionem ipsam super cujus executione Deo et vobis complacere disponimus, consultius per eos instructi, procedere valeamus — Dat. Avinione, VII kal. decembris, pontificatus nostri anno secundo[1]. »

[1] Voyez, plus loin (nº 455), ce que nous disons au sujet d'une lettre semblable qui serait datée du 7 décembre.

451 Avignon, 28 novembre [1317].

Philippum, regem Franciæ, hortatur ut magistrum Radulphum de Perellis tanquam fidelem consiliarium conservet nec illis asserentibus dictum magistrum contra eum et reginam peregisse minus fideliter aliqua aut linguam laxasse asserentibus, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 130, c. 539; — Reg. 110, p. I, fol. 8, c. 20.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Decet magnitudinis tue constantiam, fili carissime, tuisque multum expedit indubitanter agendis ut nec emulis aut detractoribus, Deo quidem odibilibus, aures credulas prebeas, nec ad perversum eorum obloquium, erga personas precipue quarum industriam et fidelitatem persepe probasti, tue benivolentiam benignitatis immutes. Cum itaque, sicut audivimus, nec desint hic qui, nunc litteris, nunc nuntiis, nec desint ibi qui verbis mendacibus et iniquis sinceritatem dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii tui nobisque devoti, cujus forte prosperis actibus invident, incrustare nitentes, verba seu facta ipsius calumpniantur indebite, cum in curia

nostra contra te et carissimam in Christo filiam nostram Johannam, Francie et Navarre reginam illustrem, consortem tuam, et utrique conjunctos peregisse minus fideliter aliqua, aut laxasse linguam ad indecentia mendaciter confingentes. Miramur si tu et regina predicta credatis assertionibus talium, si preferatis verba mendacia veritatis essentie que per operis demonstratur effectum. Sed et de hoc potissime miraremur, si quomodolibet caderet in cor vestrum quod idem magister Radulphus circa nos, vel nobis scientibus, contra vos vobisque conjunctos aliquid reprehensibile verbo commisisset aut facto. Nunquid enim ipsius evidentia veritatis suggestionum hujusmodi credulitatem evacuat et ipsius magistri Radulphi totiens experta fidelitas talium falsitatum figulos et eorum figmenta confutat? Nunquid crebra preconiorum vestrorum extollentia circa quam idem magister Radulphus nimis libenter insistit, omnis turpiloquii suspitionem excludit? An putatis quod nos qui vestrum comodum et honorem affectu paterno zelamus et ubique prosequimur, talia pateremur in nostra fieri vel dici presentia, aut alibi dicta vel facta equanimiter tolerare possemus ubi forent in nostram notionem adducta? Profecto, fili, ipsius magistri Radulphi fidelem diligentiam, et diligentem fidelitatem, nedum in tuis et regine predicte negotiis, quin etiam in aliorum agendis pro quibus tua et ipsius regine scripta nobis dirigebantur interdum, experimento frequenti, non sine quadam ipsius oportuna importunitate, probavimus; eum, ubicunque fuit expediens, audivimus tuis et regine predicte vestrorumque laudibus et commendationibus etiam effuse frequenter insistere; nunquam, teste Deo, ipsum percepimus coram nobis, aut coram quocunque alio novimus contra te vel illam aut vestros ad indecens aliquid seu aliqualiter reprehensibile prorupisse. Unde suam circa id puritatem non efferre non possumus, immo illud dicere cogimur quod si regi regum adeo fidele ut tibi et regine predicte prestitisset obsequium, non parvum, ut credimus, acquisivisset meritum apud eum. Porro tu et regina predicta de ipsius fideli nec minus fructuoso labore satis potuistis per felicem commissorum sibi negotiorum exitum instrui, et per expertam sepius compositi verbi sui modestiam de verisimili circa impositum ei obloquium innocentia informari. Quapropter licet, si bene novimus tuam et regine predicte fecundas virtutibus animas, supponamus indubie quod nec talibus suggestionibus inclinabitis credulitatis assensum, nec lingua dolosa cor vestrum erga dictum magistrum Radulphum poterit immutare, ex superhabundanti tamen celsitudini regie providimus suadendendum ut ipsius magistri Radulphi labores et merita que nedum iniqua detractio, quin etiam grandis si, quod absit, adesset offensa, exsufflare proculdubio non deberet, grataner attendens, contra eum oblocutionis perverse pretextu tua sublimitas nullatenus indignetur, set ipsum in tua et regine predicte solita gratia clementer fovens et benigne conservans, sibi pro tot laboribus ac pro tot obsequiis fructuosis, quicquid gruminant (*sic*) emuli, juxta munificentie regalis exigentiam sic respondeas, quesumus, retributione condigna, quod per tue gratiose prosecutionis evidentiam obstruantur ora iniqua loquentium, et tam ipse quam tui alii servitores de tua constantia et liberalitate animosiores effecti, regiis prosequendis agendis libentius et audatius se impendant. Illud autem nequaquam omittimus tibi bona fide consulere quod et nos ipsi studemus pro posse servare, ut videlicet quotiens de personis tibi nulla verisimili conjectura suspectis aliqua sinistra tuis auribus verbo vel litteris instillari continget, scribentis aut suggerentis et illius contra quem scribitur vel suggeritur aliquid, conditiones personarum et merita, nec non qualitatem negotii super quo suggestio vel scriptura procedit, et circumstantias alias circa id attendendas, sedula cures dispunctione pensare, et proinde perpendere valeas an talibus debeas impositionibus credere, aut eas et earum auctores repulsa laudabili confutare. Nec te lateat quod hujusmodi detractores eo justitie zelo persequimur, ut non minus ipsos in sui perversitate mendacii, quam falsarios quoslibet in falsi fabricatione nos posse comprehendere gaudeamus. Dat. Avinione, IIII° kal. decembris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure à d'autres lettres du 25 mars, du 6 avril et du 2 septembre 1318 par lesquelles nous voyons que Jean XXII avait déjà tenté de défendre Raoul de Pereaus des calomnies dont il fut l'objet (n°s 517-521, 526-528, 553-555, 697). D'autre part, comme le pape ne fait aucune allusion à ces attaques lorsqu'il écrivit en faveur du même personnage en 1316, ainsi que le 27 juillet et le

22-23 août 1317 (nos 72, 330, 360, 361), on peut conclure que le document ci-dessus publié est postérieur à cette dernière date (Voyez aussi no 501 et, au sujet de Raoul de Pereaus en général, no 72, note 1).

452 [Avignon, 28 novembre 1317.]

Johannæ, reginæ Franciæ, eumdem Radulphum similiter excusat. (Reg. 109, fol. 130 vo, c. 540; — Reg. 110, p. i, fol. 8 vo, c. 21.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Decet, amantissima filia — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 451.

453 5 décembre [1317].

Philippum, regem Franciæ, iterum rogat ut gravamina quæ officiales regii, transactioni cum Ludovico quondam rege factæ derogantes, fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ratione bonorum quondam ordinis Templi inferrunt, cessare faciat. (Reg. 109, fol. 109, c. 455; — Reg. 110, p. ii, fol. 25 vo, c. 128 et 684.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Meminimus, fili carissime, quam instanter erga nos per regias litteras pridem instare curasti ut domum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani commendatam habere ac adversus imminens sibi ruine discrimen salubriter providere vellemus. Set nec a memoria nostra obliteravit oblivio qualiter domum ipsam, ad cujus recuperationem efficaciter per nos jam assumptam nos ferventius instituros tue commendationis obtentu rescripsimus, tibi providimus commendandam, specialiter circa reformanda gravamina que officiales tui eidem domui sepius inferebant[1], bona sua nedum ad manus tue curie ponendo pro debitis, quin etiam servientibus et garcionibus pro eorum salariis consummanda tradendo, nec non et circa restitutionem domorum quas nonnulli tui tuorumve familiares officialium detinent sub tuo favore contra apostolice prohibitionis edictum, sed ecce nondum eidem domui per te in hiis esse prospectum audivimus, quin potius afflictionem super adjectam afflicte, quod utique non absque compassionis exuperantia recensemus. Ad nostrum siquidem et fratrum nostrorum perduxit insinuatio dilectorum filiorum fratrum dicti Hospitalis auditum quod, licet dilectus filius frater Leonardus de Tibertis, prior de Venetiis ac visitator domorum Hospitalis ejusdem tam in regno Francie quam in aliis partibus citra mare, dudum post applicationem bonorum quondam ordinis Templi factam per Sedem apostolicam Hospitali prefato, cum bona que dictus ordo obtinebat in regno predicto de mandato clare memorie genitoris tui per officiales regios tenerentur, ut ipsi Hospitali dictorum bonorum recuperatio facilius proveniret, ejusdem genitoris tui circa cujusdam obligationis contractum sponte condescenderit voluntati; licet etiam idem visitator quicquid receptum fuerat et levatum per gentem tam ejusdem genitoris quam clare memorie Ludovici, Francie et Navarre regis, fratris tui, de bonis dicti Templi a die qua Templarii in regno Francie fuerant captivati, remiserit liberaliter et quitaverit; quamvis insuper duas partes eorum omnium que curatores vel officiales quicunque dudum deputati super bonis predictis in regno prefato, causa amministrationis geste per eos a die captionis dictorum Templariorum per arrestum computorum, reddere tenerentur, ac duas partes omnium arreragiorum firmarum que ratione dictorum bonorum deberent et possent ad Hospitale pertinere predictum, regibus concesserit antedictis, dictusque Ludovicus super omnibus debitis in quibus idem ordo Templi fisco regio quomodolibet tenebatur ex transactionis causa quitaverit Hospitale predictum ipsumque in perpetuum duxerit absolvendum, gentes tamen tue de tua conniventia, sicut fertur, transactioni derogantes hujusmodi, duas partes omnium fructuum et exituum terrarum et vinearum dicti quondam ordinis Templi consistentium in regno prefato, de anno ultimo illius temporis quo finite fuerunt firme dictorum bonorum tradite per curatores eorum, sive per gentes regias prius quam ipsorum bonorum restitutio seu sazina dicto Hospitali deliberata fuisset, nituntur tanquam arreragia recipere et habere, illud frivole pretendentes quod dicti firmarii, tempore firme per eos recepte, quasi per modum cujusdam mutui vineas et terras cultas cum fructibus in eisdem pendentibus receperunt, seque ad reddendum easdem in ultimo

anno firmarum suarum cultas, sicut receperant, obligarunt. Porro, fili, nulla ratione fulcitur sed est juri et equitati contrarium quod sub arreragiorum nomine exigantur fructus hujusmodi qui, cum solo adherentes pars fundi censeri debeant, rationabiliter nequeunt inter arreragia computari cum non sit dubium arreragia defectum solummodo extrinsece solutionis inspicere, non illa que fundis noscuntur naturaliter inherere, que utique ad dominos soli spectant; immo non minus absurde possunt ut arreragia exigi due partes hujusmodi fructuum quam eorum in quibus dinoscuntur pendere fundorum. Noli ergo, fili, consiliariis te forsan inducentibus ad tales exactiones indebitas, aliquatenus credere; noli committere talibus salutis tue negotium; noli tue conscientie puritati preponere comodum aliquod temporale, sed attendat quesumus, tua sublimitas quod quanto te Dominus in populo christiano honorare amplioris regni solio voluit, tanto erectum altius ad justitie cultum et ad ea que sibi sunt placita artius obligavit; attendat quod injusta lucra raro vel nunquam habuerunt prosperum exitum, quodque illa captantibus interdum Dominus justo suo judicio gravia suscitat scandala in quibus notabiliter absorbentur etiam alias licite acquisita. Attendat quoque quod cum signaculum vivifice crucis in crucifixi servitium, Terre Sancte subsidium promoturus, assumpsisse dicaris, non bene tuo videtur convenire proposito si Hospitale predictum cujus fratres in transmarinis partibus soli ad preliandum bella dominica remanserunt et quorum assistentia tibi circa prosecutionem dicti subsidii non parum dinoscitur oportuna, oppressionum seu exactionum gravaminibus repercireris afficere, qui potius juxta progenitorum tuorum laudanda vestigia illud debes ab aliorum injuriis et oppressionibus protectionis tue munimine preservare. Sed nec illud pretereat tue considerationis intuitum quod, Christus ipse cui servire disponis in suorum offensa pugilum, se offensum forsitan reputans, tuum habere posset obsequium minus gratum, unde, quod absit, tui laboris fructus impediri valeret. Si hec, amantissime fili, et alia circa id attendenda sedula meditatione pensaveris, si tue non subduces compassionis affectui solutionum onera grandium quas ipsum Hospitale subiit hujusmodi pretextu bonorum, ex quorum applicatione sibi hactenus plus decrevisse conqueritur quam utiliter accrevisse, cum nunc intollerabili debitorum sarcina pregravetur, quod antea quasi nullis eris alieni pressum incomodis, facultatibus habundabat, speramus indubie quod Hospitale predictum oculo pio respicies et, nedum ipsum in predictorum fructuum exactione, ut prefertur, indebita per officiales tuos molestari non sines, quin etiam regis regum cujus est servitio dedicatum intuitu, te sibi exhibebis in favorabili protectione propitium et in gratiis liberalem. Ad quod et nos, ut tuo honori consulas pariter et saluti et ceteros catholicos principes ad prosequendum benivole Hospitale prefatum exemplo laudabili tue prosecutionis inducas, ut in hoc negotium Terre Sancte promoveas, ut Altissimo placeas, et ut ab ipso qui est bonorum omnium retributor, regnis tuis stabilimentum pacis, tibi longevitatem vite et tandem premia superne felicitatis acquiras, serenitatem tuam paternis affectibus et omni quo possumus studio invitamus. Dat. Avinione, nonis decembris[2]. »

[1] Voyez, sur ce sujet, les lettres du 18 mai, du 30 juillet et du 29 septembre 1317 (nos 236, 333, 398).

[2] Cf. Cette lettre postérieure à celles qui sont mentionnées dans la note précédente, est d'autre part antérieure à l'accord du 8 mars 1318 n. s. (Voy. no 398, note 2).

154 [5 décembre 1317.]

Prædicto regi de eodem sub forma diversa. (Reg. 110, p. II, fol. 27 v°, c. 133 et 689.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Fili carissime, singularis quam ad personam tuam gerimus nos urget affectio, singularis caritas nos invitat ut, in persuadendo tibi salubria et dissuadendo nociva vel ea que decori excellentie regalis non congruunt, nil laborasse sufficiens, set paternis diligentiis et laboribus in tue salutis augmentum semper extimemus addendum, et ideo preces, requisitiones et monita nostra benigne recipias, ut sicut de paterna dulcedine p[ro]deunt, sic in filiali consideratione dulcescant. Ex conquestione siquidem dilectorum filiorum fratrum Hospitalis sancti Johannis Jherosolymitani consistentium in regno tuo, ad nos-

trum et fratrum nostrorum pervenit notitiam quod dilectus filius frater Leonardus de Tibertis, prior de Venetiis[1] — tenerentur, ut facilius Hospitali predicto dictorum bonorum recuperatio proveniret, quicquid idem genitor tuus voluit, quicquid sibi consilium regale suggessit recognoverit et fuerit sponte confessus; licet etiam visitator predictus quicquid receptum fuerat — captivati, quitandum liberaliter duxerit et etiam remittendum; quamvis etiam eisdem regibus remiserit et concesserit duas partes — duxerit absolvendum, tamen gentes tue tante gratitudini liberaliter habite a visitatore predicto minus debitam vicissitudinem rependentes, de tua conniventia, sicut fertur, duas partes — nituntur recipere, et habere, illud precipue allegando quod — obligarunt. Non est certe, fili, talis allegatio justitie consona vel etiam equitati; non sunt tui zelatores honoris qui ad hujusmodi lucra captanda cum dispendio salutis eterne te instantiis dampnande persuasionis impellunt, cum potius per salubres persuasiones rectaque consilia te deberent ad fovendum Hospitale predictum ac universos preceptores et fratres ipsius, utpote Christi pugiles, sicque perutiles universali Ecclesie totique fidei christiane, instanter inducere et salubriter invitare, nam fructus adherentes solo nec possunt nec debent inter arreragia computari, cum fundi debeant pars censeri. Quare hujusmodi commoditas fructuum predictorum solo naturaliter inherentium solum naturaliter sequi debet, et ad naturales soli dominos pervenire, cum non sit dubium hujusmodi arreragia defectu solummodo extrinsece solutionis inspicere, non illa que fundis, aquis vel vineis noscuntur naturaliter inherere. Attende igitur, fili, quod genus tuum inclitum ab olim in regno tuo Hospitale predictum ceteraque pia loca plenius fovit, manutenuit et defendit. Attende quod ob hoc manus Domini fuit cum illo, et domum Francie in sublimitate precelsi culminis potentie robore, et gloriose posteritatis serie prerogativa specialis gratie et singularis beneficii stabilivit. Attende insuper statum miserabile Terre Sancte interpellantis continue Christi vicarium et catholicos principes et te specialiter, christianissime principum, in suum auxilium invocantis, quomodo terra illa deserta est, quomodo juxta prophete vaticinium regionem illam Redemptoris nostri sanguine consecratam coram nobis devorant alieni, quomodo filia Syon ut umbraculum in vinea et sicut thugurium in cucumerario, noscitur derelicta. Premissis etiam adhuc adde(re) circumspecte considerationis intuitum quod propter solutiones maximas quas pretextu dictorum bonorum Templi dicti fratres Hospitalis subiisse noscuntur ex applicatione predicta, plus ei hucusque decrevit quam accreverit, immo cum prius Hospitale predictum nullis debitorum premeretur incomodis, nunc tot et tantis maximorum debitorum oneribus pregravatur ut, nisi provisione apostolica et pia prosecutione tua et aliorum catholicorum principum fulciatur, verendum sit ne, quod absit, deficiat, vel in gravia, pro dolor, fidelium detrimenta languescat. Non est ergo addenda afflictis afflictio nec sub tanto debitorum pondere sic oppressis gravioris superaddere sarcine onustatem, nec illud etiam inclite mentis examen pretereat quod, peccatis exigentibus, soli magistri et fratres Hospitalis predicti in transmarinis partibus remanserunt ut bellum Domini prelientur, hii fronterias illas vicinas hostibus quas in partibus illis fidei cultores inhabitant, tuentur, et protegant a Sarracenorum incursibus ac congressibus Babilonis, et, si de medio fierent, per quos pararetur passagium, per quos defenderentur dicte terre residue in partibus transmarinis? Quis se istis presertim temporibus, pro domo Domini murum defensionis opponeret adversus hostiles sevitias et barbaras feritates, cum tot inter christiana regna vigeant intestina dissidia ut, dum non sufficiant egro ipsorum statui afferre curationis antidotum, reddantur prorsus insufficientia ad defensionis brachium remotis regionibus porrigendum? Ideoque serenitatem regiam rogamus, monemus, requirimus et hortamur attente, obsecrantes te in Domino Jhesu Christo quatinus, tanquam filius benedictionis et gratie, inclite memorie progenitorum tuorum qui in prefato regno Francie prefatos fidei pugiles tot et tantis ab olim divitiis et possessionibus vallaverunt, clara et sancta vestigia imitando, eis hoc tempore maxime quo propter predicta debita relevanda, tuo et aliorum catholicorum principum noscuntur favoribus et auxiliis plurimum indigere, exhibeas te in protectione pium, in defensione propitium, et in gratiis liberalem, non permittens eosdem, premissorum arreragiorum pretextu, in predictis bonis per gentes tuas aliquatenus moles-

tari; in premissis te taliter habiturus ut Hospitale predictum dum in inclito regno tuo facultatibus affluet, in militia floreat et crescat in augmento potentie contra hostes, alii catholici principes tuo exemplo laudabili ad fovendum et prosequendum fratres eosdem in caritatis visceribus fortius animentur, ac retributor bonorum omnium ob hoc regnum tuum in pacis felicitate stabiliat, tibi longevitatem vite, et seriem gloriose posteritatis impendat, et tandem pro hujusmodi temporalibus beneficiis eterna premia recompenset — Dat. Avinione etc.[2]. »

[1] Les passages supprimés ici correspondent aux passages semblables de la lettre précédente.

[2] Cf. Cette lettre a, comme on le voit, une grande analogie avec la précédente, nous n'hésitons pas à lui attribuer la même date, car nous avons plusieurs exemples de ce genre. (Voy. n° 76, note 1.)

155 7 décembre [1317].

Litteris consulum civitatis Tolosæ a magistro Vitali de Prignaco præsentatis super divisione parrochiæ sancti Stephani de civitate Tolosæ facienda respondet. (Reg. 109, fol. 160, c. 659.)

« *Dilectis filiis capitulariis seu consulibus civitatis Tholose.* Litteras vestras per — Dat. vII° idus decembris[1]. »

[1] Cette lettre est absolument semblable, sauf pour la date, à celle du 25 novembre 1317 signalée plus haut (n°s 150). Peut-être y a-t-il eu une erreur et faudrait-il lire vII *kal.* au lieu de vII *idus*. Nous avons déjà trouvé, au sujet de la division du diocèse de Toulouse, deux lettres semblables et de dates différentes (n°s 262 et 306).

156 Avignon, 10 décembre [1317].

Philippum, regis Majoricarum filio, abbatem sancti Pauli Narbonensis, ad suscipiendum ecclesiæ Mirapiscensis in cathedralem nuper erectæ regimen hortatur. (Reg. 109, fol. 102 v°, c. 431; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 31, n° 14.)

« *Dilecti filio Philippo, clare memorie regis Majoricarum filio, abbati secularis ecclesie sancti Pauli Narbonensis, electo Mirapiscensi.* Pridem ad divini — Dat. Avinione, IIII° idus decembris[1]. »

[1] Les deux diocèses de Lavaur et de Mirepoix furent créés le 26 septembre 1317 (Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 14 v°, pars II, n° 7; — *Gallia christiana*, t. XIII inst. col. 236, n° XII eccles. Mirap.). Ils furent tous deux délimités le 22 février 1318 (Bib. nat., *ms. cit.*, fol. 15 v°, pars II, n° 8; fol. 16 v°, pars II, n° 9; — *Gallia christiana*, t. XIII, inst. col. 268, n° IX eccl. Vaur.) Le premier évêque de Mirepoix, fut Raimond Aton, auparavant abbé de saint Sernin de Toulouse, nommé le 7 février 1318 et remplacé, après sa mort, par Jacques Fournier, évêque de Pamiers, le 3 mars 1326. (Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 360.) La lettre de Jean XXII est antérieure à cette date et nous voyons que le nouvel élu n'accepta pas la charge qui lui était confiée. Au sujet de ces lettres, voyez n° 170, note 2.

157 [Avignon, 10 décembre 1317.]

Rogerio de Armaniaco similiter pro ecclesia Vaurensi. (Reg. 109, fol. 103, c. 432; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 33, n° 25.)

« *Dilecto filio Rogerio de Armaniaco, archidiacono Agennensi, Waurensi electo.* Pridem etc. — Dat. ut supra[1]. »

[1] Voyez la lettre précédente. Roger d'Armagnac fut promu le 26 octobre 1317 (vII *kal. novembris, anno secundo*, Reg. Vat. 67, fol. 114, c. 388; cf. L. Guérard, *op. cit.*, p. 34, note 1). C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 548) donne la même référence, mais avec la date du 7 novembre, ce qui est une erreur comme nous avons pu le vérifier.

158 Avignon, 13 décembre, 1317.

Parrochianis ecclesiæ sancti Stephani Avinionensis, palatio episcopali dudum annexæ, quod in capella ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ divina audire et ecclesiastica recipere sacramenta possint. (Reg. 67, cur. fol. 310 v°, c. 31 et 1032.)

« *Dilectis filiis universis parrochianis ecclesie sancti Stephani Avinionensis.* Devotionis vestre sinceritas — Dat. Avinione, idibus decembris, anno secundo. »

159 Avignon, 23 décembre 1317.

Præposito et Hanoniæ ac Antverpiensis, ecclesiæ Cameracensis archidiaconis, ut a magistro Johanne de Pinu, canonico sancti Petri Tornodorensis, Lingonensis dio-

cesis, collectore reddituum omnium beneficiorum ecclesiasticorum quæ in provincia Remensi, pro ea parte quæ de regno Franciæ non existit, usque ad triennium vacare contigerit, juramenta recipiant. (Reg. 67, cur fol. 308 v°, c. 23.)

« *Dilectis filiis.., preposito et.., Hanonie ac.., Antwerpiensis, ecclesie Cameracensis archidiaconis.* Dudum nostris et — Dat. Avinione, x kal. januarii, anno secundo. »

160 [1316-1317.]

Universos prælatos hortatur ut in beneficiorum collationibus magistros et studentes Parisiensis Universitatis commendatos habeant. (Reg. 110, p. i, fol. 47 v°, c. 155; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1318, § xxvi, extrait; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 199, n° 739.)

« *Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis sive rectoribus, eorumque conventibus et collegiis exemptis et non exemptis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem.* Super speculam Domini — Domino recepturos[1]. »

[1] La date approximative que nous donnons est indiquée par les éditeurs du *Chartularium.*

161 [1317.]

Philippo, regi Franciæ, Franconem de Aveneriis, vicarium regium in civitate Tolosæ, quem nonnulli odio prosequuntur, propter devotionem suam erga Sanctam Sedem commendat. (Reg. 109, fol. 107 v°, c. 450; — Reg. 110, p. ii, fol. 37, c. 168 et 724.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Dilectus filius Franco de Aveneriis, domicellus, regius in civitate Tholosana vicarius, excellentie regie in persona nostra sic fideliter, sic devote servivit, eos qui vite nostre fuerant insidiati capiendo maleficos, et ad nostrum carcerem destinando[1], quod et tuam inde benivolentiam assequi et regii favoris presidio protegi meruit veluti qui tuum in hac parte beneplacitum immo votum, ut pro certo tenemus, implevit — Dat.[1]. »

[1] Il s'agit ici des conspirations qui eurent lieu en 1317 (Voy. n° 182, note 3).

162 [1317, après le 25 juin.]

Guillelmo de Orto canonicatum ecclesiæ Lumberiensis, nuper in cathedralem erectæ, et unam ex præbendis in eadem constitutis confert. (Reg. 110, p. ii, fol. 70, c. 323 et 967.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Orto, canonico Lumberiensi.* In su(p)prema specula — nosceris obtinere[1]. »

[1] Cf. Cette lettre semble de peu postérieure à l'érection de l'église de Lombez en cathédrale, qui eut lieu le 25 juin 1317 (n° 262).

163 [1317, après le 26 juillet?]

Judicibus mandat ut bona Arnaldi de Villario et cujusdam Pascalis capiant et custodiant. (Reg. 110, p. ii, fol. 61 v°, c. 289 et 934.)

« *Judicibus.* Cum nuper Arnaldum de Villario, operarium ecclesie Caturcensis, et Pascalem de[1]..., propter suorum enormitates excessuum mandaverimus capi, et carcerali faciamus custodie detineri, ne bona eorum per occupatorum injuriam dilapidari et consumi contingat, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, bona ipsorum omnia, mobilia et immobilia, ecclesiastica et mundana, ubicunque et in quibuscunque consistant, capere et ad manus vestras, postpositis quibuslibet occasione et dilatione recipere, ac nomine nostro et apostolice Sedis, quousque de illis per nos vel Sedem ipsam aliter fuerit ordinatum, custodire fideliter et conservare curetis; contradictores etc. invocato ad hoc si opus fuerit etc.[2]. »

[1] En blanc; l'index met simplement le premier nom *Pascalis.*
[2] Cf. Cette lettre peut être antérieure au 26 juillet 1317; toutefois, c'est à cette dernière date seulement qu'il nous est possible de constater qu'Arnaud *de Villaribus, de Villariis*

ou *de Villaris*, encore libre le 7 juin (nº 245) se trouvait prisonnier (nº 328). Il n'avait pas encore été délivré le 11 octobre (nº 408). On peut croire d'ailleurs que Jean XXII n'attendit pas longtemps pour faire mettre en sûreté les biens du coupable.

464 Avignon, 1er janvier 1318.

Rectori parrochialis ecclesiæ sancti Stephani Avinionensis quod domos, census et alia capellæ sanctæ Mariæ Madgdalenæ Avinionensis jura temporalia concedere possit pro emendo alio loco ad novam ecclesiam construendam apto. (Reg. 67, cur. fol. 310 vº, c. 32.)

« *Dilecto filio.., rectori parrochialis ecclesie sancti Stephani Avinionensis.* Olim parrochialem ecclesiam — Dat. Avinione, kalendis januarii, anno secundo. »

465 Avignon, 6 janvier 1318.

Episcopo Bononiensi, abbati monasterii sancti Proculi Bononiensi, et archidiacono Bononiensi mandat ut bona quæ olim Zoen, episcopus Avinionensis, Avinionensi ecclesiæ legaverat ut de eorum fructibus octo scholaribus pauperibus in studium Bononiense ab episcopo Avinionensi mittendis provideretur, restitui faciant. (Reg. 67, cur. fol. 309, c. 27; — Reg. Avin. t. X, fol. 425.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Bononiensi et dilectis filiis.., abbati monasterii sancti Proculi Bononiensis ac.., archidiacono Bononiensi.* Dudum bone memorie Zoen, episcopus Avinionensis, cupiens terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, totum podere seu affare quod habebat in villa et territorio Saliceti et de Seirina[1], Bononiensis diocesis, ad eum ratione persone sue pertinens, ecclesie et episcopis Avinionensibus, ejus successoribus, in testamento suo seu ultima voluntate legavit, quod de fructibus sive proventibus dicti poderis seu affaris, octo scolaribus pauperibus in studio Bononiensi studentibus, mittendis per Avinionensem episcopum ad dictum studium, provideri deberet, prout in testamento predicto plenius continetur. Post cujus obitum, Avinionenses episcopi qui dicte ecclesie prefuerunt, per spatium quadraginta annorum vel circiter, in pacifica possessione ministrandi expensas per procuratores suos de fructibus dicti poderis seu affaris scolaribus quos ad dictum studium destinabant, extitisse noscuntur. Verum tempore quo dilectus filius noster Neapoleo, sancti Adriani diaconus cardinalis, tunc in partibus illis apostolice Sedis legatus, civitati predicte studium interdixit vel substulit, Paulus de Tencayrariis, civis Bononiensis, de mandato.., prioris Predicatorum et.., guardiani Minorum fratrum ordinum Bononiensium, asserentium se executores testamenti predicti, et tamquam specialis procurator eorum, omnes possessiones et bona ac jura dicti poderis seu affaris occupavit, et tandem dictas possessiones de facto distraxit et vendidit pro certa pecunie quantitate, et recepit pretium ex eisdem in defraudationem pie dispositionis testatoris ejusdem, detrimentum scolarium pauperum, et ejusdem Avinionensis ecclesie non modicum prejudicium et gravamen. Quia igitur predictam ecclesiam, cujus regimini olim, dum nos minor status haberet, prefuisse cognoscimur, precipua dilectione complectimur, et sicut ejus profectus et comoda grata redduntur nostris affectibus, sic suorum diminutiones jurium ingrate nobis rationabiliter exhibentur, dilectos filios.., potestatem.., capitaneum, antianos, consilium et commune Bononienses affectuose requirendos duximus et rogandos, eis per apostolica scripta mandantes quatinus pro divina et apostolice Sedis reverentia atque nostra, dictum podere seu affare cum omnibus juribus et pertinentiis suis ac fructibus perceptis in medio tempore ex eisdem, dilecto filio Bertrando de Trentalivres de Berbentana, Avinionensis, et Symoni de Dracone de Coleone, Vapincensis diocesum ecclesiarum prioribus, canonicis ecclesie supradicte, procuratoribus ad hoc specialiter destinatis, absque dilationis obstaculo restitui facerent, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem. Nos enim per alias nostras litteras prefatis priori et guardiano damus districtius in mandatis ut ad requisitionem vestram vel alterius vestrum per quem fuerint requisiti, pretium ex dicti poderis venditione perceptum, quod adhuc in deposito detinere dicuntur, si illud hucusque fideliter extitit conservatum, alioquin aliud tantumdem quantitatis consimilis et valoris, cum nostre intentionis existat quod contractus venditionis hujusmodi non servetur, sed dictum podere cum pos-

sessionibus omnibus, juribus et pertinentiis suis ad dictam Avinionensem ecclesiam revertatur, ejus fructibus juxta dispositionem testatoris ejusdem in expensis dictorum scolarium pauperum conventendis, predictis emptoribus restituant et assignent. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum, per vos vel per alium seu alios, dictos emptores vel heredes eorum seu quoslibet alios detentores dicti poderis vel possessionum ac jurium ad dictum podere spectantium, ad restitutionem ipsorum, nec non dictos priorem et guardianum et fratres dictorum ordinum locorum Bononiensium ad restituendum pretium quod ex venditione hujusmodi fuit perceptum hiis quibus de jure restitutio dicti pretii fuerit facienda, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis, invocato ad hoc si et prout expedierit auxilio brachii secularis; non obstante si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Quod si forte predictorum emptorum seu detentorum tanta foret contumacia ut, ecclesiastica censura contempta, in restitutione poderis, possessionum ac jurium predictorum mandatis apostolicis in hac parte efficaciter non parerent, ipsos et ipsorum quemlibet ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra duorum mensium spatium a die citationis hujusmodi numerandum, apostolico se conspectui personaliter representent, facturi super hiis et recepturi quod justitia suadebit. Diem autem citationis et formam et quicquid in premissis duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum seriem continentes fideliter intimare curetis. Dat. Avinione, VIII idus januarii, anno secundo. »

[1] Reg. Avin. *Senina.*

466 Avignon, 6 janvier 1318.

Priori Prædicatorum et gardiano Minorum ordinum fratrum Bononiensium de eodem. (Reg. 67, cur. fol. 309 v°, c. 27 et 1027; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 136, n° 299.)

« *Dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., gardiano Minorum ordinum fratrum Bononiensium.* Decet sinceritatem vestram — Dat. Avinione, VIII idus januarii, anno secundo. »

467 Avignon, 6 janvier 1318.

Potestati, capitaneo, consilio et communi Bononiensibus de eodem. (Reg. 67, cur. fol. 310, c. 27.)

« *Dilectis filiis.., potestati.., capitaneo, antianis, consilio et communi Bononiensibus.* Sincera et antiqua — Dat. ut supra. »

468 [Avignon, 7 janvier 1318.]

Magistris Petro Textoris, priori sancti Antonini Ruthenensis et Petro de Pratis, præposito Claromontensi, mandat ut de criminibus quæ Robertus, Aquensis archiepiscopus, commisisse fertur, veritatem inquirant et quicquid invenerint rescribant. (Reg. 109, fol. 114, c. 470; — Bib. nat., fonds Moreau, n° 1230, fol. 52.)

« *Dilectis filiis magistris Petro Textoris, decretorum doctori, priori sancti Antonini, ordinis sancti Benedicti, diocesis Ruthenensis, et Petro de Prato, juris civilis professori, preposito Claromontensi, capellanis nostris.* Successor Petri et vicarius Jhesu Christi cui, cum sit datus a Domino super omnes ecclesias speculator, cura debet esse de omnibus, licet in tanta multitudine populi christiani nequeat singulorum vultus agnoscere, debet tamen presidentium vitam et famam attendere diligenter et fideliter indagare. Horum etenim lapsus eo periculosior esse dinoscitur, quo facilius actuum evidentia perversorum peccare subjectum sibi populum faciunt, cum audatius in exemplum assumatur a subdito, quod irreverentius presumitur a prelato. Ea propter cum de personis pontificali dignitate preditis, illa nostro rese(r)rantur auditui que pastoralis officii dedecent puritatem, gravis nos amaritudo precellit, et ad ea purganda per debite castigationis antidotum, si veritate nitantur, prompta officiositate consurgimus et officiosa promptitudine laboramus. Hinc est quod cum de venerabili fratre nostro, si tamen dici venerabilis mereatur, Roberto, Aquensi archiepiscopo, quedam fuerint

nobis insinuata sinistra, videlicet quod ipse non attendens quam reprehensibile quamque plectibile sacri canones judicent, nedum prelatos, quin etiam quoslibet christianos sortilegiis, arti mathematice, seu divinationibus reprobatis intendere aut consulere talia exercentes, post et ante dignitatem archiepiscopalem adeptam, hujusmodi sortilegiis, arti mathematice et divinationibus dampnabiliter institit, dies et horas in suis actibus observavit, anulos cum impressionibus et sculpturis aut carapteribus seu inani signorum fallacia, ad manutenendum dignitatem et statum, et acquirendum ac conservandum superioris benivolentiam et amorem, et ad futura rimandum fecit temerarie fieri, et presumpsit aliquando eis uti; nonnullos etiam alios sortilegos, mathematicos aut divinatores, tam judeos quam christianos quandoque consuluit, eorum consilio et ministerio in hiis utens; laborans incontinentie vitio liberos procreavit, et concubinas et dictos liberos tenet et tenuit, eos publice faciens enutriri, contra Deum et gloriosam Virginem, matrem ejus, et sanctos; multis astantibus, etiam canonicis et clericis suis, in capitulo et alibi publice laxare linguam horribiliter blasphemando, in audientium scandalum, frequentius consuevit; clamosis venationibus et vagationibus silvaticis cum canibus et avibus pluries se impendit, etiam visitationis exercens officium, secum ducens canes et aves venaticas et venatores plurimos non absque notabili gravamine subditorum; sacramentum confirmationis, quod nisi a jejuno impendi non debet, quandoque post prandium et de nocte cum lumine, de venatione regrediens, nonnunquam extra ecclesias pueris ministravit. In die Jovis Sancti, quam propter religionem temporis et diei solennitatem, cultu debuit venerari devoto, per civitatem Aquensem cum tubis et aliis musicis instrumentis, coreis precedentibus hominum, publice transire presumpsit; pro relaxatione interdicti ecclesiastici, cui precipitanter et contra jura supposuerat quedam castra, certam pecunie quantitatem exigere non expavit, ac in concilio Mannasce (?) a suffraganeis et personis aliis ecclesiasticis subjectis eidem, spe illis data per ipsum aut alios, eo sciente et ratum habente, quod eos usque ad certum tempus minime visitaret, propterea subsidium pecunie non parvum extorsit; per injectionem manuum violentam in personam.., archidiaconi Aquensis et quorundam etiam aliorum, vinculum majoris excomunicationis incurrit, quo ligatus se divinis immiscuit, unde irregularitatem noscitur contraxisse, de quibus omnibus et singulis, ac nonnullis criminibus aliis est, ut fertur, publice diffamatus, nos talia sic gravia sub dissimulatione transire nolentes, exemplo ducti dominico, descendere providimus et videre an idem archiepiscopus opere (*sic*) premissa compleverit, ne ante videamur ea credere, quam probare. Propter quod zelo justitie, quam ex officii debito exequi tenemur ad omnes, volentes contra eundem archiepiscopum super premissis inquiri, ne vel noxium liberaret veritas occultata, vel divulgata falsitas obrueret innocentem, licet ipsum ad nostram propterea fecerimus evocari presentiam, et assistentibus nobis venerabile fratre B., Tusculano episcopo[1], et dilectis filiis nostris Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero[2] et Arnaldo, sancti Eustachii diacono[3] cardinalibus, eundem super predictis specificatis interrogaverimus, ac ejus confessionem spontaneam audiverimus super illis, de qua constat per instrumentum publicum inde factum; quia tamen super illis et aliis etiam gravibus de quibus est, ut predicitur publice diffamatus, censuimus solennius inquirendum, circumspectioni vestre, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, districte precipiendo mandamus quatinus super premissis omnibus et singulis specificatis et aliis etiam quibuslibet de quibus eum inveneritis publice diffamatum, cum ipso et cum personis aliis quas ad id videritis oportunas, per omnes vias et modos quos ad id censueritis expedientes et utiles, summarie et de plano, judiciorum anfractibus et solennitatibus omnino submotis omnique appellatione cessante, solum Deum habendo pre oculis, inquiratis diligentius veritatem, et inquisitionem exinde faciendam in formam redigi publicam facientes, eam sic redactam nobis fideliter assignetis per nos juxta ipsius merita fine debito terminandam. Nos enim vobis premissa omnia et singula faciendi, testes et personas alias ad hec oportunas, prout et quotiens vobis expediens esse videbitur admittendi, evocandi, et ad partes personaliter citandi, et alia faciendi, que pro predictis

vel ea tangentibus expedientia fuerint, tam de duabus dictis in concilio generali, quam aliis quibuscunque contrariis constitutionibus per predecessores nostros Romanos pontifices editis nequaquam obstantibus, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus potestatem. Dat. etc.[4] »

[1] *Berengarius* (de Frédol), cardinal de ce titre depuis 1309 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 37).

[2] Créé le 17 ou le 18 décembre 1316 (C. Eubel, *op. cit.*, p. 14).

[3] Créé le 20 juin 1317 (C. Eubel, *ib.;* voyez aussi n° 302).

[4] La date : *Avinione*, VII *idus januarii, anno secundo* est donnée par la copie qui se trouve à la Bibliothèque nationale et que nous signalons, copie qui n'a pas été prise sur notre registre, mais très vraisemblablement sur un des registres d'Avignon, comme l'indique la mention : *ex cod. chartaceo Archivi secreti*, p. 3. On sait que l'archevêque d'Aix n'attendit point qu'une sentence fût prononcée et renonça à son archevêché, le 9 septembre 1318; Pierre des Prés, mentionné dans la lettre ci-dessus, lui succéda le 11 du même mois (J. H. Albanès, *Gallia christiana novissima*, col. 77-80; inst. col. 53-56, n°s XLV et XLVI eccl. Aquensis; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 96; — voyez aussi plus haut, n° 222, note 2).

169 Avignon, 8 janvier 1318.

Cum nonnulli de comitatu Venayssino ad subsidium præstandum in solutione pretii illius partis Castri Valriaci, infra dictum comitatum Venayssinum constitutæ, quam pro ejusdem comitatus statu pacifico a Johanne, Delphino Viennensi, et Guidone Delphini, domino Montisalbani ipse emerat, se dicerent non teneri, mandat Petro, priori sancti Antonini, Ruthenensis diocesis ejusque collegis ut de illa immunitate veritatem cognoscant. (Reg. 67, cur. fol. 323 v°, c. 73.)

« *Dilectis filiis Petro, priori sancti Antonini, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, capellano nostro, Johanni de sancto Guillelmo, Aniciensis, Petro Abbatis, Constantiensis et Riccardo de Desio, sancti Stephani in Brolio Mediolanensis ecclesiarum canonicis.* Cum nonnulli de — Dat. Avinione, VI idus januarii, anno secundo. »

170 Avignon, 9 janvier 1318.

Limitatio episcopatus Sarlatensis. (Reg. 67, cur. fol. 310, c. 30; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 49, pars II, n° 40; — Gallia christiana, t. II, inst. col. 497, n° III eccl. Sarlatensis[1].)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dudum considerantes attentius — Dat. Avinione, V idus januarii, anno secundo. »

[1] Dans ce dernier ouvrage, la bulle que nous publions est désignée sous le titre de *bulla pro erectione abbatiæ Sarlatensis in ecclesiam episcopalem* et porte la date : *idibus januarii*, ce qui, d'après le registre du Vatican et d'après le manuscrit de la Bibliothèque nationale, serait une erreur; il s'agit bien de délimitation et l'érection, on l'a vu, remontait au 13 août 1317 (n° 357). Au sujet de la différence de dates, nous renvoyons à ce que nous avons dit à propos du diocèse de Toulouse (n° 262, note).

171 Avignon, 14 janvier 1318.

Philippo, regi Franciæ, duas integras decimas omnium reddituum ecclesiasticorum in regnis Franciæ et Navarræ ac comitatu Burgundiæ per triennium solvendas concedit. (Reg. 110, p. I, fol. 2 v°, c. 5; — Arch. nat., J. 716, n° 6, orig. scellé sur soie.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Benignitas alme matris Ecclesie sic personam tuam speciali caritate complectitur, sic in te tanquam filium predilectum ubera materni favoris effundit, ut in hiis que in tui tuorumque subjectorum status relevamen cedere valeant, et ex quibus ad obsequendum ei per quem regnas et regeris promptior et expeditior habearis, nolit tibi deffficere, quin potius adjutrix in oportunitatibus liberaliter inducatur adesse. Sane pro parte tua fuit nobis et fratribus nostris expositum quod, tam propter executiones testamentorum clare memorie Philippi, genitoris et Ludovici, germani tuorum, Francie regum, quam propter alia nonnulla debita que, ingruentibus multis necessitatibus, pro conservatione presertim et gubernatione utili christianissimi regni Francie te post illius suscepta gubernacula subire oportuit, eris alieni sarcina multipliciter oppressus existis. Cumque ad illius exsolutionem, hoc precipue tempore, absque tuorum intollerabili gravamine subjectorum dictique regni incomoditate notabili, nequeas oportune sufficere, per quod etiam non leviter impediris ultramarini passagii, in quo te crucifixo Domino placabilem hostiam offerre disponis, vivifice crucis signaculo propterea jam dudum assumpto, promotioni vaccare, ut tibi

super hoc compati et ad relevandum hujusmodi onera debitorum de aliquo ecclesiastico subsidio providere vellemus nobis humiliter supplicari fecisti. Nos autem devotionem laudabilem qua erga Deum et Ecclesiam sponsam suam tui progenitores incliti claris operibus claruerunt in te jure transfusam hereditario ac firmissime radicatam subponentes indubie, nec minus laudandum tuum propositum quod de assumendo personaliter dicto ultramarino passagio in Terre Sancte subsidium ad quod et nostra firmiter aspirat intentio, fixe dixeris concepisse, gratis affectibus intuentes, predictis oneribus et necessitatibus tuis quorum conscii satis existimus, non ignari paterne compatimur, et ut in relevamen illorum proveniat a[c]comoda tibi subventio acceptum habemus. Ut igitur ecclesias a quibus suscipies tam propitie collationis impendium in suis juribus favorabilius tuearis, ut absque subjectorum oppressione tuorum cui pro tranquillitate prospera dicti regni tui, ad quam solum natale nos afficit, te parcere cupimus, possis tue i[n]demnitati prospicere, ut denique quod obtamus ardentius, eo liberius et expeditius vacare possis preparatoriis dicti passagii quo benignius ad relevationem dictorum incumbentium onerum per apostolicam Sedem tibi contigerit subveniri, tuis supplicationibus annuentes, duas juxta morem solitum integras decimas omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgundie, solvendas per triennium a proximo futuro festo Purificationis Virginis in antea continue numerandum, de fratrum ipsorum et subscriptorum prelatorum omnium dicti regni Francie apud Sedem apostolicam existentium quos ad nostram et dictorum fratrum propterea fecimus evocari presentiam consilio et assensu.., Bituricensis videlicet et Tholosani archiepiscoporum.., Claromontensis.., Carcassonensis.., Lemovicensis.., Caturcensis.., sancti Flori.., Castrensis.., Mimatensis.., Laudunensis.., Aniciensis et.., Magalonensis episcoporum, et dilecti filii.., electi Lomberiensis, auctoritate apostolica de gratia concedimus speciali colligendas modo subscripto et in subscriptis terminis, secundum taxationes in regno et comitatu predictis ordinatas hactenus seu etiam consuetas, per venerabiles fratres nostros.., Noviomensem et.., Meldensem episcopos quos et eorum quemlibet ipsarum decimarum collectores per alias nostras certi tenoris litteras deputamus, et subcollectores deputandos ab illis vel altero eorundem, ac tibi vel genti tue pro predictis tuis relevandis oneribus integraliter assignandas. Et ut ex decima primi anni eo utilius incumbentibus tibi prospici possit oneribus quo celerius fuerit persoluta, eam integraliter pro ipso anno in duobus terminis, videlicet medietatem illius in primo futuro festo beate Marie Magdalene, et aliam medietatem in festo Purificationis Virginis gloriose immediate sequenti colligi volumus atque solvi. Ut autem ecclesie secundam decimam eo habilius solvere valeant quo in plures et longiores terminos fuerit partita solutio, illam in duobus annis colligi ordinamus, ut videlicet in secundo anno ipsius medietas per predictos duos terminos et in tertio anno reliqua medietas per eosdem similiter terminos colligatur. Nostre tamen intentionis existit quod cathedrales ecclesie quas divisimus, et ille quas per divisionem hujusmodi in cathedrales et collegiatas ereximus noviter, pro bonis per nos seu auctoritate nostra earum cuilibet post divisionem assignatis eandem, nichil amplius pro decima prefata simul solvere debeant, quam quod antea per integras solvebatur, ut videlicet summa illa quam ecclesie antique ante divisionem fuerant pro decima solvere solite, nunc inter eas et divisas ecclesias pro rata bonorum assignatorum cuilibet earundem, juxta ordinationem per alias apostolicas certi tenoris litteras inde factam dividi debeat, sicque divisa persolvi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, voluntatis et ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis etc. Dat. Avinione, XIX kal. februarii, pontificatus nostri anno secundo[1]. »

[1] On pourra voir, au sujet de ces décimes, la table de Robert Mignon, publiée dans le *Recueil des Historiens de France* (t. XXI, p. 526) et ci-après, n°s 505, 512-514.

472 [Avignon, 14 janvier 1318.]

Eidem de eodem in forma breviori. (Reg. 110, p. II, fol. 63 v°, c. 301 et 946.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Benignitas alme matris [1] — tuis sup-

plicationibus annuentes, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgundie per duos annos a proximo futuro festo Purificationis beate Virginis continue numerandos, de fratrum nostrorum et prelatorum omnium dicti regni Francie apud Sedem apostolicam existentium, quos ad nostrum et dictorum fratrum propterea fecimus evocari presentiam consilio et assensu, auctoritate apostolica de gratia concessimus speciali colligendam modo subscripto, secundum taxationes in regnis et comitatu predictis ordinatas hactenus seu etiam consuetas per t. et t.[2] quos ipsius decime collectores — per eosdem similiter terminos colligatur[3]. »

[1] Les passages supprimés correspondent aux passages semblables de la lettre précédente.

[2] Les évêques de Noyon et de Meaux (Cf. nº 471 et 473).

[3] Cette lettre semble incomplète. Les ressemblances qu'elle offre avec celle que nous publions ci-dessus (nº 471) nous permettent de croire qu'elle a été écrite à la même date (Voyez à ce sujet, nº 76, note 1).

473 [Avignon, 14 janvier 1318.]

Noviomensem et Meldensem episcopos executores præfatæ concessionis instituit eisque potestatem prædictam decimam recolligendi et eam regi assignandi concedit. (Reg. 110, p. I, fol. 3, c. 6; — Arch. nat., J. 716, nº 6 *ter*, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabilibus fratribus..., Noviomensi et.., Meldensi episcopis*. Benignitas alme matris — Dat. ut supra[1]. »

[1] Nº 471.

474 Avignon, 14 janvier 1318.

Universis personis ecclesiasticis per regna Franciæ et Navarræ et comitatum Burgundiæ constitutis de prædicta concessione, ut eamdem decimam sine difficultate solvant. (Reg. 110, p. I, fol. 4, c. 7; — Arch. nat., J. 716, nº 6 *bis*, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, plebanis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis nec non prioribus, preceptoribus seu magistris et aliis fratribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani et sancte Marie Theutonicorum et Calatravensis eorumque loca tenentibus per Francie et Navarre regna et Burgundie comitatum constitutis, salutem*. Benignitas alme matris — Dat. Avinione, XIX kal. februarii, anno secundo. »

475 [Avignon, 4 janvier 1318.]

Philippo, regi Franciæ, de eodem concessione in forma differenti. (Reg. 110, p. II, fol. 64, c. 302 et 947.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Grandia, fili carissime, per clare memorie progenitores tuos ab antiquis temporibus Romane Ecclesie prestita et per successiones temporum continuata servitia in apostolice Sedis archivo conscripta, et in ejus intimum intuitum frequenter grata commemoratione deducta, juste Romani pontificis mentem excitant, instigant animum et inducunt affectum ut negotia inclite domus tue, quasi propria reputans, eidem et in oportunitatibus faveat, et in necessitatibus acceleratis auxiliis prompte subventionis assistat. Nunquid, preter innumerabilia per eosdem progenitores tuos eidem Ecclesie impensa temporibus retroactis obsequia, perutilis eidem Ecclesie tue solicitudinis diligentis instantia quam, in proxima vacatione Sedis ejusdem, in proprie persone laboribus, non absque magnorum (*sic*) oneribus expensarum ad accelerandam provisionem ejusdem Ecclesie que tunc quasi longissime vacationis dispendia formidabat, cum tota devoti affectus prompta plenitudine et plena promptitudine subiisti, debet de memoria ex[c]idere dicte Sedis, ex quibus tam grandibus obsequiorum impendiis per te Ecclesie predicte collatis, tibi tuisque posteris eandem Sedem in perpetuum obligasti? Profecto merito deberet vitio ingratitudinis argui nisi pro

tantis beneficiis, tuis necessitatibus debita vicissitudine responderet. Hoc igitur in memoria nostra frequentius recensentes, ad salubritatem, exaltationem et profectum tuum et regni tui tanto ferventius inducimur et gratantius excitamur, quanto ab olim ex felicibus dictorum progenitorum et regni prefati successibus, Ecclesia ipsa honoris recepit cumulum, et in multis agendis votive profectionis augmentum. Quia igitur nostram et Sedis ejusdem notitiam non latet quod propter multa debita per clare memorie Philippum, genitorem et Ludovicum, germanum tuos, Francie reges, dudum contracta, et in te postmodum cum regnorum hereditate transfusa nec non propter nonnulla alia debita que, ingruentibus multis necessitatibus, tam pro conservatione et utili gubernatione dicti regni Francie, quam pro acceleranda provisione ejusdem Ecclesie necessario oportuit te subire, magnis et onerosis es debitis obligatus, ad quorum solutionem et liberationem hoc presertim tempore non posses sufficere absque magna incomoditate regni prefati, nisi per ejusdem Sedis providentiam super exhoneratione debitorum hujusmodi celsitudini tue salubriter consulatur, nos intendentes magnitudinem tuam in hac parte illo favore prosequi per quem, preteritis sublatis honeribus, diligentia tua, tam circa statum salubrem dicti regni, quam in posterum felicibus provenientibus, Deo actore, successibus, circa negotium Terre Sancte magnifice prosperetur, celsitudini tue hoc cum instantia requirenti, decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et redditnum per duos annos a Purificatione beate Virginis festo futuro proxime numerandos, [in] regnis Francie et Navarre et comitatu Burgundie auctoritate apostolica, de fratrum nostrorum consilio duximus concedendam [et] colligendam secundum taxationes in regnis et comitatu predictis ordinatas hactenus seu etiam consuetas; ad ipsius collectionem.. et.. collectores per alias nostras litteras deputantes, ut ipsi aut duo vel unus eorum per se et alios procedant in ea juxta subscriptum modum per ipsius Sedis providentiam ordinatum. Exactionis siquidem medietatis decime proximi anni terminum primum fore statuimus festum beate Marie Magdalene primum venturum, secundum vero terminum medietatis alterius ejusdem decime exigende festum Purificationis Virginis gloriose deinde proxime secuturum, alterius vero exactionis medietatis decime primum terminum fore statuimus festum beate Marie Magdalene secundo venturum, secundum vero terminum medietatis alterius ejusdem decime exigende pro dicto anno secundo, aliud festum Purificationis Virginis gloriose dictum secundum festum ipsius beate Marie Magdalene proxime secuturum [1]. »

[1] Nous rapprochons cette lettre des précédentes (n°s 471, 472), puisqu'elle a la même concession pour objet. Nous constatons toutefois que, d'après ce texte, le paiement des décimes accordées devait se faire en deux ans au lieu de trois et que les collecteurs étaient certainement plus de deux. Comme nous possédons les expéditions originales des autres lettres, nous pensons que celles-ci seules donnent la forme définitive (Voyez aussi nº 512 et, au sujet de ces lettres, nº 76, note 1).

476 18 janvier [1318].

Clementiæ, reginæ Franciæ, respondet se de ejus dotalitii cœterorumque ei debitorum solutione cum Mimatensi Laudunensique episcopis ac Henrico Soliaci, nuntiis regiis, locutum fuisse; eam ad patientiam hortatur zelumque Jacobi de Corvo et Arnaldi de sancto Genesio commendat. (Reg. 109, fol. 112, c. 464; — Reg. 110, p. II, fol. 42 vº, c. 196 et 752.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri.* Si tibi, carissima filia, circa tui assignationem dotalitii et alia que carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, tenetur implere, difficultates et dilationes hactenus ingeruntur; si propterea necessitatibus multis opprimeris; si non levibus subjecta molestiis, aliter quam exigat sublimitas tui status quandoque tractaris; si denique in hiis et aliis cuncta tibi non succedunt ad votum, turbari, quesumus, inde noli nec propterea regalis deiciatur animus, non concidat vultus tuus, sed tibi ipsi semper meliora promittens, age viriliter prout et persuadet ingenita tibi nobilitas, et prudenter attento quod uno fine concluduntur adversa et prospera hujus mundi, hiis et illis regia magnanimitate contemptis, confortare in Domino, qui tibi severum post nubilum conferet, et omnia in exitum prosperum, si in eo speraveris et feceris bonitatem, adducet. Sed nec propter difficultates et dilationes hujusmodi

contra regem ipsum incaute submurmures, sed ardua negotia ac juges occupationes illius nec non facultatis oportune defectum, quibus ab initio sui regiminis extitit prepeditus, consideranter advertens, non tam ei quam casuum ingruentie predictoram, et officialium suorum forsan incurie, procrastinationes imputes in predictis ingestas. Sane nos in hiis paterno tibi compatientes affectu, dicto regi per alias nostras certi tenoris litteras, quanto affectuosius possumus scribimus[1], ut sicut nobis vult in aliquo complacere, sic nedum omnia et singula ad que tibi tenetur juxta conventiones invicem initas, absque ulterioris more dispendio impleri cum effectu mandet et faciat, sed et contra quoscumque cum quibus aliquid habueris agere, tibi auxilio, consilio et favore oportunis assistat, teque veluti sororem carissimam habens propensius commendatam, illis gaudere libertatibus faciat quibus cetere regine Francie in statu simili use hucusque fuerunt, et speramus indubie quod in predictis omnibus liberaliter annuet votis nostris[2]. Super hiis etiam locuti fuimus venerabilibus fratribus nostris Mimatensi et Laudunensi episcopis, et dilecto filio nobili viro domino Soliaci, militi, consiliariis et nuntiis regiis[3], ut videlicet ad premissa omnia et singula facienda regem predictum solerter inducerent, teque ac tua quecumque negotia ob nostri presertim reverentiam haberent favorabiliter commendata, et specialiter apud prefatum Henricum institimus ut ea que in pecunia tibi debentur a rege predicto, procuraret omnino saltem de decima biennali per nos ipsi regi in suorum relevamen onerum gratiose concessa[4], tibi absque morosa dilatione persolvi. Et pro certo confidimus quod episcopi et Henricus predicti, prout et nobis firmiter responderunt, libenter et prompte apponent efficacie sue partes, quod predicta omnia cum omni celeritate qua fieri poterit compleantur et fiant, te in hiis et aliis propitio prosecuturi favore. Ceterum dilectorum filiorum fratris Jacobi de Corvo, capellani nostri commensalis, ad te presentialiter redeuntis, confessoris, et magistri Arnaldi de sancto Genesio, cantoris Bituricensis, procuratoris tuorum in tuis prosequendis et promovendis agendis diligentem fidelitatem et fidelem diligentiam persepe probavimus unde tuam debent uberius gratiam meruisse. Dat. xv. kal. februarii[5]. »

[1] N° 477.
[2] Voyez, à ce sujet, n° 233, note.
[3] Il s'agit ici de l'ambassade solennelle que nous avons signalée, n° 330, note 2.
[4] 14 janvier 1318 (n° 471-475).
[5] Cf. Cette lettre, postérieure à la date précédente, a coïncidé avec la présence à la cour pontificale des envoyés royaux. Nous savons d'ailleurs qu'à la fin de 1318 l'évêque de Mende avait perdu tout crédit auprès du pape (Voyez n° 775, note 5).

477 Avignon, 18 janvier [1318].

Præfato regi de dicta solutione eidem reginæ facienda. (Reg. 109, fol. 112, c. 465; — Reg. 110, p. II, fol. 42 v°, c. 297 et 753.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Totiens tibi, fili carissime, scripsimus[1] pro carissima in Christo filio nostra Clementia, regina Francorum illustri, sorore tua, ad quam multa compassione movemur, quod cedere tibi potuit forsan ad tedium tot et tam frequens inculcatio litterarum; videlicet et ipsius regine nos ad id necessitas et illa caritas singularis quam ad eam gerimus compulit, et tui honoris consideratio pariter et salutis induxit. Porro nec sic a scribendo desistere possumus, quin immo nondum per te juxta spei nostro fiduciam exauditi, preces eo intensius quo frequentius presentibus iteramus. Ecce quidem, sicut miranter audivimus, nedum completa est regine predicte sui assignatio dotalitii, nec facta, immo nec incepta pro terra de Pertico, quin potius adhuc debet tam pro ipso dotalitio, quam pro terra predicta non modica sibi quantitas assignari. Nullum hucusque sibi est datum excambium pro terra de Brorigni et hospitio Vicennarum[2], nec de tertia parte bonorum mobilium quondam Ingeranni de Marigniaco ad ipsam, ut dicitur, spectare debente aliqua est restitutio sibi facta, et tamen regia circumspectio non ignorat qualiter ad premissa implenda te obligant conventiones, ut dicitur, inite invicem et firmate. Inter hec autem regina ipsa miserabili gravatur inopia dum et de suo et de alieno deseritur non adjuta, et mercatores quos consueverat in subveniendo reperire propitios, nunc in exigendo quod pridem in oportunitatibus liberaliter mutuaverunt experitur infestos, qui procul dubio adversus ipsam infestiores exactores

insurgerent, si non ob nostri reverentiam abstinerent[3]. Sed et aliqui inter angustias hujusmodi cernentes eandem, quasi tuo sit destituta favore, sibi ut regine non deferunt. Nonnulli supra vulnerum suorum dolores addentes, debitum sibi homagium facere et alia prestare debita renituntur; aliqui eam injustis occupationibus rerum suarum et jurium, et injuriis aliis gravare presumunt; quidam etiam questionem sibi movere conantur super terra quam in Normannia tenet hereditarie, pro qua tibi fertur homagium prestitisse. Hec, dilectissime fili, te dissimulare non convenit, set decet potius compatienter attendere, et in illis remedium regie clementie congruum adhibere. Cum etenim regina ipsa viduitatis prematur incommodis, tibique nedum affinitate propinqua, set et consanguinitate forre conjuncta noscatur, expedit fame tue, expedit et honori ut, judicis viduarum intuitu, viscera sibi pietatis exhibeas et, clare sue generositatis ac regalis denominationis obtentu, eam non sinas injuriis, aut indebitis et indecentibus vexationibus affici, nec ignominia paupertatis arescere, etiam si de proprio tuo ipsius haberes indigentiam relevare. Probrosum namque excellentie tue foret tantis ortam natalibus et in consortium clare memorie germani tui regis illustris admissam talibus necessitatibus subici, aut ei ut regine per omnia non deferri. Rogamus igitur celsitudinem regiam quo affectuosius possumus et per Creatoris tui misericordiam obsecramus quatenus, premissis omnibus consideranter attentis, si cupis nobis in aliquo complacere vel saltem onerosam instantiam tante importunitatis evitare desideras, absque mora quam regina ipsa absque notabili detrimento tolerare non posset, dispungi facias fideliter et videri ad quantum ascendit terra sibi jam causa dotalitii assignata, et deinde factis sibi sufficientibus de assignatione hujusmodi pro valore comperto cautelis, quicquid supererit assignandum, nec non et id ad quod teneris pro terra de Pertico, mandes eidem absque ulterioris more dispendio effectualiter assideri, competens sibi nichilominus daturus excambium pro predictis terris de Brorigni et hospitio Vicennarum, sicque in hiis et restitutione debita tertie partis bonorum mobilium predictorum ac ceteris omnibus ad que sibi, juxta conventiones et pacta invicem inita, danda facienda seu implenda teneris, te laudabiliter habiturus, quod et ipsi Deo accedere debeat placidum et regina eadem contentari merito valeat; per quod nostro circa hec intercessio de cetero conquiescat. Honorem preterea debitum et exhiberi reginis Francie in statu simili consuetum, facias eidem impendi, eamque illis gaudere libertatibus facias quibus regine Francie vidue use hucusque fuerunt. Et demum erga ipsam in omnibus causis suis motis et movendis, et negotiis aliis quibuscunque sic favor tuus patenter exuberet, sic adversus eis qui sibi tenentur in aliquo tuo propiciatio favorabiliter assistat eidem, quod nullus ei, regii favoris prohibente suffragio, injuriari quomodolibet audeat, quin immo quilibet eam honorificentia debita prosequens, jus suum sibi in pace dimittat. Per hec enim tuum exolves debitum, nobisque ultra quam exprimi facile valeat, placebis indubie qui, si in hiis gratiam forsitan peteremus, eam speraremus a liberalitate tua, tot adjectis precibus, certitudinaliter reportare. Dat. Avinione, xv kal. februarii[4]. »

[1] Voyez n°s 60, 77, 233, 318.

[2] Voyez le traité du 15 août 1317 signalé plus haut (n° 233, note).

[3] Voyez n°s 232, note 3.

[4] Pour la date, voyez n° 476.

478 Avignon, 18 janvier [1318].

Eidem, regi de oblatione sua regratiatur eumque hortatur ut, calumpniosorum aliquorum susurrio non admisso, episcopatuum divisionem gratam habere velit. (Reg. 109, fol. 113 v°, c. 498; fol. 130, c. 541; — Reg. 110, p. i, fol. 13, c. 40; fol. 67, c. 229.)

« *Eidem*. Excellentie regie litteras tua propria manu scriptas nuper affectione consueta recepimus, in quarum serie receptione delectabili vidimus contineri oblationem illam utique liberalem quam totiens alias nobis facere curavisti[1] de persona, regnis et potentia tuis ad nostra beneplacita laudabiliter exponendis. Sane, fili carissime, de oblatione hujusmodi tibi eo uberiores gratias refferentes quo evidentius illius grata frequentia exhibitionem quandam presentare videtur, illam acceptam habemus et acceptamus oblatam. Et ut credas nos oblatis tanto uti fidentius quanto ea per te nobis promptius consideramus offerri, ecce spe ducti obla-

tionis ejusdem, illud a te singulariter petimus, in hoc te cupimus oblationem ipsam exsolvere, in hoc tuum versari studium affectamus ut devotionem ad Deum per quem regnas et regeris, et Ecclesiam sponsam suam illibate custodias, caritatem et conjunctionem que inter Ecclesiam ipsam et[2] te jam dinoscitur notabiliter, Deo auctore, vigere, quam perseveranter durare desideranter appetimus, solicitudine studiosa conserves, eam in te, quantum, in te fuerit, in omni mansuetudine nutrias nec per cujusvis astutiam ipsam vulnerari seu exasporari permittas. Et ut que in verborum obtulisti dulcedine, in operis gratitudine prosequi censearis, sic te zelus domus Domini comedat, quod prout de te firma tenemus fiducia, quecunque ipsius exaltationem respiciunt, divini cultus augmentum, tui regni decorem tuique throni stabilitatem ac tue et subditorum fidelium animarum profectum rationabili censura producunt, stabili constantia diligas et promoveas operose. In hiis presertim et aliis te catholicum principem, Deo devotum, veritatis amicum, zelatorem domus dominice, favorabilem ecclesiis ac personis ecclesiasticis, et ecclesiastice libertatis sedulum exhibeas promotorem, processus nostros circa divisionem episcopatuum communis fratrum nostrorum consilii matura directione digestos filiali benivolentia extimes, interpretis calumniosi sussurrio non admisso, presertim cum divisionem hujusmodi per nostras litteras speciales in tuam recolimus duxisse notitiam[3], et per venerabiles fratres nostros R., Bituricensem archiepiscopum, et dilectum filium Berengarium, Compostellanum electum[4], nuntios nostros, deduci mandasse[5], ex quorum nedum litteratoria, set et verbali relatione suscepimus quod et tu eorum nuntiis cum nostris super hoc litteris ad regalem presentiam destinatis per ipsos eo tunc agentes in Flandria, et demum post eorum reditum[6] ipsis eisdem coram te presentibus, benigne vocis oraculo respondisti quod quicquid in hac parte per nos factum extiterat tue celsitudini gratum erat, propter quod admiratio nobis non indigne succresceret si tu, quem supponimus constantie soliditate vigere, nunc ad nutum forsan alicujus, tuo predicto laudando responso detraheres aut adversum ei aliquid fortasse sentires. Et ecce, si processuum nostrorum circa divisiones habitorum easdem, causas et ordinem ac rectam et puram procedentis intentionem discreta meditatione discutias, procul dubio animus regalis in quietis serenitate dijudicans, in illis invenies unde rectum sequendo judicium, omni querele submota materia, patris utilem et sincerum gratanter agnoscas affectum. Sic itaque, quesumus, sit circa hoc tua firmata caritas, sic tue constantie propositum roboratum, quod quibusvis loquacibus qui interdum, ut doctores hominibus videantur, volunt sobrie sapere, set vane desipiunt, aut aliquibus etiam qui de ipsius Ecclesie, et tua, quod absit, turbatione gauderent, ut habilius possent in mari turbato piscari, suadentibus forte contrarium nullatenus acquiescat; sed hujusmodi suggestionibus regia increpatione rejectis, prudenter advertas quam utilis et accomoda Ecclesie ac tibi et regnis tuis est et esse potest caritatis et conjunctionis observatio mutua quamque salubriter possunt sub observatione hujusmodi negotia dirigi utriusque. Dat. xv. kal. februarii[7]. »

[1] Voyez nos 172, 393 et aussi 536.

[2] Dans le registre 110, c. 229, cette partie du texte est ainsi modifiée : « *et te jam, Deo auctore, notabiliter vigere dinoscitur et, si per te non steterit, jugi durabilitate vigebit, solicitudine studiosa conserves* ».

[3] 7 et 9 juillet 1317 (nos 284, 298).

[4] Dans le registre 109, c. 541, et dans le registre 110, c. 229, on lit : « *R., Bituricensem et Berengarium, Compostellanum archiepiscopos.* »

[5] 12 juillet 1317 (no 312).

[6] Voyez no 441, note 6.

[7] Cf. Cette lettre et la suivante, à laquelle nous attribuons la même date, ne peuvent, d'après les notes précédentes, être de 1317. C'est surtout pendant cette année qu'eurent lieu ces divisions de diocèses auxquelles Philippe V, encore en 1319, se montrait peu favorable (Voyez nos 861, 862, 880). Ce qui est dit, dans la lettre ci-après, de la croisade, nous permet de croire que la lettre de Jean XXII publiée ici est de 1318. Nous savons, en effet, que les envoyés royaux qui vinrent à la fin de 1317 avec Henri de Sully à Avignon traitèrent de cette importante question (Voyez no 330, note 2 et no 511). Dans ce cas, la leçon *Berengarius Compostellanus electus* est celle qui doit être adoptée (Voyez no 403, note).

179 [Avignon, 18 janvier 1318.]

Eidem de eisdem cum clausula speciali de petitis per nuntios regios ratione ultramarini passagii. (Reg. 110, p. I, fol. 14 vo, c. 48.)

« *Eidem*. Excellentie [regie] litteras — et acceptamus oblatam. Ecce spe ducti[1], — Deo auctore, notabiliter vigere dinoscitur, et si per te non steterit, jugi durabilitate vigebit, solicitudine studiosa conserves — interpretis calumpniosi non admisso susurrio, filiali benivolentia extimes eorum causas [et] ordinem, ac rectam — quamque salubriter possunt sub observatione hujusmodi utriusque negotia dirigi, quantumque dampnosum nedum Ecclesie et regno predictis quin etiam toti mundo posset existere si, quod Deus, a(d)vertat, tam observanda caritas lederetur. Porro cum apostolica Sedes devotorum Ecclesie principum nuntios consueverit benigne suscipere, nil nos egisse quod te astrinxerit ad gratiarum actionem ascribimus si tue celsitudinis nuntios, contemplatione mittentis, quem inter ceteros regie principes dignitatis cariorem habemus, et notabilis conditionis eorumdem missorum obtentu, facie serena recepimus et audivimus diligenter in hiis que pro parte tua proponere voluerunt. Licet autem circa negotium ultramarini passagii aliqua inordinate petierint que non tantum ipsi negotio inutilia penitus, quin etiam nobis et tibi potius impossibilia censebantur, nos tamen cum fratribus nostris vias alias, quantum creditur humano judicio, meliores, possibiliores et promptiores invenimus que, Deo propitio, in ipsius negotii votivum exitum potuerunt cedere, prout iidem nuntii tibi refferrent viva voce. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez la lettre précédente et aussi ce que nous disons n° 76, note 2.

180 18 janvier [1318].

Roberto, regi Siciliæ, de futuro adventu suo ad curiam apostolicam congratulatur eique respondet quod, nisi ipsius adventus certitudine habita, non decet Philippum, regem Franciæ, Carolum, comitem Valesii, aliosque regales, ad nonnulla cum eo in curia eadem tractanda, convocari. (Reg. 109, fol. 127 v°, c. 530; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 126 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 473.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Si[ci]lie illustri*. Ex capitulis tuis, fili carissime, per dilectum filium Petrum Moreti, presbyterum, nuper nobis oblatis accepimus qualiter te ad nostram paras venire presentiam, hiis procedentibus de quibus venerabilis frater noster Ingerannus, archiepiscopus Capuanus, te pro parte nostra, ut asseris, informavit, et super quibus etiam dilectum filium nobilem virum Ademarum Romanum de Scalea, militem, viceammiratum regni Sicilie, ad nos diebus proximis te misisse scripsisti. Sane, fili, si cum comoditate persone, tuisque ac regni negotiis provide ordinatis, ad nostram curabis venire presentiam, adventus procul dubio tuus, acceptus nobis erit et placidus, et tibi ut speramus esse poterit, Deo propitio, fructuosus. Nescimus tamen que sint illa, que juxta informationem ejusdem archiepiscopi supponis, ut causa ipsi tuo detur adventui debere procedere, nec aliud tuam tenere credulitatem circa hoc volumus quam responsivam nostram predicto viceammirato traditam videris continere. Prefatus autem viceammiratus diu ante capitulorum ipsorum et pecunie pro particulari solutione census per te debiti, missionem fuerat expeditus, proviso tibi circa census solutionem ejusdem de illius prorogatione termini qui de consensu fratrum finaliter potuit obtineri, et circa obtinendum prolixiorem terminum frustra erga fratres ipsos credimus laborandum. Porro super eo quod, ut scripsisti, cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri, ac dilecto filio Carolo, comite Valesii, et regalibus aliis de quibus nobis expedire videbitur convenire desideras, coram nobis intendens nonnulla tractare, que in Dei laudem et gloriam, honorem Ecclesie sponse sue, augmentum catholice fidei statumque omnem totius domus Francie aperte redundent, et propterea supplicasti, ut cum per totum mensem aprilis, hiis procedentibus de quibus, ut prescribitur, te dictus archiepiscopus informavit, nostro te disponas presentare conspectui, de ipsius regis et regalium tunc habendo concursu ordinare velimus, tuum in hac parte votum multipliciter commendamus in Domino, tueque supplicationi circa id parati essemus libenter annuere, regi et regalibus inde scripturi predictis, quos et crederemus indubie nostris obsecundare requisitionibus in hac parte, si de tuo adventu predicte conditionis pendulo non adjecto, certitudinem aut confidentiam simplicem haberemus. In hoc tamen dubio nec eos decet, nec expedit convocari. Ceterum de Ferraria — Dat. xv kal. februarii. »

[1] Cf. Ce que le pape dit des préparatifs du roi Robert ne peut s'entendre que de l'année 1318. Nous savons, en effet, d'après les registres angevins conservés aux archives de l'État, à Naples, que c'est le 18 mai de cette année qu'il s'apprêta à quitter son royaume pour venir en Provence (C. Minieri Riccio, *Genealogia di Carlo II d'Angio*, dans l'*Archivio storico per le provincie Napoletane*, 1882, p. 469; voyez aussi plus haut n° 365). Il aurait dû partir déjà au mois d'avril précédent pour venir en juillet (Voyez la lettre publiée à la suite du numéro 628, note 7) de plus les difficultés qu'il rencontra à Gênes, où il était arrivé le 21 juillet 1318 n° 667), le retinrent longtemps. Il s'y trouvait encore malgré les pressantes invitations de Jean XXII, le 8 février et le 21 avril 1319 (C. Minieri Riccio, *op. cit.*, p. 476, 477). C'est seulement le 2 mai suivant qu'il aborda à Nice (nos 879, 880) et le 23 juillet 1319 que nous pouvons constater avec certitude sa présence à la cour d'Avignon : *ubi moratur ad presens*, écrit le pape à ce moment (Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 87 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 276). D'autre part, la lettre que nous donnons ici est antérieure au 25 mars 1318, comme en fait foi une autre lettre de Jean XXII qui prouve qu'à cette date il avait déjà écrit à Philippe V et à Charles de Valois au sujet de leur entrevue avec Robert. Il est indispensable de reproduire ce texte, qui, notoirement incorrect, a dû être en plusieurs endroits corrigé et complété (Voy. aussi à ce propos nos 503, 510, 628, 668, 734, 829).

25 mars [1318].

Roberto, regi Siciliæ, de mutua visione cum Philippo, rege Franciæ, et Carolo, comite Valesii, habenda respondet eumque de negotio pacis Flandriæ certiorem facit. (Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 121; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 449).

Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri. Per litteras tuas, fili carissime, accepimus quod tu super negotiis que per dilectum filium nobilem virum Ademarum de Scalea, militem, viceamiratum regni Sicilie, nobis exponi mandaveras, ipsius sub verbis multum generalibus et ambiguis receperas responsales. Sane, fili, nil in nube, nil sub ambiguitatis involucro dixisse meminimus, quin immo ad ea que scripsisti et que pro parte tua per eum fuerunt nobis exposita, clare satis et lucide tibi et sibi respondisse putamus, et si forsan aliquid in ipsa nostra responsione tuis occurret sensibus ambiguum vel obscurum, illud poteris nobis explicite scribere — Ceterum super adventu carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie [et dilecti] filii comitis Valesii [Philippi quondam regis Francie] fratris [consanguineorum] tuorum, quos sicut scripsisti nobis alias, tecum desideras in nostra presentia convenire, nonnulla Deo placita et in augmentum fidei, honorem Ecclesie, statum communem totius domus Francie cedentia tractare cum illis intendens, scire te facimus quod si pax Flandrie, prout optamus et confidimus, in pacis actore procedet, eos quibus exinde jam scripsimus, ad nos venturos circa instans festum Ascensionis dominice vel Pentecostes expectamus. Ut autem de hiis que per procuratores (ac) dilecti filii, nobilis viri Roberti, comitis, et comunitatum Flandrie qui ad nostram venere presentiam, nostrum audituri consilium super securitatibus pro pacis observatione hinc inde prestandis, que videlicet deberent utrinque sufficere, acta sunt coram nobis habeas in summa notitiam, celsitudini tue presentibus intimamus quod, cum ne[u]tra partium posset ad prestandum securitates predictas et acceptandum oblatas induci, nos rigori juris nolentes inniti, sed per equitatis viam providere potius securitati partium cupientes, super hujusmodi securitatibus que prestari et sufficere hinc inde deberent certum consilium dedimus, diligenti super hoc cum fratribus nostris deliberatione [prehabita] et de consilio eorumdem, cujus modi consilium procuratores regii, licet in illo contineri multa onerosa et extranea et prorsus insolita regibus Francie dicerent, propter reverentiam tamen nostram ac propter ingens desiderium regno et subditis regiis parandi quietem et pacem, et ut rex ipse ad subsidium Terre Sancte se habilius posset juxta ferventem quem ad id gerit affectum accingere, liberaliter acceptarunt, offerentes se paratos regio nomine illas securitates tanquam sufficientes dare et facere pro pacis observatione predicte illasque a Flandrensibus recipere memoratis que in consilio continebantur eodem; procuratores vero comitis et communitatum predictorum [responderunt] quod concilium [*sic*] ipsum acceptare non poterant, cum mandatum eis datum se ad id nequaquam extenderet, immo super hoc erat eis limitata potestas, quam excedere non audebant, ipsi tamen comiti et communitatibus antedictis consilium ipsum reffere curarent, illud per eos acceptari [sperantes]. Datum VIII kal. aprilis. »

Cette lettre n'a pas de date d'année, mais nous pouvons avec certitude l'attribuer à 1318, puisqu'elle a suivi de près la réponse que Jean XXII donna aux envoyés des Flamands et du roi de France (Voy. 8 mars 1318, nos 491, 492). Nous ajouterons enfin que le vice-amiral cité dans les deux documents que nous publions était récemment venu à la cour pontificale, suivant une autre lettre de Jean XXII adressée au roi Robert, datée du 13 décembre (Bib. de Cambrai, *ms. cit.*, fol. 122; — Bib. nat., *ms. cit.*, p. 454) et qui ne peut être que de 1317, puisqu'elle est antérieure à l'arrivée de ce dernier à Gênes (21 juillet 1318) et postérieure aux trêves établies entre lui et Frédéric de Sicile vers le milieu de l'année 1317 (Voyez n° 161, note 8).

181 23 janvier [1318].

Bartholomeo, monasterii Electensis abbati et Raymbaldo de Rechignevoisin, nuntiis apostolicis, nonnulla in novorum diocesum administratione et limitatione agenda præcipit. (Reg. 109, fol. 99 v°, c. 419; — Reg. 110, p. II, fol. 21 v°, c. 112 et 668.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis, et Raymbaudo de Rechignevoysin, Avalo-*

nensi archidiacono in ecclesia Eduensi, nuntiis nostris. Volentes certis ex causis plenam habere certitudinem de annuo valore reddituum, proventuum et jurium monasteriorum Montisalbani et sancti Papuli, que nuper in ecclesias cathedrales ereximus[1], nec non conventuum et membrorum omnium monasteriorum ipsorum, ac de beneficiis omnibus et singulis ad collationem seu presentationem vel quamvis aliam dispositionem quondam abbatum et conventuum monasteriorum predictorum conjunctim vel separatim spectantibus, et que ex ipsis religiosis queve secularibus personis sint consueta conferri, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, receptis presentibus, de premissis omnibus et singulis, et de circumstantiis aliis circa hec attendendis, vos informare curetis particulariter et distincte, informationem quam inde feceritis nobis sub vestris fideliter inclusam sigillis sine more dispendio transmissuri, cum pro illis que circa ordinationem ecclesiarum ipsarum celeriter et utiliter agere, Domino concedente, disponimus, informatione hujusmodi plurimum egeamus. Certa etiam suadente causa, subjungimus ut transcriptum compositionis super temporalitate totius quondam episcopatus Tholosani inter inclite recordationis regem Francie et bone memorie Bertrandum, Tholosanum episcopum, dudum facte, ac inquestam factam super beneficio de Quideriis, quod nepos venerabilis fratris nostri, nunc Regensis, olim Tholosani episcopi[2] obtinens esse dicit beneficium sine cura, procuratoribus nostris asserentibus illud ad mensam quondam Tholosani episcopi pertinere, statim nobis mittere procuretis. Ceterum quia de bonis bone memorie episcopi sancti Papuli, nuper sicut Domino placuit, vita functi[3] ad honorem Dei et ecclesie sancti Papuli utilitatem, ac salutem anime ipsius episcopi volumus ordinari, mandamus vobis quatinus, bona ipsa ad manum nostram indilate ponentes, de subtractoribus seu detentoribus eorum solertius inquiratis, eos ad debitam restitutionem illorum per censuram ecclesiasticam, prout justum fuerit, compulsuri. Que omnia fideliter et sine fraude faciatis per fideles aliquos conservari donec de illis, ut premittitur, disponi mandemus; quod equidem intendimus facere, quamprimum per vos de bonis hujusmodi fuerimus informati. Circa negotium vero limitationis diocesis Montisalbani volumus vos cum debita celeritate procedere juxta formam litterarum apostolicarum per nos vobis super hoc directarum[4]. Quod si ambo predictis interesse nequibitis, unus vestrum ea nichilominus exequatur. Dat. Avinione, x kal. februarii[5]. »

[1] 25 juin 1317 (nº 262).

[2] Voyez nº 444, note.

[3] Bernard de la Tour (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 409).

[4] 29 octobre 1317 (nº 429) et ci-après (nº 482).

[5] Cf. Cette lettre, postérieure à la création du diocèse de Montauban, le 25 juin 1317, est antérieure à la délimitation du même diocèse, qui était achevée le 22 février 1318 (Voyez nº 429, note). Nous savons, d'ailleurs, que l'abbé d'Alet fut nommé évêque le 1er mars 1318 (Voyez nº 566, note) et que sa mission et celle de ses collègues était terminée le 5 septembre 1318 (nº 698).

482 23 janvier [1318].

Eisdem ut inquirant quomodo limitatio diocesis Montisalbani cum minori detrimento diocesis Caturcensis fieri poterit. (Reg. 109, fol. 100, c. 421; — Reg. 110, p. ii, fol. 22 vº, c. 116 et 672.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, Narbonensis diocesis, et Raymbaldo de Rechignevoysin, archidiacono Avalonensi in ecclesia Eduensi, nostris et apostolice Sedis nuntiis, salutem etc.* Inter ceteras villas quas noviter vocabulo civitatis providimus decorandas, et in quibus ecclesias cathedrales ereximus, est Montisalbani, quondam villa, nunc civitas, quam ad id, veluti locum ad id accomodum et insignem, elegimus et a diocesi Caturcensi propterea duximus eximendam. Ne itaque Caturcensis ecclesia gravetur ulterius, scire vos volumus quod nostre intentionis extitit et existit quod nichil amplius, si comode fieri valeat, ecclesie Montisalbani debeat adici de dicta diocesi Caturcensi. Quod si forte non sit bono modo possibile, quin in limitatione diocesis, eidem ecclesie Montisalbani adiciatur aliquid ultra predicta de ipsa Caturcensi diocesi, volumus et mandamus quatinus inquiratis cum omni diligentia, quantum et usque ad quem locum hujusmodi assignatio cum minori detrimento ipsius diocesis Caturcensis fieri poterit, informaturi nos exinde fideliter, particu-

lariter et distincte, cum nostre intentionis existat illam in assignando servari modestiam quod Caturcensis ecclesia notabilis mutilationis nequeat deplorare jacturam. Quod si ambo predictis interesse nequibitis, unus vestrum ea nichilominus exequatur. Dat. x kal. februarii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

483 Avignon, 26 février 1318.

Magistrum Guillelmum de sancto Amantio procuratorem suum constituit ad recipiendum medietatem hæreditatis ipsi papæ et regi Francorum, ut hæredibus universalibus pro indiviso, a quondam Raymundo Gastaudi de Montealbano, layco, relictæ. (Reg. 67, cur. fol. 311, c. 33.)

« *Dilecto filio magistro Guillelmo de sancto Amantio, legum doctori, Ruthenensis diocesis.* Cum quondam Raymundus — Dat. Avinione, iiii kal. martii, anno secundo. »

484 27 février 1318.

Bartholomeo, episcopo Forojuliensi, ac magistris Petro Textoris et Petro de Pratis mandat ut contra nonnullos de nigromanticis et magicis superstitionibus diffamatos veritatem inquirant. (Reg. 109, fol. 133 v°, c. 550; — Reg. 110, p. ii, fol. 82 v°, c. 378 et 1022; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1317, § liii, extrait; — Ab. Christophe, *Histoire de la papauté au* xive *siècle*, t. I, p. 441, pr. n° 15; — L. Fumi, *Eretici e ribelli nell' Umbria dal* 1320 *al* 1330, dans le *Bolletino della regia deputazione di storia patria per l'Umbria*, t. III, 1897, p. 280.)

« *Venerabili fratri Bartholomeo, episcopo Forojuliensi, et dilectiis filiis magistris Petro Textoris, doctori decretorum, priori monasterii sancti Antonini, diocesis Ruthenensis per priorem soliti gubernari, ac Petro de Pratis, juris civilis professori, preposito ecclesie Claromontensis, capellanis nostris.* Romanus pontifex ad quem — Ad nostrum siquidem assertio fidedigna et sonorum quoddam vulgaris fame preloquium noviter perduxit auditum quod Johannes de Lemovicis, Jacobus dictus Barbantinus, Johannes de Dinanto, medicus, Radulphus Penchaelau, Gualterius Loflamenc, Guillelmus Martini, Corradus Alamannus et quondam Thomas dictus Alamannus, clerici, et Innocentius, barbitonsor venerabilis fratris nostri archiepiscopi Lugdunensis...[1] diocesi, et nonnulli alii in nostra curia residentes, volentes juxta doctrinam apostoli sobrie sapere, set nimie vanitatis ebrietate desipere reprobis ausibus appetentes, se nigromantie, geomantie et aliorum magicarum artium moliminibus implicarunt aut implicant, scripta et libros habentes hujusmodi artium que quidem, cum sint artes demonum, ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorte, vitande forent cuilibet christiano, et omni penitus execratione dampnande; speculis et ymaginibus secundum ritum suum execrabilem consecratis usi fuere frequenter, ac in circulis se ponentes, malignos spiritus sepius invocarunt, ut per eos contra salutem hominum molirentur aut eos interimendo violentia carminis, aut eorum abreviando vitam violentia immissa langoris; demones in speculis, circulis seu anulis interdum incluserunt, ut eos nedum de preteritis set et de futuris inquirerent; futura ipsa que prescire solius Dei est, ex illorum consultationibus predicturi, divinationibus et sortilegiis se immiscuerunt perperam, dianis nonnunquam utentes. Set etiam experimenta plurima quandoque fecerunt ut pudicos mulieres animos ad libidinem flecterent[2], circa hec et alia per eos demonibus invocatis. Nec verentur asserere quod nedum potus vel cibi propinatione, quin etiam solius verbi prolatione, hominum abreviare seu prorogare vitam aut prorsus perimere et ab omni possent infirmitate curare, talibus se usos fuisse firmiter affirmantes. Relicto preterea Creatore suo, in hujusmodi demonum suffragiis confidentes eosque dignos arbitrantes quibus serviant et quibus honores divinos impendant, illos ydolatrarum more adorare cum exhibitione cultus et reverentia presumpserunt. Hiis et aliis superstitionibus detestandis et adversantibus catholice fidei, prefati clerici et barberius et eorum quilibet nec non aliqui alii residentes in curia non semel set pluries institisse feruntur, nedum in suarum, sed quamplurium aliarum periculum animarum. Quia igitur pestem superstitionum hujusmodi quarum reprobos sectatores civilis ratio comunis

salutis hostes reputat et humani generis inimicos, nec valemus conniventibus oculis pertransire, presertim cum labem sapiant heretice pravitatis, super predictis omnibus et singulis zelo fidei cujus negotium est ubique favorabiliter prosequendum, ad inquisitionem contra clericos, barberium et alios memoratos censuimus procedendum, non obstante quod predictus quondam Thomas in fato decesserit, cum de talibus agatur criminibus de quibus etiam licet memoriam accusare defuncti, cujus post mortem comprobata perfidia debite plecti debet. Quocirca vobis et vestrum cuilibet in solidum de quorum discretione plenam in Domino fiduciam gerimus, auctoritate presentium committimus et mandamus quatenus super premissis omnibus et singulis specificatis ac dependentibus ex eisdem, nec non super quibuslibet de quibus predictos clericos, barberium et alios quoslibet in ipsa curia existentes inveneritis publice diffamatos, cum ipsis et cum personis aliis quas ad id videritis expedientes et utiles, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, ac omni appellatione cessante, solum Deum habendo pre oculis, inquiratis exacta diligentia veritatem, et inquisitionem exinde factam, prout justum fuerit, fine debito terminatis. Nos enim vobis et vestrum cuilibet in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus vestrum quandocunque et quotienscunque inceperit, alter resumere seu continuare valeat et finire, premissa omnia et singula faciendi, testes et personas alias ad hec oportunas prout et quotiens vobis expediens esse videbitur super hiis admittendi, evocandi et ad partes personaliter citandi, contradictores — Dat. Avinione, III kal. martii, anno secundo[3]. »

[1] Lacune. On lit, en marge, d'une écriture contemporaine : *at quia sic erat in originali*. La même lacune se retrouve dans le registre 109, mais sans indication en marge.

[2] Ce passage, depuis *ut pudicos*, ne se trouve pas dans le registre 109.

[3] La date de l'année ne figure pas dans le registre 109, le seul cité par Raynaldi. L'abbé Christophe, qui lui emprunte cette lettre, la date de 1317, *anno primo*, ce qui est inadmissible, puisqu'à ce moment l'évêque de Fréjus s'appelait Bertrand et que Barthélemy (Gassi) lui succéda seulement le 20 janvier 1318 (J. H. ALBANÈS, *Gallia Christiana novissima*, col. 361-362 ; inst. col. 229-230, n° XXXIV, eccl. Forojuliensis; — C. EUBEL, *Hierarchia catholica*, p. 262).

485 27 février 1318.

G[ualhardo], archiepiscopo Arelatensi et præfato Petro, priori sancti Antonini, idem committit. (REG. 110, p. II, fol. 83, c. 379 et 1023.)

« *Venerabili fratri nostro G., archiepiscopo Arelatensi et dilecto filio Petro, priori sancti Antonini, doctori decretorum, capellano nostro.* Ad nostrum pervenit auditum, fide dignorum relatu et fama publica refferente, quod magister Thomas dictus Alamannus, magister Johannes de Lemovicis, magister Jacobus dictus Barbantinus, magister Johannes de Dinanto, medicus, magister Radulphus Penchaclau, magister Gualterius Loflamenc, Coraudus Alamannus, clerici, et Innocentius, barbitonsor archiepiscopi Lugdunensis, artium nigromantie, geomantie et magisce (*sic*) usum habentes et libros multos artium predictarum, speculis consecratis secundum ritum suum et ymaginibus, in circulis se ponentes, invocationes fecerunt multotiens spirituum malignorum, ut quos volebant mori facerent et languescendo interdum vitam abreviarant quorumdam; demones includendo in speculis, circulis seu anulis, eos de futuris et preteritis interrogantes, eisdemque malignis spiritibus reverentiam exhibentes eosque adorantes, interdum divinationibus et sortilegiis insistentes, dianas habentes eisque utentes in invocationibus suprascriptis, experimenta plurima facientes ad amorem mulierum et alias multis modis demones invocando, et quod homines cum verbo, potu, vel cibo occidere poterant, vitam abreviare seu prorogare, et ab omni infirmitate curare, et se fuisse usos firmiter asserebant contra fidem sanctam catholicam, pluries et frequenter ausu temerario, ymo potius diabolico, in suarum et aliorum plurium animarum periculum predicta facere multis vicibus, et ipsorum quilibet temere presumentes, que predicta non possumus, cum labem sapiant pravitatis heretice, o(c)culis conniventibus preterire. Quare vobis et vestrum cuilibet in solidum committimus et mandamus quatinus, cum prenominatis et aliis de quibus vobis visum fuerit, super predictis et eorum quolibet, pertinentibus universis et singulis et dependentibus, inquiratis summarie et de plano, absque strepitu judicii et figura, exacta diligentia veritatem, citantes etiam has partes de quibus fuerit vobis visum,

contradictores, inobedientes et rebelles censura ecclesiastica compellendo. Quod autem per unum vestrum quandoque quotienscumque inchoatum fuerit, per alium continuari valeat et compleri, non obstante quod dictus magister Thomas viam dicatur universe carnis ingressus. Dat. Avinione, penultima die mensis febroarii, anno Domini millesimo CCC° decimo septimo[2]. »

[1] Le nom se trouve en entier dans l'index.

[2] Nous avons relevé, dans les registres 109 et 110, quelques lettres de Jean XXII qui, par exception, portent le quantième à la moderne et ne sont point datées d'après l'année du pontificat, comptée à partir du couronnement, c'est-à-dire du 5 septembre 1316 (Voyez n° 78, note 2). Quel était, dans ce cas, le style adopté? Nous n'avons pu le déterminer exactement. Nous voyons, dans les registres de la Chambre apostolique que, pour les *Introitus et Exitus* on comptait l'année du pontificat à partir de l'élection du pape, c'est-à-dire du 7 août (Voyez n° 1, note). On employait en même temps l'année de l'Incarnation et le quantième à la moderne : « *In nomine Domini, amen. Anno a Nativitate ejusdem* MCCCXVII, *die* XIIII *mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Johannis, divina providentia pape* XXII, *post creationem ipsius anno* II°.» (Arch. vat., *Int. et Exit.*, n° 16, fol. 81). On peut ainsi constater que le style employé n'était ni celui de Pâques, ni celui de l'Annonciation, mais très probablement celui de Noël ou du 1er janvier. Par exemple, pour le compte des dix galères destinées à la croisade et que nous signalons plus loin (n° 926, note), on lit : « *Anno Domini nostri, millesimo* CCC° XIX°, V° *die mensis februarii, ego Berengarius de Olargiis, thesaurarius ecclesie Bitterrensis, domini pape capellanus una cum nobili viro domino Matheo de Varennis, dicti domini nostri pape, et domini regis Francie et Navarre milite, auctoritate litterarum sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII, associati seu conjuncti ad emendum et faciendum fabricari prout melius expediret, et magis oportunum foret* X *galeas, et ad emendum arma, seu armatoras* (sic) *bonas pro personis que in galeis portabuntur eisdem — recepimus* XXm *floren. auri.* »

« *Item ego Berengarius predictus, una cum domino Matheo, anno quo supra,* VI *die mensis madii, in eadem villa Montis Pessulani, a Johanne Palmerii —* XVIm *florenorum.* »

« *Item — ego Berengarius de Olargiis predictus, una cum dicto domino Matheo de Varennis recepimus a dicto Johanne mercatore predicto, anno quo supra,* XXII *die mensis junii, in eadem villa Montis Pessulani,* IIm *florenorum auri* » (Arch. vat., *Int. et Exit.*, n° 28, fol. 1 v°, 2. Voyez aussi J. de Loye, *les Archives de la Chambre apostolique au* XIVe *siecle*, 1re partie: inventaire, 1899, dans la *Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome*, fasc. 80). Au sujet de la lettre que nous donnons ci-dessus, nous remarquons: 1° qu'elle a, pour le quantième, la même date que la lettre qui la précède immédiatement dans le registre 110, que nous publions aussi (n° 485) et qui ne peut être que de 1318; 2° que toutes deux ont la même enquête pour objet; 3° que cette enquête concerne les mêmes personnages, sauf un, *G. Martini*, qui peut-être a été oublié; 4° qu'elle semble au même point dans l'un et l'autre cas, ce qui ne s'expliquerait guère s'il y avait une année entière d'intervalle; 5° qu'aucun indice ne permet d'attribuer la priorité de la seconde lettre sur la première. Nous sommes par là amenés à conclure que la seconde lettre, datée à la moderne, a été écrite au même moment que la première; que, par conséquent, on s'est servi, pour la dater, d'un style que nous ne connaissons pas, mais qui, contrairement à ce qui se faisait pour les registres d'*Introitus et Exitus* est peut-être le style de Pâques, en usage en France à cette époque, ou plutôt le style de l'Annonciation (25 mars) employé au XIIIe siècle dans la chancellerie pontificale lorsqu'on ne se servait pas de l'année du pontificat (Voyez E. Berger, *les Registres d'Innocent IV*, t. I, 1884, p. LXI et LXII ; nous signalons ci-dessous, n° 1149, note 2, la lettre d'un cardinal, datée d'Avignon, le 4 janvier 1317, dans laquelle on a suivi le style de Noël ou celui du 1er janvier). Ajoutons que le prieur de saint Antonin qui, dans la seconde lettre, est simplement désigné sous le nom de *Petrus*, est le même que ce *Petrus Textoris*, également docteur en droit et chapelain apostolique auquel est adressé la première lettre. Or Jean XXII l'ayant chargé, en mars 1317, d'une importante mission en Italie avec Guillaume, évêque de Troyes, n'aurait pu, en même temps, lui confier cette enquête en France (Voyez n° 161, note 8).

486 [11 juillet 1317 — 1er mars 1318.]

Bartholomeo, abbati Electensi, ejusque collegis mandat ut ipsum de hiis quæ in negotiis sibi commissis egerunt certiorem faciant, cum nuntius eorum ad curiam hactenus non venerit. (Reg. 110, p. II, fol. 55 v°, c. 265 et 910.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, abbati monasterii Electensis, ordinis sancti Benedicti, Narbonensis diocesis, magistro Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellano nostro, Eyquelino, Engolismensi et Raymbaldo de Rechignevoisin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, nostris et apostolice Sedis nuntiis.* De negotiis in — Dat.[1]. »

[1] Cf. On a vu que les destinataires de cette lettre avaient été chargés de diverses missions au sujet de la division et de l'administration des diocèses, le 11 juillet 1317 (nos 307-311). C'est évidemment à ces missions que Jean XXII fait allusion. D'autre part, l'abbé d'Alet fut nommé évêque le 1er mars 1318 (Voyez n° 566, note). La lettre ci-dessus est donc comprise entre ces deux dates.

487 [28 novembre 1316 — 7 mars 1318.]

Litteris Caroli, comitis Marchiæ, a Guillelmo de Flavacuria præsentatis respondens, hortatur eum ut dictum Guillelmum plenius instructum remittat nec se Philippo, regi Franciæ, subtrahat. (Reg. 109, fol. 124, c. 512; — Reg. 110, p. i, fol. 13 v°, c. 44.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Litteras tuas, fili, affectu benigno suscepimus et tam ea que continebantur in illis, quam que dilectus filius magister Guillelmus de Flavacuria, archidiaconus Rothomagensis, cancellarius tuus, litterarum ipsarum exhibitor exponere voluit, audivimus diligenter. Ad que condigna gratiarum actione premissa de laudabilis et perseverantis ad nos devotionis indicio, per iterate sepius oblationis liberalitatem ad quecunque nostris affectibus placida exuberanter exhibito, scire te facimus quod ad ea que tuum contingant comodum et honorem quantum cum Deo licuerit promovendum, animum paratum habentes, cancellarium ipsum informatum de nostra intentione plenarie, ad te cum presentibus providimus remittendum, tuis credentes expedire negotiis ut eundem cancellarium de voluntate tua instructum ad plenum, nec non et circa ea que agenda fuerint potestate plenaria et mandato sufficienti munitum, ad nostram non differas presentiam destinare. Porro, fili, quamvis tua excusatio circa elongationem tuam a regii lateris comitiva in hoc censeatur esse sufficiens, quia tuam discrimini non debes personam exponere, citra tamen omne periculum, crederemus nedum honori et fame set et agendis tuis utiliter convenire, quod in magnis solemnitatibus et ubi ardua specialiter tractari deberent, inclito regi, germano tuo, non te subtraheres, sed tuam in hiis ei assistentiam exhiberes, in aliis probabilis suspitionis dispendium vitaturus prout hec et alia eidem cancellario latius duximus exprimenda. Dat. etc.[1] »

[1] Cf. Cette lettre est au plus tôt du 28 novembre 1316, puisque Philippe V y est désigné comme roi (Voyez n° 81, note). Comme nous savons, d'autre part, qu'à la date du 7 mars 1318 Charles de la Marche était revenu auprès de son frère (n° 488), elle est antérieure à cette date et peut-être même au mois de mars 1317 (Voyez n° 210, note).

488 Avignon, 7 mars [1318].

Eidem Carolo de reditu suo ad Philippum regem gratias agit eumque ad concordiam cum Henrico, domino Soliaci, habendam hortatur. (Reg. 109, fol. 112 v°, c. 466; — Reg. 110, p. i, fol. 89 v°, c. 319.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Marchie.* Ex tuarum, fili, serie litterarum quas perlegimus leto vultu, et subjuncta pro parte tua per exhibitorem earum, dilectum filium magistrum Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, cancellarium tuum, relatione facienda gratanter accepimus qualiter, fretus saniori consilio, ad collateralem familiaritatem carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, germani tui, cui per elongationem quandam te subduxisse dicebaris aliquo tempore[1], nuper eo, ut creditur, inspirante qui concordiam in sublimibus operatur, laudabiliter curavisti redire, de quo nimirum cor nostrum exultavit in Domino, et in Salutari suo, cui scimus fratrum unanimitatem acceptam, noster animus multa letitia dilatatur. Sane, fili, quamvis virtutes cetere currant ad bravium, solam tamen coronari perseverantiam novimus, nec ignoramus quod intercisa frequentius pereunt que continuata vigerent. Propter quod nos qui regium atque tuum zelamus affectu paterno comodum et honorem, in hujusmodi laudandi tui continuatione reditus te devote persistere intenso desiderio cupimus, cum et hoc Deo gratum et nedum utrique vestrum, quin etiam toti regno utile pariter et honorabile reputemus. Expedit igitur et nos id tibi consulimus bona fide ut quod in hac parte laudabiliter incepisti, continuatione solicita prosequaris, operam ad illa pro posse daturus que inter regem ipsum et te mutue conversationis complacentiam nutriant, et contrarium sapiant efficaciter vitaturus. Ceterum quum ad mutuam hinc inde benivolenciam conservandam multum facere poterit si eos inveniaris favore benivolo prosequi quos rex ipse notabiliter diligit et in quorum fide ac industria fiducia pleniori recumbit, nobilitati tue sano consilio suademus, ut, cum inter ceteros familiares regios ad quos rex ipse affici creditur, dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, in regie dilectionis sinu non ambigas esse preci-

puum, confidentiaque majori excellentie regali conjunctum veluti quem sibi necessitudo propinqua conciliat et fidelitas in arduis experta commendat, prefatum Henricum cujus etiam ministerium tibi et agendis tuis esse poterit, si eo uti volueris, fructuosum, relegato prorsus cujusvis indignationis improvide stimulo, in tue plenitudinem dilectionis, velis admittere, ut regem ipsum in illo comproberis amare. Per hoc etenim tuis, ut putamus, negotiis non leviter consules, dum Henricum eundem ad tua prosequenda et promovenda ubique compendia tanquam devotum servitorem induces, fietque ut rex ipse in hoc vicissitudine tibi grata respondeat, quod in eos quos tibi caros et fideles esse cognoverit, libentius affectum regalis benignitatis effundat. Dat. Avinione, nonis martii[2]. »

[1] Voyez nos 210, 256, 352, 487.

[2] Cf. Henri de Sully, qualifié ici de bouteiller, n'eut ce titre qu'en avril 1317 (Voyez no 212, note); d'autre part, Charles de la Marche était réconcilié avec lui le 15 mai 1318 (nos 601-603); notre lettre est donc comprise entre ces deux dates.

489 Avignon, 7 mars [1318].

Prædicto regi Philippo ut eumdem Carolum, fratrem suum, qui ad eum redit favorabiliter tractet. (Reg. 109, fol. 116, c. 479.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, dilectus filius nobilis vir Carolus, comes Marchie, frater tuus, ad collateralem tuam familiaritatem cui per elongationem quandam se subduxisse dicebatur aliquo tempore, nuper fretus consilio meliori, laudabiliter rediit sicut ad nos insinuatio fidedigna perduxit, de quo nimirum cor nostrum gaudet in Domino, et in Salutari suo, cui scimus fratrum unitatem acceptam, noster animus multa letitia dilatatur. Porro quoniam ipsius hujusmodi reditum Deo fore gratum et nedum utrique vestrum, quin etiam toti regno utilem pariter et honorabilem reputamus, ecce [nos], qui tuum zelamus affectu paterno comodum et honorem, excellentiam regiam exhortamur attentius, sano nichilominus consilio suadentes, quatinus eidem fratri tuo ad regie conversationis participium redeunti obviis brachiis fraterne caritatis occurrens, eum tractes humaniter, ac interdum dulciter consoleris, sicque te geras fraterne ac benivole erga ipsum ut per tuos gestus amabiles et fraternos, inducatur in incepti reditus continuatione persistere, et in regie devotionis perseverantia solidius confirmetur, operam juxta decentie regalis exigentiam ad illa daturus que inter te ac ipsum mutue conversationis complacentiam nutriant, et que contrarium sapiant, efficaciter vitaturus. Per hec etenim placebis, ut credimus, ei qui in fratrum concordia delectatur, nostrisque satisfacies desideriis. Et nichilominus in hoc agendis regalibus consules, quod eum tanquam devotum fratrem ad illa velut propria promovenda et prosequenda libenter induces. Dat. Avinione, nonis martii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que la précédente.

490 Avignon [7 mars 1318].

Antonio Pisagni, senescallo Vasconiæ, Jordanum de Insula, domicellum, commendat. (Reg. 109, fol. 116, c. 480; — Reg. 110, p. I, fol. 102 vo, c. 380; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 34, no 26.)

« *Dilecto filio nobili viro Antonio Pisagni*[1], *militi, senescallo Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglie illustri.* De tue, fili, devotionis exuberantia supponentes ut, quos nobis conjunctos esse familiari caritate cognoveris, libenter specialibus favoribus prosequaris, eos tibi, cum expedit, fiducialiter commendamus. Sic igitur dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, domicellum, familiarem nostrum, ad cujus statum prosperum, intuitu certe considerationis afficimur, tue benevolentie propensius commendantes, nobilitatem tuam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus eidem Jordano in iis que personam ipsius, bona etiam et agenda concernerent, ob apostolice Sedis reverentiam atque nostram sic te favorabilem sicque propitium, citra tamen justitie lesionem, exhibeas, quod ipso a te reportante speratum de apostolica intercessione compendium, nobis dignis gratiarum actionibus prosequendus occurras. Dat. Avinione, nonis martii[2]. »

[1] Reg. 110 : *Pesaigni.*

[2] Cf. Antoine Pessaigne fut nommé sénéchal du roi d'Angleterre vers le mois de novembre 1317 (Rymer, *Fœdera*, éd. 1738, t. II, par. I, p. 137); le 20 novembre de l'année suivante, il était déjà remplacé (*ib.*, p. 162). La lettre ci-dessus est donc comprise entre ces deux dates. Il y est d'ailleurs fait allusion dans d'autres lettres du 24 avril et du 15 juin 1318 (nos 571 et 626).

491 [Avignon, 8 mars 1318.]

Philippum, regem Franciæ, de eis quæ in curia inter regios et Flandrenses procuratores acta sunt certiorem facit eique consilium habitum securitatesque pro pace propositas notificat. (Reg. 110, p. I, fol. 24 v°, c. 84; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1318, § XIX, extrait ; — Voyez aussi plus bas, n° 800.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*[1]. Orta de terra veritas, falsitatis emula — Nosti quidem quod dudum inter te, nunc regem Francie et Navarre, tunc vero regna ipsa Francie et Navarre regentem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem ac communitates Flandrie, super quibusdam articulis pacis olim inter clare memorie Philippum, regem Francie, genitorem tuum, dum adhuc viveret, ac comitem et communitates predictos inite, ex altera, certis conventionibus habitis, partes ipse pro conventionibus complendis eisdem et inviolabiliter observandis, dare et prestare [tales] invicem securitatis litteras que deberent sufficere promiserunt[2]. Cumque postmodum dicte partes super prestandis et recipiendis securitatibus ipsis concordare non possent, tandem actum extitit concorditer inter illas quod infra certi temporis spatium earum quelibet procuratores suos et nuntios ad nostram presentiam mitterent nostrum que super hoc deberent securitates sufficere consilium audituros[3]. Demum vero per partes easdem, procuratoribus suis et nuntiis ad nostram propter hoc presentiam destinatis, procuratores comitis et communitatum predictarum dari sibi per partem tuam alteram ex subscriptis securitatibus petierunt, videlicet quod tu super ipsarum conventionum observatione te apostolice Sedi submitteres, et ad observandum illas ex tunc per Sedem condempnareris eandem, et in te, si conventiones non observares forsitan antedictas, per Sedem ipsam excommunicationis sententiam proferretur vel, si tibi non placeret dicta submissio, pares dicti regni Francie, frater ac patrui tui regieque curie officiati promitterent te et successores tuos reges Francie qui essent pro tempore, si contra conventiones veniretis easdem, aliquatenus non juvare, nec vobis impendere auxilium, consilium vel favorem, quin immo te ad predicta compellerent observanda, et in eo casu comiti et communitatibus assisterent memoratis, et a juramento fidelitatis quo tibi tenentur astricti, essent eodem casu penitus absoluti. Procuratores autem tui petitiones predictas nimis difficiles reputantes et graves, procur[ator]ibus comitis et communitatum predictarum que secuntur pro securitatibus obtulerunt, scilicet quod tu comiti et comunitatibus ipsis bonas litteras et sufficientes concederes in quibus pro te et successoribus memoratis promitteres bona fide conventiones prefatas prout sunt, firmiter observare et contra eas per te vel per alium non venire. Quod si forte hoc non sufficeret (in) certas cum sufficienti potestate deputares personas que dictas conventiones in animam tuam jurarent fideliter et firmiter observare, et contra eas in aliquo non venire, quodque procurares fideliter et pro posse quod frater, et duo patrui tui et aliqui de prelatis, paribus et baronibus dicti regni Francie et officialibus feodalibus domus tue jurarent quod in casu et non al[ias] in quo dictus comes suique liberi, ac communitates et valitores eorum, pacem ipsam in omnibus et per omnia tenerent, observarent et etiam adimplerent; et ubi pacem eandem dicerent ruptam esse vel contra eam aliquid attemptatum, coram te et paribus antedictis, in casibus in quibus consuevit coram te et eisdem paribus litigari, in aliis vero casibus coram te viam juris, petendo videlicet, supplicando et prosequendo, et non facti, utpote aliqualiter resistendo aut invadendo vel alias, sequerentur, tu et ipsi illam teneretis et observaretis, seque facturos et curaturos, bona fide promitteretis quod tu et successores prefati ipsam teneretis, observaretis et integraliter impleretis. Nos autem partium ipsarum discordiam attendentes quarum neutra ad prestandum securitates petitas et acceptandum oblatas poteramus inducere, et considerantes attentius pericula gravia que verisimiliter minabatur quodque per consilium

nostrum super hiis tunc plene provideri non poterat cum illud dicte partes ex forma conventionis inite inter eas sequi minime tenerentur, hujusmodi via suspensa consilii, nos ad amicabilem tractatum convertimus in quo procuratoribus comitis et communitatum ipsarum securitates alias, licet tibi graves et insolitas, ex nobis duximus offerendas, quas tamen iidem procuratores recusaverunt admittere nisi alia nonnulla fierent que fratrum nostrorum et quampluriuin aliorum peritorum consilio prorsus inconcessibilia videbantur. Propter quod super hiis cum nonnullis ex eisdem fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, viam hujusmodi tractatus omnino dimisimus, et revocatis penitus oblationibus quas feceramus ex nobis, ad viam consilii providimus redeundum, et quia difficultates quamplures et varie in hujusmodi via consilii emergebant, et propter hoc cum sit salus ubi multa consilia, consulte, absque utriusque partis injuria et cujusvis illatione gravaminis ad dationem consilii procedere volebamusne, nostre [videremur] inniti prudentie, eorundem fratrum et subscriptorum notariorum nostrorum et auditorum sacri palatii, et prelatorum et aliarum notabilium personarum qui tunc in curia aderant consilium duximus super hoc requirendum, videlicet dilectorum filiorum Pandulphi Neapolionis, Leonardi Bindi[4] et Johannis notariorum nostrorum, Petri locumtenentis auditoris contradictarum, et Nicolai, litterarum apostolicarum correctoris, nec non venerabilium fratrum Petri Jherosolimitani, Isnardi Antiochensi, Gastoni Aquilegensis, et Dominici Gradensis patriarcharum; Raynaldi Bituricensis, Frederici Rigensis, Johannis Tholosani et Galhardi Arelatensis archiepiscoporum citramontanorum; Aycardi[5] Mediolanensis, Odonis Pisani, Guidonis Arborensis ac Rostagni Neopatensis archiepiscoporum ultramontaneorum; Petri Cenomanensis, Guillelmi Trecensis, Alberti Claromontensis, Deodati Castrensis, Geraldi Lemovicensis, Guillelmi Caturcensis, Guillelmi Tari[n]ensis, Arnaldi Tutellensis, Raymundi de sancto Floro, Bartholomei Forojuliensis, Durandi Aniciensis, Pilofortis Rivensis, Garsie Legionensis et Laurentii Grassensis episcoporum, et dilectorum filiorum Berengarii Compostellani, Arnaldi Lomberiensis et Rogeri Vaurensis electorum citramontanorum; Jacobi sancte Marie, Petri Narniensis episcoporum ultramontanorum, ac dilectorum filiorum Michaelis ministri generalis ordinis fratrum Minorum, magistrorum Raymundi Sobirani, Alberti de Mediolano, Stephani Ugoneti, Jacobi de Mutina, Bertrandi de Mediolano, Johannis de Ros, Berengarii [de] Olargiis, Guillelmi Revelli, Sicardi de Vauro, Johannis de Sados et quampluriuin aliorum sacri palatii auditorum; fratrum Arnaudi Rogardi Minorum, et Guidonis Terreni Carmelitarum ordinum, magistrorum in theologia, et quampluriuin religiosorum et secularium aliorum a quibus, exposito sibi pro parte nostra negotio, consultando petivimus que securitas in casu proposito de jure deberet[6] pro comite et communitatibus Flandrie sufficiens reputari. Qui equidem notarii, prelati et auditores et ceteri supradicti, previa oportune deliberationis indagine, concorditer responderunt in nostra et fratrum nostrorum presentia suaque nobis consilia dederunt explicite quod excellentia regia et subjectione Flandrensium ac negotii qualitate consideranter inspectis, sola et simplex tua promissio pro securitate hujusmodi sufficiens reputari deberet. Quia tamen arduum erat negotium, consulebant quod tu conventiones predictas per juramentum observare promitteres eo modo quo reges Francie consueverunt jurare prestandum, et in hoc eodem consilio iidem fratres nostri sancte Romane Ecclesie cardinales omnes et singuli tunc residentes in curia pariter resederunt. Nos vero, ut plenius possemus pro utraque parte dare consilium, a comitis et communitatum ipsarum procuratoribus requisivimus cujusmodi vellent tibi dare securitates pro memoratis conventionibus observandis, qui eas que secuntur pro sufficientibus securitatibus obtulerunt, videlicet quod quelibet communitas patrie ac gentium Flandrie, et eorum singuli ducenta milia librarum tibi per easdem conventiones promissarum, tibi suis terminis solvendarum, tibi ex causa conventionum ipsarum promitterent suis solvere terminis, et quantum ad hoc per juramenta a procuratoribus eorum ad hoc constituendis hinc [legitime] in animas ipsorum prestanda, ipsi omnes et singuli in solidum se ac suos heredes et successores, et ab eis causam habentes et omnia ipsorum et heredum ac successorum et ab eis causam habentium bona mobilia et immobilia, presentia et

futura, quecunque forent et ubique consisterent, efficaciter obligarent, supponentes se ac heredes et successores prefatos et causam ut prefertur habentes ab eis, nec non omnia ipsorum bona quantum ad hoc jurisdictioni cujuslibet potestatis seu donationis, coram qua placeret tibi aut tuo certo mandato, eos seu ipsorum bona prosequi, arrestanda, capienda et exponenda usque ad plenam satisfactionem quantitatis premisse, sese alterum pro altero fidejussores et expromissores super hoc constituendo invicem seu principales et debitores, et quod pro reverentia tibi et peregrinationibus promissis per conventiones easdem faciendis et complendis, dicti comes et gentes Flandrie sub pena certe quantitatis pecunie arbitrio nostro secundum exigentiam, modum et qualitatem rei promisse taxande, promitterent; quod reverentiam et peregrinationes ipsas complerent, et curarent, et facerent fieri ac compleri sicut promisse per conventiones extiterant antedictas. Super qua pena solvenda si eos incidere[7] contingeret in eandem, efficaciter se astringerent prout in proximo precedenti articulo superius est expressum. Pro traditione quoque villarum et castellaniarum Insule, Duaci, et Bethunie per dictas conventiones fienda et observanda, nec non et castro Curtracensi non reedificando, dictus comes et gentes predicti pro se, heredibus et successoribus suis propriis promitterent juramentis quod ea complerent et observarent, et per se vel alium seu alios non facerent in contrarium aut venirent; quod si contingeret dictum comitem suosve heredes et successores contra premissa venire vel ea forsitan non servare, predicte gentes Flandrie in eo casu dicto comiti nequaquam assisterent, nec consilium auxiliumve preberent; immo ab ipsius comitis auxilio et assistentia omnes quos possent averterent et tibi assisterent pro premissis complendis et integraliter observandis; seque dicte gentes ad hoc astringerent et efficaciter obligarent per similia pacta que de quinquennio in quinquennium, si tu illa requireres, suis locis renovare in Flandria tenerentur. Adjecerunt autem dicti procuratores quod si premisse securitates quatenus pertinebat ad rem de qua agebatur, minime sufficere viderentur, ipsi offerebant alias quascunque securitates conventionum eis possibiles quas nos pro exigentia, modo et qualitate conventionum ipsarum et rerum ex parte sua premissarum prebere debere decerneremus ac judicaremus eosdem, dum tamen tu dicto comiti et comunitatibus id faceres vice versa. Premissis igitur omnibus et singulis ac aliis etiam, attendendis diligenter attentis, nos pro bono concordie, ac propter intensum desiderium et grandem affectum quem habemus et te habere sine dubitatione supponimus ad ultramarinum passagium quod ex discordia securitatum hujusmodi potest verisimiliter retardari, ad cujus prosecutionem tu, discordia durante predicta, juxta pium a te conceptum in hac parte propositum te comode nequis accingere, super securitatibus hinc inde prestandis rigori juris nolentes inniti sed per equitatis viam provideri potius securitati partium cupientes, deliberatione super hoc cum fratribus nostris omnibus et singulis apud Sedem existentibus antefatam diligentius habita et de consilio eorundem consilium dedimus infrascriptum. Consuluimus etenim et consulendo diximus quod tu, semel dumtaxat per certam personam ad hoc a te deputandam, in animam tuam jures quod tu dictas conventiones inviolabiliter observabis, per te vel alium non venturus aut facturus aliquid contra eas vel aliquam earundem et pro observatione hujusmodi tu obliges bona tua presentia et futura. Singuli etiam successores tui in regno semel dumtaxat juramentum prestare modo simili teneantur. Prestabitur autem juramentum hujusmodi per te et successores predictos in forma prescripta quando comites Flandrie ad homagium et fidelitatem recipientur, in crastino videlicet postquam hujusmodi homagium et fidelitatem comites ipsi prestiterint, et conventiones servare juraverint antedictas. Curabis etiam tu bona fide absque fraude aliqua quantum poteris, quod frater et patrui, et consanguinei tui de Valesio et Borbonio, comes sancti Pauli, ac pares Francie conventiones ipsas quantum in eis fuerit et pertinebit ad eos in fide sua tenaciter observare promittant, et quod tibi, si contra conventiones ipsas vel aliquam ex eis faceres aut venires, per se vel alium in hoc assistere aut te juvare minime teneantur. Ubi tamen Flandrenses ipsi de facto conventiones ipsas vel earum aliquam infringerent, aut contra te guerram fortasse moverent, tunc prenominati omnes et singuli

a dictis promissionibus sint liberi et immunes; set et diximus et consuluimus quod tu omnibus hiis et singulis ad que dicti Flandrenses facienda et tibi prestanda tenentur, et a quibus debes eos liberare secundum formam conventionum ipsarum, in Aquilianam stipulationem deductis, eos inde per acceptilationem liberes atque quittes. Consuluimus preterea et consulendo diximus quod sepefati Flandrenses tibi prestare securitatem hujusmodi teneantur, videlicet quod dictus comes personaliter, et universitates Flandrie per procuratores ad hoc specialiter constitutos jurent conventiones predictas inviolabiliter observare, et per se vel alios in contrarium non venire vel facere quoquomodo; quodque successores ipsius comitis Flandrie, quando tibi tuisve successoribus homagium et fidelitatem prestabunt simile prestent et faciant juramentum, et universitates predicte juramentum hujusmodi de dictis conventionibus observandis renovare de quinquennio in quinquennium, loco et tempore expressis in pace inter clare memorie Philippum, regem Francie, progenitorem tuum, et dictos Flandrenses dudum inita, teneantur, et quod propter hoc comes ipse et successores sui ac universitates obligent omnia bona sua presentia et futura. Et ut hec omnia utrinque solidius et firmius observentur, consuluimus et consulendo diximus quod tam tu quam ipse et universitates predicte, prescripta omnia et singula pro vobis et successoribus vestris observare promittatis sub pena ducentarum milium marcharum argenti applicanda parti servanti, quam ipso facto pars non servans incurrat et nichilominus pars que ipsas conventiones infringet eo ipso omni fructu et emolumento careat quod tunc haberet vel habitura esset ex conventionibus memoratis, et quoad eam nullius penitus sint momenti, eis tamen quoad partem servantem in suo robore duraturis. Executio autem penarum hujusmodi vel earum alicujus fieri nequeat donec cognitum summarie et de plano debite fuerit ac etiam declaratum partem a qua petende fuerint dicte pene conventiones ipsas vel earum aliquam violasse. Quo consilio prestito[8] procuratores tui secesserunt in partem et, deliberatione invicem breviter habita, ad nostram presentiam redeuntes responderunt quod, licet in predicto consilio multa essent onerosa et extranea, et prorsus insolita regibus Francie qui nec unquam imperatoribus et regibus cum quibus habuerunt interdum aliquid agere, nec etiam comitibus Flandrie cum quibus ad pacis viam variis aliis temporibus devenerunt, talium securitatum prebuere cautelas, quin immo stabatur ex litteris tuis sigillo munitis; propter reverentiam tamen nostram ac propter ingens desiderium regnis tuis et subditis parandi quietem et pacem, et propter grandem etiam ac ferventem affectum quem habes ad subsidium Terre Sancte, pretactum nostrum consilium quantum in eis erat et ad te poterat pertinere, gratantius acceptabant, offerentes se paratos et promptos tuo nomine illas securitates tanquam sufficientes dare et facere illasque a Flandrensibus recipere memoratis que in consilio continebantur eodem. Procuratores vero comitis et universitatum predictarum, habita ipsius consilii copia, se super illo velle deliberare dixerunt, et ipsa eadem die in vesperis redeuntes, in nostra et ipsorum fratrum nostrorum, notariorum, auditorum et prelatorum quamplurium ex predictis presentia responderunt quod securitates in consilio contente predicto, in quantum te contingebant, non videbantur eis juxta intentionem comitis et universitatum ipsarum satis sufficientes existere, nec mandatum eis datum per eum et universitates easdem ad acceptandum illas se aliquatenus extendebat, immo super hoc erat eis limitata potestas quam excedere non audebant. Ipsi tamen ipsi comiti et dictis universitatibus consilium ipsum refferre curarent, illud per eos acceptari sperantes. Hec, fili carissime, circa predictum negotium in summa perstrinximus quibus tanquam veris credas indubie, nullius assertionem in contrarium admissurus[9]. »

[1] Les Archives nationales conservent une lettre semblable à celle-ci, adressée au roi d'Angleterre et signalée plus loin (nº 494). Elle nous permet de corriger et de compléter le texte donné par le registre du Vatican.

[2] 1er septembre 1316 (Voyez nº 74, note 1).

[3] 4 novembre 1317 (Voyez nº 441, note 6).

[4] D'après la lettre adressée au roi d'Angleterre mentionnée ci-dessus; le registre du Vatican porte *Bradi*.

[5] Reg. *Acardi*.

[6] *Debetur* (*ib.*).

[7] *Committere* (*ib.*).

[8] *Prebito* (*ib.*).

[9] *Dat. Avinione*, VIII *idus martii*, d'après la lettre signalée

plus haut. Nous n'avons pas la date de l'année, mais ce ne peut être que 1318. En effet c'est, on le voit, par l'accord du 4 novembre qu'il avait été convenu qu'on demanderait l'avis du pape; or cet avis fut notifié aux Flamands par Pierre de la Palu (1 avril 1318, voyez nos 538-552), dont la mission était terminée le 1 juillet 1318 (Voyez nos 706, note 1). Nous le trouvons, en outre, mentionné dans une lettre du 9 avril 1318, n. s., par laquelle Philippe V ajourne le comte de Flandre à comparaître en sa cour à Paris, au mois de mai (Arch. nat., J. 562A, nos 8, 17 *bis*, 18; — J. 562B, no 32; JJ. — 55, fol. 24, nos 52 et suivants; — Archives du Nord, anc. B. 542, nouv. B. 259; — Leibnitz, *Codex juris gentium*, part. i, p. 95, no xlv; — Dumont, *Corps universel dipl.*, t. I, part. ii, p. 36, n. lx; — Voyez P. Lehugeur, *Histoire de Philippe le Long*, p. 130, note 3).

492 [Avignon, 8 mars 1318.]

Eidem de eodem sub ampliori forma. (Reg. 110, p. i, fol. 26 v°, c. 85.)

Eidem. Orta etc. ut supra[1] usque nos autem earundem partium discordiam attendentes, et considerantes attentius pericula gravia que verisimiliter minabatur et impedimenta non levia que obiciebat et obicit negotio Terre Sancte ad cujus prosecutionem tu, dicta durante discordia, juxta pium a te conceptum in hac parte propositum te nequis accingere, quodque per consilium nostrum super hiis plene tunc non potevat provideri, cum illud dicte partes ex forma conventionis inite inter eas sequi minime tenerentur, hujusmodi via suspensa consilii, nos ad amicabilem viam convertimus et tractatum per quem partes ipsas super eisdem securitatibus possemus ad concordiam revocare. Et deinde post multos et varios tractatus super hoc habitos, procuratoribus comitis et communitatum predictorum subscriptam securitatem obtulimus per nos ipsos, quam licet multum videremus onerosam et gravem, propter tamen intensum desiderium et grandem affectum quem habemus et te habere sine dubitatione supponimus ad ultramarinum passagium, quod ex discordia securitatem hujusmodi timebamus verisimiliter retardari, et quia etiam non revocamus in dubium quin tu que circa hec promitteres intenderes tenaciter observare, recipiebamus super nos quod tu teneres et effectualiter adimpleres; obtulimus etenim procuratoribus comitis et communitatum predictorum quod tu pro te et successoribus antedictis, per juramentum a te eo modo prestandum quo reges Francie consueverant prestare juramenta, promitteres conventiones complere et observare predictas, ac per te vel alium seu alios contra eas in aliquo non venire, quodque successores predicti prestare juramentum hujusmodi modo simili tenerentur. Et nichilominus tu absque dolo et fraude curares et faceres bona fide quod frater, patrui, pares, et officiati predicti quantum in eis esset et pertineret ad ipsos, ibidem promitterent inviolabiliter observare. Quod si forte tu contra conventiones predictas in aliquo faceres vel venires aut facere vel venire velles, in hoc tibi assistere aut per se vel per alium seu alios consilium vel auxilium prebere minime tenerentur. Quod si forsan inter partes easdem super fractione conventionum hujusmodi vel alicujus earum questionem oriri contingeret, sive te dicente dictum comitem seu communitates prefatas vel quamvis communitatum ipsarum dictas conventiones vel ipsarum aliquam violasse, seu si comes ac communitates predicti vel eorum alter dicerent e converso te non servasse conventiones predictas in solidum vel in parte, ad dictos pares hujusmodi questionis cognitio et decisio eo modo et forma spectaret, quibus alie cause ad eorum cognitionem et decisionem pertinent de consuetudine vel de jure, salvo tamen quod deberent in ea procedere simpliciter et de plano absque strepitu judicii et figura; tuque pro te et successoribus antedictis ex tunc comiti et communitatibus memoratis pro questione hujusmodi prosequenda, securitatem concederes eundo, morando et etiam redeundo, et nichilominus tam tu quam successores prefati sufficientis securitatis litteras si, quod absit, casus emergeret, pro dictis casibus prosequendis concedere teneremini et ad ipsorum comitis seu communitatum instantiam dictas partes ad certam competentem diem et locum congruum pro causis eisdem, si forsan emergerent, quotiens opus existeret, convocare; si vero te conventiones easdem vel ipsarum aliquam violasse aut non servasse pronuntiari contingeret, te pares ipsi quod id emendares requirere tenerentur; quod si hujusmodi requisitioni non obtemperares ipsorum, tibi memorati pares in hoc per se vel per alios non deberent assistere, nec etiam

tenerentur tibi consilium vel auxilium exhibere, et nichilominus, eo casu, comes et communitates predicti ab omnibus vinculis, submissionibus atque penis pro firmanda pace inter partes easdem inita et firmata dudum adjectis, essent prorsus liberi et immunes; quod insuper aliqua partium earundem super violatione conventionum ipsarum aut alicujus earum, questione durante, adversus aliam non deberet aut posset guerram hujusmodi occasione movere aut illam armorum potentia nisi forte per aliam guerrarum (*sic*) moveri contingeret, pregravare, quo casu nequaquam hoc securitatis articulo ligarentur. Hec quidem, ut premissum est, procuratoribus comitis et communitatum predictorum ex nobis obtulimus, non intendentes tamen remanere modo cujuslibet obligationis astricti, nec aliquod tibi afferri prejudicium ex oblatione predicta si procuratores suos de curia Romana recedere absque securitatis acceptatione contingeret memorate. Immo voluimus ut quoad nos et te pro non oblata et proposita per omnia dicta securitas haberetur. Ipsi vero procuratores, deliberatione super oblationibus antedictis inter se ut dicebant prehabita diligenti, et per nos etiam cum eisdem habita collatione frequenti, tandem responderunt se illas nolle aliquatenus acceptare, nisi tu statim eo ipso quod judicatum foret te pacem violasse vel non observasse predictam, penas incurreres antedictas, nulla parium requisitione super emendatione ulterius expectata, et nisi etiam ubi tu infra competens tempus super convocatione dictorum parium prefigendum, totum quod esset in te ad plenum non faceres bona fide aut litteras conductus ad vocandos consiliumve non concederes requisitus aut, eadem questione durante, guerram hujusmodi occasione moveres seu conductum infringeres jam concessum, provisio fieret de competenti remedio per quod tu penas predictas aut aliam competentem cohertionem incurreres quarum obtentu premissa facere cogereris. Et nichilominus provideretur competenter quod dicti pares propter hoc convocati celeriter et absque divertione ad alios actus dictam terminarent et deciderent questionem. Et quod si per pares eosdem te aut successores tuos pronunciari contingeret conventiones predictas in aliquo violasse, frater, patrui et alii supradicti nedum tibi contra Flandrenses ipsos non deberent assistere, immo quoscunque te in hoc juvare volentes ab hujusmodi voluntate pro posse diverterent ac dictos comitem et communitates contra deffenderent et juvarent. Nos igitur responsionem predictam, collatione diligenti cum nonnullis ex fratribus nostris habita super illa, prorsus incongruam et variis plenam periculis et scandalis reputantes, viam hujusmodi tractatus omnino dimisimus et, revocata penitus oblatione quam feceramus ex nobis, ad viam consilii providimus redeundum, et quia difficultates etc. ut supra usque a quibus, exposito sibi pro parte nostra negotio, consilium providimus requirendum que securitas in casu proposito de jure deberet reputari sufficiens, et an via securitatis per nos, ut prefertur, oblata sufficeret, et utrum equipolleret securitati quam Flandrenses predicti petebant. Qui super hoc previa oportune deliberationis indagine, concorditer responderunt suaque nobis consilia dederunt explicite quod excellentia regia et subjectione Flandrensium ac negotii qualitate consideranter inspectis, sola et simplex tua promissio deberet pro securitate hujusmodi sufficiens reputari. Quia tamen arduum erat negotium, consulebant quod tu conventiones predictas per juramentum observare promitteres eo modo quo reges Francie soliti sunt jurare prestandum, viam autem securitatis per nos, ut predicitur, oblatam Flandrensibus antedictis nedum sufficientem, set et superhabundantem esse comuni judicio censuerunt, eam nedum asserentes equipollere tibi pro qua dicti Flandrenses instabant, set et ultiorem eis esse, circumstantiis omnibus attente pensatis, et in hoc eodem consilio fratres nostri sancte Romane Ecclesie cardinales pariter resederunt, nichilominus tamen notarii, prelati et auditores prefati pro bono concordie et in favorem negotii Terre Sancte cum instantia supplicarunt ut adhuc via per nos oblata circa securitatis prestationem dictis Flandrensibus servaretur. Porro procuratores comitis et communitatum predictorum a nobis cujusmodi securitates tibi dare volebant pro dictis observandis conventionibus requisiti, nobis que secuntur pro sufficientibus securitatibus obtulerunt; videlicet quod quelibet comunitas patrie etc. ut supra usque vice versa. Hec, fili carissime etc., ut supra usque in finem. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez le numéro précédent, et, au sujet de ces lettres, n° 76, note 1.

493 [Avignon, 8 mars 1318.]

« In e. m. sicut supra in secundo proxima nota[1] » Sancio, regi Majoricarum. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

[1] N° 491.

494 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. Eduardo, regi Angliæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85; — Arch. nat., l. 298, n° 12, orig. scellé sur chanvre.)

495 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. regi Hispaniæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

496 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. Jacobo, regi Aragoniæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

497 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. Dionisio, regi Portugaliæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

498 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. comiti Flandriæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

499 [Avignon, 8 mars 1318.]

In e. m. scabinis et aliis communitatibus Flandriæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 27 v°, p. c. 85.)

500 Avignon, 15 mars [1317-1318].

Guidoni Delphini, domino Montisalbani, de litteris missis et de devotione exhibita gratias agit. (Reg. 109, fol. 28, c. 111.)

« *Dilecto filio nobili viro Guidoni Delphini, militi, domino Montisalbani.* Tuas, fili, de credentia benigne recepimus litteras et que ipsarum exhibitor, juxta commissam sibi per te credentiam, exponere voluit audivimus diligenter. Sane de hiis que nobis tam liberaliter offerre curasti, ex quibus sincerum ad personam nostram tue devotionis affectum argumento collegimus evidenti, nobilitati tue grates non indebitas referentes, oblationem gratam habemus et placidam, te inde si casus exigeret eo requisituri fidentius quo certius credimus te ex habundantia cordis ad oblationem hujusmodi processisse. In tuis autem beneplacitis nos poteris prompta securitate requirere, Sedis apostolice gratiam prout cum Deo licuerit percepturus. Dat. Avinione, idibus martii[1]. »

[1] Cf. Gui de la Tour, seigneur de Montauban, était certainement mort avant le 4 mars 1319 (Voyez n° 786, note). La lettre que nous publions et qui lui est adressée est donc antérieure à cette date.

501 Avignon, 19 mars [1317-1318].

Philippo, regi Franciæ, de nonnullis in legendis litteris quæ a Romana et principum curiis sibi diriguntur, observandis et de viro aliquo provido et discreto, suæ conscio voluntatis eligendo scribit, magistrumque Radulphum de Perellis ei commendat. (Reg. 109, fol. 33, c. 133; — Reg. 110, p. 1, fol. 16, c. 56.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Urget nos illa specialis affectio quam ad tui gerimus conservationem honoris et comodi, aliqua tibi scribere que tue magnitudini credimus expedire. Et quidem, fili carissime, frequenter a Romana, frequenter a principum et magnatum curiis et etiam aliunde, varie tibi littere juxta magnifici tui status exigentiam diriguntur, in quarum aliquibus nonnulla continentur interdum que communicari pluribus possunt absque periculo, quedam que paucis utique fidelibus, prudentibus et maturis et de quibus fiducia plenior habeatur expedit detegi, et quedam que tutius est sub silentio retineri. Cum itaque gratiam tibi Dominus dederit ut legeres litteras ac intelligere noveris, ad evitandum multa pericula que posset celandorum communicatio parere, celsitudini tue consulimus bona fide ut quotiens nostras vel quorumlibet aliorum, magnatum precipue, receperis litteras, eas legendas incaute non tradas alicui, sed seorsum

perlegas per te ipsum, communicaturus tantum ea de quibus et hiis quibus expediens tibi fore videbitur, cetera silentio commissurus. Et ne celanda in alterius notitiam forte deveniant, litteras ipsas post oportunam inspectionem earum aut caute reponere, aut lacerare penitus, aut in cibum igni tradere, prout res exegerit non ommittas. Ceterum, fili, tibi reputamus et tuis negotiis utile ut virum aliquem providum et discretum, tue conscium voluntatis et linguam in secretorum revelatione lubricam non habentem, tibi fidelem et nobis acceptum eligere studeas, qui nostro sepius assistens lateri, circa ecclesiarum provisiones et alia que imminebunt agenda, in quibus quantum cum Deo poterimus regium promovere intendimus comodum et honorem, de tua nos intentione valeat informare. Super hiis autem et nonnullis aliis regie celsitudini plenius explicandis, dilecto filio magistro Radulpho de Perellis, clerico et secretario tuo nobisque devoto, cujus prudentiam, fidelitatem ac diligentiam in omnibus te et regna tua contingentibus ab experto novimus multipliciter commendandam ad plenum aperuimus nostre voluntatis intentum, cui in hiis que referet fidem indubiam adhiberi illa quam nos et tu de ipso gerimus exigit fiducia specialis. Dat. Avinione, XIII kal. aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, comme celle que nous avons précédemment publiée (n° 451), est antérieure à d'autres lettres du 25 mars, du 6 avril et du 2 septembre 1318 (nos 517-522, 526-529, 553-555, 697), et à la disgrâce de Raoul de Pereaus, en janvier 1319 (Voyez n° 72, note 1). Elle peut être de 1317, mais nous n'osons l'affirmer.

502 Avignon, 20 mars [1317-1318].

Carolo, comiti Valesii, quod dispensationem pro matrimonio inter filiam suam et Robertum de Atrebato contrahendo petitam, concedere non intendit quamdiu lis inter dictum Robertum et comitissam Atrebatensem erit. (Reg. 109, fol. 119 v°, c. 493; — Reg. 110, p. I, fol. 72 v°, c. 253.)

« *Eidem*. Pridem, fili, tibi si recolis, explicite diximus quod cum dilectus filius nobilis vir Robertus de Attrebato, miles, probabiliter timeretur sub tui favoris auxilio ad invasionem et occupationem comitatus Attrebatensis audatius prosilire, nos non intendebamus petitam dispensationem super matrimonio inter ipsum et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem.., filiam tuam, contrahendo concedere, sed personis committeremus aliquibus, ut, a prefato Roberto quod ad predicta de facto nullo modo procederet promissione recepta solenni, auctoritate nostra super ipso matrimonio dispensarent. Porro quia Robertus ipse postmodum prout est evidentia rei notorium, comitatum eundem violenter invasit, licet non habuerit ejus conatus effectum, scire te volumus quod ne jam dicto Roberto videamur circa iteratam invasionem comitatus predicti, tuum favorem adicere, sicque sibi dare materiam delinquendi, dispensationem concedere memoratam, aut commissionem super illa nullatenus intendimus facere quamdiu lis inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem comitissam Attrebatensem et ipsum Robertum mota duraverit, etiam si Robertus idem paratus esset juramento firmare proprio se armata manu comitatum non invadere memoratum. Dat. Avinione, XIII kal. aprilis[1]. »

[1] Cf. La dispense demandée fut accordée le 8 août 1318 (n° 674); cette lettre est donc, au plus tard, de 1318; sur le même sujet, voyez nos 46, 385).

503 20 mars [1318].

Eidem, comiti, quod suum et Philippi, regis Franciæ, adventum ad curiam, si commode venire possent, gratum habebit, præsertim cum Robertus, rex Siciliæ, breviter sit venturus. (Reg. 109, fol. 119, c. 492; — Reg. 110, p. I, fol. 72, c. 252.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii*. Tuas, fili, de credentia litteras per dilectum filium magistrum Johannem de Cerchemont, decanum Pictavensem, cancellarium tuum, exhibitorem presentium, nobis diebus proximis presentatas, affectione consueta recepimus et que idem cancellarius pro parte tua facunde multum nobis exposuit et fecunde, pleno collegimus intellectu. Ad que nosse te volumus quod etsi tractatus et deliberationes varias habuerimus super illis, materia conveniens se nobis ad ea non obtulit ut vellemus, sed quia interdum agenda magis expedit domesticis tractari colloquiis quam litterarum et nun-

tiorum missioni committi, optaremus indubie carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, nepotis tui, et tua frui grata presentia, supponentes conjectura probabili quod, utroque presente, plura possent in predictis et aliis nedum in regium et tuum comodum et honorem, sed et in compendium universi cedentia salubriter et habiliter ordinari; presertim cum carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie, frater tuus, sit ad nos, ut speramus, in brevi venturus, qui nobis significare curavit quod regi predicto et tibi desiderat super aliquibus colloqui que in utilitatem honorabilem nostram communiter cedere, et ad Dei laudem et gloriam, exaltationem catholice fidei ac Terre Sancte subsidium poterunt ut asserit redundare. Gratum igitur valde nobis accedet et placidum tibique, dante Domino, esse poterit fructuosum, si pace Flandrie prout desideramus et confidimus in Domino procedente, circa instans festum Ascensionis dominice vel Pentecostes aut ubi, quod absit, guerra in illis partibus forsitan fremeret, circa primo futurum festum beati Michaelis quando tempus congrediendi non aderit, te nostro conspectui presentare curabis. Nos enim regi prefato, nepoti tuo, per alias nostras litteras super hoc scribimus[1], et ut eo tunc suam velit exhibere presentiam efficaciter suademus. Ut autem illud quod tibi propter diutinam elongationem tuam a regii lateris comitiva rumor vulgaris ascribit cesset, emulorum eloquium, ut Deo et nobis qui super hoc apud te oportuna importunitate frequenter institimus placeas, ut denique nos et regem ipsum ad ea que in predictis et aliis tibi adjacentia fuerint facienda et promovenda libenter inducas, noli, quesumus, te interim regi prefato subtrahere, noli comitivam ipsius ut hactenus elongare, quin immo assistere jugiter procures eidem ac ejus et regni negotia que procul dubio de proximo te contingunt, viriliter, efficaciter et fideliter studeas promovere. Denique noveris quod cardinalibus missis in Angliam scribimus[2] super eo quod de pace inter carissimum filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, ac dilectos filios Robertum de Brus, regnum Scotie gubernantem, ac comitem Lancastrie reformanda fuit a nobis pro parte tua per cancellarium petitum eundem. Datum XIII[3] kal. aprilis[4]. »

[1] N° 510.

[2] N° 504. Gaucelme, cardinal du titre des saints Marcellin et Pierre, et Luc, du titre de sainte Marie in Via lata. Envoyés en Angleterre en 1317, ils rentrèrent à Avignon le 5 novembre 1318 (Voyez n° 424, note 6).

[3] Dans le registre 110, il y a seulement : III *kal. aprilis*, qu'il faut évidemment corriger [X]III *kal. aprilis* (Voyez n° 173, note 2).

[4] On a vu plus haut (n° 480) que, le 18 janvier 1318, Jean XXII jugeait inutile, tant que l'arrivée de Robert à la cour pontificale était incertaine, d'y faire venir Philippe V et Charles de Valois. Le 25 mars 1318, nous savons, au contraire, qu'il leur avait écrit à ce sujet (Voyez le document publié à la suite du n° 480, en note). Il désigne clairement alors la lettre que nous publions ici, de même que celle qui fut adressée au roi de France et que l'on trouvera plus loin (n° 510); elles sont donc l'une et l'autre de 1318.

504 20 mars [1318].

Gaucelmum et Lucam cardinales, nuntios apostolicos, hortatur ut pro reconciliatione inter Eduardum, Angliæ regem, et Thomam, comitem Lancastriæ, procuranda, eosdem regem et comitem ad Carolum, comitem Valesii, ut communem arbitrum eligendum inducant. (Reg. 110, p. I, fol. 91, c. 324.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero et Luce, sancte Marie in Via lata diacono cardinalibus, apostolice Sedis nuntiis.* Desiderantes admodum inter carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, et dilectum filium Robertum de Brus, regnum Scotie nunc regentem, solidam reformare concordiam, circumspectionem vestram attente solicitasse meminimus ut, quia reconsiliatio dicti regis et dilecti filii nobilis viri Thome, comitis Lencastrie, circa id poterat utilis multum existere, ad reconsiliandum eosdem curaretis efficaciter laborare, et ubi, quod absit, adeo pacis hostis insidie prevalerent quod in predictis non proficeret labor vester, subjunximus ut studeretis inducere regem et comitem antedictos quod nuntios super hoc ad nostram presentiam mitterent et tam regem ipsum quam regentem predictum quod ad nos venirent personaliter, si oportuna comoditas pateretur, vel saltem nuntios ydoneos super pacificationis negotio destinarent. Porro quia, quod Deus a(d)vertat, contingere forte posset quod et hoc partibus nequiretis persuadere predictis, alia via satis utilis videretur ut

eo casu apud dissidentes eosdem monitis salutaribus instaretis ut eligerent communes amicos quorum industria discordia sopiretur inter eosdem exorta. Inter ceteros autem ad opus tam proficuum eligendos valde crederemus ydoneum dilectum filium nobilem virum Carolum, clare memorie regis Francie filium, Valesii comitem, dummodo tam pium vellet et posset subire laborem, de quo quelibet pars posset secure confidere, cum earum cuilibet feratur sanguine junctus esse. Ubi ergo istam sequi viam habebitis placet nobis et volumus ut ex vobis partes ipsas ad eligendum super hoc ipsum comitem ut communem amicum modis et viis expedientibus atque congruentibus inducatis. Dat. XIII kal. aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, mentionnée dans celle qui fut écrite à Charles de Valois le 20 mars 1318 (n° 503), est de la même date. Nous savons, d'ailleurs, que l'ambassade de ces cardinaux était terminée le 25 août 1318 (Voyez n° 424, note 6).

505 [14 janvier — 21 mars 1318.]

Philippo, regi Franciae, respondet quod concessio biennalis decimae ad regiorum nuntiorum supplicationem facta sufficere debeat, cum ecclesiis regni notabiliter jam praegravatis onus grandius adjici non possit. (Reg. 110, p. II, fol. 63, c. 300 et 945.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Celsitudinis regie nuntii[1] quos libenter vidimus et affectuose recepimus, contemplatione precipue destinantis, negotium ultramarini passagii facunde multum et fecunde in nostra et fratrum nostrarum proposuere presentia; quibus finaliter circa illud petitum etiam pro illo subsidium, prebuimus illud quod ipsius negotii prospero et votivo exitui vidimus expedire responsum, sicut in tuam jam credimus per ipsorum litteras nuntiorum notitiam pervenisse. Sane dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus Soliaci, buticularius Francie, unus ex nuntiis antedictis, vir utique quem aperte percepimus tuorum honoris et comodi fervidum zelatorem, et quem tibi carum debet efficere quod in agendorum utili prosecutione tuorum exuberanti diligentia, fidelitate solerti ac industria circumspecta non absque laborioso conamine eum palpavimus ab experto vigere, tuum et regni tui statum sarcina debitorum pressum esse pregrandium, propter onera gravia que, tam clare memorie regum Francie genitoris et germani tuorum, variis ex causis, quam tuo etiam tempore, propter nonnulla periculosa dissidia contigerunt, seorsum in camera prudenter multum nobis explicuit, et ut tibi et dicto regno super hoc compati ac de subventione congrua providere vellemus humiliter supplicavit. Nos autem, etsi ad regni prosperitatem afficeremur nativi soli memoria et ad personam regiam summis favoribus conferendam dignis considerationibis paratum animum gereremus, quia tamen talia non consuevimus sine fratribus expedire, supplicationem hujusmodi, de buticularii predicti consensu, ordinavimus in privato consistorio debere proponi. Ea ergo proposita per nuntios antedictos in nostra et fratrum presentia predictorum, nos una cum fratribus ipsis, quos ad id procul dubio liberales invenimus atque promptos, consilio deliberato, consensimus subventionem tibi de bonis Ecclesie fieri que sic tue necessitati succurreret, quod subvenientes intollerabiliter non gravaret. Propter quod ut subveniendi modus, de aliquorum saltem ex illis qui tangebantur, exinde inveniretur assensu, venerabiles fratres nostros Bituricensem ac Tholosanum archiepiscopos et omnes alios et singulos prelatos regni Francie, tunc presentes in curia, ad nostram et fratrum ipsorum fecimus evocari presentiam et, exposito eis circa subventionem tibi faciendam intentionis et voluntatis nostre proposito, ibidem subjunximus ut super subveniendi modo invicem deliberare deberent. Ipsi vero secedentes in partem ex se ipsis quatuor elegerunt deliberationi hujusmodi vice omnium vacaturos. Qui equidem quatuor in hoc deliberationis exitu resederunt quod due tibi concederentur decime in predictorum relevamen onerum convertende. Et quamvis idem buticularius pro concessione plurium decimarum apud nos oportune, ne dicamus importune, requisitionis instantia solerter multum instinterit, nobis tamen et fratribus nostris, debita compassione pensantibus quod ecclesie dicti regni ex impositione decimarum facta in consilio Viennensi, ex quibus adhuc duo anni ad colligendum restare noscuntur, nec non ex impositione quatuor decimarum ultra dictos duos annos in Terre Sancte subsidium noviter per nos facta, et insuper ex

concessione fructuum primi anni quam tibi ad quadriennium circa nostre promotionis exordium fecimus[2], erant et sunt notabiliter pregravate, quodque expedientius censebatur minus ab ipsis ecclesiis adeo gravatis emungi quam cum earum murmure ulteriorem adjungi afflictionem afflictis, quod etiam quanto minora nunc gravamina eedem ecclesie subient, tanto libentius alias, si necesse fuerit, onera hujusmodi subventionum admittent, visum fuit importabile prorsus et indecens eis in presenti onus adicere grandius, tibique posse ac debere sufficere si de illarum promptuario, per exolutionem dicte decime biennalis tue indigentie consulatur[3], presertim cum Romana Ecclesia, mater tua, te ac christianissimum regnum tuum ea benivolentia prosequatur, quod pia semper ad te et illud gestans viscera tibi in necessitatibus deesse non poterit, quin immo in casibus, prout cum Deo licuerit, manum liberaliter aperiet, et in te tamquam filium predilectum ubera materne dilectionis effundet. Ceterum ut ex decima primi anni eo utilius incumbentibus tibi prospici possit oneribus quo celerius fuerit persoluta, eam integraliter pro anno presenti ordinavimus tibi solvi. Ut autem ecclesie anni secundi decimam eo habilius cum alterius concursu decime solvere valeant quo in plures et longiores terminos fuerit partita solutio, illam tibi duobus annis per duos in quolibet terminos volumus exhiberi. Porro, fili carissime, quia predictam decimam biennalem sic in tuum converti commodum cupimus, ut eam ut assolet in usus inutiles seu extraordinarios non contingat expendi, excellentiam tuam solicitamus attente presentibus ut ex decima ipsa debita saltem graviora solvi mandes et facias, et tuarum cotidianarum necessitatum instantie ad laudem Dei tuamque ac regni predicti utilitatem, servatis modestie finibus, laudabiliter provideri disponas. Et ut tam nostro circa id desiderio satisfiat, quam tibi adversus illos qui tuam forte liberalitatem non cessabunt importunis instantiis fatigare, ut a te aliquid emungant de decima memorata, in suffragium excusationis accedat, expediens crederemus ut aliquam nobis curares fidam tibi nominare personam cum qua ordinare possemus de hujusmodi decima in tuum compendium evidens convertenda. Hanc itaque gratiam pro relevanda tui status onerosa conditione per nos et Ecclesiam tam liberaliter tibi factam gratanter agnoscens, ecclesiis regni tui ea vicissitudine respondere procures, ut eas in suis juribus et libertatibus tuearis, eas opprimentibus te murum deffensionis obvias, et adversus impugnare nitentes easdem tue potentie brachio pius propugnator assistas, ut per id gratus evenias vero Ecclesie capiti, Christo videlicet, et apostolicam Sedem ad exhibenda tibi, si casus exegerit, uberiora impendia propitie collationis inducas[4]. »

[1] Au sujet de cette ambassade, voyez n° 330, note 2.
[2] 14 septembre 1316 (nos 27-30).
[3] Cette concession est du 14 janvier 1318 (n° 471).
[4] Cf. Cette lettre, postérieure à la date précédente, est peut-être, mais au plus tard, comme celles qu'on trouvera ci-après (nos 512-514) du 21 mars 1318, date d'une nouvelle concession faite à Philippe V (n° 515).

506 21 mars [1318].

Bernardum, comitem Armaniaci, ad pacem inter se et comitissam Armaniaci, genitricem suam, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem ex altera, per viam amicabilis tractatus reformandam hortatur. (Reg. 109, fol. 110 v°, c. 459; — Reg. 110, p. i, fol. 83, c. 302[1]; — p. ii, fol. 67, c. 312 et 957; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 8, n° 5.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Armaniaci.* Cum illius cujus in pace factus est locus vices geramus in terris, bonum pacis in universos sancte matris Ecclesie filios velut flumen declinare desideranter appetimus, set illos immunes esse a discordiarum periculis et litigiorum anfractibus intensius affectamus qui, sicut junguntur ad invicem necessitudine sanguinis, sic et uniri debent in unitate solide caritatis. Cum itaque ad nostrum auditum non sine mentis turbatione pervenerit quod humani generis inimicus, pacis hostis, amator litium et zizanie seminator inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem comitissam Armaniaci, genitricem tuam et te, ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, sororem dicte tue genitricis et amitam tuam, ex altera, super quibusdam rebus materiam dissensionis ingessit que, si potentia non viis deducta pacificis radices altius

ageret, plurimorum cordibus in utriusque partibus turbatione turbatis mutuis causam periculis dare posset, nos ad vitanda hinc inde dispendia et comoda perquirenda paternis hanelantes affectibus, et proinde cupientes per tractatus amabiles inter vos questionem hujusmodi dirimi, cum indecens sit et plenum magno discrimine tam sublimes tantaque conjunctas propinquitate personas, occasione presertim utilitatis alicujus temporalis, animorum contrarietate disjungi, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente, sano tibi consilio suadentes, ac in remissionem peccaminum injungentes quatinus, premissis et aliis circa id attendendis prudenter attentis eoque specialiter in consistorium sedule meditationis adducto, quod omnia in pace concrescunt et maxima in discordia dilabuntur, animum tuum ad concordandum cum predicta comitissa Fuxensi super hiis de quibus controversia vertitur libenter habilites, et ad id efficaciter prefatam tuam genitricem inducas; et quia in pacis actore confidimus quod habilius et facilius poterit in nostra presentia hujusmodi tractari concordia et firmari, gratum nobis multum accedet et placidum si tu et ipsa genitrix, cui exinde similiter scribimus[1], aliquos viros ydoneos, pacis et concordie zelatores, vestre conscios voluntatis, ac plena potestate suffultos, cum omnibus litteris instrumentis, munimentis, rationibus et cautelis, que ad ipsam controversiam facient, ad nostram presentiam sine more dispendio destinare curetis. Nos enim, licet variis et arduis negotiis occupemur, parati tamen erimus circa pacificationem vestram votive labores nostros impendere ac solerter operam adhibere, sperantes in rege pacifico quod controversia ipsa ad utriusque partis comodum, dummodo se rationi subiciat, pacis et concordie remedio sopietur. Sic itaque, fili, te nostris in hac parte persuasionibus flexibilem prebeas quod evidentia facti te doceat zelari pacem et jurgia execrari, et exinde tranquillitas optata proveniens tibi cedat ad gaudium; nostrisque in hac parte desideriis quibus non que nostra sunt querimus, set ad dissidentium[1] intendimus comodum satisfiat, nec te lateat quod nos super hiis prefate comitisse Fuxensi in forma consimili scribimus, quam nostris circa hoc monitis obedire pro certo speramus. Dat. Avinione, XII kal. aprilis[2]. »

[1]. Cet acte n'est pas cité dans l'index du registre; on trouve seulement, sous le cap. qui y correspond (c. 366), les mots: *domino Soliaci buticulario.*

[2] Cette lettre, selon M. L. Guérard (*loc. cit.*), serait de 1317, comme précédant une autre lettre du 15 avril 1317 (*op. cit.*, p. 12, n° 9) antérieure elle-même au 20 mars 1318 (*op. cit.*, p. 35, n° 27); malheureusement cette dernière date sur laquelle est établi tout cet ordre chronologique est fausse; elle doit être remplacée par celle du 19 juin 1318 que donne le registre même (Voyez ci-après n° 632), l'autre document est du 15 avril 1318, et non 1317 (n° 562), et celui que nous publions ici ne peut être que de 1318. En effet il est bien, avec les deux suivants (n°s 507, 508) antérieur au 15 avril 1318 et, d'autre part, postérieur à la nomination de l'évêque de Lavaur, Roger, ainsi qu'on peut le constater, par ce que Jean XXII écrivit lui-même, en les citant, à la date du 15 avril 1318 (n° 563). Or le siège épiscopal de Lavaur ne fut créé que le 26 septembre 1317, et son premier titulaire, Roger d'Armagnac, nommé le 26 octobre suivant (Voyez n°s 456, note, et 457).

507 [Avignon, 21 mars 1318.]

Præfatæ comitissæ Armaniaci de eodem. (Reg. 109, fol. 111, c. 460; — Reg. 110, p. I, fol. 83, c. 303; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 10, n° 6, non pub.)

« *Dilecte filie in Christo nobili mulieri comitisse Armaniaci.* Cum illius etc. — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 506.

508 [Avignon, 21 mars 1318.]

Margaritæ, comitissæ Fuxensi, de eodem. (Reg. 109, fol. 111, c. 461; — Reg. 110, p. I, fol. 83, c. 304; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 11, n° 7, non pub.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite comitisse Fuxensi.* Cum illius etc. — Datum ut supra[1]. »

[1] N° 506.

509 [Avignon, 21 mars 1318.]

Archiepiscopo Auxitano ut præfatum Bernardum, comitem Armaniaci, nepotem suum, et comitissam Armaniaci, matrem ejus, ad eamdem pacem inducat. (Reg. 109, fol. 111, c. 462; — Reg. 110, p. I, fol. 83 v°, c. 305; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 11, n° 8.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Auritano.* Cum illius etc. — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 506.

510 Avignon, 21 mars [1318].

Philippo, regi Franciæ, scribit quod adventum suum ad curiam gratum habebit eumque rogat ut Henrico Soliaci et magistro Radulpho de Perellis fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 117, c. 486; fol. 220, c. 801; — Reg. 110, p. I, fol. 66, c. 222.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia, fili carissime, domesticis persepe colloquiis melius et expedientius, quam litterarum et nuntiorum missionibus ardua presertim tractantur agenda, optaremus equidem tua frui grata presentia, supponentes indubie quod, te presente, multa possent nedum in tuum honorem et commodum, sed et in compendium universi cedentia salubriter et habiliter ordinari. Gratum igitur valde nobis accedet et placidum tibique, dante Domino, esse poterit fructuosum, si pace Flandrie prout desideramus et confidimus in Domino procedente, circa instans festum Ascensionis dominice vel Pentecostes aut ubi, quod absit, guerra forsan in illis partibus fremeret, circa primo futurum festum beati Michaelis quando tempus congrediendi non aderit, in partes istas te conferre curabis. Super hoc autem animi (?) nostri motum plenius explinimus dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie, nuntio tuo, viro utique quem aperte percepimus tuorum honoris et commodi fervidum zelatorem, et quem tibi precarum debet efficere quod in agendorum utili prosecutione exuberanti diligentia, fidelitate solerti ac industria circumspecta non absque laborioso conamine ipsum palpavimus ab experto vigere. Ei ergo et dilecto filio magistro Radulfo de Perellis, consiliario tuo qui etiam predictorum est conscius, in que tibi circa hujusmodi tuum adventum, pro parte nostra retulerint, fidem adhiberi credulam non ignota tibi eorum fidelitas impetrabit. Dat. Avinione, XII kalendas aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme celle qui fut adressée sur le même sujet à Charles de Valois et que nous publions plus haut (n° 503). On sait que Henri de Sully quitta la cour pontificale le 21 mars 1318 (Voyez n° 330, note 2).

511 Avignon, 21 mars [1318].

Eidem regi nonnulla de particulari passagio ultramarino et electione capitanei significat eique Henricum Soliaci ac Radulphum de Perellis, regales nuntios, remittit. (Reg. 109, fol. 117 v°, c. 487; fol. 188 v°, c. 714[1]; — Reg. 110, p. I, fol. 47 v°, c. 154.)

« *Eidem.* Celsitudinis regie nuntii quos libenter vidimus et affectuose recepimus, contemplatione precipue destinantis, negotium generalis ultramarini passagii facunde multum et fecunde in nostra et fratrum nostrorum proposuere presentia; quibus de fratrum consilio predictorum respondimus circa illud prout per eos poteris plene scire. Sane, fili carissime, licet super ipso negotio varii tractatus et deliberationes habiti fuerint, demum tamen nonnullis ex causis rationabilibus, et ex eo specialiter quod quedam occurrebant dubia circa illud super quibus dicti nuntii ad tuam presentiam necesse redire habebant, negotium ipsum fuit consulte suspensum. Porro ne Terre Sancte subsidium ad quod ferventer afficimur et te indubie supponimus affici, sine aliquali remedio deserere videremur, actum invicem extitit, et tuo nomine acceptatum, quod ex causis tangentibus utilitatem prefati generalis ultramarini passagii et tuum concernentibus interesse, particulare fieret passagium in presenti, ad cujus accelerationem tui honoris et salutis obtentu, et ut ille cujus geretur in hac parte negotium, te et agenda tua oculo benigniori respiciat, celsitudinem tuam sollicitamus attente presentibus, eandem propensius exhortantes quatenus eidem passagio talem capitaneum preficere studeas qui nec mollis, nec delicatus, set strenuus et laboriosus et maris angustias expertus existat. De hiis autem dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus Soliaci, buticularius Francie, et magister Radulphus de Perellis, regales nuntii, cum quibus seorsum multa ex predictis secrete tractavimus, excellentiam regiam poterunt vive vocis oraculo latius informare, quibus tanquam tibi fidelibus, fidem credulam adhibebis. Dat. Avinione, XII kal. aprilis[2]. »

[1] Sans adresse.

[2] Cf. Henri de Sully ne devint bouteiller qu'en avril 1317 n. s. (Voyez n° 212, note); la lettre ci-dessus est donc postérieure à cette date. Elle est antérieure, d'autre part, à la nomination, le 13 septembre 1318, de Louis de Clermont comme chef de l'expédition préliminaire, mentionnée ici pour la première fois par Jean XXII (Arch. nat., JJ. 56, fol. 179, n° 413; — JJ. 59, fol. 330 v°, n° 601; — Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, t. I, p. 231, n° 1509; — A. de Boislisle, *Projet de croisade du premier duc de Bourbon*, dans l'*Annuaire-Bulletin de la Société de l'Histoire de France*, 1872, pp. 230 et 246); c'est donc lors de l'ambassade solennelle de 1317-1318, la première à laquelle prit part Henri de Sully (Voyez n° 330, note 2) que fut décidée cette expédition (Voyez aussi n°s 515, 705). Nous voyons par une lettre de Bertrand de Got (n° 614) qu'il en avait déjà été question sous Clément V.

512 Avignon, 21 mars [1318].

Noviomensi et Meldensi episcopis quomodo decima biennalis fructusque beneficiorum vacantium Philippo, regi Franciæ, concessi in necessitatum ipsius regis relevamen colligi et converti debeant. (Reg. 109, fol. 168, c. 489; — Reg. 110, p. II, fol. 43 v°, c. 199 et 755.)

« *Venerabilibus fratribus.., Noviomensi et.., Meldensi episcopis.* Cum nos carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, in relevamen incumbentium sibi necessitatum et onerum, et ut liberius et expeditius preparatoriis generalis ultramarini passagii, ad cujus assumptionem laudabiliter affici dicitur, possit intendere, duas juxta morem solitum integras decimas omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgundie, solvendas in triennio a proximo futuro festo Purificationis beate Marie Virginis in antea continue numerando, de fratrum nostrorum et prelatorum omnium dicti regni Francie tunc apud Sedem apostolicam existentium consilio et assensu, auctoritate apostolica de gratia concesserimus speciali, per vos aut vestrum alterum seu deputandos a vobis seu vestrum altero certo modo, et in certis terminis colligendas, prout in litteris apostolicis inde factis plenius continetur[1], ecce volentes predictas decimas sic in regium converti commodum, quod eas ut assolet in usus inutiles et extraordinarios non contingat expendi, fraternitatem vestram sollicitamus attente, presentibus vobis nichilominus et vestrum cuilibet per apostolica scripta precipiendo mandantes quatinus, sicut nostram caram habetis gratiam et ipsius regis utilitatem amatis, sic cum omni diligentia caveatis omnino quod ipse due decime non in alia quelibet quam in relevamen necessitatum et onerum regiorum pro quibus concesse fuisse noscuntur, utpote in solutionem debitorum ad que tam pro clare memorie Philippo, genitore et Ludovico, germano suis, regibus Francie, quam pro se ipso et carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Francie, consorte sua, et eorum specialiter ad que carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie, rex ipse tenetur[2], nec non in sumptus sui, dicte consortis sue et omnium liberorum suorum hospitiorum, quomodolibet convertantur. Nos enim vestram et cujuslibet vestrum circa id industriam fiducialiter oneramus. Sed et de fructibus vacantium primi anni per nos ad quadriennium regi prefato concessis[3], quorum recollectionem cum tot et tantis expensis audivimus fieri, quod non ea summa que sperabatur regiis potest compendiis applicari, volumus et mandamus quatinus, juxta consilium et directionem dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Soliaco, buticularii Francie, cui super hoc plenius fuimus collocuti[4], tales ordinetis seu ordinari faciatis ipsorum fructuum collectores, utpote canonicos et personas in cathedralibus residentes ecclesiis, qui nullas aut modicas faciant pro ipsius negotio recollectionis expensas, sicut et nos fecimus de fructibus hujusmodi vacantium nobis in certis regnis et provinciis reservatis; de ipsis etiam fructibus, de dicti buticularii consilio quantum in vobis fuerit ordinetis, ut sicut de decimis est premissum, non in alios quam predictos regis utiles usus cedant. Dat. Avinione, XII kalendas aprilis[5]. »

[1] 14 janvier 1318 (n°s 471-474).

[2] Voyez n° 233, note.

[3] 14 septembre 1316 (n°s 27-30).

[4] Voyez ci-dessus n°s 505, 511.

[5] Cette lettre et les trois suivantes, postérieures à celle du 14 janvier indiquée ci-dessus, sont certainement antérieures à une autre concession que nous publions ci-après (n° 515), dont il est fait plusieurs fois mention dans la suite (n°s 531, 672, 673, 780, 848), mais qui aurait la même date. On peut supposer qu'elles ne furent pas expédiées, comme nous en avons d'autres exemples (n° 67; voyez aussi n° 441, note 6 et 475, note 1), ou bien qu'elles étaient destinées à des envoyés

qui n'en devaient faire usage que sous certaines conditions, de même que nous le constatons dans d'autre cas (Voyez nos 441, 442, 881 et aussi no 76, note 1). Henri de Sully, qui quitta la cour épiscopale le 21 mars 1318 (Voyez no 330, note 2) a pu en être chargé; mais ce ne sont là, nous le répétons, que des hypothèses.

513 Avignon, 21 mars [1318].

Philippo, regi Franciæ, de eisdem concessionibus et quomodo in usus suos proprios debeant converti. (Reg. 109, fol. 118 v°, c. 490; — Reg. 110, p. II, fol. 44, c. 200 et 756.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, in relevamen incumbentium tibi necessitatum et onerum, et ut liberius et expeditius preparatoriis generalis ultramarini passagii ad cujus assumptionem afficeris, possis intendere, duas juxta morem solitum integras decimas omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgundie, solvendas certo modo, ac per venerabiles fratres nostros.., Noviomensem et.., Meldensem episcopos, vel eorum alterum per se vel alios in certis terminis colligendas, de fratrum nostrorum et prelatorum omnium regni Francie tunc apud Sedem apostolicam existentium consilio et assensu, auctoritate apostolica tibi de gratia concessimus speciali[1]. Verum quia predictas decimas sic in tuum converti comodum cupimus quod eas prout assolet, in usus inutiles et extraordinarios non contingat expendi, ut tam nostro circa id desiderio satisfiat, quam tibi adversus illos qui tuam forte liberalitatem non cessabunt importunis instantiis fatigare ad emungendum a te aliquid de hujusmodi decimis, in suffragium excusationis accedat, prefatis episcopis per alias nostras litteras[2] expresse precipimus quatinus cum omni diligentia caveant quod ipse due decime non in alia quelibet quam in tuorum necessitatum et onerum relevamen pro quibus concesse fuisse noscuntur, utpote in solutionem debitorum ad que tam pro clare memorie Philippo, genitori et Ludovico germano tuis, regibus Francie, quam pro te ipso, carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Francie et Navarre, consorte tua, et eorum specialiter ad que carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie illustri, teneris, nec non in sumptus tui, dicte consortis tue et communium liberorum vestrorum hospitiorum, quomodolibet convertantur. Set et de fructibus vacantium primi anni per nos tibi concessis[3] ad quadriennium idem fieri pro tua comoditate vellemus. Tu ergo, amantissime fili, provisionem et voluntatem nostram hujusmodi per quam non que nostra sunt set que tibi ad fructum cedere valeant querimus, gratitudine filiali recogitans illique juxta episcoporum ipsorum et dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Soliaco, buticularii Francie, ad ea que tibi honorifica et utilia fuerint zelum indubie sincerum habentis, suasionem atque consilium, promptis affectibus te conformans, ab excessivis sumptibus temperes, habiturus personam aliquam maturam et honestam que videat et provideat quod nec ex nimia parcitate quicquam honori tuo depereat, nec ex defectu debite providentie bona tua inutiliter consumantur. Cum enim bella Christi disponas in Terre Sancte subsidium devote peragere, propter que necessario te multa expendere oportebit, necessarium tibi prorsus dinoscitur ut in cibis, vestibus et aliis sumptibus faciendis ac retinenda familia, decens moderamen apponas, ut videlicet superflua reseces, et nedum tenacie notam set et nevum prodigalitatis evites[4], sciturus quod nos et fratres nostri non aliter facimus, quam quod te facere in hac parte monemus, prout per nuntios tuos inde poteris plenius informari. Nec te pudeat de receptis et expensis rationem certis audire temporibus, cum et ad id magnatum provoceris exemplis, et nos hoc ipsum tibi et imminentibus celsitudini tue negotiis perutile judicemus; sic denique in hiis et aliis te tuos et tua salubriter ordina, quod et Deo cedat ad gloriam, tibi ad comodum, tuis ad gaudium et exemplum, presertim ne minus juste querere videaris in subditis que in te ipso, ad cujus pendet arbitrium ordinatio tanti regni, nequiverint inveniri. Dat. XII kalendas aprilis[5]. »

[1] 14 janvier 1318 (nos 471-474).
[2] No 512.
[3] 14 septembre 1316 (nos 27-30).
[4] On verra plus loin (no 1051) que Philippe V se conforma à ce désir du pape.
[5] Cf. no 512.

511 21 mars [1318].

Eidem regi ut gratam habens concessionem duarum decimarum sibi a prælatis regni factam, ecclesias manuteneat in privilegiis a prædecessoribus suis ipsis concessis. (Reg. 109, fol. 119, c. 491; fol. 220 v°, c. 802; — Reg. 110, p. II, fol. 23 v°, c. 119 et 675.)

« *Carissimo in Christo filio regi Francie et Navarre illustri*. Credimus, amantissime fili, devotionem ad Deum et Ecclesiam sanctam suam tibi sic innatam ex genere, sic esse in te firmatam ex more, quod ob illius reverentiam per quem regnas et regeris, et de cujus manu multiplicata beneficia recepisti, libenter ecclesiis et personis ecclesiasticis faveas et favorabiliter jura tuearis ipsarum. Tunc tamen gratitudinis debito suadente, ad ecclesias et personas easdem favor tuus debet exuberare prestantius, quanto eas promptas atque propitias in tuis supportandis oneribus et necessitatibus relevandis dinosceris invenisse. Nuper siquidem venerabiles fratres nostri archiepiscopi et episcopi regni tui Francie tunc apud Sedem apostolicam existentes, ad nostram et fratrum nostrorum evocati presentiam, exposito sibi quod in incumbentium tibi onerum relevamen subventionem de bonis ecclesiasticis celsitudini regie fieri volebamus, non petierunt deliberationis super hoc prolixe spatium, non allegarunt decimarum multiplicata gravamina, non alicujus difficultatis obstaculum adjecerunt, set tue indigentie benigne compassi, in illius subsidium pro se et prelatis aliis dicti regni, qui si affuissent promptis affectibus, ut credimus, concurrissent in hac parte cum illis, duas tibi dare decimas liberaliter obtulerunt[1]. Quia igitur hanc liberalitatem te gratanter agnoscere convenit, clementiam regiam hortamur in Domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus ecclesiis et personis regni prefati ea vicissitudine respondere procures, ut eas in suis juribus et libertatibus tuearis, eas opprimentibus te murum defensionis obicias, et adversus impugnare nitentes easdem tue potentie brachio pius propugnator assistas, privilegia pia sibi progenitorum tuorum et magnatum aliorum largitione concessa, non tam eis quibus tunc presentibus per clare memorie Ludovicum, fratrem tuum, renovata seu confirmata fuerunt, quam ceteris qui non fuerunt in hujusmodi renovatione seu confirmatione presentes, benigne renoves et confirmes, et demum ecclesias et personas ipsas ad eum statum in quo fuerunt tempore confessoris egregii beatissimi Ludovici, progenitoris tui, in quantum fieri poterit ob divinum amorem tueque salutis obtentum reducere studeas, et reductas in illo manuteneas et conserves, sic te in illis laudabiliter habiturus, quod per provisionis tue remedium ecclesiarum et personarum ipsarum parcatur laboribus et expensis, et finaliter preterita tollantur gravamina, et futuris via, quantum honeste fieri poterit, precludatur. Per hec enim gratus advenies vero Ecclesie capiti, Christo videlicet, et apostolicam Sedem ad exhibenda tibi, si casus exegerit, uberiora impendia propitie collationis induces. Dat. XII kal. aprilis. »

[1] 14 janvier 1318 (n°s 471-474).
[2] Cf. n° 512. Voyez, sur le même sujet, n° 505.

513 Avignon 21 mars [1318].

Episcopo Autissiodorensi, magistro Gaufrido de Plexeyo et abbati monasterii sancti Dionysii in Francia, ut quicquid collectum est et in antea colligetur pro anno præterito de decima a Clemente V imposita, Philippo, regi Franciæ, mutuo tradant, retentis centum millibus florenorum in quoddam particulare passagium convertendis. (Reg. 109, fol. 117, c. 488; fol. 199 v°, c. 751; — Reg. 110, p. I, fol. 4 v°, c. 8; — Arch. nat., L. 298, n° 13, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Altisiodorensi, et dilectis filiis magistro Gaufrido de Plexeio, canonico Parisiensi, notario nostro, ac.., abbati monasterii sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, collectoribus decimarum impositarum in regno Francie per felicis recordationis Clementem papam quintum, predecessorem nostrum, pro generali ultramarino passagio in Terre Sancte subsidio faciendo*. Personam carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ea caritate complectimur ut in hiis que ad relevamen status sui cedere valeant nolimus sibi deficere, quin potius liberaliter inducamur in oportunitatibus propitii adjutores eidem adesse. Propter quod nuper pro parte

sua nobis et fratribus nostris exposito quod, tam propter executiones testamentorum clare memorie Philippi, genitoris et Ludovici, germani suorum, Francie regum, quam propter nonnulla alia debita que, ingruentibus multis necessitatibus, pro conservatione presertim et gubernatione utili christianissimi regni Francie, cum post illius suscepta gubernacula subire oportuit, erat eris alienis sarcina multipliciter agravatus, ad cujus exsolutionem hoc precipue tempore absque suorum intolerabili gravamine subjectorum dictique regni incomoditate notabili nequibat oportune sufficere, per quod etiam non leviter impediebatur generalis ultramarini passagii, in quo se crucifixo Domino placabilem hostiam offerre disponit, promotioni vacare, nos, ut idem rex eo liberius et expeditius vacare posset preparatoriis dicti passagii quo benignius ad relevationem hujusmodi necessitatum et incumbentium onerum per apostolicam Sedem sibi contingeret subveniri, ad sue supplicationis instantiam, duas juxta morem solitum integras decimas omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgondie, solvendas in triennio a proximo futuro festo Purificationis beate Marie Virginis in antea continue numerando, de fratrum ipsorum et prelatorum omnium dicti regni Francie tunc apud Sedem apostolicam existentium, quos ad nostram et dictorum fratrum propterea fecimus evocari presentiam, consilio et assensu, auctoritate apostolica de gratia concessimus[1] speciali certo modo et in certis terminis colligendas per venerabiles fratres.., Noviomensem et.., Meldensem episcopos, quos et eorum quemlibet ad colligendum ipsas decimas per se vel alios, per alias nostras certi tenoris litteras providimus deputandos[2]. Verum quoniam sicut habet insinuatio pro parte regis ipsius nobis et dictis fratribus nostris facta, adeo regem ipsum urgent et opprimunt predicte necessitates et onera, quod ad relevationem illorum collectionem decimarum ipsarum sine gravi dispendio expectare non posset, et propterea fecit nobis humiliter supplicari ut de eo quod collectum est et colligetur per vos aut deputatos seu deputandos a vobis de decima pro generali ultramarino passagio per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, imposita, hujusmodi suis necessitatibus et oneribus mandaremus ei per viam mutui provideri, nos volentes dicto regi sic in hac parte prospicere ut tamen dicto generali passagio, in cujus debet ipsa decima prosecutionem expendi, minime derogemus, quicquid collectum est et in antea colligetur de ipsa decima pro anno preterito proxime, in duobus ad id [statutis] terminis, deductis inde primitus et retentis centum milibus florenorum, in quoddam particolare passagium inter nos et dicti regis gentes fieri ordinatum, pro Terre Sancte subsidio convertendis, que deputandis super hoc a nobis vel apostolica Sede volumus exhiberi, ipsi regi, de consilio fratrum nostrorum tradi et liberari concessimus ex causa et nomine mutui, acto specialiter et convento, quod hujusmodi mutuum possit et debeat pro dicto generali passagio de duabus decimis eidem regi concessis, ut premittitur, pro suis necessitatibus, integraliter rehaberi quodque rex ipse se per[3] litteras regias efficaciter obliget quod id, quod de predicti anni decima fuerit sibi traditum ex causa predicta, mandabit et faciet pro dicto generali passagio, super ipsis duabus decimis sibi concessis ad id obligandis specialiter et expresse, recipi et exolvi. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo ex vobis quicquid de ipsius anni decima collectum et colligendum restabit, deductis et retentis primitus, ut prefertur, prefatis centum milibus florenorum pro pretacto particulari passagio, dicto regi nostro et apostolice Sedis nomine mutuo tradatis, instanter receptis ab ipso[4] litteris obligatoriis duplicatis, quarum una vobis retenta, aliam nobis vel apostolice Sedi mittere non tardetis, per quas ipse rex efficaciter promittat quantitatem sibi per vos, ut prefertur, mutuo traditam, mandare et facere cum effectu de predictis duabus sibi concessis decimis pro dicto generali passagio, ad nostram vel dicte Sedis requisitionem, cum integritate restitui, obligaturus super hoc decimas antedictas. Dat. Avinione, xii kalendas aprilis[5]. »

[1] 14 janvier 1318 (nos 471-474).

[2] *Id.* (no 473).

[3] Orig. : « *Per patentes litteras regias regali sigillo in cera viridi sigillatas efficaciter* »

[4] Orig. : « *Predictis patentibus litteris obligatoriis duplicatis dicto regali sigillo in cera viridi sigillatis* »

[5] La date de l'année (*anno secundo*) se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

516 Avignon, 21 mars 1318.

Archiepiscopo Bituricensi et Laudunensi, Ambianensi ac Mimatensi episcopis ut processum a Remensi archiepiscopo contra Petrum, Catalaunensem episcopum, inceptum compleant et complementum ad apostolicam Sedem mittant. (Reg. 110, p. ii, fol. 61 v°, c. 291 et 936[1]; — Arch. nat., J. 705, n° 202, orig., le sceau manque.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bituricensi et.., Laudunensi.., Ambianensi et.., Mimatensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.* Perducto pridem ad nostrum auditum quod per venerabilem fratrem nostrum.., archiepiscopum Remensem ac provinciale concilium ad hoc specialiter congregatos, super nonnullis articulis enormia et detestabilia scelera et facinora continentibus execranda contra venerabilem fratrem nostrum Petrum, Cathalaunensem episcopum, ejusdem archiepiscopi suffraganeum dudum exhibitis, ipsius episcopi detenta persona, processus extiterat inchoatus, nos, quia idem archiepiscopus, suis et ecclesie sibi commisse agendis implicitus, et nichilominus aliis ut ponebatur personalibus excusationibus prepeditus, dicti processus perfectioni nequibat intendere, vobis, fratres Ambianensis et Mimatensis episcopi, nec non venerabilibus fratribus nostris.., Cameracensi et.., Atrebatensi episcopis, per alias nostras certi tenoris litteras[2] duximus committendum ut vos vel tres ex vobis, dicto processu in eo statu resumpto in quo illum archiepiscopus et concilium prefati dimiserant, suppleretis quicquid foret et videretis supplendum in illo, inquisituri contra dictum episcopum super sceleribus et facinoribus antedictis et aliis de quibus adversus eum publica laboraret infamia, prout justum esset, ex officio, summarie et de plano, sine strepitu judicii et figura, ac quicquid per inquisitionem predictam vos inde reperire contingeret vel alias, totum processum et inquisitionis negotium sufficienter instructum ad Sedem apostolicam remissuri. Verum quoniam, sicut audivimus, propter absentiam et occupationes alias predictorum Cameracensis et Atrebatensis episcoporum, collegarum vestrorum, vos, Ambianensis et Mimatensis episcopi, non potuistis ad premissa procedere, nos attendentes civili non esse consonum rationi ut idem Cathalaunensis episcopus per detentionem personalem diutius affligatur, cum id innocentibus miserum et noxiis censeatur non satis esse severum, et proinde negotium volentes hujusmodi per vos, archiepiscopum et episcopos aut duos ex vobis, nulla super hoc ad Sedem predictam facienda remissione, justitia mediante decidi, ut vel episcopum ipsum juxta exigentiam commissorum plectatis pena canonica si erit inde culpabilis, aut debite absolvatis eumdem et plenarie liberetis si a culpa reperiatur immunis, fraternitati vestre de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel duo ex vobis, dicto processu in eo statu resumpto in quo illum archiepiscopus et concilium antefati dimiserant, suppleatis quicquid supplendum videritis in eodem et nichilominus super sceleribus predictis et facinoribus ac aliis de quibus adversus episcopum ipsum publica laborat infamia, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, ex officio, prout justum fuerit, inquirentes diligentius veritatem, ad absolutionem debitam ac plenam liberationem illius, aut condempnationem seu punitionem canonicam, juxta inquisitionis merita, cum maturitate debita, juste et debite, auctoritate apostolica procedatis; testes autem si se odio, gratia vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Et quia, lite pendente, non debet bonis episcopatus idem episcopus omnino carere, volumus et mandamus ut vos vel duo ex vobis eidem episcopo interim faciatis pro ipsius necessitatibus de bonis provideri predictis et aliquam seu aliquas fideles deputaturi personas que bona ipsa recipiant et de illis sibi provisionem faciant competentem, residuum pro illo vel successore suo integre ac fideliter servature. Ne autem negotium ipsum, quod expediri cum celeritate debita cupimus, diutius impediri vel differri contingat, volumus atque decernimus ut quecumque per duos ex vobis incepta fuerint in premissis omnibus et singulis, alii duo resumere ac prosequi valeant et finire, et quandocumque ac quotienscumque duos vel unum ex vobis impediri continget, reliqui duo vel unus in illorum vel illius

locum sint et censeantur auctoritate presentium surrogati et in ceptis et non inceptis, ut premittitur, previa ratione procedant. Dat. Avinioni, xii kal. aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

[1] Il ne faut tenir compte, dans ce registre, que de l'adresse. Le texte, comme nous le montrons plus haut (n° 410, note 1), se rapporte à une autre lettre, à la suite d'une erreur. Le document des Archives nationales, qui donne la bonne leçon, permet de le constater, et c'est lui que nous reproduisons ici.

[2] 14 octobre 1316-1317 (n° 410).

517 25 mars [1318].

Carolo, comiti Valesii, ut magistrum Radulphum de Perellis, consiliarium Philippi, regis Franciæ, qui semper in dicti regis et Johannæ reginæ rebus agendis fidelis repertus fuit, et quem ipse insontem credit, commendatum habeat. (Reg. 109, fol. 114 v°, c. 471; — Reg. 110, p. i, fol. 12, c. 32.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Pro dilecto filio magistro Radulpho de Perellis, carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre, consiliario nobisque devoto, quem benivolo affectu prosequimur, nobilitatem tuam affectuose requiremus et rogamus quatinus ipsum quem indubie ad quecumque contingentia conservationem solide unionis inter regem ipsum et te laudabiliter cognovimus affici, ob reverentiam apostolice Sedis et nostram, nec non obsequiorum utilium dicto regi fideliter impensorum obtentu, ipsum habere velis, quanto favorabilius poteris, comendatum, justitia et honestate servatis — Dat. Avinione, viii kal. aprilis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre et les suivantes (n°s 518-521) datées du 25 mars, concernent le même personnage, Raoul de Pereaus et sont, d'après nous, de 1318. Nous voyons en effet qu'il s'agit ici des calomnies dont ce dernier fut l'objet et au sujet desquelles Jean XXII avait, une première fois, écrit le 28 novembre 1317 (d° 451). Le document ci-dessus, postérieur à cette date est d'autre part antérieur à la disgrâce du protégé du pape, c'est-à-dire à janvier 1319 (Voyez n° 72, note 1).

518 [Avignon, 25 mars 1318.]

In e. m. Ludovico, regis Franciæ filio, comiti Ebroicensi. (Reg. 109, fol. 115, c. 472; — Reg. 110, p. i, fol. 12, p. c. 32.)

519 [Avignon, 25 mars 1318.]

In e. m. Carolo, regis Franciæ filio, comiti Marchiæ. (Reg. 109, fol. 115, c. 473; — Reg. 110, p. i, fol. 12, p. c. 32.)

520 [Avignon, 25 mars 1318?]

[Carolo], comiti Valesii, dicti magistri Radulphi de Perellis quem nonnulli contra Philippum, regem et Johannam, reginam Franciæ, ad indecentia laxasse linguam mendaciter referunt, innocentiam commendat. (Reg. 110, p. i, fol. 11 v°, c. 30.)

« *Dilecto filio nobili viro* [*Carolo*] *clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Antiquorum exemplis instruimur et juxta mores hujus temporis experimur multorum innocentiam persepe falsa criminatione percussam, propter quod personis presertim sublimibus est cavendum ne facile credant omni spiritui, saltem adversus eos qui sunt de fidelitate ac comendanda in aliis bonitate probati. Ad tuam sane credimus jam pervenisse notitiam qualiter nonnulli sinceritatem et innocentiam dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii regii nobisque devoti, cujus forsan laudabilibus et prosperis actibus invident, falsis impositionibus incrustare seu lacessere nituntur, ipsum in carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem ac carissimam in Christo filiam nostram Johannam, consortem suam, reginam Francie et Navarre illustres, et utrique conjunctos laxasse ling[u]am ad indecentia mendaciter confingentes. Porro si ad fidelem diligentiam et diligentem fidelitatem ipsius magistri Radulphi, nec non ad compositi sui verbi modestiam quas frequenter ipsi rex et regina potuerunt experientia familiari probare, ymmo, ut credimus, pro certo probarunt, cum et nos illas in hiis que idem magister Radulphus, ipsorum regis et regine nomine, pro regalibus et aliis quibuscunque negotiis habuit agere coram nobis, fuerimus frequenter experti, debitus respectus habetur, ipsa verisimilitudo impositionum hujusmodi credulitatem evacuat, et talium figulos falsitatum figmenta confutat. Quia igitur et nos constanter asserere possumus et super hoc in testem Dominum invocamus, quod eundem magistrum Radulphum in omnibus et singulis que pro rege et regina predictis et suis

habuit circa nos prosequi, reperimus fidelem et solicitum, et ubicumque fuit expediens audivimus ipsorum regis et regine ac conjunctorum utrique preconiis etiam effuse ac exuberanter insistere, numquam eum percepimus coram nobis ac coram quocumque alio novimus contra ipsos vel eorum aliquem ad quicquam indecens seu aliqualiter reprehensibile prorupisse, nobilitatem tuam requirimus et rogamus quatinus ob reverentiam apostolice Sedis et nostram, ipsius magistri Radulphi quem benivolo affectu prosequimur, innocentiam habere velis, quanto favorabilius sine lesione justitie poteris, comendatam. Per hoc enim illi qui ad liberationem pudice Susanne, falso insimulate crimine ac morte dampnate pueri junioris spiritum excitavit, gratus ut speramus advenies, nobisque procul dubio comendandus ac gratiarum actionibus prosequendus occurres[1]. »

[1] Cf. Cette lettre n'a aucune date, mais nous croyons devoir la rapprocher, comme celles qui suivent (nos 521-522), des précédentes (nos 517-519) et leur attribuer la même date. On voit en effet qu'elles ont le même objet et on sait que les exemples analogues sont fréquents dans les registres 109 et 110 (Voyez n° 76, note 1).

521 [Avignon, 25 mars 1318?]

In e. m. Ludovico, regis Franciæ filio, comiti Ebroicensi (Reg. 110, p. 1, fol. 11 v°, p. c. 30.)

522 [Avignon, 25 mars 1318?]

In e. m. Carolo, regis Franciæ filio, comiti Marchiæ. (Reg. 110, p. 1, fol. 11 v°, p. c. 30.)

523 [Avignon, 25 mars 1318.]

Philippo, regi Franciæ, ut magistri Radulphi de Perellis moram apud Sanctam Sedem excusatam habeat. (Reg. 109., fol. 215, c. 474; — Reg. 110, p. 1, fol. 12, c. 33.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Dilectus filius magister Radulphus de Perellis, consiliarius tuus nobisque devotus, remansit apud nos diebus aliquibus post discessum dilecti filii nobilis viri Henrici, domini Soliaci, buticularii Francie, pro certis tuis prosequendis agendis et specialiter pro litteris apostolicis te contingentibus confici et expediri celerius procurandis; ejus itaque moram quam non inutilem operis effectus ostendet habere te condecet excusatam. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Cette formule répond évidemment ici à la date du 25 mars (Voyez n° 517), et la lettre est de 1318. En effet, elle est postérieure à la nomination de Henri de Sully comme bouteiller en avril 1317 n. s. (Voyez n° 212, note). Elle est antérieure, d'autre part, à la disgrâce de Raoul de Pereaus, c'est-à-dire à janvier 1319 (Voyez n° 72, note 1) et concerne comme les deux suivantes (nos 524, 525) l'ambassade solennelle de 1317-1318 (Voyez n° 330, note 2). On voit que, suivant le désir précédemment exprimé par le pape (n° 360), Raoul de Pereaus était revenu pour ce moment à la cour pontificale.

524 [Avignon, 25 mars 1318.]

Henrico, domino Soliaci, ut ejusdem Radulphi moram excuset. (Reg. 109, fol. 115, c. 475; — Reg. 110, p. 1, fol. 12, c. 34.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Si dilectus filius magister Radulphus de Perellis, consiliarius regius, post tuum discessum a nobis remanserit apud nos pluribus diebus quam tu vel ipse forsitan crederetis, non miretur tua nobilitas, sed hanc ipsius moram de nostro beneplacito procedentem, veluti perutilem regiis prosequendis agendis, et specialiter pro litteris apostolicis agenda ipsa tangentibus procurandis celerius expediri, excusatam, ut condecet, habeas et apud regiam excusare celsitudinem non omittas. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Voyez n° 523, note.

525 Avignon, 25 mars [1318].

Philippo, regi Franciæ, Laudunensem et Mimatensem episcopos qui ad curiam apostolicam destinati fuerant remittit moramque prædicti domini Soliaci excusat. (Reg. 109, fol. 115, c. 476; fol. 220 v°, c. 803; — Reg. 110, p. 1, fol. 7 v°, c. 18.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, hiis que ultramarinum generale passagium contingebant, pro

quibus celsitudinis regie nuntii ad nostram fuerant principaliter presentiam destinati, ac quibusdam aliis tuum interesse concernentibus expeditis, visum fuit expediens quod venerabiles fratres nostri Laudunensis et Mimatensis episcopi, duo ex ipsis nuntiis, presertim pro facto ducis Burgundie, super quo arbitri feruntur electi, ad eum qui se miserat redire deberent, dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie, nuntio tuo, pro nonnullis aliis non parum utilibus que expedienda supererant, circa nos diebus aliquibus remansuro. Ejus igitur moram quam non inutilem fuisse ex hiis que reportat feliciter expedita conspicere poteris, nedum excusatam, quin etiam gratam et acceptam habere debebis. Datum Avinione, VIII kalendas aprilis[1]. »

[1] Pour la date, voyez ci-dessus nº 523. Nous pouvons constater, d'après ces lettres, que les évêques de Laon et de Mende étaient partis avant Henri de Sully et que Raoul de Pereaus était resté à la cour pontificale après le départ de ce dernier. Au sujet de la paix de Bourgogne, qui fut faite le 27 mars 1318 n. s., voyez nº 572, note.

526 Avignon, 25 mars [1318].

Præfatum regem Franciæ iterum rogat ut magistrum Radulphum de Perellis, fidelitatis et diligentiæ ejus intuitu, commendatum habeat nec fidem eum detractantibus adhibeat. (Reg. 109, fol. 115 vº, c. 478; — Reg. 110, p. I, fol. 9 vº, c. 24.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pridem, fili, tibi scripsisse meminimus[1] quod cum nonnulli sinceritatem et innocentiam dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii tui nobisque devoti, cujus forsitan invidebant laudabilibus et prosperis actibus, falsa criminatione procellere niterentur, ipsum in te et carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre illustrem, consortem tuam, et utrique conjunctos laxasse linguam ad indecentia mendaciter confingentes, tu ad fidelem diligentiam et diligentem fidelitatem ipsius, nec non ad compositi verbi sui modestiam quas frequenter in tuis et dicte regine negotiis experimentis evidentibus potuisti probare, ymo, ut credimus, pro certo probasti, cum et nos illas fuerimus in multis experti, regalis circumspectionis convertens intuitum, talium suggestionibus minime crederes, nec tuam propter hoc erga ipsum benivolentiam immutares, ymo, quicquid grunnirent emuli, quicquid assererent subdoli detractores, juxta munificentie regalis exigentiam responderes sibi pro meritis retributione condigna. Ad que tu per litteras regias nobis rescribere curavisti quod, excusationem ac recomendationem nostras hujusmodi gratanter admittens, eum nedum habebas de innata tibi clementia super impositis excusatum, quin etiam ejus fidelitatem ab experto probatam, gratanter extollens, ipsum nobis efficaciter comendabas, quod utique, tui specialiter honoris intuitu et utilitatis obtentu, placidum gessimus multipliciter et acceptum. Porro, sicut jam nosse te credimus, ea de quibus, ut premissum est, ipsum magistrum Radulphum excusatum habueras, nonnulli in eum patulis assertionibus renovant ut adinventionum hujusmodi jaculis a regio latere hominem probate opinionis avellant; nos autem constanter asserimus et super hoc in testem Dominum invocamus, quod in omnibus que idem magister Radulphus tuo et regine ipsius nomine pro vobis et aliis quibuscunque habuit agere coram nobis, ipsum invenimus fidelem atque solicitum, et ubicunque fuit expediens audivimus tuis et regine predicte vestrorumque preconiis etiam effuse frequenter insistere, nunquam eum percepimus coram nobis aut coram quocunque alio novimus contra te vel illam aut vestros ad indecens aliquid seu aliqualiter reprehensibile prorupisse. Tuum igitur erit, amantissime fili, super hiis remedium oportunum apponere et ipsius tui servitoris innocentiam, quanto favorabilius servando justitiam poteris, comendatam habere. Dat. VIII kal. aprilis[2]. »

[1] 28 novembre 1317, nº 451.
[2] Cf. Cette lettre postérieure, on le voit, à la date ci-dessus indiquée, est d'autre part antérieure à la disgrâce de Raoul de Pereaus, c'est-à-dire à janvier 1319 (Voyez nº 72, note 1 et aussi nº 523).

527 [Avignon, 25 mars 1318.]

Eidem regi ne prædictis detractoribus, inter palatinos et curiales generaliter regnante invidia, fidem adhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 10 vº, c. 25.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Grata nobis admodum tuarum nuper litterarum series reseravit qualiter recomendationem ac excusationem dilecti filii magistri Radulphi de Perellis, consiliarii tui nobisque devoti, super nonnullis mendaciter eidem impositis apostolicarum continentie litterarum insertas gratanter admittens, eum nedum habuisti de innata tibi clementia favorabiliter excusatum, quin etiam ejus fidelitatem ab experto probatam patenter extollens, ipsum nobis efficaciter commendare curasti. Quod profecto, fili carissime, tui specialiter honoris intuitu et utilitatis obtentu, placidum gerimus et multipliciter attentamus. Cum enim hodie inter palatinos et curiales generaliter regnet invidia, cujus pestis virtutum merita ponderat set ad hoc suos conatus exacuit ut detractionum jaculis a magnatum lateribus viros probate opinionis avellat, tuum esse debet ut ad ling[u]as dolosas acutas constantie tue sagittas apponens, nequaquam admittas mordacis et mendacis lingue blanditias, set detractorum Deo quidem odibilium audatiam sic compescas ut, a voce tui th[r]onitrui formidantes, ling[u]as suas a malo prohibeant et, ne loquantur dolum, labia circumcidant; propter quod acceptum habuimus nec indigne quod oblocutionibus emulorum nequiter inpingentium in famam et innocentiam dicti magistri Radulphi, tuum ad credendum non exhibuisti facilem animum, nec erga ipsum propterea immutasti solite benignitatis affectum, magnanimitatem regiam exhortantes in Domino tibique nichilominus sano consilio suadentes quatinus, prudenter attento quod ling[u]a tertia multos commovet, plurimos deicit et interdum que fiunt aut dicuntur sincero proposito nunc prava et subdolosa falsitatis admixtione, nunc calumpniosa interpretatione pervertit, quodque dolosa labia detractorum frequenter satagunt fabricare mendacium et contra personas aliquas que presertim eminentia preeminent, nonnunquam odio vel livore laxantur, non facile credas omni spiritui adversus illos quorum fidelitatem in tuis obsequiis persepe probasti, set ad industriam et virtutes quibus eos virtutum Dominus insignivit convertens tue considerationis intuitum, in benigniorem partem semper interpreteris, in dubio nullum habiturus ex levi causa suspectum, fideles etenim si putaveris facies, et dum quilibet confidentiam tuam in se fidenter recumbere viderit, ab omnibus que infidelitatem sapere valeant cautius, ut credimus, abstinebit[1]. »

[1] On lit dans l'index du registre, au sujet de cette lettre : *eidem super eodem, sed non transivit;* c'est pourquoi nous la rapprochons, ainsi que la suivante, de celle qui précède et leur attribuons la même date (Voyez, à ce sujet, n° 76, note 1).

528 [Avignon, 25 mars 1318.]

Eidem regi dictum Radulphum commendat in forma diversa. (Reg. 110, p. i, fol. 20, c. 26.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia plurimum(que), fili carissime, falsa suggestio dum ad sinistri credulitatem audientis animum excitat, cordis intima scandalizat, personis presertim sublimibus est cavendum summopere quod in hoc saltem talibus suggestionibus obvient ut illis aures credulas de facili non inclinent. Ecce, princeps inclite, non desunt sicut miranter audivimus, qui apud te et carissimam in Christo filiam nostram Johannam, reginam Francie et Navarre illustrem, consortem tuam, contra dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, utriusque consiliarium et fidelem nobisque devotum, sine causa, non tamen sine malitia multa submurmurent; non desunt qui ejus actibus insidiantes ac nomini, et tuam et regine predicte benivolentiam erga ipsum turbare nitentes, verba seu facta ipsius calumpniantur indebite, eum in curia nostra contra te vel illam peregisse minus fideliter aliqua aut laxasse ling[u]am ad indecentia pro libito confingentes. Isti sunt, amantissime fili, rane in penetralibus regum ipsorum, id est garruli et mendaces in domibus principum et magnatum. Isti sunt cinomia et cimises mordentes et pungentes occulte, et aliorum bona quantum in eis est detractionibus corrumpentes. Porro quantum potuimus ex nobis advertere, quantum tu et regina predicta ex operis efficacia, ut credimus, perpendistis, veritas ipsa pro dicto magistro Radulpho respondet, ipsius evidentia talium falsitatum figulos et eorum figmenta confutat. Nos etenim in tuis et regine predicte negotiis erga nos precipue promovendis, immo etiam in aliorum

prosequendis agendis pro quibus tua et ipsius regine scripta nobis dirigebantur interdum, dicti magistri Radulphi fidelem diligentiam et diligentem fidelitatem experimento frequenti probavimus, eum jugiter audivimus extollentem in omnibus tua et regine predicte vestrorumque preconia, nunquam ipsum in hiis que tuum et regine predicte concernerent comodum et honorem quomodolibet tepere cognovimus, nunquam, teste Deo, ipsum audivimus contra te vel illam aut vestros ad indecens aliquid seu aliqualiter reprehensibile prosilire, quin potius pro regalibus juribus et honore ubique servandis eum percepimus, discriminibus non vitatis, constanter expositum et absque personarum acceptione paratum. Tu etiam et regina predicta de ipsius magistri Radulphi fideli nec minus fructuoso labore satis potuistis per felicem commissorum sibi negotiorum exitum instrui, et per expertam sepius compositi verbi sui modestiam de verisimili circa turpiloquium innocentia informari. Quesumus itaque, fili, ut premissa sicut et condecet diligenter attendens, malivolis aut emulis qui forsan in dispendiis alienis sua lucra venantur, aures nequaquam acomodes, set ipsius magistri Radulphi sinceritatem, labores et merita que nedum iniqua detractio, quin etiam grandis si, quod absit, adesset offensa exsuflare proculdubio non deberet, spiritu quieto et animo gratanti discutiens, contra eum quem, ut pro certo supponimus, ipsa veritas reddit excusabilem, ut prefertur, ad perverse detractionis obloquium tua benignitas, in illius presertim absentia, nullatenus indignetur; sed ipsum tua circa nos negotia fideliter prosequentem, in tua et ejusdem regine solita gratia gratanter foveas et conserves sicque ora circa te et reginam ipsam iniqua loquentium obstruas, ut locus detractioni non assit (*sic*), detractori non pandatur aditus, nec prestetur auditus per quod tam ille quam tui et regine prefate alii servitores de tua constantia animosiores effecti, regiis prosequendis agendis libentius et audatius se impendant[1]. »

[1] On lit, dans l'index du registre, au sujet de cette lettre : *eidem scribitur super eodem, set non transivit*, et dans le texte, en regard de la rubrique, dans la marge latérale : *ista non transivit*. Voyez ce que nous disons à ce propos dans la note précédente (n° 527).

529 [Avignon, 25 mars 1318.]

Eidem regi ut de delatis contra aliquos assistentes sibi se diligenter informet nec cito contra eos credat (Reg. 109, fol. 115, c. 477; — Reg. 110, p. i, fol. 44 v°, c. 143.)

« *Eidem*. Nosse, carisime fili, te credimus, quod per invidiam diaboli mors in orbem terrarum intravit, sed nec tibi fore putamus incognitum quod per invidorum malitiam, multi sepius gravem subiere jacturam Invidi namque alienam felicitatem sibi ad injuriam reputant, alieno provectu deficiunt et aliena vastatione tabescunt, et dum livorem nolunt a corde projicere, ad apertas coguntur operum nequitias prosilire. Quod factum esse in Chaym legimus qui, si non acceptam fratris hostiam invidisset, ad fratricidium minime pervenisset. Hec in magnatum domibus visa sunt persepe contingere, ut videlicet si aliqui forent inibi sapientes, amabiles, benigni et mites, et juxta divine dispositionem gratie ac suorum exigentiam meritorum adeo in suorum conspectu dominorum accepti, ut per ipsos dominos rei publice administratio et summa rerum eis fuisset in totum vel in parte fida securitate commissa, ex tunc cruciabantur invidi in se ipsis et, igne indignationis in cordibus eorum accenso, concipiebant dolorem et iniquitatem finaliter pariebant, suos ad id exacuantes odiose conatus, ut talium innocentiam impositione mendaci lacesserent, eosque a dominorum lateribus detractionum avellerent jaculis, et interdum eis nedum exitum sed exitium procurarent. Hec audisti et vidisti, si recolis, in regalibus predecessorum tuorum domibus evenisse — etenim tu et ceteri presidentes qui solo nutu servitorum pravitatem dampnare potestis, multum debetis advertere, ne facile credatis omni spiritui adversus illos precipue qui de fidelitate, prudentia et comendabili bonitate fuerint in vestris obsequiis persepe probati. Sed si detractor, Deo quidem odibilis, aliquando de talibus quicquam tuo distillabit auditui, non statim excandescas in illos, non eorum famam detractorie impositionis obtentu commacules, sed ad industriam et virtutes quibus eos virtutum Dominus insignivit convertens regie considerationis intuitum, in benigniorem partem semper interpreteris, in dubio nullum habi-

turus ex levi causa suspectum, fideles etenim si putaveris facies, et dum quilibet confidentiam tuam in se fidenter recumbere viderit, ab omnibus que infidelitatem sapere valeant cautius, ut credimus, abstinebit. Attende, fili, quod si lingua tertia multos commovet, plurimos deicit, et frequenter que fiunt aut dicuntur sincero proposito, nunc prava et subdula falsitatis admixtione, nunc calumpniosa interpretatione pervertit. Attende quod illi qui circa latus tuum aliquali eminentia preminent tuisque negotiis solertius se impendunt, habent aliquando tue utilitatis intuitu, nedum mediocribus sed et majoribus facere aliqua ingrata vel dicere, quorum habent postmodum odiis et obloquiis subjacere. Quapropter tuum esse debet quod ad linguas dolosas acutas tue constantie sagittas opponas; et si quando de personis tibi nulla verisimili conjectura suspectis, tuis auribus suggeri aliqua sinistra contingat, consilium repetimus alias tibi scriptum [1], ut videlicet suggerentis conditionem et zelum quo moveri potest, et delati statum et merita, nec non qualitatem negotii super quo delatio tibi facta procedit, ac circumstantias alias cures perspicaciter ac diligenter attendere, ut ex hiis perpendere valeas quantam suggerenti debeas fidem dare. Et si contra delatum probabilis resultet forte suspitio, non statim eum prodas in publicum, ne indelebili forsan infamie sine causa subicias ejus statum; sed de impositis ei, secretam facias informationem haberi, ut per illius exitum, tuum deinde facias contra delatum vel deferentem consulte processum; per hec enim tibi utiliter corda servitorum allicies, qui nimirum timerent tuis insudare servitiis si credulus nimis esses. Dat. Avinione, VIII kal. aprilis [2]. »

[1] 28 novembre 1317 (n° 451).

[2] Nous attribuons à cette lettre la même date qu'aux lettres précédentes (nos 526-528); elle concerne évidemment, comme ces dernières, Raoul de Pereaux, bien que son nom ne soit pas cité et qu'elle soit conçue en des termes plus généraux.

530 Avignon, 26 mars [1318].

Eidem, regi respondet quod subsidium petitum contra Flandrenses quoad præsens concedi oportunum non videtur. (Reg. 109, fol. 122 v°, c. 507; — Reg. 110, p. I, fol. 30 v°, c. 91.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ad grande tibi, carissime fili, debet gaudium cedere illudque nimirum intra claustra pectoris decet te memoriter retinere quod Romana Ecclesia, mater tua, te ac christianissimum regnum tuum ea caritate prosequitur et ad personam tuam in tantum ejus benignitas excitatur ut, pia semper ad te ac regnum predictum gestans viscera non solum presentialiter tibi assistat in placidis, sed spem benignius tribuat de sui favoris assistentia in futuris. Nuper siquidem convenientibus in nostra et fratrum nostrorum presentia tuis et dilecti filii Roberti, comitis ac comunitatum Flandrie procuratoribus nostrum audituris consilium super securitatibus de observatione pacis Flandrie hinc inde prestandis, cum predicti procuratores tui datum a nobis super hujusmodi securitatibus a deliberato consilium acceptassent tuo nomine reverenter, procuratores comitis et communitatum predictosum illud responderunt se non posse acceptum habere, cum nec ad id posset, ut dicebant, eorum extendi mandatum; propter quod ipsi procuratores tui non ad viam pacis dirigi sed ad guerre ac commotionis initium declinare corda Flandrensium presumentes, pro parte tua nobis humiliter supplicarunt ut, cum in hujusmodi guerre prosecutione si forte procederet, grandium haberes profluviis sumptuum onerari, et superbam Flandrensium altitudinem de longe cognoscere, tuam humilitatem ac obedientiam paterna respicere subventione vellemus, impensuri tibi conveniens tanti negotii qualitati tam spirituale quam temporale subsidium, ipsiusque quantitatem, ut inde te possent certiorem efficere, specialiter expressuri. Ad quod, dilectissime fili, deliberatione cum ipsis nostris fratribus habita, prefatis tuis procuratoribus seu nuntiis de ipsorum fratrum consilio, quos indubitanter ad id multum liberales invenimus atque promptos, duximus respondendum quod, licet Ecclesia memorata non intendat solita dulcedinis ubera in necessitate tibi subtrahere aut in quibusvis periculosis eventibus relinquere non adjutum, nondum tamen imminebat illa necessitas propter quam haberes hujusmodi subsidium petere et nos illud tibi deberemus offerre, cum et ad hoc probabilius sit de pace sperandum quam de guerre fremitu formidandum; immo si nunc pro guerra hujus-

modi offerremus tibi subsidium, nedum eam nutrire quod absit, sed et ad ipsam videremus intensius affici quam ad pacem, quam tamen, novit Altissimus, ardenter optamus, et eam, Deo auctore, confidimus provenire, cum et procuratores Flandrenses responderint se consilium nostrum predictis comiti, et communitatibus relaturos, sperantes illud acceptari per illos. Ubi vero hostis antiqui machinamenta, quod Deus avertat, adeo prevalerent in induratione seu obstinatione Flandrensium predictorum quod ipsi nollent viam pacis agnoscere, sicque propter eorum culpam te guerram oporteret habere, nos et ipsi fratres nostri in hoc fixe resedimus quod, cum ex ipsius guerre processu causa Dei et Ecclesie sancte sue ledi non leviter habeat, utpote cum te, ipsius Ecclesie pugile tuisque proceribus atque magnatibus distractis ad illam, necesse sit impediri pia Dei negotia, et precipue Terre Sancte, quam Sacra Scriptura testatur sibi omnium cariorem que, prodolor, fuerunt etiam ab olim, propter ipsius guerre strepitum impedita, in tuum viriliter exurgemus auxilium, sicque tibi oportunis subventionibus temporaliter et spiritualiter assistemus, quod et ipsi Deo, cujus in hac parte, ut prefertur, causam nos promovere censebimus, gratum ut speramus accedet et placidum, tuque per effectum operis senties evidenter exuberantem ad te pie matris affectum. Dat. VIII. kalendas aprilis[1]. »

[1] L'audience dont parle le pape est mentionnée le 8 mars 1318 (Voyez n[os] 491, 492), et c'est au même moment, d'après sa lettre, que les envoyés français firent une demande de subside (Voyez aussi n[os] 505, 512, 513). Cette lettre, qui est la réponse au roi de France, est évidemment de la même année.

531 [Avignon], 25 mars [1318].

Episcopo Autissiodorensi ejusque collegis mandat ut centum millia florenorum in particulare passagium convertenda Philippo, regi Franciæ, Ecclesiæ nomine tradant. (Reg. 110, p. I, fol. 7, c. 13; — Arch. nat., L. 298, n° 14, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Autisiodorensi, et dilectis filiis magistro Gaufrido de Plexeyo, canonico Parisiensi, notario nostro, ac.., abbati monasterii sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, collectoribus decimarum impositarum in regno Francie per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, pro generali ultramarino passagio in Terre Sancte subsidio faciendo.* Per alias nostras certi tenoris litteras[1] vobis expresse mandavimus ut vos vel duo ex vobis quicquid collectum est et in antea colligetur, per vos aut deputatos seu deputandos a vobis, de decima pro generali ultramarino passagio per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, imposita, pro anno videlicet preterito proxime, deductis inde primitus et retentis centum milibus florenorum in quoddam particulare passagium inter nos et gentes carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ordinatum pro Terre Sancte subsidio fieri, convertendis, que deputandis super hoc a nobis vel apostolica Sede volumus exhiberi, dicto regi nostro et apostolice Sedis nomine mutuo tradere deberetis, receptis ab ipso, in forma quam ipse nostre littere continent, obligatoriis de ipsius exsolutione mutui litteris dupplicatis. Verum quia inter nos et ipsius regis gentes actum est, et per gentes ipsas ad hoc sufficiens mandatum habentes regio nomine acceptatum, quod rex ipse ipsum particulare passagium fieri faciat, certas ad id ordinaturus armari galeas[2], pro quibus erit necesse non modicam pecunie quantitatem expendi, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo ex vobis predicta centum milia florenorum in ipsum particulare passagium convertenda, dicto regi vel suo certo mandato ejus nomine, pro nobis et Sede predicta tradatis et liberetis instanter, receptis ab ipso regiis litteris obligatoriis dupplicatis regali sigillo in viridi cera munitis, quarum una vobis retenta, aliam nobis vel apostolice Sedi mittere non tardetis[3], per quas equidem litteras rex ipse fateatur et recognoscat se recepisse a vobis ex causa predicta centum milia florenorum que promittat et se efficaciter obliget, statim, absque more dispendio, in passagium convertere ac expendere memoratum. Dat. VIII kal. aprilis[4]. »

[1] 21 mars 1318 (n° 515).

[2] Voyez, à ce sujet, n° 784.

[3] La fin de l'acte, à partir de cet endroit, est écrite dans la marge inférieure.

[4] Cf. La date de l'année : *anno secundo*, est donnée par l'original conservé aux Archives nationales.

532 [5 août 1317 — 30 mars 1318.]

Bernardo Bruni et Johanni Pauleti mandat ut ea quæ Ademario Roberti circa recuperationem venditionemque bonorum Hugonis Geraldi, olim episcopi Caturcensis, commissa fuerant exequantur, cum idem Ademarius ad partes sibi assignatas se conferendo decesserit. (Reg. 110, p. ii, fol. 85, c. 383 et 1027.)

« *Dilectis filiis Bernardo Bruni, decano ecclesie Lemovicensis, et Johanni Pauleti, clerico Caturcensis diocesis.* Ad apostolatus nostri notitiam pridem multorum conquestione perducto quod quondam Hugo Geraldi, olim episcopus Caturcensis, quem omnibus bonis suis ac officio et beneficio et pontificali dignitate sententialiter duxeramus, justitia exigente, privandum[1], diversas et innumeras pecuniarum summas per vim ab illis extorserat et per nefas. Nos eorumdem conquerentium supplicationibus inclinati, ipsorum indemnitati providere volentes, cum bona mobilia Hugonis ejusdem per nos usque tunc habita non possent pro hujusmodi satisfactione sufficere, ordinavimus et decrevimus ut de bonis ipsius mobilibus et immobilibus in quibuscunque consisterent que privationis sue tempore possidebat, ad manus nostras primo redactis, et postmodum venditis et distractis, debita satisfactio fieret conquerentibus antefatis. Post hec autem fide dignorum assertione nobis exposito memoratum Hugonem penes religiosos et alios Caturcensis, Lemovicensis et Petragoricensis civitatum atque diocesum et partium vicinarum, thesaurum magni pretii in vasis aureis et argenteis, libris, jocalibus aliisque bonis tempore sue privationis habere, ac etiam nonnullos subtractores et occultos detentores predicti thesauri, eligentes potius illum occultare seu subtrahere quam excommunicationis vitare sententiam per nos alias in subtractores et occultos detentores hujusmodi promulgatam, quondam Ademarium Roberti, canonicum Caturcensem ad partes illas, occasione hujusmodi duximus destinandum, dato sibi per apostolicas litteras in mandatis, ut omnia bona mobilia et immobilia, tam hereditaria quam acquisita, in quibuscunque consisterent que dictus Hugo ante captionem suam tenebat et possidebat, seu tenebant alii pro eodem, et specialiter manerium de Belloloco situm juxta villam de Noalha, Petragoricensis diocesis, nec non domos, vineas, possessiones, prata, nemora, molendina, stagna, silvas et pascua, libros quoque, pannos, vasa aurea et argentea, oves et boves, animalia, utensilia et quecunque alia bona mobilia et immobilia dicti quondam Hugonis, et que in dicta villa de Noalha dictoque manerio et pertinentiis eorum aut alibi Helias Geraldi, frater Hugonis predicti, tempore captionis ipsius, nomine ejusdem Hugonis possidebat atque tenebat, cum per instrumentum publicum diceretur evidenter constare dictum Heliam recognovisse ac confessum fuisse omnia et singula bona predicta dicti Hugonis existere, seque ipsa ab eodem Hugone precario possidere, ad manus suas redigeret et redacta per se vel alium seu alios prout melius posset venderet atque distraheret, ipsorumque pretia pro satisfactione conquerentium predictorum nobis quantotius assignare vel assignari facere procuraret; quod etiam de thesauro et bonis Hugonis prefati occultatis, ut premittitur, vel subtractis, et penes quos et ubi fuissent deposita, et qui forent hujusmodi subtractores plenam curaret informationem habere, et ab omnibus et singulis penes quos bona ipsa reperiret fuisse deposita vel locata, nec non ab omnibus et singulis subtractoribus aut occultis detentoribus bonorum ipsorum, illa nostro et Ecclesie Romane nomine repeteret, exigeret atque reciperet, quitationem de receptis nostro et ejusdem Ecclesie nomine, et pactum de ulterius non petendo facturus; contradictores et rebelles si qui forent, per censuram ecclesiasticam, et alias per oportuna remedia, et appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus esset auxilio brachii secularis. Sed et illud eidem Ademario commisisse meminimus, ut contra familiares Hugonis sepedicti inquisitionem faceret diligentem, et si per confessiones ipsorum aut dicta testium quos ad deponendum contra illos ecclesiastica censura compelleret, de falsitatibus ac forefactis et gravibus eorum excessibus constaret eidem, illa in scripturas autenticas fideliter redigi faceret, et redacta sub suo sigillo nobis mittere non tardaret; illos etiam quorum excessuum gravitas captionem exigeret personalem, capi personaliter faceret, eos ad nos sub fida custodia, invocato si expediret brachii secularis auxilio, transmissurus. Et si predictorum familiarium aliquos capere propter suam

vel aliorum contradictionem forsitan non valeret, ipsos et contradictores quoslibet et rebelles ex parte nostra, peremptorie citare curaret, ut infra mensem a citatione sua hujusmodi computandum, comparerent personaliter coram nobis, recepturi pro meritis ac nostris in hac parte mandatis et placitis parituri; de die vero citationis et forma et de aliis etiam que super premissis egisset nos informare fideliter non differret. Verum quoniam Ademarius ipse, hujusmodi nostris mandato et commissione susceptis, ad partes se conferens memoratas, jam sicut Domino placuit in fato decessit, nulla nobis de habito per ipsum circa premissa processu informatione transmissa, nihilque de bonis et rebus predictis nobis hactenus assignato, immo nec aliqua super hiis reddita ratione, propter quod contra votum nostrum dictorum satisfactio conquerentium et aliorum etiam prescriptorum executio retardatur, nos circa id prospicere cupientes, de vestra circumspectione ac fidelitate confisi, per apostolica vobis scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum, ad partes predictas vos personaliter conferentes, cum omnibus et singulis de quibus expediens vobis fore videbitur, diligenter inquirere studeatis de processibus per Ademarium antefatum vel alium ejus nomine habitis in predictis et quolibet predictorum; que videlicet, qualia et quot ex bonis predictis ad manus suas redegerit, et que redacta per se vel alium seu alios vendiderit sive distraxerit, et quid fecerit de pretio eorumdem, quid etiam de thesauro et bonis prefatis occultatis vel subtractis et subtractoribus illorum seu occultatoribus egerit, quidve repetierit aut receperit de thesauro et bonis hujusmodi, et a quibus, et super hiis tam ab heredibus quam a commissariis Roberti predicti, et aliis qui exinde tangentur exigatis, audiatis et recipiatis debitam rationem. Sed et vos solerter informare curetis an ad inquirendum contra familiares Hugonis ejusdem, et captionem seu personalem citationem eorum vel alicujus ex illis, Ademarius ipse per se vel alium seu alios forte processerit et quid et qualiter egerit in premissis, suum in illis, si et prout vobis videbitur, continuaturi in forma prescripta processum, aut in illis et aliis omnibus et singulis ad exequendum restantibus juxta seriem premissorum procedatis de novo, ac thesaurum, res et bona predicta, et tam eorum pretium que per ipsum Ademarium fuerunt vendita, quam aliorum que per vos vendi contigerit de eisdem, a quibuslibet detentoribus, emptoribus et debitoribus exacturi, ac pretium exinde reducendum camere nostre ex causa predicta assignari facturi fideliter, et de bonis et rebus aliis debite responsuri, facta per vos quittancia ut premissum est, tradentibus, restituentibus et solventibus de receptis. Nos enim vobis et vestrum cuilibet premissa omnia et singula faciendi et exequendi, et tibi, fili decane, singulariter in contradictores et rebelles, si qui fuerint, censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, exercendi, non obstante si eis vel eorum aliquibus a Sede apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, plenam concedimus, auctoritate presentium, potestatem[2]. »

[1] Voyez nos 234, 235.

[2] Cf. Aymard Robert avait été chargé, le 5 août 1317 (n° 348), de la mission qui fut confiée ensuite à Jean Paulet. D'autre part, ce dernier était déjà entré dans ses nouvelles fonctions le 30 mars 1318 (nos 534, 535). La lettre que nous analysons ci-dessus se placera donc entre ces deux dates.

533 [5 août — 30 mars 1318.]

Universis personis ecclesiasticis officialibusque dominorum temporalium Franciæ ut præfati Johanni Pauleti assistant eique de securo conductu provideant. (Reg. 110, p. II, fol. 85 v°, c. 384 et 1028.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, preceptoribus domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et aliis personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, nec non senescallis, vicariis, prepositis, balliris, judicibus et aliis officialibus quorumcumque dominorum temporalium per regnum Francie constitutis vel eorum loca tenentibus ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos dilectum — promptitudine commendare[1]. »

[1] Cf. Pour la date, voyez la lettre précédente.

534 Avignon, 30 mars 1318.

Eidem Johanni Pauleti ut omnia bona quæ magister Hugo Geraldi, olim episcopus Caturcensis, in Caturcensi, Lemovicensi, Petragoricensi diocesibus ac partibus vicinis possidebat, et specialiter manerium de Belloloco juxta villam de Noalha, Petragoricensis diocesis, ad manus suas redigat ea, prout melius viderit, vendat et conquerentibus satisfaciat. (Reg. 67, cur. fol. 312 v°, c. 38.)

« *Dilecto filio Johanni Pauleti, clerico Mimatensis diocesis.* Ex apostolica servitutis — Dat. Avinione, III kal. aprilis, anno secundo. »

535 Avignon, 30 mars 1318.

Johanni, duci Britanniæ, et pluribus aliis ut prædicto Johanni Pauleti in negotiis sibi commissis auxilium præstent. (Reg. 67, cur. fol. 313, c. 39.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Johanni, duci Britannie, ac vicecomiti Lemovicensi, nec non senescallis, vicariis, ballivis, prepositis, justitiariis ceterisque officialibus ac dominis temporalibus ubique jurisdictionem temporalem obtinentibus vel loca eorum tenentibus per Lemovicensem, Caturcensem, Tholosanam, Petragoricensem et Pictavensem civitates et dioceses ac alias partes regni Francie constitutis, ad quos littere presentes pervenerint etc.* Cum nos dilectum — Dat. ut supra. »

536 31 mars [1317-1318].

Philippo, regi Franciæ, de oblatione sua gratias agit cumque de ipsius statu nonnullisque aliis per magistrum Radulphum de Perellis certiorem facit. (Reg. 109, fol. 31, c. 126; — Reg. 110, p. I, fol. 88 v°, c. 316.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Benigno affectu tuas, fili carissime, suscepimus litteras ex quarum tenore collegimus quantum te de scienda continentia status nostri caritas reddit interna solicitum, quantumque circa nos cuncta succedere prospere diligis et quantum cujusvis adversi vel sinistri contingentiam detestaris; et quidem, sicut habebat ipsarum series litterarum, diebus istis rumor quidam implacidus regium pulsavit auditum super aliquibus que personam nostram contingere videbantur, de quibus miraris si veritate subsistant, quod ad te in auris audito regie provisionis remedium adhibere paratum, paterna certificatio non processit. Sane, fili, de tam pia solicitudine, de tante benivolentie puritate quas ad personam nostram in hiis argumento laudabili filialis devotionis ostendis, grates uberes tibi non indigne refferimus, multipliciter exultantes in Domino qui talem et tantum nobis filium tribuit in cujus assistentia grande robur potest assumere Romana mater Ecclesia et adversus urgentium necessitatum articulos de ipsius protectione sperare, et quem Petri successor et Christi vicarius fateri potest singulariter sue fortitudinis brachium, et in ingruentibus procellarum fluctibus que in hujus mundi pelago frequenter occurrunt precipuum defensorem. Ceterum, dilectissime fili, si ea que apud te vana vox populi adscribere (?) nititur non significavimus celsitudini regie, tua sublimitas non miretur, ea namque contempnenda potius vidimus quam scribenda que si, quod absit, aliquod nobis periculum videremus ingerere, tibi pre magnatibus ceteris velut amanti sincerius curavissemus nuntiare indubie. Et nichilominus per dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, clericum et secretarium tuum nobisque devotum, aliqua inde poterunt clarius excellentie tue referri. Statum itaque nostrum de quo certior effici petiisti quantum ad exteriorem hominem significamus tibi fore per Dei gratiam prosperum, sed homo interior distrahitur curis innumeris et anxiis solicitudinibus fatigatur. Dat. II kal. aprilis[1]. »

[1] Cf. Philippe V se mit plusieurs fois à la disposition de Jean XXII (Voyez nos 172, 393, 478), mais la lettre que nous publions ci-dessus ne renferme aucun indice qui permette d'en préciser la date. Nous voyons seulement qu'elle est antérieure à la disgrâce de Raoul de Pereaus, en janvier 1319 (Voyez n° 72, note 1). On sait que ce personnage vint, à diverses reprises, à Avignon (*ib.*), qu'il s'y trouva, au début de 1318, avec Henri de Sully, et qu'il y resta quelques jours après le départ de ce dernier, qui eut lieu le 21 mars (Voyez nos 330, note 2; 523-525).

537 1 avril [1318].

Henrico, domino Soliaci, ut quosdam prælatos et nobiles quorum præsentia ipse absque incommoditate

carere non potest, a rege Franciæ excusatos haberi faciat, si regalem curiam vocati non adeunt. (Reg. 109, fol. 128 v°, c. 535; — Reg. 110, p. 1, fol. 12 v°, c. 36; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 36, n° 28.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Cum prelati et — facturus nichilominus in sufferentia poni ad beneplacitum regium prestationem eorum ad que iidem prelati in novitate sua celsitudini regie pro episcopatuum suorum temporalitate tenentur. Illi autem quos excusari volumus in hac parte sunt hii : videlicet venerabiles fratres nostre G., Lemovicensis, G., Caturcensis et Jacobus Lodovensis episcopi, ac dilecti filii nobiles viri Bertrandus de Cardallaco, Petrus Dueza, germanus, P. de Via et Arnaldus de Trianno, nepotes nostri, milites, Deodatus, vicecomes Calviniaci, Hugo de Castronovo, Raterius de Castronovo et Hugo de Cardallaco de Borengis. Dat. kalendis aprilis[1]. »

[1] Cf. Nous trouvons, dans un des registres du Trésor des Chartes (Arch. nat., JJ. 55, fol. 28, n° 60), la réponse du roi de France, datée du 24 avril 1318 n. s., par laquelle il excuse personnellement chacun des personnages pour lesquels le pape avait écrit. La lettre que nous publions est évidemment de peu antérieure à cette date; d'ailleurs l'évêque de Lodève qui s'y trouve mentionné, Jacques de Concos, ne fut nommé que le 14 février 1318 (J.-H. Albanès, *Gallia christiana novissima*, inst. col. 58, n° xlix eccl. Aquensis; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 323).

538 — 1 avril [1318].

Fratres Petrum de Palude, Stephanum de Neriaco et Guillelmum de Gandavo nuntios eligit eisque mandat ut comiti et communitatibus Flandriæ litteras apostolicas de cautela sufficienti pacis cum Philippo, rege Franciæ, firmandæ, intiment. (Reg. 110, p. 1, fol. 18 v°, c. 70.)

« *Dilectis filiis fratribus Petro de Palude, magistro in Theologia, Predicatorum, Stephano de Neriaco, et Guillelmo de Gandavo, Minorum fratrum ordinum, nuntiis nostris.* Cum simus, licet immeriti, ejus qui via, veritas est et vita, sola sua dignatione vicarii, nostrum esse debet circa processus presertim et actus nostros interdum in lucem veritatem adducere per quam pellatur falsitas, varietas[1] lateat, cesset duplicitas, mendax assertio delirescat. Sane dudum certis conventionibus habitis inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, tunc regna Francie et Navarre regentem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem et communitates Flandrie ex altera, super quibusdam articulis pacis olim inter clare memorie Philippum, regem Francie, dicti regis genitorem, dum adhuc viveret, ac comitem et communitates predictos inite, partes ipse pro conventionibus complendis hujusmodi et inviolabiliter observandis, dare ac prestare tales invicem securitatis litteras que deberent sufficere promiserunt. Cumque postmodum dicte partes super prestandis et recipiendis securitatibus ipsis concordare non possent, actum extitit concorditer inter illas quod infra certi temporis spatium earum quelibet procuratores suos et nuntios ad nostram presentiam mitteret, nostrum que super hoc deberent securitates sufficere consilium audituros. Demum vero procuratoribus partium earundem comparentibus coram nobis, et super securitatem predictarum prestatione nequeuntibus altrinsecus concordare, nos varios cum eis tractatus assumpsimus ut eos ad concordiam revocare possemus. Et cum nec sic ad conveniendum super ipsis securitatibus induci valerent, nos volentes ad prebendum nostrum inde consilium absque utriusque partis injuria et cujusvis illatione gravaminis consulte procedere, fratrum nostrorum, notariorum quoque et auditorum sacri palatii ac prelatorum et aliarum notabilium personarum qui tunc erant in curia consilium duximus requirendum, consultando petentes, ab illis que securitas in casu eis exposito de jure deberet pro comite et communitatibus Flandrie sufficiens reputari; qui, licet super hoc nobis de jure responderint, et nichilominus suum dederint nobis inde a deliberato consilium, nos tamen super securitatibus ipsis hinc inde prestandis rigori juris nolentes inniti, sed per equitatis viam providere potius securitati partium cupientes, deliberatione super hoc cum fratribus nostris omnibus et singulis apud Sedem apostolicam existentibus diligentius habita, et de consilio eorundem, consilium dedimus quod utrique parti quantum ad securitatem observationis conventionum predictarum vidimus debere sufficere[2] illudque nostris patentibus

litteris eisdem comiti et communitatibus exinde directis fecimus inseri in eorum notitiam deducendum[3]. Ne igitur lingue tertie vera supprimenti aut falsa forsitan immiscenti pateat aditus ad obumbrandum sinceritatem ac veritatem ipsius nostri consilii, quin potius ut consilium ipsum et habitus circa illud sincere processus eisdem comiti et communitatibus facie revelata pandantur, vos et vestrum quemlibet ydoneos ad id ministros elegimus, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quod vos vel duo aut unus ex vobis, ad ipsorum comitis et communitatum presentiam personaliter accedentes, litteras nostras super ipsius nostri consili impensione directas, pro parte nostra indilate presentare curetis, alia circa id juxta datam vobis a Deo prudentiam dicturi, facturi et promoturi que bono pacis ad quod intendimus, videritis oportuna. Volumus autem ut si quemvis ex vobis, quod absit, impediri contingat quominus intendere valeat ad premissa, ille possit personam aliam ejusdem ordinis subrogare per omnia loco sui, super cujus subrogandi sufficientia et ydoneitate subrogantis industriam fiducialiter oneramus. Nos enim hanc subrogationem faciendi vobis et vestrum cuilibet damus plenam auctoritate presentium potestatem. Dat. kalendis aprilis[4]. »

[1] Reg. : *Veritas!* La correction est indiquée par l'expression analogue qui se trouve dans la première phrase du n° 544.
[2] Nos 491, 492 (8 mars 1318).
[3] Nos 498, 499 (*id.*).
[4] Cf. Cette lettre est postérieure au 8 mars 1318, comme on le voit par les deux notes précédentes; elle est antérieure au 1er juillet de la même année, puisqu'à cette époque la mission de Pierre de la Palu en Flandre était terminée et qu'il subit un interrogatoire à ce sujet (Voyez n° 706).

539 [1er avril 1318.]

Roberto, comiti Flandriæ, ut præfatos nuntios benigne recipiat dictasque litteras super consilio pacis effectui mancipet. (Reg. 110, p. I, fol. 19, c. 71.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Ne lingue tertie vera supprimenti aut falsa forsitan immiscenti pateat aditus ad obumbrandum sinceritatem[1] et veritatem nostri consilii, quod super prestandis et recipiendis securitatibus pro observatione conventionum dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, tunc regna Francie et Navarre regentem, ex parte una, et te ac communitates Flandrie ex altera, super quibusdam pacis articulis initarum, diebus proximis dedimus, quin potius ut ipsum consilium et habitus circa illud sincere processus tibi facie revelata pandantur, ecce dilectos filios fratres Petrum de Palude, magistrum in theologia, Predicatorum, Stephanum de Neriaco ac Guillelmum de Gandavo, Minorum fratrum ordinum, nuntios nostros, et eorum quemlibet ydoneos ad id ministros elegimus, per alias nostras certi tenoris litteras[2] mandantes eisdem ut ipsi aut duo vel unus ex eis seu subrogandi vel subrogandus ab eis vel eorum altero, si eos vel quemvis eorum contingeret forsitan circa id impediri, ad tuam presentiam personaliter accedentes, litteras nostras ipsum nostrum consilium seriosius continentes tibique proinde directas, pro parte nostra tibi indilate presentent, alia circa hoc, juxta datam sibi a Domino prudentiam dicturi, facturi et promoturi que bono pacis, ad quod intendimus, viderint oportuna. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica nichilominus tibi scripta mandantes, ac patris more, sano suadentes tibi consilio, quatinus prefatos nuntios nostros et eorum quemlibet aut subrogandos seu subrogandum ab eis vel eorum altero, pro nostra et apostolice Sedis reverentia benigne recipere, nostraque salubria monita tibi exponenda per illos efficaciter exaudire procures, sic te in hiis prompte, sic laudabiliter habiturus quod de tue ad nos et apostolicam Sedem devotionis promptitudine liqueat, teque ad ea que pacis sunt animum inclinantem inconsulta, quod absit, electio in seram fortasse penitentiam non inducat. Dat. ut supra[3]. »

[1] Reg. *sinceritatis.*
[2] N° 538.
[3] *Id.*

540 [1er avril 1318.]

Scabinis, consiliariis et communitati villæ de Gandavo de eodem. (Reg. 110, p. I, fol. 19, c. 72.)

« *Dilectis filiis scabinis, consiliariis ac communitati ville de Gandavo.* Ne lingue tertie — inconsulta etc. [1] »

[1] Cf. n° 539.

541 [1er avril 1318.]

In e. m. burgemagistris, scabinis et consiliariis ac communitati villæ Brugensis. (Reg. 110, p. I, fol. 19, p. c. 72.)

542 [1er avril 1318.]

In e. m. advocatis, scabinis, consiliariis ac communitati villæ Yprensis. (Reg. 110, p. I, fol. 19 v°, p. c. 72.)

543 [1er avril 1318.]

In e. m. scabinis nobilibus et communitati villæ de Franco de Brugis. (Reg. 110, p. I, fol. 19 v°, p. c. 72.)

544 1er avril [1318].

Nuntiis apostolicis sub forma ampliori, ut eosdem comitem et communitates ad dictum pacis consilium amplectandum inducant. (Reg. 109, fol. 131 v°, c. 543; — Reg. 110, p. I, fol. 19 v°, c. 73; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 149, n° 319, non publié.)

« *Dilectis filiis fratribus Petro de Palude, magistro in theologia, Predicatorum, Stephano de Neriaco et Guillelmo de Gandavo, Minorum fratrum ordinum, nuntiis nostris.* Illius qui via veritas est et vita vices, licet inmeriti, gerentes in terris, processuum presertim nostrorum et actuum veritatem interdum in lucem pandere ducimur, ut per patefactionem illius pellatur falsitas, varietas lateat, cesset duplicitas, mendax assertio delirescat. Sane dudum etc. ut in prima superiori [1] usque ibi facie revelata pandantur, ut etiam quam expediens, quam salubre sibi censeatur et utile ipsum nostrum acceptare consilium, quod utique more pii patris filiorum comoda prosequentis et evitantis incomoda, pro securitatis cauto suffragio dedimus nostro eis ministerio patefiat nostraque circa id sibi finalis intentio explicetur, vos et vestrum quemlibet etc. usque accedentes, litteras nostras tam eas videlicet que super ipsius datione consilii, quam eas que super premissorum omnium patefactione seu explicatione predictis comiti et communitatibus diriguntur, pro parte nostra indilate presentetis eisdem, et exposita eis prefati veritate consilii, juxta datam vobis a Deo prudentiam efficaciter studeatis sibi suggerere ut ponere velint in recta statera animarum pericula, corporum cedes, expensarum voragines, dampna rerum que nedum eis set quasi toti mundo miserabiliter intulit Flandrensis guerre commotio, et insuper impedimenta non levia que piis Dei negotiis et specialiter ultramarino passagio patenter ingessit, et que graviora inferre ac ingerere illius continuatio, si, quod absit, forte procederet, formidatur. Ex adverso considerante advertant quot et quanta bona universaliter provenire sperantur ex pace, quorum equidem bonorum sicut poterunt predictum acceptando consilium participes effici; et si, quod non credimus nec vellemus, consilium ipsum abiciant, debebunt omnium dispendiorum pariter et malorum que sequentur ex guerre processu actores merito reputari. Considerent etiam quod cum conventiones pro quarum observatione securitas petitur et super cujus securitatis prestatione nostrum processit consilium, ut prefertur, sint simpliciter hinc inde jurate servari, eis derogare non possint, quin et religionem jurisjurandi in eorum animas prestiti non absque gravi nota pretereant et proinde divinam magestatem offendant. Attendant quoque quod ex conventionibus ipsis longe melior quam de pace prima est eorum facta conditio, propter quod ad inviolabilem observationem illarum et ad acceptationem dati per nos super securitate circa illas prestanda consilii debent facilius et promptius inclinari, presertim cum per consilium ipsum, cui multa pro eorum securitate ultra quam fratres nostri et alie predicte persone per nos, ut premittitur, consultati suaserint, ex nobis adjecimus, sibi provisum esse sufficienter et caute credamus. Si hec et alia per vos vel vestrum alterum eis super hiis salubriter suadenda dicti comes et communitates attenderint, si ea discusserint recto ac tranquillo judicio, profecto nisi se prorsus exhibeant rationis expertes, animos suos ad pacem habilitare curabunt, ipsum nostrum libenter acceptaturi consilium per quod indubitanter invenient

quoad conventiones predictas habundantissime fore sue securitati diligentia paterna provisum. Alioquin si, quod Deus avertat, eis in pertinacia persistentibus consueta, ex eorum culpa recidivum guerre processerit, illis apertius explicare poteritis quod nos et Romàna mater Ecclesia, qui ad reducendum comitem et communitates predictos a dissidiorum invio ad viam tranquillitatis et pacis quicquid potuimus et debuimus fecimus hactenus, nunc speciales nuntios, nunc litteras destinando, et demum per nos ipsos apud procuratores eorum super hoc insistendo solicite sine intermissione laborum, ulterius continere nequibimus quin totiens nostris frustrati laboribus tamque contemptibiliter obauditi, cause Christi, quam idem rex suique proceres et magnates, distrahendi circa guerre hujusmodi strepitum, impedientur in Terre Sancte subsidium prosequi, in auxilium efficax exurgamus, astituri regi predicto cujus procuratores tanquam obedientie filii dictum nostrum consilium pro bono pacis, licet multa gravia et regibus Francie prorsus insolita continerentur in illo, acceptarant nomine regio reverenter, per omnes vias et modos quos ad obtinendum prosperum exitum cause Dei spiritualiter et temporaliter viderimus expedire; et speramus in eo cujus in hac parte causam nos promovere censebimus quod inobedientibus tam gravis efficietur nostrorum adjutorii et assistentie sarcina, quod ad ejus pondus efficientur ipsorum inobedientium humeri penitus inpotentes. Dat. kalendis aprilis. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez n° 538; et au sujet de la forme de cette lettre, n° 550.

545 [1er avril 1318.]

Eumdem Robertum, comitem Flandriæ, ad dictam pacem sub ampliori forma et cum clausula comminatoria hortatur. (Reg. 109, fol. 132, c. 544; — Reg. 110, p. I, fol. 20, c. 74.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Ne lingue tertie etc[1]. usque pandantur, ut etiam quam expediens, quam salubre tibi censeatur et utile ipsum nostrum acceptare consilium, quod utique, more pii patris filiorum comoda prosequentis et evitantis incomoda, pro securitatis cauto suffragio dedimus tuis sensibus patefiat nostraque circa id tibi finalis intentio explicetur, ecce dilectos filios etc. ut supra[2] usque accedentes, litteras nostras tam eas videlicet quas super ipsius datione consilii, quam presentes quas super premissorum omnium patefactione seu explicatione tibi dirigimus, pro parte nostra indilate tibi presentare procurent, expostituri prefati veritatem consilii, et juxta datam sibi a Deo prudentiam te ad acceptationem illius persuasionibus inducturi salubribus, et demum nostre intentionis summam tibi circa id explicite detecturi. Quocirca etc[3]. usque reverentia benigne recipiens eorumque salubria monita reverenter admittens, ponere velis in recta statera etc. ut in illa que incipit : Illius[4], usque formidatur. Ex adverso consideranter advertas quot et quanta bona universaliter provenire sperantur ex pace, quorum equidem bonorum sicut poteris etc. ut supra in eadem, mutatis mutandis, usque credamus. Si hec, fili, et alia per ipsos nuntios nostros vel eorum alterum aut subrogandos vel subrogandum ab eis vel eorum altero, tibi super hiis verbo plenius explicanda debita meditatione pensaveris, si ea discusseris recto ac tranquillo judicio, profecto nisi te prorsus exhibeas rationis expertem, animum tuum ad pacem habilitare curabis, ipsum nostrum etc. ut in eadem, mutatis mutandis, usque avertat, te persistente in pertinacia solita, ex culpa tua recidivum guerre processerit, scire te volumus et pro certo tenere quod nos et Romana mater Ecclesia, qui ad reducendum te tuosque Flandrenses a dissidiorum invio etc. usque apud procuratores tuos et Flandrensium eorumdem super hoc insistendo solicite etc. ut in eadem usque impotentes. Dat. ut supra[5]. »

[1] N° 539.
[2] *Ib.*
[3] *Ib.*
[4] N° 544; de même pour les autres passages supprimés jusqu'à la fin de la lettre.
[5] N° 544; au sujet de ces lettres, voyez n° 550.

546 [1er avril 1318.]

Scabinis, consiliariis ac communitati villæ de Gandavo de eodem. (Reg. 109, fol. 132 v°, c. 545; — Reg. 110, p. I, fol. 20, c. 75.)

« *Dilectis filiis scabinis, consiliariis ac communitati ville de Gandavo.* Ne lingue tertie. — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 544.

547 [1er avril 1318.]

In e. m. burgemagistris, scabinis et consiliariis ac communitati villæ Brugensis. (Reg. 109, fol. 133, c. 546; — Reg. 110, p. i, fol. 20 v°, p. c. 75.)

548 [1er avril 1318.]

In e. m. advocatis, scabinis, consiliariis et communitati villæ Yprensis. (Reg. 109, fol. 133, c. 547; — Reg. 110, p. i, fol. 20, v°, p. c. 75.)

549 [1er avril 1318.]

In e. m. scabinis, nobilibus et communitati villæ de Franco de Brugis (Reg. 109, fol. 133, c. 548; — Reg. 110, p. i, fol. 20 v°, p. c. 75.)

550 [1er avril 1318.]

Philippo, regi Franciæ, ut videat qua ex commissionibus ratione securitatum pacis Flandriæ nuntiis apostolicis destinatis, utendum sit. (Reg. 109, fol. 133, c. 549; — Reg. 110, p. i, fol. 20 v°, c. 76.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, ne sinceritatem et veritatem nostri consilii quod super prestandis et recipiendis securitatibus pro observatione conventionum inter te[1], tunc regna Francie et Navarre regentem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem et comunitates Flandrie ex altera, super quibusdam pacis capitulis initarum, diebus proximis dedimus[2], obumbrare possit lingue malignantis astutia, dilectos filios fratres Petrum de Palude, magistrum in theologia, Predicatorum, Stephanum de Neriaco ac Guillelmum de Guandavo, Minorum fratrum ordinum, ad ipsorum comitis et comunitatum presentiam providimus destinandos, ad presentandum videlicet comiti et comunitatibus antedictis litteras nostras ipsum nostrum consilium continentes sibique proinde directas, et ad dicendum, faciendum et promovendum alia que pro bono pacis ad quod intendimus viderint oportuna, facta super hiis solum commissione nuda et simplici fratribus antedictis, ac apostolicis litteris ad comitem et comunitates easdem proinde respective directis[3]. Verum ex affectu quem ad guerre vitationem et pacis propagationem habemus, comiti et communitatibus predictis et per alias litteras[4] explicavimus sufficientiam dicti nostri consilii, pericula et dispendia grandia que intulit Flandrensis guerre commotio et que, si procedat ulterius, inferre graviora timetur; bona etiam que universaliter provenire sperantur ex pace ad memoriam eorum adducimus, et alia insuper suademus eisdem per que facilius inducantur ipsum nostrum consilium acceptare. Alioquin comminamus eisdem quod cause Dei quam tu, distractus ad guerram, prosequi in Terre Sancte subsidium impediris, adesse proponimus, tibi tam spiritualiter quam temporaliter efficaciter astituri, et ut predicti nuntii nostri hec omnia eis verbotenus ad plenum exponant, ea in alia commissione pleniori sibi facta seriosius duximus exprimendo, prout de hiis omnibus informari poterit regia celsitudo per apostolicas litteras ad nuntios antedictos proinde confectas, quas excellentie tue una cum clausarum transcripto comiti et comunitatibus directarum per latorem presentium providimus mittere. Et si earum perlecto tenore expediens tibi videbitur eas mittere dictis nuntiis, eas assignari mandes et facias, alioquin eas possis, si malueris, retinere. Brevem itaque, amantissime fili, deliberationem super hoc habeas, ne nuntios ipsos commissionem saltem simplicem et alias facientes ad id litteras deferentes, ab incepti prosecutione viagii dispendiose contingat diutius retardari. Dat. ut supra[5]. »

[1] Voyez, au sujet de ces conventions, n° 74, note 1.
[2] Voyez les lettres du 8 mars 1318 (nos 491, 492).
[3] Nos 538-543.
[4] Nos 544-549.
[5] N° 544.

551 1er avril [1318].

Universis personis ecclesiasticis mandat ut Stephano de Neriaco et Guillelmo de Gandavo, nuntiis apostolicis, aut subrogandis ab ipsis, de triginta solidis tur. parv. singulis diebus necnon de necessariis et securo conductu provideant. (Reg. 110, p. i, fol. 21, c. 77.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vices gerentibus, ac ecclesiasticis personis religiosis et secularibus, et aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis et Cluniacensis, et Cartusiensis, Premonstratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini ac aliorum ordinum, nec non magistris et preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani et beate Marie Theotonicorum ad quos littere presentes pervenerint.* Cum dilectos filios fratres Stephanum de Neriaco ac Guillelmum de Gandavo de ordine fratrum Minorum, quemlibet apostolice Sedis nuntios, pro magnis et arduis Ecclesie Romane negotiis ad certas partes regni Francie destinemus, data eis et eorum cuilibet per alias nostras certi tenoris litteras[2] plenaria potestate ut si, quemvis ex eis, quod absit, impediri contingat quominus intendere valeat ad commissa sibi negotia exequenda, ille possit personam aliam ejusdem ordinis subrogare per omnia loco sui, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica nichilominus vobis scripta mandantes quatinus predictos nuntios et eorum quemlibet aut subrogandos vel subrogandum ab eis vel eorum altero loco sui, dummodo de subrogatione hujusmodi per patentes subrogantium seu subrogantis litteras vobis constet, cum per partes vestras transitum fecerint, ob reverentiam apostolice Sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes, cuilibet nuntiorum ipsorum aut subrogandorum in locum eorum vel alicujus, ut premittitur, ex eisdem, singulis diebus de triginta solidis turonensium parvorum pro suis et familiarium suorum necessariis, nec non evectionibus oportunis si sue in via decesserint vel defecerint aut alia fuerint impedite, ac de securo conductu, cum super hiis per ipsos vel eorum nuntios fueritis requisiti, in eundo, morando et red(d)eundo liberaliter providere curetis. Et si eosdem nuntios nostros aut subrogandos vel subrogandum ab eis vel eorum altero, in aliquibus locis moram trahere forsan contigerit, volumus quod non solum archiepiscopi, episcopi, electi, abbates, priores, decani, prepositi, archidiaconi, archipresbyteri, plebani et aliarum ecclesiarum prelati et monasteria, capitula et conventus, exempta et non exempta, Cistertiensis et Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini et aliorum ordinum, nec non magistri et preceptores Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani et beate Marie Theotonicorum et quorumcunque aliorum locorum ecclesiasticorum eorundem locorum ubi dicti nuntii fuerint et adjacentium partium set etiam remotorum, infra fines tamen dicti regni Francie existentium, dum infra dictos fines iidem nuntii vel subrogandi ab eis pro exequendis dictis negotiis fuerint, contribuere in subventionibus hujusmodi teneantur. Sic itaque hujusmodi mandatum nostrum efficaciter adimplere curetis, quod possitis exinde merito commendari; alioquin sententiam sive penam quam ipsi subrogandi ab eis tulerint vel statuerint in rebelles, super quo plenam sibi concedimus tenore presentium potestatem, ratas habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari; non obstante si aliquibus ab eadem sit Sede indultum quod nuntiis Sedis ejusdem aliquam procurationem exhibere vel in ipsa contribuere nisi ad eos declinaverint minime teneantur, seu quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas que de indulto hujusmodi totoque tenore ipsius plenam et expressam non fecerint mentionem, seu aliquibus privilegiis vel indulgentiis quibuscunque personis, locis vel ordinibus sub quavis forma verborum ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris mentio specialis sit habenda, et per que presens mandatum nostrum quomodolibet valeat impediri. Dat kalendis aprilis[3]. »

[1] Nos 538, 544.
[2] Cf. nº 538, note 4.

552 [1er avril 1318.]

Eisdem ut Petro de Palude, una cum præfatis nuntiis ad certas partes regni Franciæ destinato, de necessariis provideant. (Reg. 110, p. I, fol. 21 vº, c. 78.)

« [*Eisdem*][1]. Cum dilectum filium fratrem Petrum de Palude de ordine fratrum Predicatorum, magistrum in th[e]ologia, nuntium nostrum, una cum dilectis filiis

fratribus Stephano de Neriaco ac Guillelmo de Gaudavo de ordine fratrum Minorum, nostris similiter nuntiis pro magnis etc. usque destinemus, data eis per alias nostras certi tenoris litteras potestate ut si, quod absit, eum impediri contingat etc. usque exequenda, personam aliam ejusdem ordinis possit subrogare per omnia loco sui, universitatem vestram etc. usque quatinus predictum nuntium nostrum aut subrogandum ab eo, dummodo de subrogatione hujusmodi per patentes ipsius litteras vobis constet etc. usque tractantes, sibi aut subrogando ab eo singulis diebus de [2] solidis turonensium etc. »

[1] Il n'y a pas d'adresse, mais il faut évidemment *eisdem*, comme cela ressort de l'ensemble même du texte et de l'analyse donnée dans l'index (c. 91). La date est la même que celle de la lettre précédente; c'est à celle-ci qu'il faut également se reporter pour les passages supprimés ici. Pierre de la Palu devait se trouver à Paris (Voyez n° 555).

[2] *Sic*, il manque évidemment un chiffre.

553 Avignon, 6 avril 1318.

Johannam reginam hortatur ut fratrem Guidonem Peregrini, ordinis Prædicatorum, a familiaritate sua abjiciat nec fidem magistrum Radulphum de Perellis detractantibus adhibeat. (Reg. 109, fol. 124 v°, c. 515; fol. 196 v°, c. 745; — Reg. 110, p. i, fol. 10, c. 27.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Decet, carissima in Christo filia tui, claritatem generis, tueque sublimitatis congruit statui quem utique regalis thorus regio insigniens titulo clariorem effecit, tales in familiares habere personas que tui fastigium culminis et laudabilibus moribus et actibus decorent honestis, et si quando aliquos ad tue participium familiaritatis admiseris quorum bonam famam et innocentem conversationem etiam propria videbatur polliceri professio, quamprimum eos male conditionis esse didisceris nequaquam in tua familiaritate retineas, ne per id aliqualem in tui nominis gloria notam ponas. Hec, filia, nos premisisse noveris propter fratrem Guidonem Peregrini de ordine Predicatorum, qui se tuum esse familiarem predicat, ac de tue benivolentie specialitate se jactat; et tamen homo est, sicut audivimus, sinistre opinionis et de gravibus criminibus notatus in ordine et suspectus habetur a multis, etiam de ordine suo, quod divinationibus et aliis religioni sue contrariis et cuilibet prohibitis christiano se non veretur dampnabiliter immiscere, pro quibus equidem, nisi fuisset ipsius tue familiaritatis obtentu, quam et creditur impetrasse ad impunitatis habende fiduciam, jam sensisset debitam ordinis disciplinam. Nec credas quod hec inveniamus ex nobis, aut a personis habuerimus levibus, quin immo ea didicimus ex nonnullorum assertione virorum utique omni exceptione majorum, quibus in majoribus credimus et ad quos insuper habere, ratione officii, conscientiam de talibus pertinet eaque punire, et de hiis omnibus dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, scias similem informationem habere. Hic est ille Guido qui, una cum quodam monacho monasterii Selle, mendaciter imponit, ut credimus, dilecto filio magistro Radulpho de Perellis, consiliario regio nobisque devoto, quod ad quedam indecentia contra te linguam laxare presumpsit. Nec ad impositionem hujusmodi Guido et monachus antefati moveri putantur amore veritatis aut zelo justitie, set potius livore vindicte. Suspicatur etenim idem Guido, et primo id patulo coram nobis asseruit, quod idem magister Radulphus de illo predicta sinistra nostra instillarit auditui; suspicatur et monachus quod abbati suo nocuerit in facto venerabilis fratris nostri G., episcopi Sabinensis, propter quod non tui honoris ac utilitatis obtentu, set ob desiderium, ut conicitur ultionis ipsi magistro Radulpho talia nituntur imponere ut tue in eum indignationis aculeum valeant irritare. De quorum tamen utroque magistrum Radulphum excusare veraciter possumus quod videlicet nec ipsum Guidonem nobis de predictis aliquatenus detulit, nec eidem abbati apud nos impedimentum seu nocumentum aliquid procuravit. Porro, filia, Guido et monachus antedicti talia sic indecentia seminando, tue puritati non leviter derogant tuamque famam, quantum in eis est, caliginosa impositione denigrant, talium etenim non memoratio frequentanda, cum non sit datum omnibus ex personarum qualitate aliisque circumstantiis recte judicare que audiunt, quia id habet mundi corruptio, ut homines ad mala que sive sub assertione, sive sub cujusquam repetitionis specie

refferuntur facile inclinent auditum. Unde posito, quod absit, quod idem magister Radulphus illius fuisset insanie quod ad talia prorupisset, illi tamen in curia ubi prodesse non poterat, presertim cum nil unquam nobis, nisi demum per depositionis jurate modum, inde detexerint, ea non debuissent plurium etiam bonorum et gravium auribus inculcasse, quin potius dissimulasse silentio, cum nullum malum verbum habere memoriam mereatur, ut sic dissimulationis consulte cautela, suo quasi prefocata fuissent in ortu. Hec itaque, filia, consideranter advertens, et nichilominus discreta meditatione considerans quod celsitudini tue non convenit quod, tue familiaritatis pretextu, impunitatem criminosus aliquis habeat, ne propterea confidentius assumat audaciam delinquendi, nequaquam impedias quin Guido ipse suum revocetur ad ordinem, justam inibi penam pro meritis recepturus. Nec facile credas dictum magistrum Radulphum contra te tibive conjunctos, verbo vel facto aliquid reprehensibile comisisse; nam sicut alias tibi scripsise meminimus[1], satis possumus constanter asserere quod in omnibus carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, viri tui tuisque negotiis, dicti magistri Radulphi fidelem diligentiam et diligentem fidelitatem persepe probavimus, eum ubicumque fuit expediens ipsius regis et tui vestrorumque laudibus et comendationibus audivimus etiam effuse frequenter insistere; nunquam, teste Deo, ipsum percepimus coram nobis, nec scimus coram alio contra vos indecens aliquid protulisse. Et certe quantum ad imposita in sue suffragium excusationis accedit, quod dilectus filius noster Neapoleo, sancti Adriani diaconus cardinalis, juratus deposuit coram nobis quod nunquam audiverat illum ad obloquium prorumpere memoratum, sicut in exhibendo tibi scripto inde facto ac munito cardinalis sigillo predicti plenius contineri videbis. Datum Avinione, VIII idus aprilis, pontificatus nostri anno secundo[2]. »

[1] 28 novembre 1317, n° 452.

[2] La date de l'année ne se trouve que dans le c. 745 du registre 109. Au sujet de Raoul de Pereaus, voyez n° 72, note 1.

554 Avignon, 6 avril 1318.

Eidem reginæ inquisitionem contra præfatum magistrum Radulphum factam mittit ejusque diligentiam et fidelitatem commendat. (Reg. 109, fol. 125, c. 516; fol. 196, c, 744; — Reg. 110, p. I, fol. 11, c. 28.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Pridem, carissima in Christo filia, tibi scripsisse meminimus[1], excusando dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, consiliarum regium nobisque devotum, quod nunquam eum audiveramus coram nobis, aut coram alio sciveramus aliquid contra te tibive conjunctos indecens protulisse, quin imo eum ubicunque fuit expediens, tuis tuorumque comendationibus atque laudibus institisse reperieramus etiam frequenter effuse. Verum quia in inquisitione secreta, quam tu de innocentia tua tueque fame conservatione solicita, per venerabilem fratrem nostrum Mimatensem episcopum et dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, in curia fecisti fieri super illis, aliqui deposuerant sub quodam involucro, nos inde veritatem scire volentes explicite, ab illis saltem quos, si forsitan in aliquo vacillarent, punire nostre cohercitioni subditos poteramus, fratres Guidonem Peregrini de ordine Predicatorum, et quendam monachum monasterii Selle, diocesis Trecensis, familiares dilectorum filiorum nostrorum P., tituli sancte Susanne presbyteri, et Neapoleonis, sancti Adriani diaconi cardinalium, ad nostram fecimus evocari presentiam, et presentibus venerabili fratre nostro G., Meldensi episcopo, et predicto buticulario, consiliariis regiis, de veritate dicenda super interrogandis juramentum solitum ab eis exegimus, qui jurati deposuerunt in episcopi et buticularii presentia predictorum super interrogatis, in ea forma quam scriptura ipsorum confecta manibus ac munita sigillis tue assignanda celsitudini seriosius indicabit. Porro quia ipsi prefatos cardinales, dominos suos, in suis testimoniis nominabant, cardinales ipsos vocavimus coram nobis, qui etiam episcopo presente predicto, deposuere jurati et eandem depositionem repetierunt postmodum, audiente buticulario memorato, prout eorum exhibende tibi littere continent manibus scripte propriis et sigillis etiam communite. Tuum igitur erit, filia, depositiones hujusmodi consideranter advertere, ac deponentium et presertim fratris et monachi predictorum conditionem et

zelum, ac ipsius magistri Radulfi fidelitatem persepe probatam in recte discussionis trutina ponderare, et ex hiis patenter occurret quanta sit fides talibus attestationibus adhibenda. Frater etenim et monachus antedicti sicut per alias nostras tibi litteras explicamus[2], non amore veritatis, aut zelo justitie contra ipsum magistrum Radulphum moveri creduntur, set odio potius et livore vindicte. Hec itaque, filia, te decet sedula dispunctione pensare ipsiusque magistri Radulphi diligentem fidelitatem, laudabilem conditionem, mores et merita in mente revolvere, et secundum illa de ipsius innocentia tuum animum informare. Datum Avinione, VIII idus aprilis, pontificatus nostri anno secundo[3]. »

[1] 28 novembre 1317 (nº 452).
[2] Nº 553.
[3] La date de l'année ne se trouve que dans le c. 744 du registre 109.

555 Avignon, 7 avril [1318].

Henricum, dominum Soliaci, rogat ut procuret deliberationem celeriter fieri juxta missionem nuntiis apostolicis pro securitatibus pacis Flandriæ committendam; ei de pace Burgundiæ congratulatur magistrumque Radulphum de Perellis commendat. (Reg. 109, fol. 131, c. 542; — Reg. 110, p. I, fol. 36 vº, c. 109.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Ecce, fili, ne sinceritatem et veritatem nostri consilii quod, ut nosti, procuratoribus regiis et Flandrensibus super prestandis hinc inde pro pacis observatione securitatibus dedimus[1], obumbrare possit lingue malignantis astutia, illud cum plena relatione facti per nostras patentes litteras dilectis filiis comiti et comunitatibus Flandrie providimus intimandum; ad quarum presentationem faciendam eisdem, idoneos ministros elegimus dilectos filios fratres Petrum de Palude, magistrum in theologia, Predicatorum, Stephanum de Neriaco ac Guillelmum de Guandavo de ordine fratrum Minorum et quemlibet eorumdem; fecimus autem duas eis commissiones super hoc fieri: unam videlicet simplicem[2] ad presentandum litteras nostras ipsum consilium continentes, ac exponendum ipsum consilium comiti et comunitatibus antefatis, et generaliter ad alia dicendum, faciendum et promovendum que pro bono pacis ad quod intendimus, fuerint oportuna. Et super hoc ipsi comiti, et comunitatibus clausas destinamus litteras[3]. Aliam vero commissionem fecimus fieri[4] nedum ad presentandum consilii litteras et exponendum illud eisdem comiti et comunitatibus, quin etiam ad ostendendum eis pericula et dampna que ipsis et quasi toti mundo guerra produxit et produceret graviora si, quod absit, forte procederet, bona quoque innumera que sequentur ex pace, nec non ad explicandum alia per que facilius ad acceptandum ipsum consilium inducantur, et demum ad significandum eis quod si illud forsan abjecerint, nos in regis auxilium spiritualiter et temporaliter exurgemus, prout in ipsius commissionis litteris plenius continetur. Quam equidem utramque commissionem una cum litteris clausis directis comiti et comunitatibus antedictis regie celsitudini per latorem presentium mittimus una cum transcripto litterarum ipsarum clausarum, apostolicis intercluso litteris regi missis, ut scilicet consilium regium a deliberato consideret qua ex commissionibus ipsis utilius et expedientius sit utendum[5]. Expedit igitur et nos inde tuam nobilitatem sollicitamus attentius quatinus deliberationem hujusmodi celeriter fieri procures et facias, ut dicti nuntii cum ea commissione ac litteris clausis quas elegerit regale consilium presentari, iter ceptum sine more dispendio prosequantur. Mittimus preterea litteras de stipendiis factis Petro de Palude[6], Parisius ut credimus, existenti, cui eas facias assignari. Porro, si tibi ac ipsi consilio regali videbitur utile oblationes quas super securitatibus predictis ex nobis fecimus, prefatis comiti et comunitatibus intimari, nobis significare non differas, quia illas absque more dispendio transmittemus regi; etiam mittimus duas patentes litteras, unam videlicet nostram cum oblatione nostra, et aliam prelatorum consilium continentes. Ceterum nostra non leviter letificasti precordia quod intimasti pacem Burgundie factam esse[7], in hoc cum tue spei fiducia probabili concurrentes, quod ad honorem et comodum regium pax ipsa processerit tot notabilium personarum et excellentie regie conjunctarum arbitrio reformata; tuam itaque solicitudinem dignis in Domino laudibus commendantes, camdem

nichilominus hortamur attentius ut quecumque regis et regni statum, utinam semper prosperum, contingentia que significanda videris, nobis scribere non omittas ut aut congaudeamus in letis, que semper concedat Altissimus, aut in adversis, que rex regum clementer avertat, compassivis remediis prout nobis secundum Deum possibile fuerit, occuramus. Denique dilectum filium magistrum R., de Perellis, regium consiliarium, nobis devotum, quem utique propter sue fidelitatis et sufficientie merita benigno favore prosequimur, tue benivolentie propensius commendamus. Dat. vii idus aprilis[8]. »

[1] Nos 491, 492.
[2] No 538.
[3] Nos 539-543.
[4] No 544; voyez aussi nos 545-549.
[5] No 550.
[6] No 552.
[7] Le traité de paix avait été conclu le 27 mars 1318 n. s. (Voyez no 572, note 1).
[8] Cf. Cette lettre se date comme celle que nous publions plus haut (no 538); on voit d'ailleurs qu'elle a suivi de près le traité mentionné dans la note précédente.

556 Avignon, 10 avril [1318].

Philippo, regi Franciæ, quod in concessione duarum decimarum in regnis Franciæ et Navarræ ac comitatu Burgundiæ, fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani comprehendi non debeant. (Reg. 109, fol. 208, c. 777; — Reg. 110, p. ii, fol. 29, c. 136 et 692.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Nuper tibi, fili carissime, in tuarum necessitatum et onerum relevamen duas decimas omnium ecclesiasticorum redditunm atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgondie tibi concessimus[1] juxta morem solitum integras, per collectores ad id deputatos secundum taxationes in regnis et comitatu predictis ordinatas et consuetas hactenus colligendas. Licet autem nostre intentionis extiterit et ipsius concessionis verbalis tenor, ut predicitur, satis evidenter expressit, quod nulli alii astringerentur ad solutionem decimarum hujusmodi quam qui alias in similibus concessionibus ad id constringi consueverant et taxari, ex jugi tamen occupationum ingruentia que interdum singula, ut expediret, examinari non sinit, transierunt ad collectores et personas ecclesiasticas executorie super hoc littere, in quibus dilecti filii fratres ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui consueverunt in talibus alias aut subticeri penitus, aut signanter excludi, nominantur expresse. Nolentes igitur fratribus et ordini memoratis adeo eris alieni sarcina pressis, ut novimus, quod vix adicere poterunt ut resurgant, per concessionem decimarum ipsarum gravamen insolitum adici, eos quos per plurium predecessorum nostrorum inspecta registra a subventionibus et decimis interdum inpositis exemptos seu exclusos expressim aut tacite fuisse reperimus, et quos a reservatione fructuum beneficiorum vacantium primi anni, nedum pro aliis set et pro nobis facta, liberos esse certo modo voluimus atque quittos, in ipsarum duarum decimarum facta tibi concessione nec voluimus, nec volumus comprehendi debere, quin potius ipsos a solutione decimarum ipsarum juxta solitum declaramus exclusos; non obstantibus predictis executoriis litteris quas sic in aliis in suo decernimus vigore persistere, ut tamen fratribus et ordini sepefatis nullum afferant prejudicium in hac parte, clementiam regiam requirentes et hortantes attentius quatinus ad onera grandium debitorum et alia quibus ordo ipse nunc miserabiliter premitur, nec non ad id quod, si quicquam post exsolutionem hujusmodi debitorum residui fuerit, illud fratres ejusdem ordinis tanquam Christi pugiles habebunt in subsidium Terre predicte convertere, pium habens intuitum, predictam declarationem et intentionem nostram quam facimus juxta morem, moleste non feras, quin immo eam placidam habeas atque gratam, nil ab eisdem fratribus pro decimis antedictis exigi permissurus, set in hiis et aliis eos pro quorum statu miserabili relevando nobis alias, si recolis, efficaciter scribere curavisti, habeas ob Dei reverentiam, ut tuo mediante favore resurgere valeant, favorabiliter commendatos. Dat. iii idus aprilis[2]. »

[1] 14 janvier 1318 (nos 471-473).
[2] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante.

557 Avignon, 10 avril 1318.

Noviomensi et Meldensi episcopis de eodem, ne quid a fratribus præfati ordinis ratione dictæ concessionis

exigant. (Reg. 109, fol. 208 v°, c. 778; — Reg. 110, p. ii, fol. 29, c. 137 et 693; — Reg. Avin., t. VII, fol. 318; — Arch. nat., L. 298, n° 15, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabilibus fratribus.., Noviomensi et.., Meldensi episcopis.* Nuper carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, in suarum necessitatum etc.[1] usque Burgundie concessimus juxta morem solitum integras, per vos aut deputandos a vobis seu vestrum altero secundum taxationes etc. usque transierunt ad vos et personas ecclesiasticas etc. usque in ipsarum duarum decimarum concessione regi facta predicto nec voluimus etc. usque decimarum ipsarum auctoritate presentium declaramus exclusos etc. usque in hac parte, declarationem et intentionem predictam nostram per alias nostras litteras regi significantes eidem, eumque hortantes attentius ut ad onera grandium debitorum etc. usque intuitum, quod in hiis facimus juxta morem, moleste non ferat, quin immo ut condecet placidum habeat atque gratum, nil ab eisdem fratribus pro decimis antedictis exigi permissurus. Quocirca vobis et vestrum cuilibet per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, predictam declarationem et intentionem nostram tenaciter observantes, nichil a fratribus et ordine memoratis pro predictis decimis per vos vel alium seu alios quomodolibet exigatis, et si quid forsan inde ab eis exactum extiterit, id illis cum integritate restitui faciatis instanter. Datum Avinione, iiii idus aprilis, anno secundo[2]. »

[1] Voyez, pour ce passage et les suivants qui sont supprimés ici, la lettre précédente.

[2] La date complète se trouve dans le registre d'Avignon et dans l'original conservé aux Archives nationales; le registre 109 porte seulement: *datum ut supra;* et le registre 110: *dat. etc.*.

558 [Avignon, 10 avril 1318.]

Philippo, regi Franciæ, de eadem prædictorum fratrum exemptione in forma diversa. (Reg. 110, p. ii, fol. 62, c. 295 et 940.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Sicut largitiones nostras factas ex certa scientia illibatas persistere volumus, sic et illas quas plerumque concedimus errantes in facto, cognita veritatis essentia, libenter in melius inspectione recti judicii reformamus. Sane nuper in apostolicis litteris super facta tibi, in tuarum necessitatum et onerum relevamen, duarum decimarum omnium ecclesiasticorum reddituum atque proventuum in regnis Francie et Navarre ac comitatu Burgundie concessione confectis[1], dilecti filii fratres Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani qui a decimarum prestatione consueverunt specialiter excipi, fuerunt ignoranter inclusi. Quia igitur, juxta quod habet ipsarum continentia litterarum, decimas ipsas tibi concessimus juxta morem solitum integras, per quod intentionis nostre non extitit, sicut nec esse procul dubio debuit, solutioni hujusmodi decimarum debere alios subici quam eos qui communiter alias consueverunt in hujusmodi concessionibus comprehendi, fratres et ordinem memoratos quos per plurium predecessorum nostrorum inspecta registra a subventionum et decimarum concessionibus etiam factis pro Terre Sancte subsidio reperimus fuisse signanter exemptos, et quos ab exactione fructuum beneficiorum vacantium primi anni pro nobis etiam reservata quitos et liberos esse volumus, et qui a quadriennali decima quam clare memorie Philippus, rex Francie, pater tuus, et tu novissime ex concessione apostolica[2] percepisti, fuisse penitus feruntur immunes, ab ipsa duarum decimarum tibi facta concessione prorsus eximimus, collectoribus decimarum ipsarum nostras super hoc litteras dirigentes[3]. Quocirca celsitudinem regiam requirimus et hortamur quatinus, ad gravamina grandium debitorum et alia quibus ordo ipse nunc miserabiliter premitur, et ad id insuper quod fratres ejusdem ordinis tanquam Christi pugiles in Terre Sancte subsidium se et sua tenentur exponere pium convertens intuitum, exemptionem nostram hujusmodi quam facimus juxta morem, placidam habeas atque gratam, nil ab eis pro decimis antedictis exigi permissurus[4]. »

[1] 14 janvier 1318 (n°s 471-475).

[2] 6 septembre 1316 (n° 23).

[3] N°s 557, 559.

[4] Cf. Nous croyons devoir rapprocher des précédentes cette lettre qui n'a aucune date, mais qui a été écrite à la même occasion. Nous avons d'autres exemples de ces lettres *in forma diversa* (Voyez n° 76, note 1).

559 [Avignon, 10 avril 1318.]

Noviomensi et Meldensi episcopis de eodem, ne a prædictis fratribus aliquid exigant. (Reg. 110, p. ii, fol. 62, c. 296 et 941.)

« *Venerabilibus fratribus.., Noviomensi et.., Meldensi episcopis.* Sicut largitiones etc. — faciatis instanter[1]. »

[1] Cf. Nous ferons, au sujet de cette lettre qui d'ailleurs ne figure pas dans l'index du registre, la même remarque que pour la précédente (Voyez aussi n° 557).

560 12 avril [1318].

Guillelmo, monasterii Montismajoris prius monacho, nuntiat se eum eidem monasterio per Isnardi, abbatis, obitum vacanti, et cujus provisionem ad dissentiones in prælatorum electionibus vitandas ea vice Sedi apostoliace reservata erat, in abbatem die lunæ præterita proxime, scilicet iiii° idus aprilis, præfecisse. (Reg. 109, fol. 125, c. 517.)

« *Dilecto filio Guillelmo, electo monasterii Montismajoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis.* Vacante nuper monasterio — Dat. ii idus aprilis[1]. »

[1] Cf. Le 4 des ides d'avril correspond au 10 avril du calendrier actuel. Or dans l'intervalle des quatre années 1317-1320, durant lequel cette lettre a pu être écrite, on trouve que c'est en 1318 seulement que le 10 avril est un lundi.

561 Avignon, 13 avril 1318.

Universis Christi fidelibus qui ad constructionem ecclesiæ beati Johannis Baptistæ, in parrochia ecclesiæ de Rupemaura, Avinionensis diocesis, manus adjutrices porrexerint, centum dies indulgentiæ relaxat. (Reg. 67, cur. fol. 314 v°, c. 46.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Ecclesiarum fabricis manus — Dat. Avinione, idibus aprilis, anno secundo. »

562 15 avril [1318].

Priorem Prædicatorum et gardianum Minorum fratrum civitatis Agennensis ad Matham, comitissam Bernardumque comitem Armaniaci ac Margaritam, comitissam Fuxensem, pro pace inter eos reformanda mittit. (Reg. 109, fol. 129 v°, c. 538; — Reg. 110, p. i, fol. 94 v°, c. 342; — L. Guérard, *Doc. pont.*, 1, p. 12, n° 9; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 150, n° 320, non pub.).

« *Dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., guardiano Minorum fratrum ordinum de civitate Agennensi vel eorum alteri.* Cum illius cujus in pace factus est locus vices geramus in terris, bonum pacis in universos sancte matris Ecclesie filios velut flumen declinare desideranter appetimus, sed illos immunes esse a discordiarum periculis et litigiorum infractibus intensius affectamus qui, sicut junguntur ad invicem necessitudine sanguinis, sic et uniri debent in unitate solide caritatis. Sane ad nostrum nuper auditum non sine mentis turbatione perducto quod humani generis inimicus, pacis hostis, amator litium ac zizanie seminator inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, natum ejus, ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, prefate Mathe sororem et amitam comitis ejusdem, ex altera, super quibusdam rebus materiam dissensionis ingesserat, que, si potentia non viis deducta pacificis radices altius ageret, plurimorum cordibus in utriusque partis turbatione turbatis mutuis causam periculis dare posset, nos, ad vitanda hinc inde dispendia et comoda perquirenda et ad salutem animarum precipue paternis hanelantes affectibus, et proinde cupientes per tractatus amabiles inter partes easdem hujusmodi dirimi questionem, cum indecens et plenum magno discrimine censeatur tam sublimes tantaque conjunctas propinquitate personas ab invicem dividi, occasione presertim utilitatis alicujus temporalis, per alias nostras litteras[1] utrique parti consilio sano suasimus, in remissionem sibi peccaminum injungentes, quatenus, premissis et aliis circa id attendendis prudenter attentis, eoque specialiter in consistorium sedule meditationis adducto quod omnia in pace concrescunt et maxima in discordia dilabuntur, animos suos ad concordandum invicem super hiis de quibus controversia vertebatur libenter habilitare curarent. Et quia confidebamus in pacis actore quod habilius et facilius pos-

set in nostra presentia hujusmodi tractari concordia et firmari, partibus ipsis affectu sincero suggessimus ut aliquos viros ydoneos, pacis et concordie zelatores, sue conscios voluntatis ac plena potestate suffultos, cum omnibus litteris, instrumentis, munimentis, rationibus et cautelis que ad ipsam controversiam facerent, ad nostram presentiam sine more dispendio destinarent. Licet enim variis et arduis essemus occupati negotiis, parati tamen essemus circa pacificationem eorum votive labores impendere ac solertem operam adhibere, sperantes in rege pacifico quod controversia ipsa ad utriusque partis comodum, dummodo se rationi subicerent, pacis et concordie remedio sopiretur. Verum quoniam, sicut recenter audivimus et turbati procul dubio recensemus, post missionem litterarum apostolicarum super hiis confectarum, licet forsan ante receptionem illarum, quedam inter partes ipsas novitates diabolica machinatione nequitia contigerunt que nimirum eo amaricant cor nostrum acerbius quo intensius ad pacificandum illas, talium turbationum vitatis incomodis, noster suspirabat et suspirat affectus, nos nolentes tam utile propter hoc intermitti negotium, partem utramque per alias nostras litteras[2] iterato requirimus et hortamur quatinus, pacis comodis et dispendiis dissidiorum attente pensatis, ad ea que concordiam sapiant se pronam ac flexibilem prebeat, et, novitatibus non obstantibus antedictis, ad nos statim nuntios aliquos ydoneos, ut prefertur, cum quibus de predicte decisione discordie tractare possimus, mittere non omittat; efficaci suasione subjuncta ut ipsa utraque pars interim prorsus abstineat a novitate et commissione quarumlibet per quas hujusmodi pacificatio impediri valeat vel differri. Quia igitur premissa omnia et singula prodeuntia ex affectu paterno partibus ipsis explicari seriosius volumus, ecce vobis, quod et vestrum quemlibet ad id eligimus ministros ydoneos, per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus vos vel alter vestrum, absque dilationis objectu, partis utriusque presentiam adeuntes, predictas nostras clausas, quas super hiis utrique parti dirigimus, ex parte nostra presentetis eisdem, expossituri eis premissa omnia et singula, et, ut nostris in hac parte suasionibus quibus non que nostra sunt querimus, sed ad eorum intendimus comodum, cum reverentia pareant, juxta datam vobis a Deo prudentiam eos efficaciter inducturi. Volumus autem, ad vitandum, mutuum hinc inde discrimen, quod unam partem de responso et intentione alterius in premissis informare vicissim, et nos etiam per vestras instruere litteras fideliter debeatis de omnibus que egeritis et inveneritis in predictis. Dat. XVII kal. maii[3]. »

[1] 21 mars 1318 (nos 506-508).

[2] Nos 563-565.

[3] Cf. M. L. Guérard (*loc. cit.*) attribue cette lettre à l'année 1317, parce qu'elle a précédé une autre lettre qui serait, selon lui, du 20 mars 1318 (*op. cit.*, p. 25, n° 27; n° 632 de notre publication). Or ce dernier document est, en réalité, daté dans les trois registres 67, 109 et 110 du Vatican du 19 juin 1318. Il se trouve ainsi reporté à sa place véritable, près d'autres actes de la même date (nos 631, 633, 634) dans lesquels nous voyons que le gardien des frères Mineurs d'Agen avait terminé à ce moment les affaires pour lesquelles Jean XXII l'avait envoyé en Gascogne. Nous savons que, le 8 juillet de l'année précédente (n° 285), ce religieux avait déjà reçu une mission du pape. La lettre que nous donnons ici, antérieure au 19 juin 1318 et postérieure à la date indiquée dans la note précédente, est donc bien de 1318; on la trouvera mentionnée plus loin, à la date du 5 mai de la même année (n° 580). C. Eubel met bien la date de 1318, mais sans la justifier.

563 15 avril [1318].

Prædictum Bernardum rogat ut ad eamdem pacem procurandam se pronum exhibeat fidemque dictis nuntiis adhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 94, c, 339; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 15, n° 10.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Armaniaci.* Audita nuper dissentionis infeste materia quam pacis hostis, humani generis inimicus, inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam Armaniaci, genitricem tuam, et te ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, amitam tuam, ex altera, super rebus quibusdam ingessit, nos illam dirimi per tractatus amabiles paternis affectibus cupientes, eidem genitrici et tibi per dilectum filium Rogerium, Vaurensem electum, fratrem tuum, scribi super hoc fecimus, et nichilominus vestrum utrique ac eidem comitisse Fuxensi suasimus per litteras speciales [1] ut, animum vestrum habilitantes ad invicem

concordandum, viros aliquos ydoneos, pacis et concordie zelatores, vestre conscios voluntatis ac plena potestate suffultos, cum omnibus litteris, instrumentis, munimentis, rationibus et cautelis que ad causam facerent, ad nostram presentiam sine more dispendio mittere curaretis, cum nos circa pacificationem vestrum parati libenter essemus operam adhibere. Verum quoniam, sicut recenter audivimus et turbati procul dubio recensemus, post missionem litterarum apostolicarum, licet forte ante receptionem illarum, quedam inter vos novitates diabolica machinatione nequitia contigerunt que nimirum eo amaricant cor nostrum acerbius quo intensius ad pacificandum vos, talium turbationum vitatis incomodis, noster suspirabat et suspirat affectus, ecce nolentes tam utile propter hoc intermitti negotium, nobilitatem tuam requirendam providimus iterum et hortandam quatinus, pacis comodis et dispendiis dissidiorum attente pensatis, ad ea que concordiam sapiant te pronum ac flexibilem prebeas, missurus ad nos statim, novitatibus antedictis nequaquam obstantibus, nuntios aliquos ydoneos, ut prefertur, cum quibus de predicte decisione discordie tractare possimus; interim autem a novitatum comissione quarumlibet per quas hujusmodi pacificatio impediri valeat vel differri, per te et tuos prorsus abstineas, cum et in forma consimili per alias nostras litteras parti scribamus adverse [2]; et ut in predictis tam nobis de tua et partis alterius voluntate, quam tibi de partis ipsius et ipsi parti de tuo circa premissa proposito liqueat evidenter, dilecto filio.., priori Predicatorum et.., gardiano Minorum fratrum ordinum de civitate Agennensi damus per apostolicas litteras [3] in mandatis ut, ipsi vel eorum alter partis utriusque presentiam adeuntes, predicta vobis plenius explicent et tam unam partem de intentione alterius in premissis vicissim informent, quam nos per eorum litteras instruant quid egerint et invenerint in predictis, quibus priori et gardiano vel eorum alteri circa predicta te credere volumus et ob nostram et apostolice Sedis reverentiam tueque utilitatis intuitum obedire. Dat. XVII kal. maii [4]. »

[1] 21 mars 1318 (nos 506-508).
[2] No 565.
[3] No 562.
[4] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

564 15 avril 1318.

Mathae, comitissæ Armaniaci, de eodem. (Reg. 110, p. 1, fol. 94, c. 340; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 15, no 11, non pub.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Ma(r)the, comitisse Armaniaci.* Audita nuper dissentionis — Dat. ut supra [1]. »

[1] No 563.

565 15 avril 1318.]

Margaritæ, comitissæ Fuxensi, de eodem. (Reg. 110, p. 1, fol. 94, c. 341: — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 16, no 12, non pub.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi.* Audita nuper etc. — Datum ut supra [1]. »

[1] No 563.

566 Avignon, 15 avril 1318].

Bartholomeo, electo Electensi, ut ejusdem Electensis ecclesiæ regimen sibi commissum suscipiat. (Reg. 109, fol. 138, c. 567.)

« *Dilecto filio Bartholomeo, electo Electensi.* Ad divini cultus augmentum piis intendentes affectibus, et ad salutem populi quem in civitate ac diocesi Narbonensibus sic multiplicavit Altissimus quod per unum antistitem salubriter gubernari non poterat, quin potius ad ejus regimen, exigente messis multitudine ac latitudine requirente diocesis, pluribus operariis opus erat, paternis desideriis anhelantes, nuper premissis ex causis et aliis que nostrum et fratrum nostrorum animos ad id rationabiliter induxerunt, Narbonensem diocesem ejusque redditus quorum opulentia copiosa duobus potest habunde sufficere, de fratrum ipsorum concordi consilio in duas ecclesias cathedrales atque dioceses duximus dividendos, videlicet preter ecclesiam Narbonensem que ut metropolis suam propriam et distinctam habebit diocesem auctoritate apostolica limitandam, in villa Electensi sit ex nunc alia quam

noviter ibidem ereximus ecclesia cathedralis suam propriam et distinctam diocesim habitura. Verum cupientes eidem ecclesie ad cujus statum prosperum cum sit novella plantatio per nos, ut prefertur, erecta, ut providus opifex in specialitate quadam afficimur, de ydoneo providere pastore, demum ad personam tuam aciem direximus nostre mentis, et assertione fide digna comperto quod vir es dono scientie preditus, providus in consiliis, in actibus strenuus, virtute pollens et fama, quodque in eadem ecclesia in qua ante erectionem hujusmodi peregisti abbatis officium, sic fideliter et utiliter ministrasti quod rationabili argumento conjiceris nunc ipsius curam diligenter et efficaciter exequi, cum preteriti ratio verisimilem conjecturam exhibere soleat futurorum, te illi de fratrum ipsorum consilio in episcopum prefecimus et pastorem. Tu ergo, fili, onus injunctum tibi devote suscipiens, administrationem ipsius Electensis ecclesie in spiritualibus et temporalibus ad tuam et populi tibi commissi salutem sic diligenter exerceas, sic ipsius exercitium sollicite prosequaris, quod de talentis tibi a Domino creditis rationem in die districti examinis redditurus, illa multiplicata duplicato funere committenti cum fiducia representes. Dat. Avinione, XVII kal. maii [1]. »

[1] Le diocèse de Narbonne fut divisé et la ville de Limoux érigée en cathédrale le 20 août 1317 (Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t. III, p. II, 154). Mais Jean XXII révoqua ensuite cette transformation ; ce furent Alet et saint Pons de Thomières qui devinrent sièges épiscopaux, le 28 février 1318 (Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 25, pars II, n° 16; les auteurs du *Gallia christiana*, qui d'ailleurs ne reproduisent aucun document, donnent la date du 18 février, t. VI, p. 223). Le diocèse d'Alet fut délimité le 1[er] mars 1318 et, à la même date, pourvu d'un titulaire, l'ancien abbé, Barthélemy (Bib. nat., *ms. cit.*, fol. 27 v°, pars II, n° 18; — Gallia christiana, t. VI, inst. col. 117, n° XIX eccl. Elect.; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 246; — Voyez aussi A. Molinier, *Géographie historique de la province de Languedoc au moyen âge*, col. 26-34). La lettre que nous publions ici a évidemment suivi de près cette nomination. Au sujet des lettres analogues, voyez n° 170, note 2.

567 16 avril [1318].

Universis personis ecclesiasticis in Vasconia constitutis ut priori Prædicatorum et gardiano Minorum fratrum civitatis Agennensis ad partes illas destinatis de uno floreno auri cuilibet eorum singulis diebus, necnon de evectionibus oportunis ac securo conductu provideant. (Reg. 110, p. I, fol. 95 v°, c. 346; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 16, n° 13.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vices gerentibus ac ecclesiasticis personis religiosis et secularibus et aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, sancti Benedicti et sancti Augustini et aliorum ordinum, nec non magistris et preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theutonicorum in Vasconie partibus constitutis ad quos presentes littere pervenerint etc.* Cum dilectum filium — Dat. XVI kal. maii [1]. »

[1] Cf. n° 562.

568 Avignon, 16 avril 1318.

Archidiacono Rivensis et Petro Baudeti, rectori de Heremo, Tolosanæ diocesis, ecclesiarum ut pecuniæ summas a quibusdam Gualhardo, quondam Tolosano episcopo, debitas recipiant. (Reg. 67, cur. fol. 315 v°, c. 51.)

« *Dilectis filiis.., archidiacono Rivensis et Petro Boreti* (sic), *rectori de Heremo, Tholosane diocesis, ecclesiarum.* Cum sicut ad — Dat. Avinione, XVI kal. maii, anno secundo. »

569 Avignon, 17 avril 1318.

Eidem Petro Baudeti ut bona quondam Bernardi, episcopi sancti Papuli, a quibusdam tam clericis quam laicis diocesis sancti Papuli indebite occupata recuperet. (Reg. 67, cur. fol. 315, c. 50.)

« *Dilecto filio Petro Bodeti, rectori ecclesie de Heremo, Tholosane diocesis.* Sicut nuper ad — Dat. Avinione, XV kal. maii, anno secundo. »

570 Avignon, 20 avril [1318].

Electo sancti Pontii nuntiat se eum eidem ecclesiæ sancti Pontii ex Narbonensis diocesis divisione in cathedralem nuper erectæ, in episcopum præfecisse. (Reg. 109, fol. 162, c. 669 r.)

« *Dilecto filio electo sancti Pontii.* Ad divini cultus — Dat. Avinione, xii kal. maii[1]. »

[1] Cf. Le nouveau diocèse fut créé le 28 février 1318 (Voyez n° 566, note) et délimité le 1er mars 1318 (Bib. nat., ms. lat., 4114, fol. 26, pars ii, n° 17). Pierre Roger, abbé du monastère de saint Pons de Thomières, fut nommé évêque le 19 avril 1318 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 426). La lettre de Jean XXII est certainement de la même année. Voyez, au sujet de ces nominations, n° 170, note 2.

571 24 avril [1318].

Antonium Pisagni iterum rogat ut Jordanum de Insula, domicellum, commendatum habeat. (Reg. 109, fol. 198 v°, c. 747; — Reg. 110, p. ii, fol. 75, c. 347, et 991; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 38, n° 29.)

« *Dilecto filio nobili viro Anthonio Pesaigne, militi, senescallo Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglorum illustri.* Cum nobis, fili — Miramur equidem si dilectus filius nobilis vir Jordanus de Insula, domicellus, certa nobis consideratione dilectus, ex nostris tue nuper devotioni precibus pro illo porrectis[1], apud te non invenerit favoris sperati suffragium, quin immo post illas, prout habet aliquorum assertio, te inexorabiliorem inveniens, expertus est in imminentibus sibi negotiis notabile nocumentum. Volentes itaque pro futuro colligere quid de preteritis credere debeamus, pro eodem Jordano precibus iteratis insistimus, nobilitatem tuam rogantes attentius et hortantes quatinus, prudenter attento quantum tue decentie consulis, si in hiis que sapiant honestatem atque justitiam, nostris rogatibus condescendis, dictum Jordanum nullatenus graves indebite, quin potius eum ob nostram et apostolice Sedis reverentiam, prout honeste et absque juris prejudicio alieni licebit, studeas favorabiliter recomendatum habere, ut dum intercessionem nostram apud te sibi non in vacuum affuisse letabitur, tue devotionis promptitudo per nos extolli proinde dignis in Domino laudibus mereatur. Dat. viii kal. maii[2]. »

[1] 7 mars 1318 (n° 489).

[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, est mentionnée dans une autre lettre du 15 juin 1318 (n° 626). Nous savons d'ailleurs qu'Antoine Pessaigne fut sénéchal de Gascogne entre novembre 1317 et novembre 1318 (Voyez n° 490, note 2).

572 26 avril [1318].

Philippo, regi Franciæ, de concordia inter eum et ducem Burgundiæ reformata congratulatur. (Reg. 109, fol. 223, c. 812; — Reg. 110, p. ii, fol. 15 v°, c. 89 et 645.)

« *Eidem regi Francie et Navarre.* Felici ad nos ex litterarum lectione tuarum rumore perlato quod dilectus filius nobilis vir dux Burgondie ad obedientiam et fidelitatem tuam devote redierat, et inter ipsum et te mutua erat reformata concordia, eo majori fuimus spiritus exultatione perfusi quo amplius fueramus de discordia conturbati. Illi proinde devotas gratias exolventes, de cujus munere factum esse supponimus quod dux ipse, indevotionis errore relicto, ea, ad que tibi tenebatur ut domino, devote prestiterit; quod equidem, ut speramus ceteris malivolis atque discordibus ad exemplum laudabilis immitationis accedet et viam ad salutarem et pacificum reditum preparabit. Tu ergo, fili carissime, humiliter recognoscens tui beneficia Redemptoris, te sub omnipotentia manus ejus humilia, in mandatorum ejus semitas animum dirige, et eadem cum omni diligentia studeas observare, in illo fiduciam habiturus quod qui tres reges ad optatum finem itineris, stella duce, perduxit, ille te gratia sua preveniens, cursum tuum pacifice diriget, et tua que, jam ipso eodem actore, in premissis reputamus utiliter incohata negotia mediabit feliciter, et tandem exitu meliori concludet. Dat. vi kal. maii[1]. »

[1] Cf. Il s'agit ici du traité qui fut conclu, le 27 mars 1318 n. s., entre Philippe V et le duc de Bourgogne (Arch. nat., J. 408, nos 22 et 23; — J. 411, n° 40; — Secousse, *Mémoires pour servir à l'histoire de Charles II, roi de Navarre*, t. II, 1755, preuves, p. 6). Le double mariage pour lequel furent accordées les dispenses du 2 et du 5 mai 1318 (nos 575-579) confirma cet accord. On a vu plus haut (n° 555) que Jean XXII en avait été informé dès le 7 avril.

573 [26 avril 1318.]

Præfatum ducem Burgundiæ hortatur ut in dicti regis obedientia perseveret. (Reg. 109, fol. 223, c. 813; — Reg. 110, p. ii, fol. 15 v°, c. 90 et 646.)

« *Dilecto filio Othoni, duci Burgundie.* Felici ad nos — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 572.

574 [13 juillet 1317 — 30 avril 1318.]

Clementiæ, reginæ Franciæ, de reformatione ordinationis domus suæ gratias agit, eamque ad matrones honestas personasque alias maturitate et discretione vigentes in servitio et comitiva habendas hortatur. (Reg. 109, fol. 107 v°, c. 449; — Reg. 110, p. ii, fol. 42, c. 195 et 751.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* De tuis, carissima filia, salute, comodo et honore, paterno more sollicili, circa ordinationem domus tue et cautam tui custodiam per apostolicas litteras sepius iteratas salutaria tibi jam dudum monita dedimus[1], ad quorum observantiam te vacare tanquam benedictionis filiam et honestatis alumpnam affectibus sinceris optavimus et ferventer optamus; propter quod audientibus nobis quod paterna hujusmodi monita circa ordinationem domus ejusdem nec amplecti filiali videbaris affectu, nec eis te juxta status tui decentiam conformare curabas, eo nimirum zelo quo ad personam tuam afficimur, et ex illius pure caritatis instinctu quo in specialitate quadam ad te provehimur ut filiam predilectam, turbationis materia non indigne succrevit. Verum quantum prout ex dilecti filii fratris Jacobi de Corvo, capellani nostri commensalis tuique confessoris, fida relatione, nec non ex litterarum tuarum et dilecti fili electi Compostellani[2] noviter transmissarum nobis innotuit, tu considerans proventurum ex patris monitione profectum, et proinde illi filialis promptitudinis intellectum accomodans, te ad implendum ipsa salubria monita, duce obedientia, convertisti, tuam disponens laudabiliter domum et per satisfactiones debitas nexus creditorum evitans, in aliis nichilominus ea perseveranter observare promittens, ingens votis nostris successit inde jocunditas, que quicquid in commotionem venisse potuerat in oblivionem adducens quasi ventus, sic omnis indignationis turbationem substulit, ut quecunque preconcepta turbatio quasi nubes videatur subito pertransisse. Tu igitur, amantissima filia, de patris qui licet defectus tuos si, quod absit, aliquibus subjaceres, indubitanter horreret, te tamen odire non posset, benivolentia spem habens indubiam, ejus ex nunc exhortationes devote suscipias, aures illis intentas adhibeas et quod commendabiliter diceris incepisse, continue prosequi non omittas, ut et id nobis qui per hec salutem, honorem et utilitatem tuam querimus et tibi contra pericula providere studemus, cedat ad gaudium tibique exinde salutis, honoris ac utilitatis, prout desideramus, incrementa provenient et efficax contra vitanda pericula munimentum; nec omittimus tibi, quod et alias sepius scripsimus, suadere, ut videlicet matronas honestas circa latus tuum et personas alias maturitate ac discretione vigentes in servitio et comitiva tuis jugiter habere procures. Dat. ut supra[3]. »

[1] Nos 231, 232, 293.

[2] Bérenger de Landorre, qui fut nommé le 13 juillet 1317 (n° 314) et consacré le 30 avril 1318 (Voyez n° 403, note).

[3] Cf. La formule *ut supra* ne se trouve que dans le registre 110, où la lettre qui précède celle-ci, adressée également à la reine Clémence, est du 21 juillet 1317 (n° 321). Bien que cette date ne soit pas inadmissible en principe, nous ne voyons, d'après ce que nous avons dit (n° 5, note), aucune raison de l'adopter, mais la mention *electus Compostellanus* nous montre que la lettre publiée ici est au plus tôt du 13 juillet 1317 et au plus tard du 30 avril 1318 (Voyez la note précédente).

575 Avignon, 2 mai 1318.

Ægidio, Rothomagensi archiepiscopo, Radulpho, Laudunensi et Guillelmo, Mimatensi episcopis, dispensationem matrimoniorum inter Johannam, Philippi regis Franciæ filiam, et Odonem, ducem Burgundiæ, necnon inter Johannam, prædicti regis neptem et Philippum, comitis Ebroicensis filium contrahendorum committit. (Reg. 109, fol. 180 v°, c. 691; — Reg. 110, p. ii, fol. 53 v°, c. 258 et 903; — Arch. nat., J. 436, n° 27, orig. scellé sur chanvre.)

« *Venerabilibus fratribus Egidio, Rothomagensi archiepiscopo, ac Radulfo, Laudunensi et Guillelmo,*

Mimatensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Providentia Sedis apostolice magnitudinem excellentium personarum advertens et attente considerans quod earum devotio inclita favoris et gratie plenitudinem promeretur, dignum et congruum reputat, quin potius debitum arbitratur eis concedere gratiose quod nonnunquam aliis interdicit, maxime cum speratur quod gratia que illis impenditur, ipsas Ecclesie Romane devotiores efficiat et promptiores in obsequium Christi reddat. Ex parte siquidem carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, fuit nobis expositum quod tractatus sunt jam habiti[1] inter ipsum et dilectum filium nobilem virum Odonem, ducem Burgondie, pro aptis utriusque compendiis, et ad renovandum et corroborandum inter eos et suos consanguinitatis et amicitie vinculum, quod jam fere descensus et declinationis propinquat excursui, nec non ad vitandum mutua hinc inde pericula, ut dux ipse et dilecta in Christo filia nobilis puella Johanna, filia primogenita dicti regis, nec non inter ipsum regem pro dilecta in Christo filia inclita juvene Johanna, filia clare memorie Ludovici, regis Francie et Navarre, germani sui nepteque sua, ex una parte, et dilectum filium nobilem virum Ludovicum, clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre filium, comitem Ebroicensem, patruum dicti regis, pro dilecto filio nobili viro Philippo, primogenito comitis antedicti, ex altera, pro magna pace, securitate ac tranquillitate regnorum Francie et Navarre, solide procuranda gravibusque dissensionum periculis verisimiliter imminentibus omnino vitandis, ut predicti Philippus et Johanna matrimonialiter copulentur. Sed quia id licite fieri impedimenta varia interdicunt, fuit nobis per regem ipsum suplicatum humiliter ut super hoc providere per apostolice dispensationis beneficium dignaremur. Nos igitur, consideranter attento quod per matrimonialem copulam ducis et Johanne predictorum, rex et dux prefati reducentur ad strictioris nexus indissolubilem unionem, utrique parabitur quietis amenitas, periculosis obviabitur scandalis ac dissensionum discriminibus occurretur, utrinque presidiorum et jurium incrementa provenient, accedet amabilis unitas, et pacis, auctore Domino, solidum firmamentum, nec ab intuitu nostre meditationis excluso quod, etsi generaliter injuncto nobis incumbat officio fidelium quorumcunque dispendiis pro posse prospicere ac eorum quieti et tranquillitati efficaci remedio providere in ipso tamen rege eo promptius hujusmodi tenemur exequi debitum quo singularius inter fideles ceteros, immo pre ceteris etiam regie principibus dignitatis, ad personam et regna sua incunctanter afficimur et ad quecunque sibi et regnis suis acomoda promovenda pro viribus intensius delectamur, et proinde volentes ejus precavere periculis, ut a discriminum suspicionibus expeditus ipse qui, devote considerans sui beneficia Creatoris, ad ejus vindicandas injurias assumpsit Terre Sancte negotium, ad Terram eandem securius valeat personaliter se conferre, ipsius supplicationibus inclinati, fraternitati vestre, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, presentium auctoritate committimus et mandamus quatinus vos vel tu, frater archiepiscope, cum altero ex episcopis antefatis, si et prout, impedimentis ipsis in vestram notitiam deducendis expressius discussione sedula ponderatis et circumstantiis aliis pensatis attente, id nobis licere nostreque convenire decentie, et tam predictorum negotiorum, quam ipsorum regis et regnorum statui expedire videritis, ut dux et Johanna ac Philippus et altera Johanna predicti, non obstantibus impedimentis eisdem, possint ad invicem matrimonialiter copulari, auctoritate apostolica dispensetis, prolem suscipiendam ex eis ex hujusmodi matrimoniis legitimam nuntiando, rescripturi nobis fideliter per vestras litteras formam presentium continentes quicquid egeritis in premissis. Dat. Avinione, VI nonas[2] maii, pontificatus nostri anno secundo. »

[1] 27 mars 1318 (Voyez n° 572, note).

[2] Dans le registre 110, il y a seulement *nonis maii*, qu'il faut compléter comme nous l'indiquons, ainsi que le prouve la leçon du registre 109 et l'acte original conservé aux Archives nationales que nous signalons (Voyez, au sujet de ces erreurs, n° 173, note 2).

576 Avignon, 5 mai 1318.

Philippo, regi Franciæ, nuntiat se præfatam facultatem matrimonii inter Johannam, filiam quondam Ludovici regis Franciæ, neptem suam, et Philippum, comitis Ebroicensis filium, dum ad ætatem legitimam pervenerint,

contrahendi concessisse. (Reg. 109, fol. 179, c. 689; fol. 180, *duplicata absque cap.* [1]; — Arch. nat., J. 436, nos 25^{3-4} orig. scellés sur soie.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Etsi inter illos — Habebat sane oblata nobis tue petitionis instantia quod cum inter te pro dilecta in Christo filia nobili muliere Johanna, filia clare memorie Ludovici, regis Francie et Navarre, germani tui, nepteque tua, impubere, nondum septem annos completos etatis habente, licet septimum vel fere sit annum ingressa, et dilectum filium nobilem virum Ludovicum, clare memorie Philippi, regis Francie filium, comitem Ebroicensem, patruum tuum, pro dilecto filio nobili viro Philippo, primogenito suo, infra pubertatis tempora constituto, cum nondum quartumdecimum etatis annum compleverit, licet vel fere sit illum ingressus, pro magna pace, securitate ac tranquillitate tua et regnorum tuorum Francie et Navarre solide procuranda gravibusque dissentionum periculis verisimiliter imminentibus omnino vitandis, tractatus sit concorditer habitus quod predicti Philippus et Johanna, cum nubilis etatis effecti fuerint, matrimonialiter copulentur, ut id non obstante quod Johanna predicta ab uno communi stipite tertio, et dictus Philippus secundo dumtaxat, et ab aliis stipitibus etiam duobus, pluribus diversisve uterque tertio vel quarto, aut unus tertio et alter quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus distare noscantur, licite fieri valeat, providere per apostolice dispensationis beneficium dignaremur. Nos autem — incursurum. Dat. Avinione, III nonas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

[1] Voyez ci après n° 577, note.

577 Avignon, 5 mai 1318.

Eidem regi de eadem dispensatione simili modo, omissa vero ætatis mentione. (Reg. 109, fol. 179 *absque cap.* [1]; — Arch. nat., J. 436, nos 25^{1-2}, orig. scellés sur soie.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Etsi inter illos — Dat. Avinione, III nonas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

[1] On lit en marge du registre : « *Ista est supra, precedenti pagina* », mais on voit qu'il y a une différence dans le texte. La lettre qui suit immédiatement (fol. 180) reproduit mot à mot celle qui est transcrite sous le c. 689 (Voyez ci-dessus, n° 576). Elle n'a pas non plus de capitulum, et on lit en marge : « *Ista est supra, precedenti folio.* » Enfin le mot *va-cat* a été inscrit à l'encre rouge, d'une écriture contemporaine, en regard de ces deux actes; tous deux cependant furent envoyés, ainsi qu'on en a la preuve par la lettre n° 579 et par les expéditions conservées aux Archives nationales que nous signalons.

578 Avignon, 5 mai 1318.

Eidem regi Franciæ nuntiat se facultatem matrimonii inter Johannam, filiam suam primogenitam, et Odonem, ducem Burgundiæ, contrahendi concessisse. (Reg. 109, fol. 179, c. 690; — Arch. nat., J. 436, n° 26, orig. scellé sur soie; — D. Plancher, *Histoire générale et particulière de Bourgogne*, t. II, preuves, p. 270, n° CCXXIX.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Romanus pontifex de — Oblata siquidem nobis tue petitionis instantia continebat quod cum inter te et dilectum filium nobilem virum Odonem, ducem Burgundie, pro aptis utriusque compendiis et ad renovandum et corroborandum inter vos et vestros consanguinitatis et amicitie vinculum, quod jam fere descensus et declinationis propinquat excursui, nec non ad vitandum imminentia hinc inde pericula, tractatus sit concorditer habitus [1] quod dux ipse et dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna, filia tua primogenita, matrimonialiter copulentur, ut id non obstante quod predictus dux ab uno communi stipite, secundo dumtaxat, et eadem Johanna quarto, et ab aliis stipitibus etiam duobus vel pluribus diversive uterque quarto vel tertio, aut unus tertio et alter quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus distare noscantur, quodque dudum inter te pro ipsa Johanna, nondum tunc octo annos habente, et inter quondam Hugonem, ducem Burgundie, Odonis predicti germanum, pro se sponsalia fuerint concordata, per quod publice honestatis justitia contracta fuisse videtur,

licite fieri valeat, providere per apostolice dispensationis beneficium dignaremur. Nos autem — incursurum. Dat. Avinione, III nonas maii, pontificatus nostri anno secundo. »

[1] 27 mars 1318 (Voyez n° 572, note).

579 (Avignon, 5 mai 1318.

Eidem regi respondet se dispensationem super ætate in matrimonio concedere decenter non posse; dispensat tamen sub certa forma quam per Ægidium, archiepiscopum Rothomagensem, et R[adulphum], Laudunensem G[uillelmum]que, Mimatensem episcopos ei transmittit. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, c. 254 et 809.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, petitionibus tuis super quibusdam dispensationibus matrimonialibus nobis recenter oblatis, statim, nullo deliberationis interjecto preambulo, litteras dispensationum super gradibus mandavimus expediri. Quia vero petitio dispensationis super etate nedum difficilis, ymmo prorsus inexaudibilis videbatur, sex ex fratribus nostris, tuorum honoris et comodi fervidos zelatores, ad nostram fecimus vocari presentiam, ut super dispensatione jam dicta plenioris deliberationis consilium haberemus, videlicet venerabiles fratres Berengarium, Thusculanum, G., Penestrinum et G., Sabinensem episcopos, ac dilectos filios nostros (nostros) Vitalem, tituli sancti Martini in Montibus presbyterum, Petrum, sancti Angeli et Bertrandum, sancte Marie in Aquiro diaconos cardinales, quorum duo theologie facultatis, et reliqui aut legum, aut canonum p[ro]fessores existunt, qui omnes post habite invicem diligentis collationis indaginem, quasi uno ore concorditer responderunt quod dispensare super matrimoniis in etate inauditum erat, et prorsus insolitum, ac quodam modo juri naturali repugnans, quodque non decebat, im[m]o non licebat nobis aliquatenus super hoc dispensare, nec expediebat tibi vel illis pro quibus dispensatio petebatur. Rem ergo sic insolitam, sic inauditam et juri naturali contrariam, ut prefertur, noluimus agredi, ne plenitudinem potestatis extendere ultra debitum vel solitum videremur; fecimus ergo quod licuit et decuit in hac parte; dispensavimus etenim circa matrimonium in tempus pubertatis debite contrahendum, factis super hoc litteris apostolicis oportunis quas pro partis utriusque cautela fecimus duplicari[1], set et alias fieri fecimus similiter duplicatas in quibus, nulla de etate habita mentione, super expressis consanguinitatis vel affinitatis gradibus, duximus generaliter dispensandum[2]. Ut etiam tibi apertius liqueat quod in hiis tuis in quantum possumus satisfacere desideriis affectamus, per speciales committimus litteras venerabilibus fratribus nostris Egidio, Rothomagensi archiepiscopo et R., Laudunensi ac G., Mimatensi episcopis[3], tuis consiliariis, ut ipsi vel duo ex eis super impedimentis omnibus propter quod inter personas pro quibus supplicare curasti matrimonia contrahi prohibentur, si nobis id licere nostreque convenire decentie ac tibi tuisque ac regnorum tuorum negotiis viderint expedire, auctoritate apostolica dispensent. Poteris autem illis uti litteris de quibus expedientius judicabis, et hec quidem tue debent celsitudini ex ratione sufficere, cum nec potuerimus, nec debuerimus aliud circa illa licenter aut decenter egisse. Super aliis vero que per diversas nobis scripsisti litteras, propter festinam remissionem nuntii, nil in presenti rescribimus, cito tamen ad plenum tue magnitudini rescripturi[4]. »

[1] 5 mai 1318 (n° 576).
[2] *Id.* (n° 577).
[3] 2 mai 1318 (n° 575).
[4] Cf. Les dispenses mentionnées sont, on le voit, celles du 5 mai 1318, et la lettre que nous publions ici peut vraisemblablement être attribuée à la même date.

580 5 mai [1318].

Bernardo Jordani, domino Insulæ, respondet Matham, comitissam Bernardumque, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, arbitrio decisionis apostolicæ stare velle, ipsumque eisdem partibus nuntios speciales ad perficiendam concordiam destinasse. (Reg. 109, fol. 193 v°, c. 732; — Reg. 110, p. II, fol. 73, c. 335 et 979; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 41, n° 31.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule, militi.* Litteras tuas, fili, nuper leta

manu suscepimus, ad quarum continentiam respondentes scire te volumus nos hiis diebus a dilecta in Christo filia nobili muliere Matha, comitissa, et dilecto filio nobili viro Bernardo, comite Armaniaci, litteras recepisse per quas intimarunt nobis qualiter, nostris inducti salutaribus monitis, ad concordandum cum dilecta in Christo filia nobili muliere Margarita, comitissa Fuxensi, super hiis de quibus invicem controversia vertitur, animum inclinabant, instrumenta, cautelas et rationes ad controversiam, facientes hujusmodi exhibenda nobis, per eorum nuntium destinantes. Predicta etiam comitissa Fuxensis scripsit nobis se libenter stare velle nostre decisionis arbitrio super controversia memorata. Nos autem pacificationis partium predictarum gerentes cordi negotium, per aliquos dies antequam reciperemus litteras earundem, earum cuilibet per apostolicas litteras scripseramus ut statim super pacificatione hujusmodi nuntios mitterent ad nostram presentiam plena inde potestate suffultos, cum quibus pacificationem ipsam expedire possemus, et quod interim hinc inde a quibusvis novitatibus abstinerent; et ut uni parti de alterius circa id voluntate, et nobis etiam de utriusque partis intentione liqueret, dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., guardiano Minorum fratrum ordinum de civitate Agennensi per speciales comiseramus litteras ut ipsi vel eorum alter, ad utriusque partis presentiam accedentes, predictas litteras nostras earum unicuique presentarent[1], inducturi eas efficaciter ad salubres nostras suasiones implendas, ac unam de alterius certificaturi voluntate, ac nobis de omnibus liquide rescripturi, nec aliquid aliud circa premissa per nos faciendum in presenti videmus, cum, ex predictis ipsorum partium litteris, conjectura probabili colligamus quod in predictis exhortationi nostre presertim repetite parebunt. Dat. III, nonas Maii[2]. »

[1] 15 avril 1318 (nº 562-565).

[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celles que nous indiquons ci-dessus, est antérieure aux trèves qui furent fixées le 11 mai 1318 (nº 588).

581 Avignon, 7 mai 1318.

Petro, abbati monasterii sancti Saturnini Tolosani, cui ecclesia eadem commissa fuit et munus benedictionis a Nicolao, Ostiensi episcopo impensum, ut præfatum monasterium studeat prudenter regere et fideliter gubernare. (Reg. 70, cur. fol. 43, c. 126.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Saturnini Tholosani, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini etc.* Pridem circa statum — Dat. Avinione, nonis maii, anno secundo. »

582 7 mai [1318].

Bartholomeo, electo Electensi, et Raymbaldo de Rechignevoisin mandat ut ab omnibus qui bona olim episcopatus Tolosani administrarunt, exigant rationem et deinde de administrandis per illos summaria infortione recepta, ad curiam veniant. (Reg. 110, p. II, fol. 55, c. 263 et 908.)

« *Dilectis filiis Bartholomeo, electo Electensi et Raymbaudo de Rechigneroysin, archidiacono Avalonensi in ecclesia Eduensi, capellano nostro, apostolice Sedis nuntiis.* Beneplaciti est et — Dat. nonis maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être de 1317, puisque Barthélemy ne fut nommé au siège épiscopal d'Alet que le 1er mars 1317 (Voyez nº 566, note). Elle ne peut être de 1319, puisque la mission dont il fut chargé, ainsi que Raymbaud de Rechignevoisin, le 11 juillet 1317 (nos 307-311), au sujet de la division et de l'administration du diocèse de Toulouse, avait pris fin le 5 septembre 1318 (nos 698-702). Nous voyons d'ailleurs qu'à cette date le nouvel évêque avait été consacré et ne portait plus le titre d'*electus*. L'année 1318 est donc seule admissible.

583 Avignon, 8 mai [1317-1318].

Treugas usque ad unum annum duraturas inter Beraldum de Mercorio et Hugonem de Cabilone, domino de Arlayo, indicit. (Reg. 109, fol. 62, c. 282.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Nuper ad nos perduxit implacidi rumoris assertio quod ille qui cunctorum est malorum incentor, hostis pacis et zizanie seminator, inter dilectos filios nobiles viros Beraudum, Mercorii et Hugonem de Cabilone[1], de Harlayo dominos, milites, adeo gravis discordie materiam suscitavit quod ipsi qui, veluti sanguinis propinquitate

conjuncti, amicitie nexibus conniri ac mutuis se fulcire favoribus, et incumbentia onera auxilio communi portare deberent, sic ad invicem experiri potentia decreverunt ut hinc inde conflatis viribus, unus in alium exercitum instaurare conetur, et ad invadendum utrinque terras hostiliter, et ad committendum bellicos congressus altrinsecus se accingant. Propter quod periculis animarum et corporum ac dispendiis facultatum que ex premissis, si procederent, verisimiliter proventura timentur, congruis obviare remediis paternis affectibus cupientes, inter predictos nobiles auctoritate apostolica treugas, quarum fedus ymaginem pacis inducit, indicimus duraturas usque ad unum annum a die notificationis et publicationis, earum in antea numerandum, ac in ipsos nobiles et in omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces ac etiam adherentes eisdem, treugas confringentes hujusmodi vel quomodolibet non servantes, excomunicationis sententiam promulgamus, quam a die notificationis seu publicationis treugarum ipsarum suum effectum volumus obtinere ; non obstante si eis vel eorum alicui a Sede apostolica sit indultum quod excommunicari non possint per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus presentium impediri possit vel quomodolibet retardari. Et insuper vassalos et subditos nobilium predictorum a juramento fidelitatis quo eis tenentur astricti, quantum ad hujusmodi dissensionis articulum, cum in illicitis eis obedire non debeant, per idem tempus prorsus absolvimus, et nichilominus promissiones et obligationes que inter nobiles ipsos et quoscunque alios super belli seu conflictus utrinque committendi processu, nec non confederationes, colligationes et pactiones que inter prefatum Beraudum et quosvis alios ex una parte, et eundem Hugonem et alios quoscunque ex altera intervenerint pro ipsa fovenda discordia, utpote contra bonum pacis presumptas illicite et attemptatas in divine majestatis offensam, et quascunque penas adjectas ac juramenta prestita super hiis sub quibuscunque forma, modo vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc nulla fore decernimus et quatenus de facto processerint irritamus. Volumus autem quod, cum pertinacibus sic debeat obesse contemptus quod in humilium prejudicium non redundet, illum ex predictis nobilibus qui treugas forsitan contempserit observare predictas, sic predictus processus noster afficiat, quod alterum quantum in eo fuerit treugas ipsas observare paratum in aliquo non contingat, quin videlicet ipse suique valitores, consiliarii et fautores absque metu predicte sententie valeant injuriam offendentium licite propulsare, et eo casu illius vassalli non intelligantur a juramento fidelitatis quo tenentur eidem aliquatenus absoluti. Nulli ergo etc. Dat. Avinione, VIII idus maii[2]. »

[1] Reg. *Cabulone*!

[2] Cf. Le pape fait allusion à ces trêves dans une lettre du 11 septembre 1318 (n° 704); elles sont donc antérieures à cette date.

584 [Avignon, 8 mai 1317-1318.]

Fratri Durando, apostolicæ Sedis nuntio, mandat ut ad prædictorum nobilium præsentiam se personaliter conferens, eis treugas et sententias easdem notificet, vel, nisi posset, in locis idoneis per se vel per alios eas publicare solemniter studeat et omnia inde facta ipsi significet. (Reg. 109, fol. 62 v°, c. 283.)

« *Dilecto filio fratri Durando de ordine fratrum Predicatorum, sacre theologie magistro, capellano ac nuntio nostro et apostolice Sedis.* Nuper ad nos — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 583.

585 [Avignon, 8 mai 1317-1318.]

Eidem ut præfatas treugas et sententias tam in locis et terris nobilium predictorum et circumvicinis eisdem, quam in locis et partibus aliis de quibus expedire viderit, publicare studeat. (Reg. 109, fol. 62 v°, c. 284.)

« Nuper[1] etc. — Dat. ut supra[2]. »

[1] Il n'y a pas d'adresse.

[2] N° 583.

586 Avignon, 9 mai [1317-1318].

Beraldo de Mercorio præfatarum treugarum indictionem significans, hortatur eum ut, eisdem durantibus, concordiam cum præfato Hugone de Cabilone per arbitrium communium amicorum aut per missionem aliquarum personarum ad Sedem apostolicam reformare studeat fratremque Durandum, nuntium, ei commendat. (Reg. 109, fol. 61 v°, c. 280.)

« *Dilecto filio Beraudo, domino Mercorii, militi.* Perduxit ad nos implacidi rumoris assertio quod ille qui est cunctorum malorum incentor, hostis pacis et zizanie seminator, inter te et dilectum filium nobilem virum Hugonem de Cabilone, dominum de Arlayio (*sic*), militem, adeo gravis discordie materiam suscitavit quod vos qui, veluti sanguinis propinquitate conjuncti, amicitie nexibus conniri et mutuis vos fulcire favoribus, et in auxilio comuni portare incumbentia onera deberetis, sic ad invicem experiri potentia decrevistis ut, hinc inde conflatis viribus, unus in alterum exercitum instaurare conetur, et ad invadendum utrinque terras hostiliter et congressus bellicos committendum vos altrinsecus accingatis. Propter quod nos considerantes attentius quod si processum vestra hujusmodi haberet intentio, preter animarum corporumque pericula et dispendia facultatum, que talis discordie periculosa commotio verisimiliter comminatur, impedimentum non leve pacifico statui christianissimi regni Francie, ad cujus quietis promotionem, hoc presertim tempore impacato, necessaria est tua et aliorum fidelium et devotorum carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, tuta tranquillitas et tranquilla devotio, indubie pararetur, pacis comoda inter vos paternis affectibus cupimus propagari. Verum quoniam ad reformandum inter te et Hugonem ipsum optande concordie federa, via eo promptior eoque facilior [ad] pacem [inveniri ?] poterit quo minus eritis dissidiorum turbinibus involuti, nos auctoritate apostolica treugas, quarum fedus pacis inducit imaginem, usque ad unum annum a die notificationis et publicationis earum in antea numerandum per alias nostras certi tenoris litteras providimus indicendas[1], sperantes de illius omnipotentia qui ventis imperat et ad cujus nutum stat spiritus procellarum quod interim corda vestra inclinabuntur ad pacem. Tuam itaque nobilitatem monemus, rogamus et hortamur attente, ac in remissionem tibi peccaminum injungendo, sano consilio suademus quatinus, sicut regi pacifico et nobis ejus vices gerentibus licet immeritis, placere desideras et evitare sententiam in infringentes treugas hujusmodi per nos latam affectas, treugas ipsas studeas inviolabiliter observare, et prudenter attento quantum spiritualiter animabus, et temporaliter expediat utriusque honori et commodis animorum concordia vivere, et quantum foret indecens, quam dampnosum vos tanta sanguinis unione conjunctos, temporalis utilitatis cujusque pretextu, vel mente dividi vel manifestatione, quod absit, operis ab invicem separari, tuum habilites ad concordandum cum Hugone predicto [animum], vel per electionem comunium amicorum, quorum arbitrio ceptum dissidium sopiatur, vel per missionem personarum aliquarum ad nostram presentiam que in votis pacem et concordiam habeant, et que vestre conscie voluntatis, pacificandi et concordandi, nec non firmandi concordiam vestro nomine plena sint potestate suffulte. Nos enim licet curis immensis et negotiis arduis distrahamur, libenter tamen, non parcendo laboribus, tractatum pacificationis hujusmodi cum tuis et ejusdem Hugonis nuntiis assumemus, de pacis [auctore] clementia spe concepta quod, eo cohoperante nobis, inter vos, si tamen rationis volueritis, ut expedit vos conformare judicio, reformabitur concordia solida vestrum cuilibet utilis, Deo grata. Et ecce super predictis omnibus et singulis ex parte nostra seriosius explicandis, dilectum filium fratrem Durandum de ordine fratrum Predicatorum, sacre theologie magistrum, capellanum nostrum, exhibitorem presentium, nostrum et apostolice Sedis nuntium, ad tuam et ipsius Hugonis presentiam destinamus, quem te benigne recipere et in que retulerit fidem petimus credulam adhibere. Dat. Avinione, VII° idus maii[2]. »

[1] 8 mai 1317-1318 (n° 583).
[2] Cf. Pour la date, voyez la lettre indiquée ci-dessus.

587 [Avignon, 9 mai 1317-1318.]

Dictum Hugonem ad eamdem pacem faciendam simili modo hortatur. (Reg. 109, fol. 62, c. 281.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni de Cabilone, domino de Harlayo, militi.* Perduxit ad nos — Dat ut supra[1]. »

[1] N° 586.

588 11 mai 1318.

Treugas usque ad primum futurum festum beati Michaelis archangeli[1] duraturas inter Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, natum ejus, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera indicit. (Reg. 109, fol. 192, c. 727; — Reg. 110, p. i, fol. 108, c. 398; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 74, pars iii, n°. 8; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 42, n° 32.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Illius cujus in — Datum v idus maii, anno secundo. »

[1] 29 septembre.

589 [11 mai 1318.]

Bajonensi, Aquensi et Adurensi episcopis, ut prædictas treugas notificent et publicent easque observari faciant. (Reg. 109, fol. 192, c. 728; — Reg. 110, p. i, fol. 108, c. 399; — Bib. nat., ms. lat., 4114, fol. 75, pars iii, n°. 9; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 43, n° 33.)

« *Venerabilibus fratribus.., Baionensi.., Aquensi et.., Adurensi episcopis.* Illius etc. — Datum ut supra[1]. »

[1] N° 588.

590 11 mai [1318].

Bernardo, comiti Armaniaci, prædicta notificat eumque hortatur ut easdem treugas observet pacemque cum Margarita, comitissa Fuxensi, faciat. (Reg. 109, fol. 135 v°, c. 559; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 43, n° 34.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Armaniaci.* Jam tibi, fili, binis vicibus scripsimus[1] qualiter ad concordiam inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam Armaniaci, genitricem tuam et te, ex una parte, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, amitam tuam, ex altera, super hiis de quibus invicem controversia vertitur solide reformandam, pro partis utriusque comodo, paternis affectibus hanelantes, gratum multum haberemus et placidum si, tuum ad ea que pacis sunt habilitans animum, et ad id ipsum predictam tuam genitricem inducens, mitti nobis instrumenta, rationes, cautelas et jura pro genitrice tua et te controversiam foventia memoratam, et nichilominus viros aliquos ad nostram procurares presentiam destinari, qui ad concordandum sufficiens mandatum haberent, et cum quibus hujusmodi possemus decidere questionem, cum predictam comitissam Fuxensem nostre super hoc decisionis arbitrio parituram indubie teneremus. Porro licet instrumenta, rationes, cautelas et jura predicta misisse dicaris, nondum tamen accurrit aliquis pro ipsa genitrice tua et te concordandi potestate suffultus, pro parte comitisse Fuxensis procuratore ydoneo comparente. Inter hec autem contigerunt hinc inde gravium discrimina novitatum, et de graviorum successu timetur, ex quibus illarum partium pacifico statui posset non absque periculis animarum, stragibus corporum et facultatum dispendiis notabiliter derogari, propter quod scire te volumus quod nos, tantis discriminibus congruis volentes obviare remediis, treugas inter ipsam genitricem tuam et te, valitores, adjutores et fautores vestros ac adherentes vobis ex una parte, et predictam comitissam Fuxensem, valitores, adjutores, fautores suos ac adherentes ei ex altera parte, sub spe pacis inter vos, Deo auctore, interim reformande ad quam opem et operam solerter dare disponimus, usque ad proximo futurum festum beati Michaelis archangeli duraturas per apostolicas indiximus litteras; quas equidem treugas a die notificationis seu publicationis earum venerabilibus fratribus nostris.., Vasatensi.., Baionensi.., Aquensi et.., Adurensi episcopis vel eorum alteri per nos certo modo commisse, suum volumus habere vigorem, et in omnes et singulos ex tunc eas infringentes seu etiam non servantes excomunicationis sententiam duximus promulgandam. Tuam itaque nobilitatem — Dat. v idus maii[2]. »

[1] 21 mars et 15 avril 1318 (nos 506 et 563).

[2] Cf. No 588. Ces trêves, qui devaient prendre fin le 29 septembre 1318, furent prolongées au mois d'août de cette même annnée (no 678).

591 [11 mai 1318.]

Mathæ, comitissæ Armaniaci, de eodem. (Reg. 109, fol. 136, c. 560; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 45, no 35[1].)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Math(i)e, comitisse Armaniaci*. Jam tibi, filia, binis vicibus[2] scripsimus — Dat. ut supra[3]. »

[1] L'indication : Reg. 110, ep. 287, donnée par M. L. Guérard, (*loc. cit.*), est fausse, comme on peut le constater en se reportant aux numéros 725 et 906 de notre publication, qui correspondent, le premier au cap. 287, *alias* 932, du registre 110, deuxième partie ; le second au cap. 287 du même registre, première partie.

[2] Nos 507 et 564.

[3] No 590.

592 [11 mai 1318.]

Margaritæ, comitissæ Fuxensi, de eodem. (Reg. 109, fol. 136, c. 561 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 46, no 36.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi*. Considerantes filia, gravium — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 590.

593 [11 mai 1318.]

Bernardum, comitem Convenarum, de omnibus pro pace inter prædictos reformanda jam adhibitis certiorem facit eumque hortatur ut Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, ad observandum treugas usque ad proximo futurum beati Michaelis archangeli duraturas inducat. (Reg. 109, fol. 136, c. 562; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 46, no 37.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Convenarum*. Litteras tuas, fili, nuper leta manu suscepimus, ad quarum continentiam respondentes, scire te volumus nos hiis diebus a dilecta in Christo filia nobili muliere Matha, comitissa et a dilecto filio nobili viro Bernardo, comite Armaniaci, litteras recepisse per quas intimarunt nobis qualiter, nostris inducti salutaribus monitis[1], ad concordandum cum dilecta in Christo filia nobili muliere Margarita, comitissa Fuxensi, super hiis de quibus invicem controversia vertitur, animum inclinabant, instrumenta, cautelas et rationes ad controversiam facientes hujusmodi exhibenda nobis per eorum nuntium destinantes. Predicta etiam comitissa Fuxensis scripsit nobis se libenter stare velle nostre decisionis arbitrio super controversia memorata, procuratore ad id ydoneo destinato. Nos autem pacificationis partium predictarum gerentes cordi negotium, per aliquot dies antequam reciperemus litteras earundem, earum cuilibet per apostolicas litteras scripsimus[2] ut statim super pacificatione hujusmodi nuntios mitterent ad nostram presentiam plena inde potestate suffultos, cum quibus pacificationem ipsarum expedire possemus, et quod interim hinc inde a quibusvis novitatibus abstinerent ; et [ut] uni parti de alterius circa id voluntate et nobis etiam de utriusque partis intentione liqueret, dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., guardiano Minorum fratrum ordinum de civitate Agennensi per speciales commisimus litteras[3] ut ipsi vel eorum alter ad utriusque partis presentiam accedentes, predictas litteras nostras earum unicuique presentarent, inducturi eas efficaciter ad salubres nostras suasiones implendas, ac unam de alterius certificaturi voluntate, ac nobis de omnibus liquide rescripturi. Porro considerantes gravium discrimina novitatum — Dat. v idus maii[4]. »

[1] Voyez les lettres du 21 mars 1318 (nos 506, 507).

[2] 15 avril 1318 (nos 563-565).

[3] No 562.

[4] Cf. no 588.

594 [11 mai 1318.]

Bernardo Jordani de Insula similiter, ut Margaritam, comitissam Fuxensem, ad earumdem treugarum observationem inducat. (Reg. 109, fol. 126 vo, c. 563 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 49, no 38.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani de Insula, militi*. Noveris, fili, quod — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 593.

595 11 mai [1318].

Gastoni, vicecomiti Fezensaguelli, ut apud Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, genitricem fratremque suos, pro dictis treugis observandis paceque procuranda studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 221, c. 806; — Reg. 110, p. i, fol. 95, c. 343; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 49, n° 39.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, bone memorie comitis Armaniaci filio, vicecomiti Fesenseguelli.* Considerantes gravium discrimina novitatum que inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, genitricem, comitissam, et dilectum filium nobilem virum Bernardum, fratrem tuos, comitem Armaniaci, ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, occasione discordie, hostis antiqui procurante nequitia, inter partes easdem exorte, noviter contigerunt et que succedere graviora probabiliter formidantur, ex quibus illarum partium pacifico statui posset non sine periculis animarum, stragibus corporum et facultatum dispendiis notabiliter derogari, et propterea tantis discriminibus congruis volentes obviare remediis, treugas inter partes ipsas, valitores, adjutores et fautores earum ac adherentes eisdem, sub spe pacis inter illas Deo actore interim reformande, ad quam opem et operam solerter dare disponimus, usque ad proximo futurum festum beati Michaelis archangeli duraturas, per apostolicas indiximus litteras[1]; quas equidem treugas a die notificationis seu publicationis earum venerabilibus fratribus nostris.., Vasatensi.., Aquensi et.., Adurensi episcopis vel eorum alteri per nos certo modo commisse[2], suum voluimus habere vigorem, et in omnes et singulos ex tunc eas infringentes seu etiam non servantes, excomunicationis sententiam duximus promulgandam, utramque partem per apostolicas litteras efficaciter exhortantes[3] ut, sicut regi pacifico et nobis ejus vices gerentibus licet immeritis placere desiderant et evitare sententiam predictam affectant, treugas ipsas studeant inviolabiliter observare, ad novitates hinc inde nullatenus processure, treugis pendentibus antedictis, et nichilominus offerentes eisdem nos, licet curis immensis et negotiis arduis distrahamur, libenter tamen, non parcendo laboribus, velle cum ipsarum procuratoribus partium tractatui pacificationis utrique utilis et Deo accepte vacare. Tu ergo, fili, qui non leviter inde contingeris, treugas ipsas quantum in te fuerit, nullis interim novitatibus presumptis observans, apud genitricem et germanum predictos efficaciter et solerter insistere studeas, ut prudenter attento quantum spiritualiter animabus, et temporaliter expediat utriusque partis comodis et honori in animorum concordia vivere, et quantum foret indecens, quantum dampnosum eos tanta sanguinis unione conjunctos, temporalis utilitatis pretextu, vel mente dividi vel manifestatione operis ab invicem separari, pro bono pacis et divini amoris intuitu ac pro nostra et apostolice Sedis reverentia, treugas ipsas observent, nil, eis pendentibus, contra predictam comitissam Fuxensem per se vel alios quomodolibet innovent, set animos suos habilitantes ad pacem, personam seu personas aliquas pacem et concordiam habentes in votis, sue conscias voluntatis et pacificandi, concordandi ac firmandi concordiam eorum nomine plena potestate suffultas, cum quibus tractatum ipsum possimus assumere, ad nostram curent presentiam mittere indilate, cum prefatam comitissam Fuxensem que jam ad pacificandum misit procuratores idoneos, teneamus indubie treugas observaturam easdem, absque presumptione qualibet novitatum nostre decisionis arbitrio parituram. Dat. v idus maii[4]. »

[1] N° 588.
[2] N° 589.
[3] N°s 590-592.
[4] Cf. Cette lettre se date comme celles que nous indiquons dans les notes précédentes.

596 [11 mai 1318.]

Amanevo, archiepiscopos Auxitano, similiter de eodem et ut quicquid egerit rescribat. (Reg. 109, fol. 221 v°, c. 807; — Reg. 110, p. i, fol. 95, c. 344; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 51, n° 40.)

« *Venerabili fratri Amanevo, archiepiscopo Auxitano.* Considerantes gravium discrimina — Datum ut supra[1]. »

[1] N° 595.

597 Avignon, 14 mai 1318.

Archidiacono Rothomagensi ut de decanatibus ruralibus in provincia Rothomagensi qui ad tempus contra consuetudinem concedi dicuntur et de cœteris fraudibus ejusdem modi veritatem inquirat. (Reg. 67, cur. fol. 321, c. 65.)

« *Dilecto filio archidiacono Rothomagensi.* Apostolice debet provisionis — Dat. Avinione, v idus maii, anno secundo. »

598 Avignon, 14 mai [1318].

Bernardo, comiti Convenarum, ut Adurensi, Bajonensi et Aquensi episcopis, qui ad imminentibus discordiæ periculis inter Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera suscitatæ obviandum mittuntur, fidem adhibeat eisque assistat. (Reg. 109, fol. 293 v°, c. 734; — Reg. 110, p. ii, fol. 73, c. 337 et 981; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 51, n° 41.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Convenarum.* Super iminentibus, fili, periculis que occasione discordie inter dilectam filiam in Christo nobilem mulierem Matham, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera suscitate, probabilis ut scripsisti, verisimilitudo minabatur, et que de proximo te contingunt, omnia que potuimus remedia duximus apponenda, sicut per alias nostras litteras quas venerabilis frater noster Adurensis episcopus assignabit[1], tibi plenius intimamus, cui equidem ac venerabilibus fratribus nostris Baionensi et Aquensi episcopis vel eorum alteri quedam circa predicta comisimus per predictarum nostrarum seriem litterarum et episcoporum ipsorum seriosam relationem vel eorum alterius in tuam notitiam latius deducenda. Superest igitur ut, si predictis periculis, quantum est in te, volueris obviare, dictis episcopis vel eorum alteri in hiis que circa illa sibi comisimus, fidem credulam prebeas, et ut ad votivum perducantur effectum, eis vel eorum alteri efficax cooperator assistas. Datum Avinione, secundo idus maii[2]. »

[1] 11 mai 1318 (n°s 589, 590).

[2] Cf. Cette lettre a suivi de près, on le voit, la mission confiée le 11 mai 1318 (n° 589) aux évêques d'Aire, de Bayonne et de Dax (Voyez aussi n° 629).

599 [Avignon, 14 mai 1318.]

Bernardo Jordani, domino Insulæ, de eodem. (Reg. 109, fol. 193 v°, c. 735; — Reg. 110, p. ii, fol. 73 v°, c. 338 et 982; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 52, n° 41, non pub.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule.* Super imminentibus etc. — Datum ut supra[1]. »

[1] N° 598.

600 15 mai [1317-1318].

Ægidio, archiepiscopo Rothamagensi, de oblatione sua regratiatur. (Reg. 110, p. i, fol. 93 v°, c. 337.)

« *Venerabili fratri Egidio, archiepiscopo Rothomagensi.* Fraternitatis tue litteras per dilectum filium magistrum Petrum Girardi, canonicum Claromontensem, capellanum tuum, quem cum servitio per te de biennio in biennium Romane Ecclesie debito ad Sedem apostolicam destinasti, noviter presentatas leta manu recepimus, et que capellanus ille tam circa continentiam status tui de qua sedula investigatione quesivimus, quam circa recomendationem persone tue ac commisse tibi ecclesie et promptitudinem tui obsequii per eum nobis liberali oblatione tuo nomine presentati, prudenter explicuit, audivimus diligenter. Sane, frater, de tua incolumitate gaudentes, oblationem predictam per quam tue ad nos devotionis et affectionis argumenta grata recepimus, tanto acceptiorem et gratiorem habemus, quanto sinceriorem ad oblata offerentis contemplamus affectum, sinceritatem tuam tenere pro certo volentes quod te gerimus in visceribus caritatis, et commissam tibi Rothomagensem ecclesiam non solum ex suscepti officii debito, sed et tui specialiter obtentu habere intendimus in suis oportunitatibus comendatam. Dat. idus maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est certainement antérieure au 23 janvier 1319, puisqu'à cette date l'archevêque dont il est ici

question, Gilles Aycelin, avait été remplacé sur le siège de Rouen par Guillaume de Durfort (nos 788, 789; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 447).

601 15 mai [1318].

Philippo, regi Franciæ, de reditu Caroli, comitis Marchiæ, ad gratiam suam et de benivolentia ab eodem Carolo erga Henricum, dominum Soliaci, exhibita congratulatur, negotiumque dicti Caroli matrimonii commendat (Reg. 109, fol. 221 v°, c. 808; — Reg. 110, p. ii, fol. 15, c. 87 et 643.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Gaudenter audivimus quod dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie regis Francie filius, comes Marchie, frater tuus, divino, ut credimus, spiritu inspiratus, nostris salutaribus [acquiescens] monitis quibus non que nostra sunt, set que in ejus cederent comodum et honorem paternis affectibus querebamus, se [tibi] per jugem assistentiam gratum et placidum, ut condecet, exhibet, tuamque prosequendo sedule comitivam, tuis vacat intente negotiis ac in omnibus se tibi amabilem et reverentem impendit; et ut evidentius clareat sua erga te germana dilectio devotioque sincera, collaterales tuos benivola tibi caritate conjunctos, et specialiter nobilem virum, filium nostrum dilectum, Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, ad quem tu singularius considerationibus dignis afficeris, intendit sincere diligere, et ad illos laudabilia signa amabilitatis efficacis et operose monstrare. Tu ergo, amantissime fili, circumspecta meditatione considerans quantum expediat utriusque comodis et honori in animarum concordia vivere et incumbentia hinc inde onera concordi consilio et comuni auxilio supportare, tam laudandum ipsius germani tui ad tuam gratiam reditum gratis acceptans affectibus, ipsum non dominica, set fraterna potius affectione pertractes, ac modis omnibus quibus videris expedire, ad tuam benivolentiam attrahas, eumque in illa solerter nutrias, et favorabili prosecutione conserves, ad quod sicut verisimili conjectura supponimus, multum facere poterit, si ejus perplexo statui et periculis subjecto non paucis, propter illius matrimonii quod nosti negotium[1], interne compatiens, circa celerem reparationem illius decentibus et oportunis remediis duxeris providendum, circa quod et nos, in quantum decenter et licenter cum Deo poterimus, tibi liberaliter assistemus. Dat. idus maii[2]. »

[1] Voyez nos 1128, note 2.
[2] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que celle qui fut adressée à Charles de la Marche sur le même sujet et que l'on trouvera ci-après (n° 603).

602 [Avignon, 15 mai 1318.]

Henrico Soliaci de eodem scribit eumque hortatur ut benivolentiam præfati comitis Marchiæ ut thesaurum conservet. (Reg. 109, fol. 222, c. 809; — Reg. 110, p. ii, fol. 15 v°, c. 88 et 644.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Gaudenter audivimus quod dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie regis Francie filius, comes Marchie, divino ut credimus spiritu inspiratus, nostris etc.[1] usque querebamus, se carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, germano suo, per jugem assistentiam gratum et placidum, ut condecet, exhibet, suamque prosequendo sedule comitivam, regalibus vacat intente negotiis ac in omnibus se illi amabilem et reverentem impendit; et ut evidentius clareat ipsius comitis erga regem predictum germana dilectio devotioque sincera, collaterales regios benivola ipsi regi caritate conjunctos, et te specialiter ad quem rex ipse singularius considerationibus dignis affici creditur, intendit sincere diligere, et ad te ac illos laudabilia signa amabilitatis efficacis et operose monstrare. Tu ergo, fili, circumspecta meditatione considerans quam oportuna, immo quam necessaria tibi et tuis esse valeat dicti benivolentia comitis, eam tibi quasi pro quodam thesauro conservare procura, in omnibus te sibi devotum et diligibilem exhibe, ejus et suorum amplectere libenter agenda, et prout conveniens fuerit, promptum et in illorum solertem promotione te prebe, et prudenter advertens quantum expediat ipsorum regis et comitis comodis et honori etc. usque supportare, erga dictum regem efficaciter insistere studeas quod tam laudandum ipsius germani sui ad suam gra-

tiam reditum etc. ut supra mutatis mutandis usque assistemus. Dat. ut supra. »

[1] Pour les passages supprimés et la date, voyez la lettre précédente.

603 Avignon, 15 mai 1318.

Carolo, comiti Marchiæ, de assistentia Philippo, regi Franciæ, præstita et de reconciliatione cum Henrico, domino Soliaci, gratias agit, nonnullaque de separatione matrimonii sui, de juribus ecclesiarum conservandis et de supplicatione per Guillelmum de Flavacuria facta rescribit. (Reg. 109, fol. 222, c. 810; — Reg. 110, p. I, fol. 73 v°, c. 254; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 140, n° 88 [1].)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Gaudemus, fili, quod divino, ut credimus, spiritu inspiratus, nostris salutaribus monitis quibus non que nostra sunt, sed que in tuum cedunt comodum et honorem paternis affectibus querebamus, te, prout ex litteris tuis gratanter accepimus, obedienter inclinans, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, germano tuo, te per jugem assistentiam gratum et placidum, ut condecet, exhibes, suamque prosequendo sedule comitivam, regiis vacas intente negotiis ac in omnibus te sibi amabilem et reverentem impendis; et ut evidentius clareat tua erga eum germana dilectio devotioque sincera, collaterales suos benivola sibi caritate conjunctos, et specialiter dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, ad quem rex ipse singularius considerationibus dignis afficitur, diligis et ad illos laudabilia signa operose amabilitatis ostendis. Persta igitur, quesumus, et que te in hiis premisse tue littere tam comendabiliter cepisse testantur, sedulitate continuanda et quantum decenter fieri poterit augmentanda prosequere, nullius sinistris in hac parte suggestionibus facile crediturus; ex hoc enim pacis actori cui est fidelium omnium et fratrum maxime concordia placita, et qui eam in sublimibus operatur, gratus, ut speramus, advenies; nobis, licet immeritis ejus in terris vice fungentibus, placebis indubie tuisque quibuscunque negotiis de feliciori exitu providebis. Sane licet perplexo tuo statui compatiamur ex intimis, licet ad reparationem illius, quantum in nobis est, afficiamur interne, tue tamen petitionis instantiam circa separationem matrimonii [1] de potestatis plenitudine faciendam exaudire non possumus. Si enim ipsum matrimonium verum fuit, quod Deus conjunxit Christi vicarius quomodo separabit? Quod si nullum forsitan extitit, super declaratione nullitatis hujusmodi non licet, nisi causa cognita et parte vocata, procedi. Super hoc autem, fili, nequaquam in justitia tibi deerimus, parati causam committere prelatis aliquibus Francie aut duobus ex fratribus nostris in curia, aut de illa, si malueris, cognoscere per nos ipsos; hec tamen via magni tractatus poterit anfractum habere, nisi ad hoc dirigatur partis utriusque consensus quod causa ipsa possit decidi summarie, sine strepitu judicii et figura. Delibera ergo, fili, cum tuo consilio quid tibi magis expediat super istis, nosque inde certificare procura, in tuis interim tediosis angustiis laudabilem patientiam habiturus. Et ut illum qui res etiam desperatas de facili fine votivo concludit, in hiis et aliis propitium tibi constituas, in conservandis et manutenendis libertatibus ecclesiarum et juribus laudanda progenitorum tuorum immitare (?) vestigia, non permissurus ea in terris tue ditioni subjectis per officiales et ministros tuos infringi vel indebite concuti aut illis per invasiones et occupationes illicitas derogari, quin potius officialium et ministrorum ipsorum conatus injustos et specialiter senescalli tui Marchie qui contra venerabiles fratres nostros.., Lemovicensem et.., Pictavensem episcopos gravem in multis fertur tirannidem exercere, sic reprimas, sic compescas, quod tuis contenti de cetero juribus, ea que ad ecclesias ecclesiasticasve personas pertinere noscuntur quomodolibet non usurpent, sed ea habentes divini amoris intuitu favorabiliter commendata, bonis, rebus, jurisdictionibus et juribus suis illas libere gaudere permittant. Ceterum si tuis supplicationibus per dilectum filium magistrum Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, cancellarium tuum, nobis pro clericis tuis beneficiandis oblatis non satisfacimus in presenti, tua nobilitas moleste non ferat nec ad ipsius cancellarii negligentiam imputet, quin pro certo in hiis et ceteris tuis negotiis prosequendis dili-

gentem invenimus et fidelem; sed tua in hoc consideratio cum nostra devote concurrat, quod ecclesie regni Francie per nos et predecessores nostros tot sunt provisionibus onerate quod recentium provisionum adjectio in gravissimum onus ecclesiarum ipsarum, non absque quadam providentis indecentia, cederet nec provisis fructum speratum afferret; distulimus itaque, premissa de causa, tuas in hiis supplicationes admittere ut eas in gratum tibi et ipsis clericis fructuosum cum locus affuerit, producamus effectum. Denique super aliis que cancellarius ipse pro parte tua nobis exposuit, ex causa non vidimus rescribendum, sed nostram ei super illis aperuimus voluntatem cui exinde fidem credulam adhiberi nota tibi ejus fidelitas impetrabit. Dat. idus maii, anno IIº[3]. »

[1] Datée, par erreur, de 1319.

[2] Voyez, à ce sujet, nº 1128, note 2.

[3] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 109. On a vu plus haut que, le 7 mars 1318, le comte de la Marche s'était déjà rapproché de son frère, mais qu'il était encore mal avec Henri de Sully (nº 488). Le don d'un nouveau fief qu'il reçut de Philippe V, en mai 1318, marque sans doute cette réconciliation (Arch. nat., JJ. 56, fol 132 vº, nº 297).

604 16 mai [1317-1318].

Universis personis ecclesiasticis ut fratri Durando ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magistro, capellano apostolico, pro magnis et arduis negotiis ad certas Imperii et regni Franciæ partes destinato, de quadraginta solidis tur. parv. singulis diebus necnon de securo conductu et evectionibus oportunis provideant (Reg. 110, p. I, fol. 92 vº, c. 330.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis earumque capitulis et conventibus, ac ceteris personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Sisterciensis* (sic), *Grandimontensis, Premonstratensis et aliorum quorumcumque ordinum, nec non magistris et preceptoribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum per Imperium et regno* (sic) *Francie constitutis ad quos littere iste pervenerint etc.* Cum dilectum filium — Dat. XVII kal. junii[1]. »

[1] Cf. On a vu plus haut de quelle mission était chargé cet envoyé du pape (nºs 584-587). La lettre ci-dessus analysée a dû être écrite au même moment.

605 Avignon, 18 mai 1318.

Treugas inter Guiczardum de Bellojoco, ex una parte, et Henricum de Antigneyo, sanctæ Crucis, ac Stephanum de sancta Cruce, Savigniaci, Ludovicumque de Anthone dominos, ex altera, usque ad unum annum duraturas indicit excommunicationisque sententiam contra eas infringentes promulgat. (Reg. 110, p. I, fol. 111, c. 405; — Reg. 67, cur. fol. 317, c. 57; — Bib. nat., ms. lat., 4114, fol. 76, pars III, nº 12.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Etsi ad omnium — Datum Avinione, XV kal. junii, anno secundo. »

606 Avignon, 18 mai 1318.

Ayquelino, archidiacono Engolismensi, ut treugas et sententiam prædictas partibus notificet. (Reg. 110, p. I, fol. 111 vº, c. 406; — Reg. 67, cur. fol. 317 vº, p. c. 57; — Bib. nat., ms. lat., 4114, fol. 76 vº, pars III, nº 13.)

« *In eumdem modum dilecto filio Eyquelino, archidiacono ecclesie Engolismensis, capellano nostro, salutem etc*[1]. Experte tue probitatis — Datum Avinione, XV kal. junii, anno secundo. »

[1] Dans le ms. 4114 cette adresse est précédée du mot : *executoribus.* Il faudrait le singulier.

607 Avignon, 18 mai 1318.

Eidem Ayquelino ut Imbertum de Bellojoco, canonicum Lugdunensem qui, conflatis viribus quampluriun nobilium consanguineorum suorum, ad ecclesiam Matisconensem manu armatu accedens, ejusdem ecclesiæ castra, domos et grangias diruerat, rumpendo dolia, vina fundendo, vineas et arbores fructiferas incidendo etc. citet. (Reg. 67, cur. fol. 317 vº, c. 58 et 1058.)

« *Dilecto filio Eyquelino, archidiacono ecclesie Engolismensis, capellano nostro.* Nuper ad audientiam — Dat. Avinione, xv kal. junii, anno secundo. »

608 Avignon, 18 mai 1318.

Eidem Ayquelino ut de dampnis capitulo ecclesiæ Matisconensis illatis occasione discordiæ inter Simonem de sancta Cruce, decanum ecclesiæ Matisconensis et fratres ejus necnon dominum de Anthone, nepotem ejus cœterosque complices, ex parte una, et Amedeum de Sabaudia, archidiaconum Remensis, Imbertum, Lugdunensis, Guillelmum de Bellojoco, Matisconensis ecclesiarum canonicos, ac nobiles viros Eduardum de Sabaudia et Guiczardum de Bellojoco ex altera suscitatæ, veritatem inquirat et terminum ad comparendum prædictorum dampnorum illatoribus præfigat. (Reg. 67, cur. fol. 317 v°, c. 59.)

« *Eidem.* Nuper ad apostolatus — Dat. ut supra. »

609 Avignon, 18 mai 1318.

Eidem Ayquelino ut præfatis discordibus injungat quod a guerris abstineant nec capitulum Matisconense molestent. (Reg. 67, cur. fol. 318, c. 60.)

« *Eidem.* Nuper etc. — Dat. Avinione, xv kal. junii, anno secundo. »

610 Avignon, 23 mai 1318.

Guillelmo, episcopo Caturcensi, in civitate et diocesi Avinionensi ordines tam minores quam sacros, statutis a jure temporibus, celebrandi, ac sacramentum confirmationis impendendi, clericales tonsuras personis idoneis conferendi, altaria dedicandi et consecrandi, altarium et ministrorum vasa, ornamenta et indumenta cultui divino deputata benedicendi, facultatem concedit. (Reg. 76, cur. fol. 1 v°, c. 3.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Caturcensi.* Ut in civitate — Dat. Avinione, x kal. junii, anno secundo. »

611 Avignon, 29 mai [1318].

Philippum, regem Franciæ, hortatur ut ad concordiam inter Mathildim, comitissam Atrebatensem, et Robertum de Atrebato amicabiliter procurandam studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 172, c. 668 et 679[7]; — Reg. 110, p. I, fol. 46, c. 148.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Optamus, fili carissime, inclitam domum tuam utique lactatricem filiorum benedictionis et gratie, sublatis divisionis cujusque dispendiis, pariter adunari in unanimitate solide caritatis; optamus ut filii ex illa progeniti, sicut novelle olivarum, pacem et unitatem in ejus circuitu preferant; optamus ut in ejus lateribus, sicut vitis abundans, descendentium ex illa magnatium plena concordia clareat, ut fortior atque robustior ex virtutis unitate consistat. Huic autem desiderio nostro jam quasi satisfecisse videtur rex ipse pacificus, dum quamplures ex illis qui videbantur se subduxisse ab unione domus hujusmodi, aut in dispersionem elongationis notabiliter abiisse, ad eam sine tardo molimine congregavit, et nedum tibi quem caput domus predicte pia sua dignatione constituit, obedientes atque benivolos, set et ad invicem concordes effecit, ita ut fere nihil videatur ad integritatem unionis perfecte restare, si dissidium inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mathildim, comitissam Attrabatensem, et dilectum filium nobilem virum Robertum de Attrabato, militem, pretextu comodi temporalis exortum, amicabiliter sopiatur. Ut igitur domus ipsa in membris suis integra concordia gaudeat, nec supersit alicujus dissensionis fomes aut odii, expedit, amantissime fili, et nos id ipsum tibi consulimus bona fide, ut ad pacificandum et uniendum solide concordie federe comitissam et Robertum eosdem per tractatus et vias amabiles solerti diligentia et solertia diligenti vacare procures, habiturus ab eo qui filios Dei vocandos esse viros pacificos asserit, premium, nobisque placiturus affectibus, et nihilominus tuis et domus ipsius honori et comodo prospecturus. Dat. III kal. junii[1]. »

[1] Cf. Jean XXII fait ici allusion à la soumission de Charles de la Marche (Voyez les lettres du 7 mars et du 15 mai 1318, n[os] 488, 489, 601-603), d'Eudes de Bourgogne (Voyez les lettres du 7 et du 26 avril 1318, n[os] 555, 572, 573) et peut-être aussi de Charles de Valois (Voyez n° 617). D'autre part, Philippe V, en mai 1318, avait rendu, au sujet des difficultés survenues entre Mahaut et Robert d'Artois, un jugement que ce dernier ratifia le 28 du même mois (Arch. nat., J. 439, n[os] 1[2] et 2[1];

— JJ. 55, fol. 47 v°, n° 98; — K. 38, n° 2²; — Archives du Pas de Calais, A. 63; — Isambert, *Recueil général des anciennes lois françaises*, t. III, p. 165, n° 546; — J. Tardif, *Cartons des rois*, n° 1128). Le pape n'en avait pas encore connaissance au moment où il écrivait la lettre que nous publions ici (Voyez, à ce sujet, ce que nous disons, n° 63, note).

612 30 mai [1318].

Diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Prædicatorum, de magistri electione facienda, cum nonnullis clausulis eorumdem fratrum conversationem tangentibus. (Reg. 109, fol. 170 v°, c. 665 et 679⁴; — T. Ripoll, *Bullarium Prædicatorum*, t. II, p. 141.)

« *Dilectis filiis.., diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Predicatorum et ceteris fratribus ejusdem ordinis apud Lugdunum in ipso generali capitulo congregatis.* Lucis Creator omnipotens — Dat. III kal. junii[1]. »

[1] Cf. La date de l'année est donnée par Ripoll qui publie cette lettre d'après les archives de son ordre : *Lucis Creator optimus* (!) — *anno secundo.*

613 Avignon, 5 juin 1318.

Episcopo Lingonensi ejusque collegis ut abbatem et priorem monasterii beatæ Mariæ ad Nemus, Præmonstratensis ordinis, et Nicolaum, ipsius abbatis notarium, qui cursores papæ ad Alemaniæ partes missos spoliaverant diuque in monasterio detinuerant, infra unum mensem citent. (Reg. 67, cur. fol. 321 v°, c. 66.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Lingonensi, et dilectis filiis.., abbati monasterii sancti Apri extra Muros Tullensis ac.., archidiacono de Vosago in ecclesia Tullensi.* Si displicent nobis — Dat. Avinione, nonis junii, anno secundo. »

614 [1-6 juin 1318.]

Inquisitionem de quibusdam pecuniarum summis in subsidium passagii transmarini convertendis a Clemente V legatis et a Bertrando de Gutto, vicecomite Leomaniæ et Altivillaris, præfati papæ nepote, detentis, fieri jubet, ejusdem vicecomitis quem ad restitutionem jam hortatus erat responsum præsentibus inserens. (Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, c. 350 et 994; — Arch. vat., *Arch. Avin. inventaria*, fol. 46, n° 467; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*, p. 5; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 52, n° 42.)

« Ad[1] statum miserabilem Terre Sancte Agarenice servitutis jugo supposite pie compassionis convertentes intuitum et ad eripiendum eam de manibus odientium Dominum anhelantes, dum ad id grandes sumptus necessarios esse conspicimus, nostre libenter solicitudinis studium adhibemus ut ea que ipsius Terre subsidio fuerint pia fidelium devotione relicta non pereant, quin potius utiliter in comodum ejus cedant. Dudum siquidem, apostolica Sede vacante per obitum felicis recordationis Clementis pape quinti, predecessoris nostri, ad nostrum et nonullorum ex cardinalibus sancte Romane Ecclesie, de quorum numero tunc eramus, perduxit auditum fide digna relatio quod predecessor ipse, dum viveret, ad ultramarinum passagium faciendum in Terre predicte succursum pie devotionis inflammatus affectu, reliquit trecenta milia florenorum in executione dicti passagii faciendi pro dicte Terre subsidio convertenda, que de ipsius adhuc superstitis mandato, ad castrum de Montiliis, Carpentoratensis diocesis, delata fuerunt. Item pervenit ad nos quod ipsa trecenta milia florenorum, ob causam relicta predictam, ad dilectum filium nobilem virum Bertrandum de Gutto, vicecomitem Leomanie, nepotem ejus, integre pervenerunt et adhuc penes eumdem existunt. Item quod idem predecessor reliquit similiter in subsidium dicti passagii medietatem totius debiti ad quod carissimus in Christo filius noster Edwardus, rex Anglie illustris, ex causa legitima tenebatur eidem, quod debitum totale ascendere dicitur ad centum sexaginta milia florenorum. Item quod reliquit, ut supra, medietatem totius debiti ad quod clare memorie Philippus, rex Francorum illustris, ex causa legitima tenebatur eidem, quod debitum totale ascendere dicitur ad centum milia florenorum. Item quod predicte medietates hujusmodi debitorum, ob causam relicte predictam, in totum vel in partem ad eundem vicecomitem pervenerunt et adhuc penes eundem existunt. Nos autem intendentes ad honorem Dei et exaltationem fidei, in infidelium repressionem fideliumque solamen, aliquod facere particulare pas-

sagium[2], de quo speramus, dante Domino, Terre predicte fructum non modicum proventurum, requiri fecimus vicecomitem antedictum quod predictas pecunie summas per dictum predecessorem pro passagio ultramarino relictas tradere vellet et solvere in predictum particulare passagium per nos aut apostolicam Sedem ad quos id pertinet convertendas. Ipse vero vicecomes ad nostram misit presentiam dilectum filium nobilem virum Iterium de Virzaco, militem, familiarem et nuntium suum, cum litteris de credentia sibi super responsione commissa. Qui equidem miles pro ipso vicecomite, juxta commissam sibi credentiam, responsionem subscriptam nobis verbotenus prebuit et postmodum in scriptis tradidit in hunc modum.

« Ego Iterius de Virzaco, miles et socius nobilis « viri domini Bertrandi de Gutto, vicecomitis Leo- « manie et Altivillaris, super eo quod reverendi patres « domini cardinales de Pelagrua, de Fargis et de « Garvo et de Mota, de mandato sanctitatis vestre « scripserunt dicto domino meo de pecunia per dictum « Clementem papam, patruum suum, in subsidium « Terre Sancte relicta, in subsidium expendenda pre- « dictum, ipsius domini mei nomine et ad hoc spe- « cialiter destinatus, cum omni humilitate respondeo « in hunc modum, videlicet quod dominus Clemens, « dicti domini mei patruus, in concilio Viennensi « ordinavit cum domino Philippo, rege Francie, patre « istius, quod idem rex assumeret generale passa- « gium, quod et fecit, et publice promisit quod infra « breve tempus ipse, liberique ejus et fratres crucem « assumerent et infra certum terminum facerent « hujusmodi passagium generale. Finito consilio, pre- « dictus dominus Clemens rediit apud Malausanam, « et predictus dominus meus vicecomes cum eo. Cum « autem stetisset predictus dominus Clemens per « aliquos dies, petiit a predicto domino meo si ipse « assumeret crucem, quando dictus rex Francie assu- « meret eam. Ipse autem respondit quod multum « desiderabat servire Deo in illo passagio generali « et quod libenter crucem assumeret, dum tamen « haberet unde honorifice posset ire ad honorem Dei « et suum. Dominus autem Clemens, videns domini « mei predicti bonam affectionem et intentionem, « dixit sibi quod tantum donaret eidem et totaliter « ordinaret quod ipse ad honorem Dei et suum posset « in generali passagio transfretare, et post aliquos « dies, donavit sibi quandam summam pecunie quam « expenderet, quando fieri contingeret primum passa- « gium generale; et istam donationem fecit sibi per « duos annos vel circa antequam moreretur. Post- « quam, sequenti anno, predictus dominus meus ivit « in Franciam, et fuit in festo, quando predictus « dominus rex assumpsit crucem et militavit filios « suos; et una cum eo assumpsit crucem et fecit et « procuravit quod multi nobiles de genere suo et de « Vasconia assumpserunt eam, pretextu et ex confi- « dentia donationis predicte sibi facte, quibus nobilibus « dominus meus promisit quod ipse duceret eos hono- « rifice et multis ex eis se obligavit eodem pretextu. « Quare, pater sanctissime, supplicat vobis idem « dominus meus et ego de mandato ipsius pro eo, humi- « liter et devote quatinus, considerantes quod sepedictus « dominus Clemens dictam pecuniam donavit libere « dicto domino meo vicecomiti, licet voluerit et ordi- « naverit illam pecuniam per ipsum dominum meum « in primo generali passagio expendi, attendentes « etiam quod ipse qui cruce signatus est et alii quos « ipse fecit cruce signari cum solemni voto ita quod « retrocedere non possunt nec volunt, frustrati essent « spe sua et subsidio quod expectant, si ista pecunia « converteretur in alium usum quam in predictum « passagium generale, presertim cum predicti cruce « signati unde voto predicto comode satisfacerent « non habeant aliunde, placeat sanctitati vestre quod « dicta pecunia, sic predicto domino meo donata, « retineatur et expendatur per eum in primo generali « passagio faciendo, ad quod cum dictis nobilibus, ut « premittitur, se adstrinxit, quod, velle suo, fieret « infra annum; et si forte, pater sanctissime, vos « dubitaretis quod ipse non compleat illud quod « domino Clementi, patruo suo, promisit, in casu ubi « fieret passagium generale, paratus est ad compla- « cendum sanctitatis vestre voluntati, vos reddere « certum per juramentum suum et per obligationem « omnium bonorum suorum mobilium et immobilium « presentium et futurorum; et supplicat idem dominus « meus quod hec vobis sufficiat certitudo. Si autem « placeat vobis quod plus faciat, paratus est vobis

« dare tot fidejussores quod vos debebitis merito « contentari. Illud autem, pater sanctissime, non « ommitto quod predictus dominus meus imposuit et « dixit mihi quod significarem vobis et dicerem quod « dominus Clemens, antequam moreretur, frequenter « habuit secum collationem de passagio ultramarino « et de generali et de particulari et semper dicebat « sibi quod ipse et multi alii semper decepti fuerant « in passagio particulari a maximo tempore citra, « propter quod nolebat nec erat intentio sua quod « ista pecunia impenderetur, nisi in passagio generali, « et credit quod vivunt aliqui cardinales qui hoc idem « ab eo pluries audiverunt. »

Cupientes igitur ipsius predecessoris nostri tam laudabili voto prospicere et ipsorum passagii atque Terre indempnitatibus providere et proinde an premisse pecuniarum summe, quas in subsidium dicti passagii per predecessorem eundem, ut prefertur, audivimus fuisse relictas, vel ex eis alique et quante donate fuerunt per ipsum predecessorem vicecomiti antedicto et de conditionibus et modis in dictis relicto seu donatione adjectis, nec non et de tempore quo predicta donatio, si processerit, facta fuit, presertim cum de quantitate que donata ponitur nullam a dicto milite certitudinem habere potuerimus, immo respondit, super hoc interrogatus a nobis, se nescire quantitatem hujus modi, nec super illius expressione suscepisse mandatum, nec non de tempore donationis ipsius, si fortasse precessit, quam idem miles dicto vicecomiti per ipsum predecessorem, per biennium vel circa ante ipsius obitum, asserit esse factam, cum tamen ad nos perduxerit fide digna relatio quod predicta trecenta millia florenorum, de ipsius predecessoris mandato, per paucos dies ante decessum suum ad dictum castrum de Montiliis portata fuerint, ad plenum informari volentes, ad lucidam veritatem super omnibus et singulis supradictis habendam, et ne ordinationis seu voluntatis dicti predecessoris probatio processu temporis pereat cum subscriptis personis consciis, ut dicitur, predictorum, ordinavimus super illis diligenter inquiri ac eas diligenter examinari, et eorum dicta seu depositiones ad perpetuam rei memoriam in publica redigi munimenta. Persone autem ipse sunt hee, videlicet : domini Arnaldus, sancte Marie in Porticu, R., sancte Marie Nove et B., sancte Agathe diaconi cardinales[3]. »

[1] Il n'y a pas de rubrique.

[2] Voyez, à ce sujet, n° 511, note 2.

[3] Cf. L'enquête publiée par le P. Ehrlé (*op. cit.*, p. 9. Voyez plus haut n° 382) commença le 6 juin 1318. La lettre ci-dessus a vraisemblablement été écrite peu avant cette date.

615 6 juin [1318].

Philippi, regis Franciæ, litteris de reformatione studii Aurelianensis a magistro Amisio, archidiacono Aurelianense, præsentatis respondet. (Reg. 109, fol. 223 v°, c. 817; — Reg. 110, p. 1, fol. 68, c. 233; — M. Fournier, *les statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 46, n° 55[1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Celsitudinis regie litteras — Dat. VIII idus junii [anno secundo[2]]. ».

[1] Inséré dans une autre lettre du 15 novembre 1319, que l'on trouvera analysée plus loin (n° 962).

[2] La date de l'année se trouve dans la lettre du 15 novembre 1319, indiquée dans la note précédente.

616 8 juin [1318].

Mariam, reginam Franciæ, de filiæ suæ, reginæ Angliæ, morte consolatur. (Reg. 109, fol. 170, c. 644 et 679[3].)

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Francie illustri.* Licet, amantissima filia — in vocatione tamen clare memorie regine Anglie, filie tue, dispositionem illius qui eam tibi pro sola sue clementie liberalitate concesserat — patienter debes suscipere — presertim cum id tibi cedere debeat ad consolationis multe materiam quod omnipotens Dominus tanta benedictionis dulcedine te prevenerit sicque fecit sobolis ubertate fecundam, ut prolem sibi devotam et hominibus placidam superstitem habeas et juxta id quod optat prophetarum eximius timentibus Dominum, filios presentialiter videas filiorum. Dat. VI idus junii[1]. »

[1] Cf. Il s'agit ici de Marguerite, fille de Marie de Brabant et de Philippe III, roi de France. Seconde femme d'Edouard Ier, nous voyons dans le *Calendar of the close rolls* (Edouard II)

1313-1318, p. 524) qu'elle était encore en vie le 30 janvier 1318, mais qu'elle était morte à la date du 23 février 1318 (*ib.*, p. 527). La lettre du pape doit donc être attribuée à cette même année 1318.

617 9 juin [1318].

Carolo, comiti Valesii, de concordia inter eum cœterosque de domo regali ac Philippum, regem Franciæ, reformata congratulatur eumque hortatur ut in dicta concordia perseveret. (Reg. 109, fol. 142 v°, c. 581; — Reg. 110, p. I, fol. 52, c. 169.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Ex injuncto, fili, nobis apostolatus officio fideles omnes, set precipue principes et magnates sanguinis propinquitate conjunctos, quos affectu diligimus singulari, invicem adunari in virtute caritatis optamus. Propter quod nuper cum ingenti percepimus gaudio quod carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, nepos tuus, et tu ac ceteri de domo regali estis, ut condecet, in unitate amabilis caritatis alterutrum conjuncti. Hoc equidem, fili, desideravimus hactenus, et pro hoc etiam apud tuam magnitudinem in quantum tangebaris exinde, verbo frequenter et litteris meminimus institisse, unde cum nostris audimus in hac parte desideriis, faciente divina clementia, satisfactum, tanto nimirum nobis cedit acceptius, quanto solet haberi gratius et reputari precarius quod anxie queritur et laboriosius invenitur, quantove id novimus beneplacito divino congruere, tuisque et dicte domus comodis aptius convenire. Illius igitur qui vera caritas esse describitur et cujus pax omnem sensum exuperat misericordiam suppliciter imploramus, ut unionem hujusmodi in tempora longiora conservet tuamque nobilitatem rogamus et hortamur in Domino quatinus, unionis ipsius sedulus atque continuus conservator existens, ad omnia que ipsam fovere debeant tuum semper animum indefesso proposito dirigas, vitaturus solerti cautela que illam dissolvere aut illi derogare quomodolibet valeant, nullisque suadentibus forte contrarium crediturus. Dat. v idus junii[1]. »

[1] Cf. Comme dans une lettre adressée, le 29 mai 1318 (n° 611) à Philippe V, Jean XXII fait allusion ici à la soumission de Charles de la Marche et du duc de Bourgogne; cette seconde lettre doit donc être attribuée à la même année. Au sujet de Charles de Valois, voyez ce que nous disons plus haut (n° 174, note 7).

618 9 juin [1318].

Philippum, regem Franciæ, de responso minus humili a Flandrensibus dato certiorem facit eique quid agendum sit et quomodo ipse ei assistere intendit significat. (Reg. 110, p. I, fol. 65 v°, c. 219.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, nec non et illas quas nuntii nostri in Flandriam missi novissime destinarunt, recenter accepimus et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane cum ad pacis bonum quod bona continet universa, nostrum dirigeremus et dirigamus affectum, placuisset nobis indubie a Flandrensibus responsum humilius et acceptius reportasse. Quicquid autem sit, si ex eorum culpa guerra processerit, ad ipsorum pertinacem superbiam, Altissimi favente dextera, conterendam per omnes vias et modos quibus cum Deo poterimus, tibi negotium viriliter assumenti, spiritualiter et temporaliter assistemus. Superest igitur ut ubi Flandrenses ipsi, quod absit, in protervia contumaci perstiterint, cum discreto tuo consilio sedula deliberatione discutias qualiter erit in ipso negotio procedendum, ut votivum exitum sortiatur, et quod in petendo tue et in concedendo nostre valeat circa hoc decentie convenire, personam aliquam ad nos cum tibi placuerit propterea transmissurus, et nos etiam ex nobis cessare nequaquam intendimus quin super hiis interim oportuna remedia cogitemus. Dat. etc.[1] »

[1] Pour la date, voyez le numéro suivant et, au sujet de ces lettres, n° 76, note 1.

619 9 juin [1318].

Eidem de eodem scribit eique ob pacem cum magnatibus regni reformatam congratulatur. (Reg. 109, fol. 174 v°, c. 674 et 680[5]; — Reg. 110, p. I, fol. 31, c. 92.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, nec non et illas — oportuna remedia cogitemus[1]. Ceterum, amantissime fili, quia ex injuncto nobis apostola-

tus officio fideles omnes, sed precipue principes et magnates sanguinis propinquitate conjunctos, quos affectu diligimus singulari, invicem adunari in virtute caritatis optamus, grata valde nobis occurrit predictarum series litterarum que te et ceteros de domo regia in unitate amabilis caritatis unitos alterutrum reseravit; hoc etenim tanto placidius nostris accedit affectibus, quanto id beneplacitis convenire divinis et tuis aptius existere comodis minime dubitamus, illius qui vera caritas esse describitur et cujus pax omnem sensum exsuperat clementiam suppliciter implorantes, ut unionem hujusmodi in tempora longiora conservet, tuamque celsitudinem rogantes et hortantes in Domino quatinus ad conservationem unionis ipsius tuum semper animum indefesso proposito dirigas, et quantum in te fuerit solers et efficax illius nutritor existas; proinde namque regalis magnificentie solium soliditatis augmenta suscipiet, tueque virtus potentie quanto quietius, tanto efficatius evidentiori clarebit effectu. Dat. v idus junii[2]. »

[1] Cette partie n'est que la reproduction de la lettre qui précède.

[2] Cf. On sait que Jean XXII envoya par quatre fois, le 29 avril 1317 (nos 202-208), le 1er avril 1318 (nos 538-552), le 17 septembre 1318 (nos 710-720) et le 20 mars 1319 (nos 800-824) des ambassades au roi de France et aux Flamands. La dernière fut confiée au cardinal Gaucelme seul. Ce n'est donc pas de celle-ci qu'il peut être question dans la lettre que nous publions ici, et qui sera par conséquent au plus tard de 1318; cette date est même la seule admissible, puisque ce qui est dit de la soumission des grands du royaume doit s'entendre évidemment de la réconciliation du duc de Bourgogne, de Charles de la Marche et de Charles de Valois avec Philippe V, réconciliation au sujet de laquelle le pape écrivit les lettres du 26 avril, du 29 mai et du 9 juin 1318 (nos 572-573, 611, 617). D'ailleurs, les plaintes de ce dernier, à propos de la mauvaise volonté des Flamands, sont justifiées par une lettre du roi de France, du 4 juin 1318, qui nous montre qu'ils avaient refusé les sûretés offertes et ne s'étaient point présentés à l'ajournement fixé, pour le moi de mai, à Paris (Arch. nat., JJ. 55, fol. 32 vo, no 78; au recto du même folio, no 77, se trouve une lettre analogue dont la date d'année, ajoutée après coup, est, par erreur, 1317; — Voyez aussi ci-dessus nos 491 et 492).

620 Avignon, 9 juin [1318].

Henrico, domino Soliaci, de nuntio a Philippo, rege Franciæ, ad Robertum regem Siciliæ apud sanctam Sedem destinando. (Reg. 110, p. 1, fol. 66, c. 220.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Super eo, fili, quod nobis per litteras tuas manu leta susceptas noviter subscripsisti quod circumspectio regia libenter informari vellet de qualitate persone ad colloquendum carissimo in Christo filio nostro Roberto, regi Sicilie illustri, in Romana curia destinande, an videlicet mediocrem mitti sufficeret vel potius destinari notabilem expediret, certum aliquid respondere non possumus, cum ea de quibus rex ipse colloqui disposuerit veluti que nolint scripto committere nesciamus. Porro tu ipse provise pensato quod pro Flandrensi negotio erit forsan aliquis mittendus ad curiam, prudenter advertere poteris qualis mitti debeat ad regis predicti presentiam, ipsius eminentia et dicti qualitate negotii ac destinantis magnitudine prudenter attentis. Dat. Avinione, v idus junii[1]. »

[1] Cf. Le 21 mars 1318 (no 510), Jean XXII avait écrit à Philippe V; il l'attendait à Avignon, ainsi que Charles de Valois et divers autres, pour avoir une entrevue avec le roi Robert de Naples, soit à l'Ascension (1er juin), soit à la Pentecôte (11 juin), soit même à la saint Michel (29 septembre); mais le roi de France, retenu par les affaires de Flandre, répondit qu'il ne pouvait pas venir avant le mois d'octobre (Voyez no 628 et la lettre publiée à la suite, note 7). Le pape le pria, en attendant, par l'intermédiaire d'un *collateralis* qui est Henri de Sully (*ib.*), d'envoyer une personne de confiance. Celui-ci demanda alors, on le voit, quelle personne il fallait choisir : *mediocrem vel notabilem*, et c'est la réponse du pape que nous publions ici. Elle est antérieure au 15 juin 1318, puisqu'à cette date une : *persona notabilis* avait été envoyée (no 628) avant peut-être que sa lettre ne fût parvenue à Henri de Sully (Voyez no 63, note).

621 [17 août 1317 — 15 juin 1318.]

Philippo, regi Franciæ, ut moram G[uillelmi], Trecensis episcopi, quem ipse pro pace inter Robertum, Siciliæ et Fredericum, Trinacriæ reges, procuranda retinere intendit, excusatam habere velit. (Reg. 109, fol. 128 vo, c. 534; — Reg. 110, p. 1, fol. 7 vo, c. 19.)

« *Eidem.* Placuit tibi, fili carissime, pridem ad nostre intercessionis instantiam prestationem eorum ad que tibi venerabilis frater noster G., Trecensis episcopus, pro sui episcopatus temporalitate tenetur, in sufferentia ponere et moram ipsius quem pro negotio

pacis inter carissimos in Christo filios nostros Robertum, Sicilie et Fredericum, Trinacrie reges illustres, consanguineos tuos, actore Domino reformande, in Siciliam miseramus, de innata tibi clementia excusatam habere[1], quod equidem actione prosequimur gratiarum. Verum quum reges ipsos aut eorum solennes nuntios, pro tractatu utilis toti orbi concordie ad votivum exitum, faciente rege pacifico, feliciter perducendo, ad nos expectamus de propinquo venturos[2], in cujus prosecutione tractatus assistentia ejusdem episcopi, veluti de multis tractatum ipsum contingentibus quasi palpabiliter informati, esse poterit non modicum fructuosa, ipsum sub spe tue complacentie propterea providimus retinendum. Quia igitur, amantissime fili, ad omnia que possint in favorem dicti negotii cedere, te decet ratione multiplici pronum et flexibilem exhibere, celsitudinem tuam affectuose rogamus quatinus ob apostolice Sedis reverentiam atque nostram ac premisse considerationis intuitum, predictam ad beneplacitum tuum prorogare sufferentiam, ac absentiam ejusdem episcopi habere velis benignius excusatam[3]. »

[1] Voyez n° 161.

[2] C'est dans leur rapport daté de Seminara (prov. de Reggio di Calabria), le 17 août 1317 que les envoyés pontificaux, l'évêque de Troyes et le prieur de saint Antonin de Rodez, qui avaient précédemment prolongé jusqu'à Noël 1320 les trêves établies entre Robert de Naples et Frédéric de Sicile, annoncèrent au pape que ces princes avaient l'intention de venir auprès de lui pour faire la paix : « *Uterque principum* « *pro finali pace tractanda et facienda, beatitudinem vestram se* « *asserit aditurum.* » (S. Riezler, *Vatikanishe Akten*, p. 57, n° 74; voyez ci-dessus, n° 161, note 8).

[3] Cf. Cette lettre, postérieure au 17 août 1317 comme on le voit dans la note précédente, est postérieure aussi, semble-t-il, à une autre lettre du 21 octobre 1317 (n° 421) que Jean XXII écrivit au roi de France pour lui demander une nouvelle prorogation en faveur de l'évêque de Troyes, qui n'était pas encore revenu. Nous savons, d'autre part, que ce dernier se trouvait depuis peu à la cour pontificale le 10 décembre 1317 (Voyez n° 161, note 8) et que, l'année suivante, le 15 juin (Voyez n° 628), les envoyés de Frédéric entrèrent à Avignon. Le document que nous publions ici et dans lequel nous voyons que le pape ne sait point encore si les princes qu'il entend réconcilier paraîtront devant lui en personne ou par procureurs est donc antérieur à cette date.

622 15 juin [1318].

Eidem regi, ne procedat ad executionem ordinationis suæ super facto de Gavardano ut, treugis durantibus, pax inter Matham, comitissam Bernardumque, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, liberius tractari possit. (Reg. 109, fol. 143, c. 583; — Reg. 110, p. i, fol. 46, c. 150; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 59, n° 43.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Audito pridem gravi dissidio quod inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, occasione cujusdam comodi temporalis, hostis humani generis, pacis impatiens, suscitavit, nos, paternum ad periculosas illius circumstantias respectum habentes, ad sedandum illud interposuimus nostre solicitudinis studium, apostolicis litteris ac nuntiis utrique parti super hoc variis vicibus destinatis, non recusantes mediatoris laborem assumere, ut possemus easdem juxta nostrum desiderium tranquillare; et demum cum solicitudo nostra hujusmodi non eum fructum quem optabamus afferret, partibus ipsis se hinc inde parantibus ad congressus bellicos comittendos, nos, discriminibus imminentibus occurrere cupientes, treugas certi temporis inter illas providimus indicendas[1], intendentes interim, cum Dei auxilio, partium ipsarum pacificationi vacare. Quas equidem treugas dicta comitissa Fuxensis simpliciter, et comitissa et comes Armaniaci memorati sub protestatione quod, ubi tu ad executionem, quam super facto de Guavardano fieri mandavisti, procedi juberes[2], non intendebant treugarum ipsarum indictione ligari, Domino inspirante, promptis affectibus acceptarunt. Quia igitur, fili carissime, tua plurimum interest ut magnitudine non abutendo potentie, set clementia et lenitate gubernando subjectos, pro posse nitaris quod ipsi, absque guerrarum fremitu, sub tuo felici regimine vitam silentio transigentes, pace cunctis mortalibus optata fruantur, celsitudinem tuam rogamus attente, tibi nichilominus consulentes quatenus, prudenter attento quod, hoc presertim tempore, tibi non leviter expedit subditos habere quietos, ut, quo expeditiores a discordiarum turbinibus fuerint, eo reddantur ad tua, si necesse fuerit, exequenda servitia promptiores, nec ab intuitu

regalis circumspectionis excluso quod ex partium discordia predictarum, si, quod absit, forte procederet, nedum illi contracte set et quasi toti circumposite regioni discrimen inextimabile resultaret, cum in commotione partium predictarum multorum commoti sint animi et in eorum turbatione corda plurium conturbata, ad executionem predictam que, dum occasionem treugas violandi tribueret, viam clauderet pacis tractatui et ad recidivum guerre aditum aperiret, nulla permittas ratione procedi, sed eam si placet, pacifici regis intuitu, et ob nostram et apostolice Sedis reverentiam tueque utilitatis obtentum, donec videatur an dissidium ipsum tractatu sopiri possit amabili, mandes et facias cum effectu suspendi — Dat. Avinione, XVII kal. julii[3]. »

[1] 11 mai 1318 (nos 588-592).

[2] Ce mandement, reproduit en partie dans la lettre suivante, est évidemment celui dont les registres du Parlement nous ont conservé l'analyse à la date du 6 juin 1317 (ARCH. NAT., X 2a 1, fol, 72; — BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 186, nos 4887 et 4888; — cf. L. GUÉRARD, *op. cit.*, p. 60, note 1).

[3] Cf. Cette lettre a suivi de près les trêves du 11 mai 1318, indiquées ci-dessus. Elle est d'ailleurs mentionnée dans la lettre qui fut adresée à Henri de Sully, le même jour, sur le même sujet (no 624) et qui est datée, dans l'original, *anno secundo*.

623 Avignon, 15 juin [1318].

Eidem de eodem facto Gavardani scribens, eum hortatur ut ordinationem a quondam Philippo, rege Franciæ, patre suo, propter hoc inter Armaniaci et Fuxensem domos factam et cujus tenoris pars præsentibus inseritur, observari faciat. (REG. 109, fol. 143, c. 584; — REG. 110. p. I, fol. 46 v°, c. 151; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 61, n° 44[1].)

« *Eidem.* Non est nobis incognitum, fili carissime, justitie virtutem tibi sic innatam ex genere, sic confirmatam ex more, ut eam sinceris affectibus diligas et ad ejus cultum sine acceptatione persone te libenter impendas ; propter quod, si super ministros tuos interdum in illa impingi contingat, hoc a tua conscientia credimus alienum, immo pro certo supponimus te illud, postquam ad tuam notitiam venerit, displicibiliter gerere ac velle reformatione debita providere. Dudum siquidem clare memorie Philippus, rex Francie, pater tuus, volens more providi principis capientis pro subditorum comoditate consilium, inter bona memorie.., comitem et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxenses, ejus matrem, ex una parte, et quondam Constantiam, primogenitam, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, natam quondam Gastonis, vicecomitis Bearnii, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, ex altera, occasione successionis dicti quondam Gastonis, periculosa discordia invicem dissidentes, pacem et concordiam ponere, post tractatus varios super hoc habitos, de regie potestatis plenitudine, prehabita deliberatione solenni, partibus presentibus, certam ordinationem fecit cujus tenorem ex causa fecimus presentibus adnotari qui talis est.

« Item ordinamus pro bono pacis quod Matha, comi-
« tissa Armaniaci, filia tertio genita dicti Gastonis,
« habeat pro jure et portione sua hereditaria de bonis
« et hereditate dicti Gastonis, vicecomitatum Brulhesii
« et Gavardani, et terram de Capsius que est de perti-
« nentiis Gavardani, et terras et tenimenta de Helsa
« et de Helzano cum omnibus juribus, dominationibus
« et pertinentiis universis ac omni onere et honore,
« et hiis contenta non possit in terra et successione
« Marciani dicta Matha contra dictam Constantiam ali-
« quid reclamare, nec aliquid petere ab aliis sororibus
« de aliis bonis Gastonis predicti, nec dicte Constan-
« tia et Margarita in vicecomitatu et terris predic-
« tis aliquid reclamare ; salvo quod, si contingeret
« Guillelmam ultimo genitam dicti Gastonis decedere
« sine liberis de suo corpore ex legitimo matrimonio
« procreatis, quod in eum casum dicta Matha et liberi
« ejusdem supervenientes, habeant et habere debeant,
« sine contradictione dictarum Constantie et Marga-
« rite, baronias, castra, villas, terras et loca que
« dictus Gasto habebat in Catalonia, videlicet : de
« Montecatario et Castriveteris de Rozano, et alia
« que ad eandem Guillelmam de bonis dicti Gastonis
« pertinent cum jurisdictionibus, redditibus et per-
« tinentiis ac omni onere et honore. Et in eum casum
« in quem dicta Matha vel ejus heredes dictas baro-
« nias, castra, villas et terras de Catalonia, post

« mortem dicte Guillelme sine liberis decedentis, « habuerit vel per eam steterit quominus habeat, « ordinamus quod vicecomitatus et terra Gavardani « cum pertinentiis suis redeat ad dictas Constantiam « et Margaritam tunc superviventes aut liberos earum « vel alterius earundem; terra vero de Riparia ad « dictam Guillelmam pertinebit. »

Porro licet ordinatio predicta, ut apparet, conditionalis extiterit, et per obitum Guillelme predicte sine liberis ex suo corpore legitime descendentibus factus sit locus conditioni predicte, per quod videtur quod predictus vicecomitatus et terra Gavardani cum pertinentiis suis debeat ad dictam comitissam Fuxensem superstitem ex ratione redire predicta, comitissa Armaniaci ejusque liberis terra quam dictus quondam Gasto habebat in Catalonia contentandis, ex cancellaria tamen tua littere regales, te, ut credimus, inscio, processerunt senescallo Tholosano directe, per quas, nulla facta mentione de conditione predicta et ejus effectu, nec de cause cognitione et vocatione partium, mandatum est senescallo predicto simpliciter quod castrum de Gavarreto et terram de Gavardano predictam cum eorum juribus et pertinentiis quibuscumque, predicte comitisse Armaniaci liberari faciat, ac eidem et nulli alii in illis obediri efficaciter et intendi. Que, amantissime fili, cum produxerint animarum pericula, strages corporum et gravia dispendia facultatum et apertam injustitiam sapere videantur veluti que, de jure ac consuetudine patrie, cause cognitionem et vocationem partium exigebant de quibus, ut premissum est, nil ipsarum continet series litterarum, in tuam providimus perferre notitiam ut tu, qui terram judicas, circa reformationem predictorum velis juste prospicere, et ne similia contingant imposterum, oportuno remedio providere. Dat. Avinione, xvii kal. julii[2]. »

[1] Avec la date 1317-1318.

[2] Cf. Le 11 septembre 1318 Jean XXII cite expressément cette lettre comme récente (n° 704). D'autre part, elle concerne la même affaire que les deux lettres entre lesquelles elle se trouve comprise, aussi bien dans le registre 109 et dans le registre 110, et qui sont du 15 juin 1318; dans toutes trois il est fait mention des lettres royaux du 6 juin 1317, et on peut leur assigner la même date (Voyez L. GUÉRARD, *op. cit.*, p. 64, note 2 et, à propos de ces lettres, ce que nous avons dit plus haut n° 76, note 1; au sujet du Gabardan, voyez n°s 671, 843).

624 [Avignon], 15 juin [1318].

Henrico, domino Soliaci, ut instet apud eumdem regem ne ad executionem in prædicto facto Gavardani quoad præsens procedat. (REG. 109, fol. 144, c. 585; — REG. 110, p. I, fol. 47, c. 152; — ARCH. NAT., J. 705, n° 200, orig. scellé sur chanvre; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 68, n° 45.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Audito pridem etc. ut supra in prima[1] usque sub protestatione quod, ubi carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, ad executionem, quam super facto de Gavardano fieri mandavit, procedi juberet, non intendebant treugarum ipsarum indictione ligari, Domino inspirante, promptis affectibus acceptarunt. Quia igitur, fili, regie celsitudinis plurimum interest ut magnitudine non utendo potentie, set clementia et lenitate gubernando subjectos, pro posse nitatur ut, ipsi absque guerrarum fremitu sub suo felici regimine vitam silentio transigentes, pace cunctis mortalibus optata fruantur, eidem regi per alias nostras litteras scribimus[2], sano sibi consilio suadentes quatinus, prudenter attento quod, hoc presertim in tempore, sibi non leviter expedit subditos habere quietos ut, quo expeditiores a discordiarum turbinibus fuerint, eo reddantur ad sua, si necesse fuerit, exequenda servitia promptiores etc. usque aperiret, nulla permittat ratione procedi, set eam si placet, pacifici regis intuitu, et ob nostram et apostolice Sedis reverentiam sueque utilitatis obtentum, donec videatur an dissidium ipsum tractatu sopiri possit amabili, mandet et faciat cum effectu suspendi. Cumque regii honoris et comodi te noverimus zelatorem, nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatenus, premissa sedula meditatione considerans, regem ipsum instantia efficacis persuasionis inducas quatenus pretactis discriminibus per suspensionem executionis ipsius, ut predicitur, obviet, nostris inde placiturus affectibus, et suam etiam utiliter rem gesturus. Dat. xvii. kal. julii[3]. »

[1] N° 622.

[2] *Id.*

[3] La date complète : *Avinione*, XVII *kal. julii, pontificatus nostri anno secundo*, est donnée par l'original conservé aux Archives nationales.

625 [Avignon], 15 juin [1318].

Philippo, regi Franciæ, ut Jordano de Insula, domicello, quem senescallus Vasconiæ pro Eduardo, rege Angliæ, appellationi ab eodem Jordano ad curiam Franciæ emissæ non deferens, captivum detinet, justitiam tribui faciat. (Reg. 109, fol. 145 v°, c. 590; — Reg. 110, p. II, fol. 38 v°, c. 177 et 733; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 66, n° 46.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Infusum a Deo — Cum itaque dilectus filius nobilis vir senescallus Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglie illustri, dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, domicellum et familiarem nostrum, emisse per eum ad tuam curiam ab ipsius auditorio senescalli appellationi non deferens, in multis injuste gravaverit atque gravet eumque post appellationem eandem capi fecerit de persona et adhuc detineat carceri mancipatum[1], in ejus grande dispendium ac regalis curie quandam irreverentiam et contemptum, excellentiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus super appellatione jamdicta dicto Jordano ad quem considerationibus certis afficimur, mandes et facias brevem justitiam fieri — Dat. XVII kal. julii[2]. »

[1] Voyez, à ce sujet, n°s 735-737 et 738, note 2.

[2] Cf. Pour la date, voyez la lettre suivante adressée au roi d'Angleterre sur le même sujet.

626 [Avignon], 15 juin [1318].

Eduardo, regi Angliæ, de eodem, ut gravamina a præfato senescallo dicto Jordano illata revocari faciat. (Reg. 109, fol. 146, c. 591; — Reg. 110, p. II, fol. 39, c. 178 et 734; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 154; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 67, n° 47.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Eduardo, regi Anglie illustri.* Infusum etc. — Et licet jam binis vicibus[1] Jordanum eundem in sua justitia senescallo predicto commendaverimus confidenter, sperantes Jordanum ipsum apud senescallum eundem, ipsius nostre recommendationis intuitu, aliquid reperire favoris, ipse tamen senescallus factus ex nostre intercessionis adjectione severior, Jordanum ipsum gravaminibus pluribus in intercedentis, ut videtur, contemptum affecit — Dat. XVII kal. julii[2]. »

[1] 7 mars et 24 avril 1318 (n°s 490 et 571).

[2] Cf. La date du lieu et celle de l'année, mais sans indication de quantième, se trouvent dans l'original publié par Rymer et que nous signalons.

627 [Avignon], 15 juin [1318].

Henrico, domino Soliaci, de præmissis scribit ut pro justitia eidem Jordano ministranda apud regem Franciæ insistat. (Reg. 109, fol. 146, c. 592; — Reg. 110, p. II, fol. 39, c. 179 et 735; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 68, n° 48.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Infusum a Deo — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 626.

628 15 juin [1318].

Roberto, regi Siciliæ, Bartholomeum de Capua, regni logothetam, commendat, nonnullaque de facto Januæ et de colloquio cum Philippo, rege Franciæ, habendo significat. (Reg. 109, fol. 169 v°, c. 663 et 679[2]; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 121; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 453.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Ad ea, fili — de hiis que in partibus istis facienda incumbunt pro tue serenitatis honore, senescallum tuum Provincie sollicitari non expedit, quia pro constanti rei evidentia eum satis vigilem et solertem ostendit — De adventu regis Francie locuti fuimus pridem cuidam ex collateralibus suis, de quo rex ipse in quadam specialitate confidit[1] et per quem etiam super hujusmodi adventu scripsimus dicto regi, et sperabamus, si negotium Flandrense, ut optabamus et credibiliter putabamus, propter illa que per nos fuerant, etiam ultra nostram exigentiam, oblata Flandrensibus[2], finem prosperum habuisset, regem ipsum partibus istis appropinquare debere. Set, occulto Dei judicio, ut aliquorum culpe forsitan puniantur, nondum est negotium ipsum tranquillatum, nec adhuc Flan-

drenses ipsi nuntiis nostris quos illuc pro explicatione dati per nos in negotio ipso consilii et pro eorum inductione ad acceptationem illius specialiter misimus[3] responderunt, propter quod non esset tutum, rebus in isto pendentibus dubio, quod idem rex se ab illis partibus elongaret; qui tamen rescripsit nobis quod saltem de mense octobris proximo futuro ad aliqua loca nobis vicina se posse venire credebat. Interim vero missum est, prout scripsit nobis dictus collateralis ipsi cui super hoc scripseramus[4], personam aliquam notabilem de suo consilio de qua plene confidet, cui tu colloqui ac tractatum habere cum eo secure poteris si placebit. Et si negotiorum qualitas de quibus cum rege predicto tractare disponis, regalem exigeret forte presentiam, nos id ipsum eidem significare curabimus, et speramus quod, si negotia patiantur, adventum suum ad aliqua loca nobis vicinantia non negabit. Nuntii regis Frederici qui in partes istas applicuere jamdiu est, hodie fuerunt civitatem Avinionis ingressi[5], quorum verba non verearis tua nocitura justitie, presertim cum de rebus te contingentibus nil usque adventum tuum, nisi, quod absit, illum nimis morose protraxeris[6], intendamus tractare cum illis. Datum XVII kal. julii[7]. »

[1] Henri de Sully, qui avait quitté la cour pontificale le 21 mars 1318 (Voyez n° 330, note 2). La lettre que Jean XXII lui confia le même jour pour le roi de France est celle que nous publions ci-dessus, n° 510. Voyez aussi, au sujet de l'entrevue projetée, n° 480.

[2] Il s'agit ici de l'avis que le pape avait donné au sujet de la paix de Flandre et qui se trouve dans les lettres du 8 mars 1318 (n°s 491, 492).

[3] 1er avril 1318 (n°s 538-552).

[4] Voyez n° 620.

[5] Ils en partirent le 20 juillet, d'après une lettre de Jean XXII : « *Heri ergo, videlicet* XIX *mensis hujus habuerunt a nobis licentiam redeundi et hodie, videlicet* XX *dicti mensis, reditum assumpserunt* (Bib. de Cambrai, *ms. cit.*, fol. 112; — Bib. nat., *ms. cit.*, p. 405).

[6] Voyez n° 480 note.

[7] Cf. Cette lettre, postérieure, on le voit, au 8 mars 1318, et antérieure au 23 juillet 1319, puisqu'à ce moment le roi Robert de Naples était à Avignon (Voyez n° 480, note), est de 1318. En effet Jean XXII dit que les Flamands n'ont point encore répondu à ses envoyés. Or, en juillet 1318, la mission de ces derniers était terminée (Voyez n° 706) et une prolongation de trêves avait été conclue avec l'agrément du comte de Flandre (Voyez n°s 666, 667). Enfin nous trouvons, dans le ms 496 de la Bibliothèque de Cambrai une autre lettre de Jean XXII qui complète ce que nous disons et qu'il est à ce titre nécessaire de reproduire.

Avignon, 12 mai [1318].

Roberto, regi Siciliæ, de proximo adventu suo ad sanctam Sedem et de mutua visione inibi cum Philippo, rege Franciæ, et aliis habenda. (Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 120 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 446.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Per dupplicatas tue celsitudinis litteras letanter accepimus qualiter, regno sufficienter dimisso munito, de quo providentiam regiam multipliciter comendamus, cum solenni galearum et usseriorum ac gentis armigere apparatu, iter ad nostram veniendi presentiam per totum nuper preteritum mensem aprilis intendebas arripere et per civitatem Janue transiturus, incumbentibus inibi ordinatis agendis, per totum octavum diem instantis mensis julii vel antea, secundum quod agenda ipsa disposita invenires, te posse sperabas ad curiam, duce Domino, pervenire. Et quia propter certa que non poteras scripto mandare, multum reputabas expediens carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, tecum inibi convenire, petebas instantius ut de regis concursu predicti ordinare vellemus. Sane, fili carissime, de adventu tuo et apparatu magnifico eo nimirum gaudemus intensius quo magis tui recreari desideramus aspectu, et adventum ac apparatum tuos nedum hujusmodi in tui status exaltationem et stabilimentum honoris, quin etiam in tuorum devotorum grande solamen et in desolationem maximam emulorum et hostium cedere minime dubitamus, unde, negotiis imminentibus, expedit ut non lentescas in ipso viagio, quin potius in illo quantum comoditas patietur, gressu festino procedas, nec factum Janue negligas, quia si, ut optamus, illi Dominus prosperum dederit exitum, in tuorum omnium promotionem accomodam et felicem humano judicio redundare poterit agendorum. Nos autem super adventu dicti regis Francie procurando, tuis aliis litteris stimulati, efficaciter illi suasimus ut, cum propter multa in Dei laudem et gloriam Terre Sancte subsidium, compendium universi ac suum proprium interesse cedentia, sua cuperemus presentia perfrui, se disponere vellet ad mutuam visionem habendam. Super quo responsum ab illo recepimus quod propter occupationes et impedimenta contingentia ex Flandrensi negotio, circa cujus progressum, an videlicet pax vel guerra sequatur, alternantur conjecture multorum, licet negotium ipsum sub spe pacis usque ad instantes octabas Pentecostes fuerit treugarum initione suspensum, circa mensem instantis octobris non posset commode hujusmodi visio fieri, cum in tali dubio suam non expediat presentiam illi regioni subduci, ipso tamen posito in tuto negotio, circa id tempus ad aliqua loca nobis propinqua venire disponit, una cum dilectis filiis nobilibus viris Carolo, Valesii et Ludovico, Ebroicensi comitibus, patruis suis, visionem nobiscum et colloquium habiturus; et quia tibi forsan non aderit habilitas expectandi tamdiu, nos ante dupplicatarum litterarum tuarum recepe-

tionem, qui ex magis domesticis regis ejusdem collateralibus scripseramus quod cum tu, dirigente Domino gressus tuos, infra octavum diem proximo futuri junii ad nostram curiam preventurus, aliqua que committere scripto non posses habeas cum rege predicto tractare, regem eumdem induceret ut personam aliquam de qua plenam gerat fiduciam ad ipsam curiam destinet tecum inibi tractaturam, et speramus quod persona hujusmodi infallibiliter transmittetur, cum qua super hiis de quibus tibi videbitur poteris habere tractatum. — Dat. Avinione, IIII idus maii. »

Cette lettre est de 1318. En effet, elle est antérieure à celle du 15 juin 1318, que nous publions ci-dessus, et postérieure à celle du 21 mars de la même année mentionnée dans la note nº 1 qui précède. Nous ferons remarquer, au sujet des trêves fixées entre le roi de France et les Flamands, que nous ne trouvons pas ailleurs mention comme terme de l'octave de la Pentecôte. Elles devaient durer, d'après ce que nous constatons, jusqu'à cette fête et furent prolongées pour quinze jours (Voyez nºs 666-667).

629 17 juin [1318].

Bernardum, episcopum Adurensem, de publicatione treugarum inter Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, ex parte una, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera indictarum commendat, eique mandat ut in aliis exequendis sibi verbo et litteris commissis circa pacificationem partium earumdem, omnem diligentiam adhibeat. (Reg. 109, fol. 146 vº, c. 593; — Reg. 110, p. I, fol. 95, c. 345; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 68, nº 49.)

« *Venerabili fratri Bernardo, episcopo Adurensi.* Adhibitum, frater, laudande — Dat. XV kal. julii [1]. »

[1] Cf. Il s'agit ici des trêves fixées le 11 mai 1318 (nº 588) et que l'évêque d'Aire était chargé de publier (nº 589); notre lettre postérieure à cette date est antérieure à la prolongation des mêmes trêves, le 17-18 août de la même année (nºs 678-680).

630 Avignon, 17 juin 1318.

Bernardo de sancto Mauritio et aliis collectoribus in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Ebredunensi et Tarantasiensi provinciis declarat quod beneficiorum Hospitalis sancti Antonii, necnon infirmariarum, elemosinariarum ac sacristiarum fructus et proventus percipere debeant. (Reg. 67, cur., fol. 325 vº, c. 86.)

« *Johannes etc. dilectis filiis magistro Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito et aliis collectoribus fructuum, redditum et proventuum primi anni beneficiorum ecclesiasticorum tunc vacantium et que usque ad certi temporis spatium vacare contingeret deputatorum auctoritate apostolica pro Ecclesie Romane necessitatibus relevandis, in Lugdunensi, Viennensi, Bisuntina, Ebredunensi et Tarantasiensi provinciis per Sedem apostolicam deputatis etc.* Edoceri per Sedis. — Dat. Avinione, XV kal. julii, anno secundo. »

631 Avignon, 19 juin 1318.

Amanevo, episcopo Agennensi, ut quemdam capellanum suæ diocesis qui contra Isnardum de Montealto, gardianum fratrum Minorum de Agenno, apostolicæ Sedis nuntium de partibus Vasconiæ redeuntem, enormes commiserat excessus et ab Amanevo de Fossato, milite, senescalli Vasconiæ locum tenente, captus erat, sub fida custodia ad curiam apostolicam mittat. (Reg. 109, fol. 148, c. 601; — Reg. 110, p. II, fol. 74, c. 344 et 988; — Reg. 67, cur. fol. 324 vº, c. 77 et 1077; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 69, nº 50.)

« *Venerabili fratri Amanevo, episcopo Agennensi.* Commissos in nos — Ad nostram siquidem notitiam nonnullarum notabilium personarum depositione pervenit quod capellanus quidam tue diocesis, illius cujus licet immeriti vices in terris gerimus honore pariter et timore postposito, nostraque ac dicte Sedis qui in nuntiis nostris nos honorari fatemur et sperni reverentia retrojecta, in dilectos filios fratrem Isnardum de Montealto, guardianum fratrum Minorum de Agenno, nostrum et apostolice Sedis nuntium, ad nostram presentiam redeuntem de Vasconie partibus, ad quas eum pro certis nostris et Ecclesie Romane negotiis miseramus, ac in socium ejus et familiam, quin potius in nos et Sedem eandem, graves nimis et enormes, una cum quibusdam complicibus clericis et laïcis, commisit excessus [1]; quem et quendam laycum dilectus filius nobilis vir Amenevus de Fossato, miles, locum tenens senescalli Vasconie, in excessu quasi fragranti repertos, injurias nobis et dicte Sedi in personis nuntiorum ipsorum illatas tanquam filius benedictionis abhorrens, ceteris fugientibus, arrestavit — Fraternitati tue in virtute sancte obedien-

tie per apostolica scripta precipimus et mandamus quatenus, statim receptis presentibus, predictum capellanum cujus nomen, etsi non exprimamus veluti nobis incognitum, ex predictis tamen circumlocutionibus tibi supponimus non ignotum, ad nostram cures presentiam sub fida custodia mittere pro meritis recepturum, nostrisque ac dicte Sedis beneplacitis et mandatis humiliter paritурum — Dat. Avinione, XIII kal. julii, anno secundo[2]. »

[1] Voyez, à ce sujet, nº 636.

[2] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 67.

632 Avignon, 19 juin 1318.

Raymundo de Lavernha ejusque collegis ut Petrum de Galaciano, canonicum Agennensem, cujus nomine præfati excessus commissi fuisse dicuntur, ad personaliter in curia apostolica infra triginta dies comparendum citent. (Reg. 109, fol. 147 vº, c. 600 ; — Reg. 110, p. II, fol. 74, c. 343 et 987 ; — Reg. 67, cur. fol. 324 vº, c. 78 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 35, nº 27 [1].)

« *Dilectis filiis Raymundo de Lavernha, priori sancti Antonini de Agenno et Girardo de Bussiaco, majoris et Sicardo de Ursaco, sancti Caprasii Agennensium ecclesiarum*[2]... Commissos in nos — Cum itaque ad nostram nuper notitiam venerit ex nonnullarum notabilium depositionibus personarum quod nonnulli clerici et laici, pro parte Petri de Galaciano, canonici ecclesie Agennensis, ac ejus procuratorio nomine, ut dicebant, illius cujus licet immeriti vicarii sumus honore et timore postposito, nostraque et dicte Sedis reverentia retrojecta, in nos et Sedem eandem certos commiserunt graves et enormes excessus, nosque non tanquam nostrarum, sed Ecclesie sponse nostre injuriarum ultores, excessus eosdem nec velimus, nec valeamus, urgente conscientia, relinquere impunitos, ne per impunitatem ád alios exemplari alveo derivent, discretioni vestre presentium tenore committimus et mandamus quatenus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, ad predictam ecclesiam Agennensem in qua Petrus ipse ratione beneficii residere tenetur, personaliter accedentes, ipsum, si ejus presentiam habere possitis, alioquin in eadem ecclesia publice ex parte nostra peremptorie citare curetis, ac eidem injungere, sub pena excommunicationis ac privationis omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, quam, si secus inde fecerit, eum incurrere volumus ipso facto, ut tricesimo die post citationem vel injunctionem hujusmodi, et, si in diem caderet feriatam, sequenti die non feriata, quocunque generali feriato in dicto tempore non obstante, apostolico se conspectui personaliter representet, super predictis et aliis gravibus de quibus vobis delatus extitit debite responsurus, ac recepturus pro meritis, nostrisque ac dicte Sedis beneplacitis et mandatis humiliter pariturus; diem vero predictarum citationis et injunctionis ac formam et quicquid feceritis in premissis per vestras patentes litteras harum seriem continentes studeatis nobis fideliter intimare. Dat. Avinione, XIII kal. julii, anno secundo. »

[1] Avec la date, 20 mars 1318, qui est une erreur (Voyez, à ce sujet, nº 562, note 3).

[2] Dans les registres 109 et 110 cette adresse, d'ailleurs incomplète, est remplacée par le seul mot : *judicibus*, et la date de l'année manque.

633 Avignon, 19 juin 1318.

Antonium Pisagni, senescallum Vasconiæ, hortatur ut bajulum et laycos qui præfatas injurias commiserant puniat, ut decet, eumque rogat ut, ad veritatem de clericis qui se dictis excessibus immiscuerant plenius habendam, eosdem laycos ad curiam mittat. (Reg. 109, fol. 148, c. 602 ; — Reg., 110, p. II, fol. 74 vº, c. 345 et 989 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 71, nº 51.)

« *Dilecto filio Antonio Pesaigne, militi, senescallo Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglie illustri.* Ad notitiam nostram nonnullarum notabilium personarum [depositione pervenit] quod capellanus quidam et... bajulus castri Valencie, diocesis Agennensis, cum quibusdam complicibus clericis et laïcis, illius cujus licet immeriti vices in terris gerimus honore pariter et timore postposito, nostraque et dicte Sedis qui in nuntiis nostris nos honorari fatemur et sperni reverentia retrojecta, in dilectos filios fratres Isnardum de Montealto, guardianum fratrum Minorum de Agenno, nostrum et apostolice Sedis nuntium, ad nostram

presentiam redeuntem de Vasconie partibus, ad quas eum pro certis nostris et Ecclesie Romane negotiis miseramus, ac in socium ejus et familiam dum essent extra villam Valencie, furibundis ausibus irruerunt et, percusso quasi letaliter predicti famulo gardiani, ipsisque guardiano et socio probris et conviciis turpiter lacessitis, tandem in eos manus sacrilegas injecerunt, eosque de equis quibus insidebant viliter impulsos ad terram, captos tanquam latrones ad villam reduxerunt eandem, eos in ipsius ville medio quasi malefactores publicos statuentes, et apostolicis litteris, equis et aliis eorum bonis direptis in predam, comminabantur eisdem quod eos captos et ligatos ducerent ad quendam Petrum de Galeciano vocatum, cujus procuratorio nomine se facere premissa dicebant, quod equidem produxissent in actum nisi supervenisset dilectus filius nobilis vir Amanevus de Fossato, miles, tuum in Vasconia locum tenens, qui capellanum ipsum et bajulum in excessu quasi fragranti repertos, injurias nobis et dicte Sedi in personis nuntiorum ipsorum illatas tanquam filius benedictionis abhorrens, ceteris fugientibus, arrestavit et ablata per illos fecit dicto guardiano restitui, predictis bajulo ad te ac capellano ad forum venerabilis fratris nostri Amanevi, episcopi Agennensis, ipsius capellani diocesani, remissis. Quia igitur — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 632. Voyez, au sujet d'Antoine Pessaigne, n° 490, note 2.

634 [Avignon, 19 juin 1318.]

Amanevo de Fossato, præfati senescalli locum tenenti, qui eosdem capellanum et bajulum arrestaverat et ablata ab illis dicto Isnardo restitui fecerat, gratias agit. (Reg. 109, fol. 148 v°, c. 603; — Reg. 110, p. II, fol. 74 v°, c. 346 et 990; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I. p. 73, n° 52.)

« *Dilecto filio nobili viro Amanevo de Fossato, locum tenenti dilecti filii Antonii Pesaigne, militis, senescalli Vasconie pro carissimo in Christo filio nostro Eduardo, rege Anglie illustri.* Gratanter audivimus quod — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 632.

635 Avignon, 26 juin [1317-1318].

Johannem, Delphinum Viennensem, rogat ut Berosino de Girondis, nuntio episcopi Paduani, cui per terram ejus transeunti injuriæ illatæ fuerant, plenam satisfactionem impendi faciat. (Reg. 109, fol. 72 v°, c. 317.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Delfino Viennensi.* De tua, fili, sinceritate supponimus quod illatas nobis et apostolice Sedi moleste feras injurias, illasque precipue quas in quendam tue ditionis contemptum videris fuisse presumptas. Ex querela siquidem dilecti filii Berosini de Girondis, capellani et nuntii venerabilis fratris nostri episcopi Paduani, nuper accepimus quod, cum ipse per episcopum ipsum pro certis camere nostre negotiis ad nostram presentiam destinatus, per terram tuam transitum faceret confidenter, quendam Bertrandum nomine, filium Percivallis de Bardenesca, apud sanctum Crispinum obvium habuit, qui Dei timore postposito nostraque et dicte Sedis reverentia, quam idem Berosinus pro suo tutamine allegabat, penitus relegata tuique presidentis honore contempto, in Berosinum ipsum temerariis irruit ausibus et equum quendam pilature leopardine, cui insidebat, et quasdas alias res sibi per violentiam auferens, illum et illas quo libuit, contra ipsius Berosinum (*sic*) voluntatem abduxit, sententiis per Sedem ipsam promulgatis ab olim et per nos etiam publicatis in illos qui ad predictam Sedem accedentibus injurias seu violentias inferunt omnino contemptis. Cum itaque predicta violentia in districtu jurisdictionis tue fore commissa noscatur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, prudenter considerans quod si subditorum tuorum frenum ad injurias presertim apostolice Sedis et alias justitie obvias transgressiones perperam laxaretur, tuo et terre tue vehementer derogaretur honori, predictum Bertrandum debita districtione compellas, et compellendo virgam virtutis tue, prout facti qualitas exegerit, in mansuetudine interponas, quod prefatum equum et res si extant, alioquin justum ejus pretium eidem Berosino indilate restituat, et nichilominus de dampnis et injuriis plenam ei satisfactionem impendat; preces nostras in hac parte sic solerter et efficaciter impleturus quod, preter laudis humane preconium tibi in premissorum cohertione laudabili preventurum, nos-

tram et dicte Sedis gratiam in tuis justis adimplendis desideriis uberius merearis. Dat. Avinione, VI kalendas julii[1]. »

[1] Cf. Jean II, Dauphin de Viennois, auquel cette lettre est adressée, mourut le 4 mars 1319 n. s., d'après l'épitaphe de son tombeau, faite en 1354, mise dans l'église saint André à Grenoble et rapportée par Valbonnais, *Histoire de Dauphiné*, t. II, p. 173, note *a*).

636 [Avignon,] 26 juin [1318].

Eduardum, regem Angliæ, rogat ut justitiam in Vasconia observans, injurias fratri Isnardo de Montealto, gardiano fratrum Minorum de Agenno, apostolicæ Sedis nuntio, illatas corrigi faciat. (Reg. 109, fol. 169, c. 662 et 679[1]; — Reg. 110, p. I, fol. 133 v°, c. 473; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 150; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 74, n° 53.)

« *Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri*[1]. Frequenter, fili carissime, ante tue considerationis oculos statum miserabilem ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum consistentium in regno et terris tue ditioni subjectis apostolicarum litterarum inculcatione posuimus; frequenter injustitias atque gravamina que pro libito committuntur in regno et terris eisdem et specialiter in Vasconie partibus, ubi perinde justitia exulat, quasi sine lege et sine rege vivatur, tibi deteximus, saltem in genere; frequenter apud te paternis institimus monitis ut, circa reformationem debitam predictorum, de oportuno velles remedio providere, ut regem regum, tibi pro hiis fortassis offensum, placatum efficeres, ejusque propitiationem benivolam impetrares; sed ecce jam, per impunitatis licentiam, sic crevit in subjectam tibi Vasconiam insolens audacia perversorum, sic omne consilium rationis abjecit, ut quod in arido, id est in ceteras ecclesias ecclesiasticasve personas aut privatas quascumque fuerunt assueti comittere, nunc in viridi, hoc est in Romanam Ecclesiam sponsam nostram que, Domino disponente, caput est ecclesiarum omnium et magistra, non expavescunt perpetrare. Nuper etenim, cum nos volentes gravibus obviare periculis que discordia inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matam, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, et dilectam filiam in Christo nobilem mulierem Marguaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, ab olim exorta minabatur in promptu, dilectum filium et fratrem Isarnum de Montealto, gardianum fratrum Minorum de Agenno, nostrum et apostolice Sedis nuntium, tanquam pacis angelum misissemus ad dissidentes eosdem, ipseque gardianus ad nos rediens, relationem de negotio hujusmodi sibi commisso facturus, cum socio et familia suis per villam Valencie, diocesis Agennensis, transitum habuisset, in capellanum ecclesie dicte ville ac locum ejus tenentem, procurationem sibi debitam ad mandatum nostrum solvere contumaciter recusantem, excommunicationis et in ecclesiam interdicti sententiis auctoritate apostolica promulgatis, bajulus dicte ville ac capellanus cum clerico suo, indignatione forsan exinde concepta, dictum gardianum extra villam quasi per mediam leucam insequentes, in eum et socium ejus atque familiam cum nonnullis complicibus clericis et laicis furibunde irruerunt et, famulo dicti gardiani percusso quasi letaliter ac ipso gardiano et socio probris et conviciis turpiter lacessitis, tandem in eos manus sacrilegas injecerunt, ac ipsos de equis quibus insidebant viliter impulsos ad terram, captos ad modum latronum cum clamosis vociferationibus ad villam reduxerunt eandem, et in illius platea communi ut malefactores publicos statuerunt, apostolicis litteris, equis et rebus eorum pro libito direptis in predam, ipsosque sic captos ad quendam vocatum Petrum de Galeciano, tuum, ut fertur, thesaurarium in Agenesio, cujus nomine se ita facere asserebant, non absque vinculis adduxissent, nisi dilectus filius nobilis vir Amanevus de Fossato, miles, locum tenens tui in Vasconia senescalli, superveniens, Domino ut credimus disponente, eorum iniquis conceptibus obviasset. Ipse namque, tanquam benedictionis filius injurias nobis et apostolice Sedi in predicti nuntii nostri persona, ut prefertur, illatas abhorrens, predictos capellanum et bajulum in excessu quasi fraganti repertos, ceteris comittentibus [se] fuge presidio, personaliter arrestavit, etiam faciens ablata per eos dicto gardiano restitui, dictum bajulum prefato senescallo ac capellanum prefatum ad forum venerabilis fratris nostri episcopi Agennensis, sui diocesani,

remisit; et in hiis se gessisset idem locum tenens, ut credimus, acrius, si non vicecomitis Leomanie, tunc per villam transeuntis eandem, et predictos dissimulantis excessus, mititia reprehensibilis obstitisset — Datum VI kal. julii[2]. »

[1] Il n'y a pas d'adresse dans le registre 109.
[2] La date du lieu et de l'année se trouve dans l'original publié par Rymer. On voit d'ailleurs qu'il s'agit ici de l'affaire dont il a déjà été question dans les lettres du 19 juin 1318 (nos 631-634).

637 Avignon, 27 juin 1318.

Sanctæ Genovefæ Parisiensis et sancti Germani de Pratis juxta Parisius monasteriorum abbatibus mandat ut infra triginta dies magistrum Johannem de Polliaco, Parisius doctorem in theologica facultate, qui ad inconvenentia verba inconsulte prolapsus erat, citent. (Reg. 67, cur. fol. 324, c. 76; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 220, no 764; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 153, no 327a.)

« *Dilectis filiis.., sancte Genovefe Parisiensis et.., sancti Germani de Pratis juxta Parisius monasteriorum abbatibus*. Dum infra cordis — Dat. Avinione, V kal. julii, anno secundo. »

638 Avignon, 30 juin 1318.

Fulconi, archidiacono Transmeduanensi in ecclesia Andegavensi, ut mittat processum per eum factum contra Guerinum, cantorem ecclesiæ Cenomanensis, qui decimam proventuum ecclesiasticorum in Cenomanensi diocesi per Bonifatium papam VIII impositam in forti moneta collectam, in debili moneta apostolicæ Sedis cameræ persolverat. (Reg. 67, cur. fol. 326 vo, c. 91.)

« *Dilecto filio Fulconi, archidiacono Transmeduanensi in ecclesia Andegavensi*. Fide digna nuper assertione — Dat. Avinione, II kal. julii, anno secundo. »

639 Avignon, 30 juin 1318.

Raymundo, præposito ecclesiæ Magalonensis, ut censum annis singulis a prælatis, religiosis, nobilibus et communitatibus diocesis et provinciæ Narbonensis, debitum pro tempore elapso recipiat. (Reg. 67, cur. fol. 326 vo, c. 92.)

« *Dilecto filio Raymundo, preposito ecclesie Magalonensis, capellano nostro*. Cum nonnulli ecclesiarum — Dat. Avinione, II kal. julii, anno secundo. »

640 Avignon, 4 juillet [1317-1318].

Beraldo de Mercorio qui treugas inter se et Hugonem de Cabilone ab apostolica Sede indictas et fratre Durando, nuntio apostolico, notificatas infrengendo excommunicationis sententiam incurrerat, absolutionem petitam negat eumque hortatur ut bonos officiales habeat pacemque diligat. (Reg. 109, fol. 62 vo, c. 285; — Reg. 110, p. I, fol. 111 vo, c. 407.)

« *Dilecto filio nobili viro Berando, domino Mercorii*[1], *spiritum consilii sanioris*. Contemptum per te commissum contra nos et Romanam Ecclesiam, matrem tuam, in admirationem eo majorem adducimus, quo te virum boni testimonii et laudabilis devotionis ad eandem Ecclesiam a talibus abstinere credebamus verisimilius et fiducialius sperabamus. Nuper siquidem audito gravi dissidio inter te et dilectum filium nobilem virum Hugonem de Cabilone, militem, per inimicum humani generis suscitato, nos periculis animarum et corporum, ac dispendiis facultatum que inde poterant probabiliter formidari cupientes occurrere, et nedum comune bonum, sed et tui specialiter incrementum honoris et comodi intendentes in hoc paternis affectibus promovere, treugas inter te et Hugonem ipsum et utriusque fautores, certo tempore duraturas, apostolica auctoritate providimus indicendas, in infringentes easdem excomunicationis sententia promulgata, quas treugas et sententiam a die notificationis earum suum voluimus habere vigorem. Porro quam reverenter hujusmodi nostram salubrem provisionem acceperis, quam gratanter nobis et apostolice Sedi de tante benignitatis affectu responderis, et missarum nobis tuarum patentium litterarum series indicat, et dilecti filii fratris Durandi, nuntii et capellani nostri nuper a tua et dicti Hugonis presentia redeuntis fida relatio manifestat. Cum etenim nuntius ipse noster treugas et sententiam memoratas in tuam

notitiam perduxisset, tu eidem nuntio respondisti te treugas hujusmodi servaturum ob Christi reverentiam, et nostri vices gerentis ipsius, quam primum tibi exhiberentur jurate ac sigillate per partem adversam, quasi velles asserere quod treuge ipse, donec ab altera parte firmate fuissent, non poterant te ligare. Sane miramur quomodo de tam prudentis hominis capite procedere potuit tam inconsulta responsio, cum, ut premissum est, treuge ipse a die notificationis earum suum effectum habuerint juxta superioris indicentis intentum, cui aut indictioni sue legem imponere nequivisti, quin simpliciter fueris statim, approbatione non expectata partis alterius, ad treugas ipsas observandas post earum notificationem astrictus, ut ex tunc saltem offendere non debueris non offensus. Propter quod, dum post hec te Hugonem offendisse predictum in tuis asseris litteris, te in illius irreverentiam quem te sic in eisdem litteris revereri dicebas, non absque nostro et Sedis predicte pernicioso contemptu, treugas violasse predictas, et per consequens excommunicationis sententiam incurrisse, licet aliud videatur credulitas tua supponere, patulo confiteris, nec de prefato nuntio qui contra te dictam publicando sententiam fecit quod debuit, sed de te debes potius conqueri, qui per contemptum observationis treugarum ipsarum te, in tue discrimen anime, ipsius sententie laqueis involvisti. Non mireris itaque si petitionem tuam de mittenda tibi et valitoribus tuis absolutione a predicta sententia non implemus, quia petendi modus ad obtinendum petita conveniens aut sufficiens non videtur, nec est etiam nec esse debet de Sedis hujus more laudabili absolutionem sic petentibus mittere suarumve salubrium provisionum transgressoribus beneficium rependere pro contemptu. Nichilominus tamen ubi modo petetur debito absolutio memorata, eam juxta formam Ecclesie prompte curabimus impertiri. Ceterum quia te nonnullos habere officiales audivimus qui nec Deum timent, nec homines reverentur, quorum etiam aliqui, pacis hostes et dissidiorum turbinibus assueti, bona sua in guerrarum exercitiis prodegerunt, et qui si eis acquieveris, in te odia nutrient, guerrarum strepitus suscitabunt, tuam domum prodigaliter voraturi, nobilitati tue paterno suademus affectu quatenus talibus personis tua non committas officia, nec etiam commissa dimittas, ex quorum detestandis actibus tui nominis gloria valeat infici et divine majestatis indignatio provocari. De tua quoque salute ac utilitate soliciti, tibi bona fide consulimus ut Deum timens, et in conspectu ejus dirigens vias tuas, motus tuos freno prudentie regules et rationi submittas, pacem in qua concrescunt omnia diligas, discordiam consumptivam omnium detesteris, ab hujusmodi vanis sumptibus prodeuntibus ex tumore superbie tibi parcens, eos in subsidium ultramarini passagii, quod te habere cordi quandoque dixisti, multo melius multoque laudabilius faciendos provide servaturus. Dat. Avinione, III nonas julii[2]. »

[1] Ces deux mots ne figurent pas dans la lettre du registre 110.
[2] Cf. Les trêves dont il est ici question n'ayant été fixées que pour un an, à partir du 8 mai 1317 ou 1318 (nos 583-587), la lettre ci-dessus sera au plus tard du 4 juillet 1318.

641 [Avignon, 4 juillet 1317-1318 ?]

Eidem Beraldo, de eisdem in forma breviori. (Reg. 110 p. I, fol. 92, c. 328.)

« *Nobili viro Beraudo, domino Mercorii, spiritum consilii sanioris.* Presentate nobis patentes tue littere continebant quod, cum pendentibus treugis per nos inter te et nobilem virum Hugonem de Cabilone, militem, auctoritate indictis apostolica, tibique notificatis per dilectum filium fratrem Durandum de ordine fratrum Predicatorum, sacre theologie magistrum, nostrum et apostolice Sedis capellanum et nuntium, cum insinuatione sententie per nos in infringentes treugas hujusmodi promulgate, tu prefatum Hugonem offenderis, et propterea per ipsum nuntium contra te fuerit dicta sententia publicata, tibi qui, licet sententiam ipsam incurrisse non credas, eam tamen ob Christi et nostri vices gerentis ipsius reverentiam obedienter observas, pro te tuisque valitoribus absolutionem mittere dignaremur. Sane miramur et merito quod tu treugas ipsas, quarum indictionem licet principaliter consideratio boni communis induxerit, ille tamen paternus affectus quem ad incrementum tui honoris et commodi tueque anime salutem specialiter gerimus, eam non leviter persuasit, in

illius irreverentiam quem te sic in eisdem litteris asseris revereri, non absque nostro et apostolice Sedis pernicioso contemptu infringere presumpsisti. Miramur etiam unde tibi provenit illa credulitas quod in sententiam non incideris, treugas infringendo predictas, et utinam, si a violatione treugarum ipsarum pensata gratantius indicentis affectio te cohibere non potuit, timor saltem Dei et apostolice Sedis reverentia te a tam temerariis ausibus retraxissent. Quia igitur nullam adhuc super hiis informationem a prefato nuntio et capellano nostro recepimus, quia etiam modus ille absolutionem petendi tuis insertus litteris non est conveniens, immo nec sufficiens ad ipsius absolutionis beneficium obtinendum, presertim cum in absentia partis lese de satisfactione debita nequeat ordinari, tue circa id petitioni nequimus annuere, qui tamen super hiis informatione recepta, teque absolutionem hujusmodi modo debito humiliter postulante, parati erimus prout justum fuerit et cum Deo licebit, circa id condescendere votis tuis. Dat. etc.[1] »

[1] Cf. Cette lettre a le même objet que la précédente. Nous ne voyons pas, d'autre part, par leur contenu même, que Jean XXII ait écrit deux fois sur ce sujet à Béraut de Mercœur; nous pensons donc pouvoir leur attribuer la même date. Voyez, à ce sujet, ce que nous disons n° 76, note 1.

642 Avignon, 4 juillet [1317-1318].

Præfato Hugoni qui easdem treugas fideliter observaverat gratias agit nonnullaque de facto episcopi Basiliensis ei significat. (Reg. 109, fol. 63, c. 286; — Reg. 110, p. I, fol. 112, c. 408.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni de Cabilone, militi, domino Arlati* (sic). Grata nobis admodum tuarum nuper series litterarum explicuit et subjuncta postmodum dilecti filii fratris Durandi, capellani et nuntii nostri, fida relatio reseravit qualiter tu, nobis et Romane Ecclesie, matri tue, debitum filialis devotionis exolvens, et obedientie bonum quod cunctis vicinis antefertur observans, treugis per nos inter te et nobilem virum Beraudum, dominum Mercorii, invicem dissidentes indictis, post notificationem earum prompte ac liberaliter paruisti, te illas in modum et formam quibus indixeramus easdem offerens servaturum — Porro super facto Basiliensis episcopi, quem contra vassallum tuum arma sumpsisse multaque illi dampna et excessus intulisse scripsisti, in modum quem facte inde littere quas per latorem presentium mittimus declarabunt, salubriter duximus providendum. Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 640.

643 Avignon, 4 juillet 1318.

Petro de Via qui nondum ætatis suæ annum septimum implevit, licet supra ætatem quinque annorum existere dinoscatur, procuratorem constituendi et beneficia ecclesiastica recipiendi facultatem concedit. (Reg. 109, fol. 178 v°, c. 688; — Reg. 67, cur. fol. 327, c. 96.)

« *Dilecto filio Petro de Via, clerico Caturcensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.* Precellens apostolice Sedis — Dat. Avinione, IIII nonas julii, pontificatus nostri anno secundo. »

644 Avignon, 5 juillet 1318.

Magistrum Geraldum de Campimulo[1], clericum Caturcensem, magistro Arnaldo de Capdenaco, præposito Mimatensis ecclesiæ, in cura et regimine ecclesiæ et episcopatus Avinionensis subrogat. (Reg. 69, cur. fol. 530 v°, c. 148.)

« *Dilecto filio magistro Geraldo de Campinulo, clerico Caturcensis diocesis, ecclesie Avinionensis vicario generali.* Dudum bone memorie — Dat. Avinione, III nonas julii, anno secundo. »

[1] *Campnut* dans l'index.

645 Avignon, 6 juillet 1318.

Gasberto de Valle, archidiacono Caturcensi et dicto Geraldo de Campimulo, archipresbytero archipresbyteratus Sarlatensis, ut omnia feuda tam nova quam antiqua ad mensam episcopalem ecclesiæ Avinionensis spectantia vendere more solito pro pretio competenti, vel de novo concedere personis idoneis studeant. (Reg. 69, cur. fol. 530 v°, c. 146.)

« *Dilectis filiis Guasberto de Valle, archidiacono Caturcensi et Geraldo de Capremulo* (sic), *archipresby-*

tero archipresbyteratus Sarlatensis, ecclesie Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicariis generalibus. De vestre circumspectionis — Dat. Avinione, II nonas julii, anno secundo. »

646 7 juillet [1318].

B[ernadum], episcopum Adurensem, de diligentia commendat eumque hortatur ut quosdam dissidentes ad observandas treugas inter ipsos indictas necnon ad concordiam reformandam inducat. (Reg. 109, fol. 174, c. 673 et 680 [4] r. — Reg. 110, p. I, fol. 103, c. 383; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 78, n° 55.)

« *Venerabili fratri B., episcopo Adurensi.* Litteras tuas et instrumenta que nobis noviter mittere curavisti benigne recepimus et que continebantur in eis intelleximus diligenter, tue comendantes solicitudinis studium, quo erga dissidentes partes efficaciter institisti ut treuge inter eas indicte jurejurando et aliis vinculis per earum quamlibet vallarentur, quamvis finaliter tuus conatus non habuerit effectum. Set quia inter simplex verbum et juramentum Dominus non distinguit, laudabiliter facient partes ipse si, sue salutis obtentu ac temporalis utilitatis intuitu, juxta promissionem simplicem per eas inde prestitam, treugas ipsas inviolabiliter observare curabunt. Tu autem, frater, juxta tibi datam a Deo prudentiam partes ipsas inducas ut, tempore oportuno, si suis viderint expedire compendiis, super discordia que vertitur inter illas, nuntios pacis et concordie zelatores, cum cautelis, rationibus et instrumentis ad discordiam facientibus antedictam, nec non cum pleno et sufficienti mandato, ad presentiam nostram mittant, ut cum illis de ipsius sedatione discordie possimus, auctore Domino, ante treugarum exitum salubriter ordinare. Dat. nonis julii [1]. »

[1] Cf. Il s'agit ici des trêves que Jean XXII imposa aux maisons d'Armagnac et de Foix, le 11 mai 1318 (n° 588). Nous avons vu qu'il avait déjà écrit à l'évêque d'Aire à ce sujet, le 17 juin 1318 (n° 629), et la lettre que nous publions ici se date de la même façon.

647 Avignon, 14 juillet 1318.

Cancellario ecclesiæ Parisiensis ut Petro Aurioli, ordinis Minorum, licentiam docendi in facultate Parisiensi juxta morem largiatur. (Reg. 67, cur. fol. 327, c. 95; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 225, n° 772; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 154, n° 330.)

« *Dilecto filio.., cancellario ecclesie Parisiensis.* Sicut partim experientia — Dat. Avinione, II idus julii, anno secundo. »

648 15 juillet [1318].

Philippo, regi Franciæ, ut moram apud sanctam Sedem magistri Raymbaldi de Rechignevoisin qui capellanus apostolicus et palatii auditor creatus fuit, gratam habere velit. (Reg. 109, fol. 175, c. 676 et 680 [7] r.; — Reg. 110, p. II, fol. 37 v°, c. 171 et 727.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ea nobis est, fili carissime, de tua filiali devotione fiducia quod non geras implacidum si tuorum in oportunitatibus utimur ministerio servitorum; propter quod huic fidenter inherentes fiducie, dilectum filium magistrum Raymbaudum de Rechignevoisin, archidiaconum Avalonensem in ecclesia Eduensi, clericum tuum, nostris que cordi non mediocriter gerebamus agendis pridem duximus implicandum, quem cum repererimus in commissorum executione fidelem pariter et prudentem, capellanum nostrum nostrique palatii auditorem grato animo curavimus facere et, a preteritis suis laudabilibus gestibus de illo in futuris committendis confidere disponentes, ipsum ad presens, complacentia tua super hiis paterne supposita, in nostra volumus curia remanere, celsitudinem regiam affectuose rogantes quatenus pro nostra et apostolice Sedis reverentia ipsius archidiaconi moram preteritam et presentem gratam habeas et acceptam. Et ne propter hoc idem archidiaconus a tuis familiaritate ac consilio videatur alienus effectus, placeat excellentie regie ipsum in gradu solito tuorum familiaritatis et consilii retinere, presertim cum nostris in eadem curia vacando servitiis, tibi etiam possit obsequiosus existere ac regalibus esse fructuosus agendis. Dat. idus julii [1]. »

[1] Cf. Raymbaud de Rechignevoisin fut chargé, le 11 juillet 1317 (n°s 307-311), à propos de la division et de

l'administration du diocèse de Toulouse, d'une mission qui était terminée le 5 septembre 1318 (nos 698-702). C'est évidemment à cette mission que Jean XXII fait allusion au début de sa lettre, et c'est pour remercier Raymbaud du zèle qu'il y avait déployé qu'il le nomma son chapelain. En effet ce dernier ne porte ce titre dans aucune des nombreuses lettres que le pape lui écrivit à ce sujet (nos 327, 345, 347, 380, 397, 402, 404, 481, 482), jusqu'au 7 mai 1318, date à laquelle il est désigné comme chapelain apostolique et invité à venir à Avignon (n° 582). Ces faits nous permettent d'attribuer à l'année 1318 la lettre que nous publions ci-dessus.

649 Avignon, 18 juillet 1318.

Cum Clemens papa V, in concilio Viennensi, decimam omnium reddituum ecclesiasticorum per diversas orbis partes existentium, usque ad sex annos kalendis aprilis et kalendis octobris persolvendam imponendo, provinciam Tarantasiensem prætermisisset, mandat Johannes XXII universis prælatis ejusdem provinciæ ut præfatam decimam ibidem persolvant. (Reg. 67, cur. fol. 339 v°, c. 184 et 1284.)

« *Johannes etc. universis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cistertiensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Catursiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, per civitatem et diocesim ac provinciam Tarantasiensem, prioribus seu preceptoribus ac magistris et personis aliis ac locis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et aliorum militantium ordinum dumtaxat exceptis, constitutis, salutem etc.* Licet olim felicis — Dat. Avinione, xv kal. augusti, anno secundo. »

650 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. universis prælatis et personis ecclesiasticis provinciæ Aquensis. (Reg. 67, cur. fol. 339, p. c. 184 et 1284.)

651 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. universis prælatis et personis ecclesiasticis provinciæ Arelatensis. (Reg. 67, cur. fol. 339 p. c. 184 et 1284.)

652 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. universis prælatis et personis ecclesiasticis provinciæ Viennensis. (Reg. 67, cur. fol. 340, p. c. 184 et 1284.)

653 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. universis prælatis et personis ecclesiasticis provinciæ Bisuntinæ. (Reg. 67, cur. fol. 340, p. c. 184 et 1284.)

654 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. universis prælatis et personis ecclesiasticis provinciæ Ebredunensis. (Reg. 67, cur. fol. 340, p. c. 184 et 1284.)

655 Avignon, 18 juillet 1318.

Archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis ut eamdem decimam olim ad sex annos per Clementem papam V impositam, terminis statutis persolvant. (Reg. 67, cur. fol. 340, c. 185.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis.* Licet olim felicis — Dat. Avinione xv kal. augusti, anno secundo. »

656 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis. (Reg. 67, cur. fol. 340 v°, p. c. 185.)

657 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis. (Reg. 67, cur. fol. 340 v°, p. c. 185.)

658 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis. (Reg. 67, cur. fol. 340 v°, p. c. 185.)

659 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis. (Reg. 67, cur. fol. 340 v°, p. c. 185.)

660 [Avignon, 18 juillet 1318.]

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis. (Reg. 67, cur. fol. 340 v°, p. c. 185.)

661 27 juillet [1318].

Odoni, duci Burgundiæ, de obedientia sua exhortationibus apostolicis gratias agit eique quid, post Roberti, regis Siciliæ, adventum, ratione principatus Achayæ negotii agendum videtur, significat. (Reg. 109, fol. 189 v°, c. 716; — Reg. 110, p. i, fol 75 v°, c. 264.)

« *Dilecto filio nobili viro Odoni, duci Burgundie.* Litteras tuas, fili, nobis noviter presentatas affectu benigno recepimus, et tam ea que continebantur in eis circa devotam gratitudinem quam de directis tibi pridem super hiis que credebamus regi pacifico et salutis auctori placere paternis exhortationibus concepisti, quam que dilectus filius Theobaldus Fornerii de Sinemuro, clericus et consiliarius tuus, earum exhibitor, circa negotium principatus Achaye pro parte tua nobis exponere voluit intelleximus diligenter. Sane, fili, gaudemus in Domino et ei qui tibi, ut credimus, spiritum inspiravit ut te nostris salutaribus monitis laudabiliter conformares, vitulum exsolvimus labiorum, tue nichilominus devotionis promptitudinem condignis laudibus efferentes tueque nobilitati paterno suadentes affectu quatenus, tue salutis ac tue utilitatis etiam temporalis obtentu, que bene cepta sunt nutrias et nutrita servare inconcusse diligentie studio non obmittas. Porro quia satis efficacior est vivus sermo quam scriptus, multaque possunt tractari colloquiis que forte, comitti litteris non prodesset, satis nobis visum est super jam dicti negotio principatus adventum expectare carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, quem, sicut ex ejus litteris de novo missis accepimus, vicinum esse Deo duce, speramus, quam super ipso sibi negotio scribere, presertim cum in prosecutione viagii constitutus, vix posset litterarum nostrarum lectioni, ne dicamus responsioni ad eas faciende, vaccare. Interim autem dum expectabitur regis ejusdem adventus, ipsi tuo consuluimus clerico ut ad tuam curaret remeare presentiam, informationem a te de hiis que super memorato negotio petenda fuerint a rege predicto plenariam habiturus, ut in ejus reditu super hiis de quibus per eum informati fuerimus, dicto regi, sicut decrevit et expedierit, colloquemur. Dat. vi kal. augusti[1]. »

[1] Cf. Jean XXII fait allusion au début de cette lettre, aux exhortations qu'il adressa au duc de Bourgogne et à sa mère, le 17 avril, le 26 août, le 18 septembre 1317 et le 26 avril 1318 (n°s 175-177, 370, 383, 384, 573), pour les engager à faire et à conserver la paix avec le roi de France. Il est certain, d'ailleurs, que sa lettre datée du 27 juillet ne peut être de 1319, puisque, le 23 juillet de cette année, le roi Robert était à Avignon (Voyez n° 480, note). Au sujet des affaires d'Achaïe, voyez n°s 1005, 1045-1048, 1073, et peut-être aussi n°s 1170, 1199.

662 27 juillet [1318].

Agnetim, ducissam Burgundiæ, de devotione sua commendat eamque ad ea quæ bene cœpta sunt conservanda hortatur (Reg. 109, fol. 189 v°, c. 717; — Reg. 110, p. i, fol. 75 v°, c. 265.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, ducisse Burgondie.* Litteras tuas nobis noviter presentatas gratanter accepimus, et que continebantur in eis circa devotam gratitudinem de directis tibi tam consiliariis quam exhortatoriis apostolicis litteris super hiis que credebamus regi pacifico et salutis auctori placere per te affectu sincero conceptam, grato collegimus intellectu. Sane, filia, quod consolationes nostre tuam letificaverunt, ut asseris, animam, gaudemus in illo qui est merentium consolator; sed et de eo quod, tanquam Dei filia ad ea que pacis sunt salubriter procuranda operosa solicitudine laborasti, ei cujus in pace factus est locus quique tibi, ut credimus, spiritum inspiravit ut nostris salutaribus monitis te obedienter inclinans, ad tam utilis pacis propagationem te solerter impenderes, vitulum labiorum exsolvimus tueque devotionis promptitudinem dignis in Domino laudibus comendamus, nobilitati tue paterno suadentes affectu quatenus, tue salutis tueque ac posterorum tuorum utilitatis etiam temporalis obtentu, [ut] que bene cepta sunt efficaci diligentia nutrita inconcusse serventur, diligentis solertie studium apponere non obmittas, ut placeas exinde illi cujus pax omnem sensum exuperat, tuaque devotio quo in hac parte solertior, eo nobis commendabilior cum incremento apostolici erga te favoris occurrat. Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 661.

663 Avignon, 28 juillet 1318.

Unum perpetuum vicarium in ecclesia de sancto Remigio[1], Avinionensis diocesis, mensæ episcopali Avinionensis unita, instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 13 v°, c. 48.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Datum Avinione, v kal. augusti, anno secundo. »

[1] *Benigno* dans l'index; ce qui est une mauvaise leçon.

664 Avignon, 29 juillet [1317-1318].

Carolo, comiti Marchiæ, de injuriis a Guillelmo de Flavacuria capellæ de Talhafer illatis scribit, eum hortatur ut a talibus se abstineat et gravamina sic illata cessare faciens, culpabiles castiget (Reg. 109, fol. 71 v°, c. 315; — Reg. 110, p. i, fol. 90, c. 321; — L. Guérard. *Doc. pont.*, i, p. 82 n. 58.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Super eo, fili, quod per litteras tuas dilectum filium magistrum Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, cancellarium tuum, de gravaminibus capelle de Talhafer per eum illatis niteris excusare, breviter tibi rescribimus quod, licet nos delectet innocentiam filiorum eosque paterno more cupiamus ab illicitis abstinere, dictum tamen archidiaconum, quem fide digna detulit nobis assertio de injusta oppressione ipsius ecclesie, cum adhuc duret oppressio, nescimus excusatum habere — Dat. Avinione, iiii kal. augusti[1]. »

[1] Cf. Guillaume de Flavacourt ayant été nommé évêque de Viviers le 9 juillet 1319 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 565), cette lettre est, au plus tard, de 1318.

665 Avignon, 29 juillet [1317-1318].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut in gerenda tutela liberorum quondam Gastonis, comitis Fuxensis, a quodam curiæ regalis arresto Johannæ, comitissæ Fuxensi, eorum matri, commissa, aliquos ex propinquis parentibus dictorum liberorum et specialiter Margaritam, comitissam Fuxensem et dominam Bearnii, eorum aviam, adjungi faciat. (Reg. 109, fol. 81 v°, c. 347; — Reg. 110, p. ii, fol. 34, c. 153; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 80, n° 57.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Decet, fili carissime, tue precellentiam dignitatis ut sis pupillis adjutor, precipue generosis, qui, patrio destituti regimine, se et sua non sufficiunt gubernari, ut videlicet nedum eis in conservatione successionis adepte regius favor assit, quin etiam, ut spem adipiscende non perdant, provisio oportuna non desit. Ecce, fili, sicut audivimus, diffinitum est per curie regalis arrestum[1] quod tutela et educatio liberorum quondam Gastonis, comitis Fuxensis, penes dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, comitissam Fuxensem, relictam comitis antedicti et genitricem liberorum ipsorum, debeat remanere. Porro licet comitissa prefata ad filiorum promovenda compendia maternum gerere credatur affectum, quia tamen ea est sexus fragilitas muliebris, presertim circa maturitatem etatis, ut inveniatur interdum contra comoda propria laborare, expediens credimus ut, circa gestionem tutele hujusmodi, illud apponas provisionis tue remedium, per quod pupillorum ipsorum sic dirigantur agenda, quod ex administrationis defectu, notabile non habeant detrimentum. Cum itaque jam dicti liberi plures amicos et parentes noscantur habere in agendis industriosos et ad utilitates illorum gratam affectionem habentes, inter quos est eorum avia, scilicet dilecta in Christo filia nobilis mulier Margarita, comitissa Fuxensis et Bearnii domina, que satis potest matris loco censeri et que jam in etatis plenitudine constituta se laudabiliter in regimine sui, terre ac subjectorum suorum multis annis exercuit et se adhuc exercere continuat, et cujus etiam bona ad pupillos ipsos vel eorum alterum, ubi quidem sub ejus directione regentur, sperantur verisimiliter pervenire, celsitudinem tuam ex cordis affectu rogamus quatinus, premissis consideranter attentis, tam pupillaris commoditatis intuitu quam obtentu nostri qui ad hoc pro commodo pupillorum ipsorum ac partium illarum tranquillitate non parvo afficimur, ordinare velis, si placet, de regie benignitatis exuberantia, quod predicta mater et tutrix cum consilio aliquorum ex propinquis parentibus pupillorum, de quibus tibi videbitur, et specialiter avie memorate, gerat tutelam hujusmodi, ne, si eam sola et sensu ducta proprio gesserit in pupillorum ipsorum dispendium, valeat

circumscribi, per quod etiam eadem avia provocata a deferendo pupillis eisdem sue successionis commodo retrahatur. Preces autem nostras in hac parte sic tibi placeat adimplere quod, per adjectionem salubris consilii, res pupillorum ipsorum possit salva consistere, ac tibi exinde gratiarum a nobis actio et, preter laudis humane preconium, benedictionis divine proveniat incrementum. Dat. Avinione, III kal. augusti[2]. »

[1] Cet arrêt est mentionné dans un document de l'année 1317, publié dans l'*Histoire générale de Languedoc* (nouv. édit., t. X, preuves, col. 573-580, n° 200 et LXXIII; cf. L. GUÉRARD, *op. cit.*, p. 80, note 2).

[2] Cf. L'accord définitif, au sujet de la tutelle des enfants du comte de Foix, se trouve publié, sans date certaine, dans l'*Histoire générale de Languedoc* (*loc. cit.*, col. 582-583, n° 202). Il est certain que la lettre de Jean XXII, que nous donnons ici, ne peut être de 1319, puisqu'elle est antérieure au décès, de Marguerite de Béarn et de Foix, connu à Avignon le 17 juin de cette année (n° 892). On verra, plus loin (n° 729), que cette première lettre était demeurée sans résultat (Voyez aussi n°s 841, 842).

666 29 juillet [1318].

Roberto, comiti Flandriæ, de treugis noviter initis congratulatur eumque ad pacem cum Philippo, rege Franciæ, hortatur. (REG. 110, p. I, fol. 32, c. 96.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Placuerat nobis, fili, et ad multum gaudium cesserat missarum nobis pridem tuarum lectio litterarum per quas tu, pacis habende cum rege negotium exitum sperans habere votivum, nos ad plenionem circa id relationem dilecti filii Simonis Vastini, familiaris tui, tunc in curia Romana presentis, cui super hoc scripseras, remisisti. Qui equidem Symon tuas nobis litteras sibi missas exhibuit, quarum series te habere laudabilem ad pacem [affectum ostendit; sed, de quo dolemus indubie, per amabilis executionis][1] effectum, res non successit spei exinde concepte, stupentes de abisso divini judicii a quo pacis hosti humani generis inimico tanta est permissa potestas pacis hujusmodi comodum perturbandi. Sed ecce, recenter auditis letis de treugarum initione rumoribus, in qualicumque pacis fiducia nisi, quod absit, per te forsitan steterit, respiramus; propter quod nobilitatem tuam adhuc salutari commonitorio monendam providimus et hortandam quatinus, quieta meditatione considerans quot animarum pericula, strages corporum et dispendia facultatum induxerit hactenus Flandrensis guerre commotio, quam dampnosa prepedia ingesserit piis Dei negotiis et specialiter Terre Sancte succursui, quibus omnibus causam prebent quicumque pacis hujusmodi semitas non cognoscunt, nec ab intuitu tue considerationis excludens quot bona ex pace predicta consurgent, quamque prompta sequetur et grata promotio negotiorum Dei et specialiter predicti succursus ad quem vota nostra direximus, treugis pendentibus memoratis, animum tuum habilites ad concordiam cum rege solide reformandam sic ut, juxta eximii prophetarum eloquium, pacem videaris frequenter inquirere eamque prosequi toto corde, ne inveniaris patientia divine longanimitatis abuti, que te ad penitentiam de commissis debet adducere, ne iram in die ire, si aliter feceris, thesaurizes. Verendum etenim est ne ipsum Deum hucusque longanimem cui in impedimento succursus predicti non leviter, ut creditur, displices, ultorem acerrimum, cum in brevi ira ejus exarserit, juste probes. Nos autem ad pacis propagationem hujusmodi intensis desideriis aspirantes si te, prout optamus, exhibeas ad illam benivolum atque promptum, paterne caritatis sinum explicare tibi disponimus, et in quibus cum Deo licebit, tibi et tuis favorabiliter complacere. Dat. III kal. augusti[2]. »

[1] Il y a ici une omission évidente que nous complétons par une phrase analogue de la lettre publiée sous le n° 710.

[2] Cf. Les trêves qui devaient expirer à Pâques 1318 (Voyez n° 441, note 6) furent de nouveau prolongées jusqu'à la Pentecôte (11 juin : ARCH. NAT., J. 562A, n° 7; — JJ. 55, fol. 25 v°, n° 56); puis jusqu'à la quinzaine de cette fête (ARCH. NAT., J. 562A, n° 19[1-3]; voyez aussi, n° 628, la pièce publiée dans la note 7) et enfin, le 10 juillet, jusqu'au jour de Pâques de l'année suivante, par Louis d'Evreux, lieutenant du roi en Flandre (ARCH. NAT., J. 562B, n°s 25 et 27; — JJ. 55, fol. 49 v°, n° 101; fol. 50, n° 102); en même temps rendez-vous était fixé à Compiègne pour le dimanche, octave de la fête de saint Remi (8 octobre : ARCH. NAT., J. 562B, n°s 26 *bis*, 29 et 29 *bis*; — JJ. 55, fol. 49 v°, n° 101; — ARCH. DU NORD, anc. B. 548, nouv. B. 259; voyez aussi ci-après, n°s 710-720). C'est évidemment à cette dernière prolongation que fait allusion Jean XXII (Voyez n° 667). Nous savons, d'ailleurs, qu'à la date du 17 septembre 1318, la lettre du comte de Flandre dont parle ici le pape avait été reçue à Avignon (n° 710) et qu'elle est postérieure à l'avis solennel donné dans les lettres du 8 mars précédent (n°s 491, 492).

667 30 juillet [1318].

Philippo, regi Franciæ, de prolongatione treugarum cum Flandrensibus initarum, de reservationibus ecclesiarum, de passagio transmarino et proximo regis Siciliæ adventu. (Reg. 109, fol. 181, c. 692; — Reg. 110, p. i, fol. 29 v°, c. 89.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Celsitudinis regie littere nobis noviter presentate eo gratiores legentis advenere conspectui, quo certius ejus satisfecerunt affectibus de tuo, consortis et liberorum tuorum incolumitate felici. Ne autem tuam lateat excellentiam status noster de quo te reddit benignitas materna sollicitum, scire te volumus quod in confectione presentium per Dei gratiam sospiter vivebamus. Porro de treugis usque ad Pascha proximum initis gaudemus in Domino, de cujus omnipotentia confidendum quod, eis pendentibus, de lapidibus filios Abrahe suscitet, quod Flandrensium, post tot vexationum tedia, corda tangens, eis intellectum tribuat, eorum emolliat animos et ad firmandam et complendam pacem jam dudum initam inter partes inducat. Ad quod, fili, quesumus, intuitu [illius ad cujus obsequium circa Terre Sancte succursum, noster et tuus, ut asseris tendit ferventer affectus, te juxta decentie regalis exigentiam pronum et flexibilem prebeas, ut proinde ipsi Deo, nobis etiam et mundo commendatum occurras. Et si forsitan, te circa id tuum implente debitum, Flandrenses ipsi sic consilium pacis abjecerint, ut eam in eis contraria querere sit necesse, cogita cum tuo consilio ac recto judicio discute quid te a nobis circa id petere et nos facere deceat, et nos ex nobis nostros in hiis accuemus cum diligentia cogitatus, quicquid decenter in tuum favorem et in depressionem pertinacium per nos fieri poterit prompta voluntate facturi. Non expedit autem ut tantam securitatem assumas ex treugis hujusmodi, quod terre tue tutam custodiam propter eas negligas proinde, quin potius eam in hoc cautelam adhibeas quod malivolis oportunam facultatem nocendi pandas, cum supponare debeas id posse contingere quod asseris de proximo contigisse. Quod vero dilectus filius nobilis vir H., dominus Soliaci, pro tractatu cum Flamingis habendo circa te retines, ad providentiam magnam ascribimus, cum et si fortassis abesset, eum esse propterea revocandum expediens crederemus. Sane, dilectissime fili, quia reservationes ecclesiarum quas citra evidentem utilitatem earum fieri quandoque contingit, ipsi Deo sunt, ut arbitramur, implacide, presertim cum per eas plerumque jus impediatur alterius, sunt etiam ipsis graves ecclesiis ac nostris et fratrum nostrorum affectibus onerose, vellemus, circa eas quas fieri noviter petiisti, te consultius substitisse, et, amantissime fili, de hujusmodi reservationibus audivimus dudum, in Viennensi consilio, graves ingenerari querelas. Licet enim Romanus pontifex cui sollicitudo omnium ecclesiarum generaliter est commissa, consueverit certis ex causis interdum ecclesias reservare, ut earum comoditati propter hoc consulat vel eis providendo celeriter, aut de notabili et excellenti idoneitate probatam preficiendo personam, capitula tamen earum grave(!) procul dubio minus gerunt et in nos loquendo sussuraverunt quod per reservationes ipsas jus eligendi sibi subtrahitur, quod prelati preficiuntur eis incogniti et quod illis habent necessario subici quorum non sunt merita et mores experti, cum inter se plurimos videant quos familiari notitia probarunt idoneos, et ad suum et ecclesiarum suarum regimen utiles reputarent; set et id experimento probavimus et probamus quod sic per Sedem istam promoti, non ea qua tenebantur gratitudine responderunt, non se gratos aut veros Ecclesie filios, sed potius actiores prugnos exhibuerunt et exhibent, ad ejus turbationem sua studia accuentes. Quesumus itaque, fili, quatenus premissa velis consideranter advertere et ab hujusmodi reservationum petitionibus temperare, tueque prudentie mansuetudo moleste non ferat si, premissis ex causis, tue circa reservationes petitas non annuimus voluntati. Reservationes namque .... causis utilitatem suadentibus evidentem, temporibus istis continuare nequaquam intendimus[1], ne afflictionem ecclesiis afflictis addamus, presertim quia fratres nostros sine quorum consilio vel assensu, etiam in mora, non consuevimus agere, non crederemus ad id faciles invenire. Et, si veritas non celetur in veris, nisi tibi et regno tuo evidenter viderimus expedire circa reservationes faciendas, nedum aliter tibi petenti complacere curavimus, set et tuam circa id studeremus petitionis instantiam prevenire et adhuc, si necessitas ve

evidens utilitas suadetur quam in petitis non advertimus, id procul dubio faceremus. Denique, licet ad tuam instantiam reservaverimus Rothomagensem ecclesiam, sub spe certi per te ..... promissi, quia tamen, consideratis archiepiscopalibus oneribus et excellentia dignitatis illius precipue de qua mentio (?) agitur, que de majoribus immo minor asseritur regni tui, non reputamus promissum impletum, quamvis forte tibi contrarium videatur. Et idcirco votis nostris admodum gratum accederet, ut in hac parte tuum nostro beneplacitum concordaret, videlicet electionem predictam remitteremus ejusdem ecclesie capitulo ad quod de jure communi noscitur pertinere; per hoc equidem nostros debiles humeros a gravi sarcino reputaremus immunes, super quo excellentie tue placeat nobis tue voluntatis beneplacitum aperire. Placet nobis persona quam ad passagium elegisti, et si prelatus nominatus recusabit onus assumere, nominare studeas alium quem nobis non differas intimare. Miramur autem pariter et dolemus quod negotium jam dicti passagii sic debiliter, sic negligenter assumatur et non instantius in illius promotione vaccatur, et de inutili prosecutione illius ex conjectura principii probabiliter formidantes; nuntiis etenim regis Armenie[2], scriptionis tue secuti tenorem, asseri feceramus quod predictum fieret cito passagium, qui hoc ipsum regi predicto previis litteris ad gaudium intimarunt, et nunc, quod non sine rubore refferimus, spe quam circa id ex verbo nostro conceperunt invenient se frustratos. Proinde, fili, te sollicitamus attente quatenus ad ipsius promotionem passagii intendens, facias ferventius solito, ne illud differendo, regi regum displiceas, illumque in tuis agendis constituas obvium et murmur vulgaris oblocutionis incurras. Rex Sicilie, sicut ex litteris mercatorum accepimus, ad civitatem Janue, die XXI presentis mensis julii, cum multis vasis applicuit, et ad nostram venire presentiam diutius, sicut credimus, non tardabit. Dat. III kal. augusti[3]. »

[1] Voyez, au sujet des réserves faites par Jean XXII, Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. I, tit. III, c. 4.

[2] Sans doute les ambassadeurs qui étaient venus auprès du pape en mai 1317 (Voyez n° 238, note).

[3] Cf. Cette lettre est de 1318, puisqu'il s'agit ici de la nouvelle prolongation de trêves accordée, le 10 juillet 1318, par Louis d'Evreux (Voyez n° 666, note 2) et que, d'autre part, Robert de Naples se trouvait à la cour pontificale le 23 juillet 1319 (Voyez n° 480, note). Nous ajouterons que, le 23 janvier 1319, le pape avait nommé un titulaire au siège de Rouen (n°s 788, 789).

668 [30 juillet 1318.]

Henricum, dominum Soliaci, de fidelitate erga Philippum, regem Franciæ, commendat eique nonnulla de loco ad vistam cum eodem rege habendam eligendo, de translatione curiæ, de passagio maturando et de pace Flandriæ significat. (Reg. 109, fol. 188, c. 693; — Reg. 110, p. I, fol. 30, c. 90.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Quod nunc et alias per tuas litteras nobis missas solerter implere curasti que circa significationem status cari in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, domusque regalis quam Dominus, ut cupimus, adaugeat et exaltet, in tuo a nobis discessu suasimus, tue diligentie studium in Domino comendamus, te nichilominus sollicitantes attente ut hec continuare non desinas, quin potius quotiens oportunitas aderit, in eorum sedula prosecutione persistas. Sane, fili, circa id quod de nostra et ipsius regis visione mutua in tuis litteris tetigisti, scire te credimus quod nos pridem videntes domum inclitam Francie quasi subjectam esse divisionis periculose dispendiis, cum nonnulli ex illa progeniti se quodam modo ab illius unione subducerent aut in dispersionem notabilis elongationis abirent, et proinde paterno more divisionis hujusmodi discrimina cogitantes, ad adunandam domum ipsam in unitate solide caritatis nostros direximus cogitatus, et ut super hoc regi et regalibus colloqui valeremus, vistam cum illis habere principaliter optabamus; sed inter hec rex ille pacificus domum ipsam ex alto oculo benigno respiciens nostrisque, ut pie credimus, volens in hac parte laboribus parcere, sic eam reduxit ad alligabilem unionem sicque dispersos ab ea ad illam sine molimine congregavit[1], quod nedum eos dicto regi, quem caput domus predicte pia sua dignatione constituit, obedientes atque benivolos, sed ad invicem concordes effecit et, de quo nec indigne concepta letitie multe materia, cum principali causa habende viste,

Deo auctore, cessaret, ex tunc circa vistam ipsam non sic ferventer instit[i]mus, quamvis, si pateretur qualitas agendorum, dicti regis et regalium grata visione recreari vellemus, quorum in presentia, cum assistentia divine potentie, speraremus ordinari nonnulla mundo utilia, Deo grata. Si ergo dicto regi placebit, eo tempore quo scripsisti vel alio de quo sibi melius videbitur expedire, nunc treugis pendentibus Flandrie, vistam habere nobiscum, gratum nimis habebimus et acceptum, et si de loco quesieris, prudenter te considerare volumus quod Avinionensis civitas in qua cum nostra curia residemus, accomodus locus est et notabiliter fertilis, magnamque capacitatem habet tam in se quam in pluribus locis aliis convicinis; quod etiam multi magnates, quorum presentia plurimum oportuna fore ad multa poterit, ad nos et regem ipsum inibi confluent, qui, si nos in regnum forsitan conferremus, ut verisimiliter creditur, non venirent; quod preterea curia nostra que situata et ordinata est in civitate jam dicta et in qua debet causarum audientia in principio octobris proximo futuri, Domino disponente resumi, ad locum alium transferri non posset absque fratrum nostrorum gravi displicentia et absque nostro et ipsorum fratrum, quibus carere nolumus nec honeste valemus, personali et reali gravamine quod in nobis et ipsis nos condecet evitare; quod insuper, si nos ad locum alium habilem transferre vellemus, quasi amnis affueret, priusquam ibi fore ordinati possemus, et interim tempus laberetur inaniter, quo in civitate residendo predicta fieri poterunt multa bona. Est autem civitas ipsa regno contermina, nec desunt regi in regno ipso loca in quibus morari poterit dicte civitati propinqua et, si forsitan eligere pro mora sua Ruppemmauram rex ipse voluerit, nos erimus Castrumnovum adire parati, ubi fratres nostros quotiens erit oportunum habere et nos et idem rex quotiens ei placuerit poterimus convenire. Hiis ergo, fili, consideranter attentis, recte dijudica si aliud quam premisimus decenter possimus agere circa ista. Ceterum placet nobis admodum persona militis quam ad passagium rex elegit, et si prelatus electus recusabit onus assumere, eligere studeat alium quem nobis non differat nominare. Miramur autem pariter et dolemus, etc. ut supra[2] usque solicitamus attente quatenus ad ipsius promotionem passagii intendi facias ferventius solito, ne rex, illud differendo, regi regum displiceat illumque in suis agendis constituat obvium et murmur vulgaris oblocutionis incurrat. Rex Sicilie, sicut ex litteris mercatorum accepimus, etc. ut supra[3] usque tardabit. Antequam recipissemus litteras regias novissime nobis missas disposueramus comiti Flandrie et certis personis aliis super firmanda et complenda pace scribere, et jam erant littere ordinate, set quia littere videbantur sine nuntio minus sufficere, qui nostram intentionem clarius et plenius viva voce exprimeret et eorum rationibus, si quas forsan proponerent, responderet, super nuntio fluctuare cepimus et adhuc etiam fluctuamus. Si enim elegerimus nuntium extra regnum, veremur ex preteritis quod non sic prudenter, sic instanter, sic efficaciter prosequatur negotium ut negotii qualitas exigit et interesse insidet votis nostris, si vero de regno elegerimus oriundum, veremur quod occurrat suspectus Flandrensibus et per consequens quod ejus prosecutio spe concepta frustretur. Finaliter autem visum est nobis elegibilius de regno mittere, presertim cum jam tantum sit processum in negotio quod pauca nova ex quibus posset suspitio concipi exprimere sit necesse. Unde in dilectum filium[4].. direximus oculos mentis nostre. Quid autem tibi videtur de isto vel alio, mentem tuam cura nobis celeriter aperire, sciens quod nemini pandimus nec perinde intendimus, quousque tuum responsum super hoc reportemus[5]. »

[1] Il s'agit de la soumission de Charles de la Marche, du duc de Bourgogne et sans doute aussi de Charles de Valois (Voyez nos 488, 489, 555, 572, 573, 601-603, 617).

[2] N° 667.

[3] *Ib.*

[4] Ce personnage n'est pas nommé, mais on verra plus loin, par une autre lettre de Jean XXII (n° 708), qu'il s'agit probablement de l'évêque de Troyes ou de l'abbé de saint Sernin de Toulouse.

[5] Cf. Cette lettre, on le voit, se complète pour la date comme pour le texte par celle qui précède. On sait, d'ailleurs, qu'avant le 17 septembre 1318, Jean XXII reçut la réponse de Henri de Sully à propos de la paix de Flandre (n° 708) et que ce dernier avait quitté Avignon au mois de mars de cette année, lors de sa première ambassade (Voyez n° 330, note 2). Voyez, au sujet de l'entrevue projetée avec le roi de France, n° 480.

669 30 juillet [1318 ?].

Cuidam petitioni Margaritæ, comitissæ Fuxensis, respondet. (Reg. 109, fol. 193 v°, c. 733; — Reg. 110, p. II, fol. 73 v°, c. 340 et 984; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 83, n° 59.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi.* Litteras tuas noviter nobis missas leta manu suscepimus, per quas equidem petitionem disjunctivam nobis offerre curasti, ad quarum equidem continentiam respondemus quod prime parti petitionis ipsius, certis ex causis, nequimus annuere, set ab hoc quod in secunda negative petebas, disposueramus etiam sine tue requisitionis instantia abstinere; nondum autem a venerabile fratre nostro.., Adurensi episcopo, relationem habuimus litteralem, quam cum habuerimus, tibi quicquid intimandum fuerit rescribemus. Dat. III. kal. augusti [1]. »

[1] Cf. Marguerite de Foix, dame de Béarn, étant déjà morte le 17 juin 1319 (n° 892), cette lettre est de 1317 ou de 1318. Peut-être même est-elle postérieure, comme l'affirme M. L. Guérard, à la mission de l'évêque d'Aire, chargé le 11 mai 1318 de publier les trêves imposées aux maisons de Foix et d'Armagnac et de les ramener à la paix (n[os] 588-592 et 646). Dans ce cas la date de 1318 serait seule admissible, mais nous ne pouvons l'assurer.

670 Avignon, 3 août 1318.

Capitulo ecclesiæ Rothomagensis concedit ut, non obstante reservatione, personam idoneam ad decanatus officium, per Arnaldi, tituli sancti Eustachii diaconi cardinalis, resignationem vacans, eligere possint. (Reg. 109, fol. 191, c. 725; — Reg. 110, p. II, fol. 56, c. 271 et 916; — Reg. 67, cur. fol. 328, c. 98.)

« *Dilectis filiis capitulo ecclesie Rothomagensis.* Ex absentia decani Rothomagensis ecclesie qui vestra et ejusdem ecclesie dirigere habet et promovere negotia, non levia vobis et ipsi ecclesie contigerunt hactenus et contingunt jugiter, ut audivimus, in spiritualibus et temporalibus detrimenta, propter quod, licet dilectus filius noster Arnaldus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, propter sue preheminentiam dignitatis, cum sint manus longe potentibus, absens, presentiam in ipsa ecclesia redoleret, quia tamen ad regimen vestrum cultumque divinum in eadem ecclesia cultura debita excolendum decani presentiam perutilem et necessariam reputamus, instantem dedimus operam et institimus operose ut idem cardinalis decanatum quem obtinebat in prefata Rothomagensi ecclesia resignaret. Qui equidem cardinalis, veluti proprie salutis avidus sueque conscientie consulere cupiens, votis nostris in hac parte liberaliter annuit et — decanatum ipsum in manibus nostris sponte et libere resignavit, nosque resignationem hujusmodi duximus admittendam. Cum itaque decanatus ipse per resignationem eandem apud Sedem apostolicam vaccare noscatur ad presens, nullusque preter nos possit de illo disponere pro eo quod nos, diu ante vacationem predictam, omnes decanatus, personatus et dignitates ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam Sedem vaccantia, et in antea vaccatura, collationi et dispositioni nostre et Sedi predicte specialiter reservantes, decrevimus ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingeret attemptari, nos premissis ex causis, de persona insigni que virtutum et scientie decorata insigniis in eadem ecclesia residere velit et valeat, ibique multe diligentie studio multiplicet insigne decoris, ipsi providere decanatui cupientes, et considerantes attentius quod vos de persona hujusmodi ad decanatum ipsum ydonea notitiam habere poteritis pleniorem, ad vos electionem futuri decani in eadem ecclesia faciendam hac vice gratiose providimus remittendam, universitatem vestram monentes et obsecrantes in Domino Jhesu Christo quatinus, odio vel favore et quavis inordinata affectione depositis penitus, sed solum Deum et ipsius ecclesie utilitatem habendo pre occulis, ad electionem persone ydonee ac vobis et eidem ecclesie fructuose, in decanum vestrum et ipsius ecclesie sinceris affectibus procedatis. Nos enim universitati vestre eligendi, ut prefertur, personam ydoneam ad decanatum eundem, non obstantibus reservatione prefata, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de personatibus aut dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis et apud Sedem predictam vacaturis in eadem ecclesia speciales vel in illis partibus generales dicte Sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, revocationem et

decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus eandem personam in assecutione decanatus predicti volumus anteferri, sed nullum eis per hoc quoad assecutionem aliorum personatuum, dignitatum et beneficiorum prejudicium generari, et quibuslibet aliis litteris, privilegiis et indulgentiis dicte Sedis generalibus vel specialibus quibuscunque personis, sub quacunque verborum forma concessis, per que effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri, et quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Dat. III nonas augusti, anno secundo[1]. »

[1] Cf. La date l'année se trouve dans le registre 67, mais, d'après le même registre, cet acte aurait été ensuite annulé; on y constate en effet que l'adresse, les mots : *Rothomagensis decanatus*, *decanus*, chaque fois qu'ils reviennent, ont été barrés à l'encre rouge, et que l'on a écrit dans la marge de gauche : « *Vacat per totum quia revocata omnino per dominum nostrum* »; et dans la marge de droite: « *Vacat quia revocata per dominum nostrum, dominum Johannem papam XXII.* »

671 5 août [1318].

Margaritæ, comitissæ Fuxensis, litteris respondens, ei significat quid in facto Gavardani agendum sit, cum Philippus, rex Franciæ, dictum negotium per viam justitiæ duci velit. (REG. 109, fol. 193. c. 731 ; — REG. 110, p. II, fol. 73 v°, c. 339 et 983 ; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 84, n° 60.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi.* Litteras tuas et transcriptum regalium litterarum interclusum eisdem benigno affectu suscepimus et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, filia, cum in tuis supponas litteris regem nobis super hiis que pro te sibi scripsimus aliquid rescripsisse, et proinde nostrum petieris devote consilium quid tibi in negotio censeamus agendum, scire te volumus quod rex ipse nobis aliquid non rescripsit, nec hoc in nostris litteris petieramus ab illo, licet efficaciter ostendissemus eidem ea que inordinate fuerant acta circa negotium et pericula que inde secuta fuerant gravia, et que sequi posse, nisi oportunum adhiberet remedium, videbantur. Ex ipsius autem tenore transcripti videtur nobis regem ipsum non potuisse melius providere, cum negotium velit non per guerrarum fremitus, set per viam duci justitie, quam per se vel senescallum Tholosanum asserit exhibere se velle, et hoc est quod tu, tanquam pacis filia, affectione debes optare sincera. Quod si verum est partem adversam regias obtinuisse litteras, sicut tuus suspicatus est procurator, super terra Gavardani ad manum ponenda regiam, et super assignatione diei partibus facta Parisius in capite instantis octobris, expediens credimus quod prevenias diem hujusmodi, discretum aliquem Parisius transmissura, qui ostendat ipsius positionem terre ad manum regiam in juris injuriam et tui prejudicium cedere, et in hoc litterarum ipsarum effectum nitatur juxta debitum impedire. An vero et ad nos et ad regem predictum habeas mittere, videtur nobis quod, scita intentione partis adverse, quod ad nos infra treugas aliquem destinare disponat, tu similiter te ad mittendum aliquem idoneum ordines, nec propter hoc mittere ad curiam regalem ommittas. Ubi tamen pars adversa nollet ad nos forsitan mittere; tu de missione ad curiam memoratam habebis tantummodo cogitare. Dat. nonis augusti[1]. »

[1] Cf. Les trêves dont il est ici question sont du 11 mai 1318 (n°s 588-592) ; d'autre part, Marguerite de Foix était déjà morte le 17 juin 1319 (n° 892). On voit, en outre, que si le 6 juin 1317, Philippe V avait mandé au sénéchal de Toulouse de faire délivrer, même par force, *manu militari*, avec l'aide du comte d'Armagnac, la terre de Gabardan à Mathe, mère de ce dernier (BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 186, n° 4888), il était revenu sur cette décision, après les protestations de Jean XXII (n°s 622-624), en suspendant, l'année suivante, l'exécution de cet ordre. Les lettres patentes données à ce sujet et dont un inventaire de 1501 nous a conservé l'analyse en sont la preuve (ARCHIVES DES BASSES PYRÉNÉES, E. 237; — voy. L. GUÉRARD, *op. cit.*, p. 85, note 1). Voyez, au sujet de la même affaire, n° 843.

672 7-8 août [1318].

Episcopo Autissiodorensi et abbati sancti Dionysii in Francia, ut litteras de pecunia decimæ Philippo, regi Franciæ, mutuo concessa, necnon de centum millibus florenorum in particulare passagium convertendis confectas corrigi faciant. (REG. 109, fol. 187 v°, c. 711 ; — REG. 110, p. I, fol. 5, c. 10.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Altissiodorensi et dilecto filio.., abbati monasterii sancti Dionisii in*

Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, collectoribus decimarum impositarum in regno Francie pro generali ultramarino passagio in Terre Sancte subsidium faciendo. Dilectus filius magister Radulphus Periti, scolasticus Autissiodorensis ecclesie, nuntius vester, exhibitis nobis vestris noviter litteris, carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, patentes litteras regali sigillo in cera viridi sigillatas nobis presentare curavit, per quas rex ipse fatetur se a vobis, nostro et apostolice Sedis nomine, mutuo recepisse quicquid collectum est et in antea colligetur de decima pro generali ultramarino passagio, per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, in regno Francie imposita, pro anno preterito proxime, deductis inde primitus et retentis centum milibus florenorum in quoddam particulare passagium convertendis; fatetur etiam per vos sibi fuisse tradita pro nobis et Sede predicta, prefata centum milia florenorum in predictum particulare passagium convertenda[1], promittens se nobis vel Sedi predicte soluturum et redditurum hujusmodi mutuum de duabus decimis sibi per nos gratiose concessis, seque conversurum et expensurum in dictum particolare passagium dicta centum milia florenorum. Sane, visa et diligenter attenta regalium continentia litterarum, mirati fuimus, nec indigne, vos, prudentes viros, sic oberrasse a circumspectionis et prudentie semitis quod a predicto rege, circa mutuum precipue, ut de aliis taceamus, sub tanta generalitate receperitis litteras, pauci quidem roboris vel valoris; cum naturam mutui velitis attendere, in quo et numeratio et translatio dominii de jure requiritur, apparere vobis liquide poterit quod in hiis que colligenda sunt, et per consequens nuntianda, mutuum esse nequit, cum nec nos ipsius decime debitores jusserimus eam tradere dicto regi, nec ipsi eam sibi dederint aut dare promiserint, ut videatur brevi manu hujusmodi mutuum ad regem pervenisse predictum. Quomodo ergo rex ipse fateri potest se recepisse mutui nomine id quod idem asserit adhuc colligi et sibi numerari debere? Qualem etiam probationem pro nobis et Sede predicta poterunt facere littere adeo generales super hujusmodi mutuo, absque quantitatis expresione confecte? Profecto si hoc consideranter attenditis vosmetipsos in hiis nimis patenter errasse graviter arguetis. Quia igitur que informiter acta sunt in predictis reformari debite cupimus, predictas regias litteras per eundem scolasticum vobis providimus remittendas, per apostolica vobis scripta districte mandantes quatinus de omni eo quod de dicta decima, tempore receptionis presentium, regi predicto mutuo tradideritis, litteras regias dupplicatas, recognitorias et obligatorias efficaces, cum expressione summe tradite, et renunciatione exceptionis non numerate pecunie ac spei numerationis future, consulte recipere debeatis, et sic deinceps de qualibet summa dicte decime colligende et per vos mutuo regi tradende predicto, singulas similes litteras ab ipso curetis habere similiter dupplicatas ut, singulis vobis retentis, singulas nobis mittere studeatis. Quod si forte rex ipse, quod non credimus, se in hujusmodi litteris sufficientibus concedendis difficilem exhiberet, traditionem hujusmodi mutui procuretis omnino suspendere donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Porro de dictis centum milibus florenorum litteras seorsum refici volumus dupplicatas, ut juxta aliud mandatum nostrum super hoc vobis factum, unam studeatis nobis quantocius mittere, reliqua penes vos consimili remanente. Ceterum ut de modo collectionis duarum decimarum per nos regi concessarum eidem, circa quem idem scolasticus vos asseruit dubitare, plenam certitudinem habeatis, transcriptum concessionis hujusmodi mittimus presentibus interclusum. Dat. VI[2] idus augusti[3]. »

[1] Il s'agit ici des concessions que le pape avait faites à Philippe V, le 21 et le 25 mars 1318 (n°s 515, 531).

[2] VII *idus*, dans le registre 109.

[3] Cf. Cette lettre est postérieure aux concessions du 21 et du 25 mars 1318 ci-dessus mentionnées; d'autre part, elle est antérieure au 5 avril 1319 (n° 848), puisqu'à cette date Jean XXII avait accepté en remboursement partiel des 100.000 florins dont il est ici question, 36.000 florins dont il donne décharge au roi de France. On voit, en outre, que les collecteurs ne savaient pas encore comment ils devaient procéder dans la levée et l'assignation des décimes concédées. Le 20 octobre 1318, Philippe V reconnut avoir reçu, à raison des donations précédentes, pour l'année 1317, 183.208 livres tournois, et sur cette somme dont il donne le détail, province par province, il déclare avoir payé au pape 81.250 livres tournois, qui représentent les 100.000 florins destinés au voyage d'outre-mer : « *De — pecuniarum quanti-*

tatibus — a nobis — habitis et receptis, que ascendunt ad summam novies viginti trium milium ducentarum et octo lib. tur., tradi et solvi prefato summo pontifici pro dicto particulari passagio fecimus, pro predictis centum milibus florenorum, quator viginti et unum milia ducentas et quinquaginta lib. tur. » (Arch. nat., JJ. 56, fol. 148 v°, n° 334). Cette lettre, qui est probablement la réponse à celle du pape, ne fut pas jugée suffisante. Jean XXII n'avait rien reçu (n° 780), et c'est pourquoi le paiement des 100.000 florins se fit en deux fois.

673 8 août [1318].

Philippo, regi Franciæ, de eodem. (Reg. 109, fol. 188, c. 712; — Reg. 110, p. I, fol. 5 v°, c. 11.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Accedens ad nos dilectus filius magister Radulfus Periti, scolasticus Altissiodorensis ecclesie, nuntius venerabilis fratris nostri.., episcopi Altissiodorensis et dilecti filii.., abbatis monasterii sancti Dionisii in Francia, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, collectorum decimarum impositarum in regno Francie pro generali ultramarino passagio in Terre Sancte subsidium faciendo, patentes regias litteras tuo regali sigillo in cera viridi sigillatas pro parte collectorum ipsorum nobis presentare curavit, per quas te fateris ab eisdem collectoribus, nostro et apostolice Sedis nomine, mutuo recepisse quicquid collectum est et in antea colligetur de decima pro ipso generali passagio, per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, in predicto regno imposita, pro anno preterito proxime, deductis inde primitus et retentis centum milibus florenorum in quoddam particulare passagium convertendis; fateris etiam per collectores ipsos tibi fuisse tradita pro nobis et Sede predicta, prefata centum milia florenorum in predictum particulare passagium convertenda, promittens te nobis vel Sedi predicte soluturum ac redditurum hujusmodi mutuum de duabus decimis per nos tibi gratiose concessis, teque conversurum et expensurum in ipsum particulare passagium dicta centum milia florenorum. Sane, fili carissime, licet visa et diligenter attenta regalium continentia litterarum, mirati fuimus, nec indigne, prefatos collectores sic oberasse a circumspectionis et prudentie semitis quod a te, circa predictum mutuum, sub tanta generalitate receperint litteras, pauci quidem roboris vel valoris, cum nec per eas, ubi mutuata quantitas subtacetur, possit pro nobis et Sede predicta probatio fieri. De tuis tamen consiliariis, illisque precipue quorum correctioni littere regie subjacent, ammirationem concepimus non minorem quod per eos sic ineficaces transire potuerint littere, quas non ignorarunt nobis exhiberi debere; quod bonam fidem nostram, qua tecum circa concessionem hujusmodi mutui egimus gratantius atque fidentius, non curarint attendere, et circa confectionem litterarum ipsarum, ne sic evidenter essent inutiles, non studuerint sincerius se habere. Si enim naturam mutui velint attendere, in quo enumeratio et translatio dominii de jure requiritur, apparere eis liquide poterit quod in hiis que colligenda sunt, et per consequens numeranda, mutuum non poterat contrahi, cum nec nos ipsius debitores decime jussissemus ipsam tibi tradere decimam, nec ipsi eam tibi tradidissent aut tradere promisissent, ut videretur ad te brevi manu mutuum pervenisse. Quomodo ergo fateri poteris te recepisse mutui nomine id quod tu idem asseris adhuc colligi et tibi numerari debere? Profecto, fili, si hec consideranter advertant tui consiliarii et presertim cancellarie regalis officia exercentes, quod sic exorbitaverint a juris et decentie tramite, gravi se debent reprehensione ferire. Tuum autem non est negligere talia que in quandam indecentiam regie magnitudinis redundare noscuntur, quin immo pro decentie regalis honore ac justitie debito, consiliarios ipsos tuos super hiis increpare teneris, eosque cautos et sollicitos reddere, quod examinationi litterarum a regali prodeuntium curia sic diligenter invigilent, quod saltem evidenter injustum aut indecens in earum nequeat tenore notari; dum etenim que in predictis litteris improvide acta sunt erga nos in mente revolvimus, quod in inferiorum personis fiant quandoque pejora verisibili conjectura veremur. Quia igitur que informiter gesta sunt in predictis reformari debite cupimus, predictas tuas litteras per eundem scolasticum collectoribus ipsis providimus remittendas, per alias apostolicas certi tenoris litteras districte mandantes eisdem quatenus de omni eo quod, tempore receptionis illarum, de dicta decima mutuo tibi tradiderint, litteras tuas

duplicatas, recognitorias et obligatorias efficaces, cum expressione summe tradite, consulte recipere debeant, et sic deinceps de qualibet summa dicte decime colligende et per eos tibi tradende mutuo, singulas similes litteras duplicatas a te habere procurent ut, singulis sibi retentis, indilate singulas nobis mittant. De dictis etiam centum milibus florenorum litteras seorsum refici volumus duplicatas, circa que fieri facienda sicut est decens et debitum, te, ut credimus, exhibebis voluntarium atque promptum. Datum ut supra[1]. »

[1] N° 672.

674 Avignon, 8 août 1318.

Dispensatio pro matrimonio inter Robertum de Atrebato et Johannam, Caroli comitis Valesii filiam, contrahendo. (Reg. 109, fol. 200 v°, c. 754 ; — Reg. 110, p. II, fol. 53, c. 255 et 900 ; — Reg. 67, cur. fol. 328, c. 99 ; — Reg. Avin., t. X, fol. 466 v°, c. 99.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto de Atrebato, militi, nato quondam Philippi de Atrebato, et dilecte in Christo filie Johanne de Valesio, relicte quondam Caroli, primogeniti dilecti filii nobilis viri Philippi, principis Tarentini.* Romanus pontifex nonnunquam supra jus de jure dispensans, necessitatis vinculum, quo cuncti ad ipsius juris observantiam astringuntur, laxat provide de sue potestatis plenitudine circa quosdam et presertim circa personas generis nobilitate sublimes, erga Deum et Sedem apostolicam devotione precipua refulgentes. Sane dilectus filius nobilis vir Carolus, clare memorie Phylippi regis Francie filius, comes Vallesii, genitor tuus, filia Johanna, tam pro se quam pro vobis nobis exposuit quod, cum a consanguinitatis nexu jam sitis fere in descensus seu declinationis excursu, tractatus est habitus ut, pro corroboranda unione et caritatis sinceritate solidius conservanda inter vos et utriusque parentes, ad strictioris et indissolubilis vinculi reducamini unitatem per conjunctionem copule conjugalis. Verum quia ex utroque latere in quarto consanguinitatis gradu vobis mutuo attinetis et quondam Carolus, primogenitus dilecti filii nobilis viri Phylippi, principis Tarentini, vir tuus, filia Johanna, quarto, dum viveret, fuit consanguinitatis gradu tibi, fili Roberte, conjunctus ; quia etiam dictus comes tres ex aliis liberis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Blanche de Britannia, genitricis tue, fili Roberte, et ipsa Blancha tres vel quatuor comitis antedicti, et specialiter te, filia Johanna, et tu, fili Roberte, unum ex liberis dicti comitis, non tamen predictam Johannam, de sacro fonte levastis, per quod inter te et Johannam eandem spiritualis cognatio est contracta, id non potest absque dispensatione Sedis ejusdem legitime provenire : quare nobis pro parte vestra fuit per eundem comitem humiliter supplicatum ut providere vobis super hoc de oportuno dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, paterna meditatione pensantes vestris et vestrorum utilitatibus amicorum plurimum expedire quod amabilitatis fedus inter vos et amicos eosdem solida vigeat firmitate, ac sperantes quod ex conjunctione predicta si fiat, nedum vobis prosperitatis incrementa provenient, quin etiam in partibus illis quietis amenitas, et alia multa bona, Deo auctore, succedent, prefati comitis ac vestris supplicationibus inclinati, vobiscum ut predictis impedimentis nequaquam obstantibus, matrimonium invicem contrahere et in contracto remanere licite valeatis, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem suscipiendam a vobis ex hujusmodi matrimonio ex nunc legitimam nuntiantes. Nulli etc. nostre dispensationis et nuntiationis infringere etc. Dat. Avinione, VI idus augusti, anno secundo[1]. »

[1] La date de l'année ne se trouve ni dans le registre 109, ni dans le registre 110.

675 [Avignon, 8 août 1318.]

Carolo Valesii prædictam dispensationem se concessisse nuntiat. (Reg. 109, fol. 200 v°, c. 755 ; — Reg. 110, p. II, fol. 53, c. 256 et 901.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Valesii.* Litteras tuas, fili — libentissime misissemus[1]. »

[1] Cf. n° 674.

676 Avignon, 10 août 1318.

Unum perpetuum vicarium in ecclesia de castro sancti Laurentii de Arboribus, Avinionensis diocesis, mensæ

episcopali Avinionensi unita instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur., fol. 13, v°, c. 46.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Datum Avinione, III idus augusti, anno secundo. »

677 Avignon, 15 août [1317-1318].

Beraldo de Mercorio absolutionem excommunicationis quam quasdam treugas infrengendo incurrerat, concedit. (Reg., 109, fol. 86, c. 367; — Reg., 110, p. I, fol. 87 v°, c. 313 [1].)

« *Nobili viro Berando, domino Mercorii, spiritum consilii sanioris.* Licet tuus tuorumque complicium gravis meruisset excessus, quem indictarum per nos violatione treugarum contemptibiliter commisistis, non aliter tibi et illis de absolutionis beneficio prospici, quam si personaliter ad Sedem apostolicam veniretis eam humiliter petituri, quia tamen, cor tuum tangente Domino, magna humiliationis pretendens indicia, sancte matris Ecclesie misericordiam suppliciter implorasti, nec pietatis sinum tibi precludere, nec miserationis ubera voluimus denegare, sicque tibi et ipsis complicibus ab accessu curie benigne parcentes, tuam et illorum absolutionem certis personis per alias nostras certi tenoris litteras duximus committendam. Tu ergo, gratiam hujusmodi gratanter acceptans, ex nunc te devotiorem sancte Romane Ecclesie, in hiis presertim que salubriter ordinabit, exhibeas nec sic tuo innitaris sensui, quin comune bonum animeque salutem tuis affectibus anteponas. Dat. Avinione, XVIII kal. septembris [2]. »

[1] Dans le registre 110, l'acte est incomplet; il se termine au verso du folio 87 par les mots *gratiam hujusmodi* suivis, au folio 88, de la fin d'une autre lettre datée des ides de décembre et non mentionnée dans l'index.

[2] Cf. Il s'agit ici des trêves qui avaient été fixées par Jean XXII pour un an, le 8 mai 1317 ou 1318 (nos 583-587) entre Hugues de Chalon et Béraut de Mercœur. Celui-ci, qui ne les avait pas observées, s'était vu refuser l'obsolution, le 4 juillet (nos 640-641). La lettre par laquelle le pape la lui accorde enfin et que nous publions ci-dessus est donc postérieure à cette date. D'autre part elle est, selon nous, au plus tard de 1318, puisque, le 31 octobre de cette année (nos 746-753), nous voyons que Béraut était venu à la cour pontificale et qu'il était rentré dans les bonnes grâces de Jean XXII (Voyez aussi n° 777).

678 17-18 août [1318].

Treugas inter Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, usque ad festum beati Michaelis archangeli prius indictas, a prædicto festo usque ad instans festum Paschæ et abinde usque ad unum annum prorogat. (Reg., 109, fol. 192, c. 729; — Reg. 110, p. I, fol. 107 v°, c. 396; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 75, pars III, n° 10; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 88, n° 62.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Ad nostrum pridem auditum, non sine mentis turbatione, perducto, quod humani generis inimicus, pacis hostis et zizanie seminator, inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam, et dilectum filium nobilem virum Bernardum, natum ejus, comitem Armaniaci, ex una parte, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, sororem comitisse et amittam comitis Armaniaci predictorum, ex altera, super quibusdam rebus materiam adeo gravis dissensionis ingesserat, ut non juribus set viribus, non viis pacificis, set congressibus bellicis et impugnationibus hostilibus ac invasionibus mutuis decertare altrinsecus conarentur, non absque periculis animarum, stragibus corporum et dispendiis facultatum, nos ad quos singulariter pertinet in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere ac ipsam facere diligentius observari, predictis dispendiis atque periculis congruis obviare remediis paternis anhelantes affectibus, et proinde cupientes per tractatus amabiles inter partes ipsas exortam dirimi questionem, cum indecens esset et plenum magno discrimine tam sublimes tantaque conjunctas propinquitate personas, que altrinsecus se debent fulcire favoribus et incumbentia onera communi auxilio supportare, occasione presertim alicujus comodi temporalis sic mente dividi aut a manifestatione operis separari, inter comitissam et comitem Armaniaci predictos, valitores, adjutores et fautores eorum ac adherentes eisdem ex una parte, ac predictam comitissam Fuxensem, valitores, adjutores, fautores suos et adherentes ei, ex altera, sub spe pacis inter partes ipsas, Deo actore, interim reformande, treugas usque ad instans festum beati Michae-

lis archangeli duraturas, apostolica auctoritate providimus indicendas, quas a die notificationis seu publicationis earum suum voluimus habere vigorem, in omnes et singulos ex tunc infringentes seu non servantes easdem excommunicationis sententia promulgata, prout hec et alia in apostolicis litteris inde factis plenius continentur[1]. Verum quum partes ipse, certis ex causis sicut audivimus, circa pacificationem mutuam nondum potuerunt intendere nec infra treugarum ipsarum tempus, cujus exitus proximat, posse vaccare sperantur, nos, nolentes partes ipsas ex ipsius temporis lapsu in pristina guerrarum detrimenta recidere, quin immo pacem et concordiam invicem propagari desideriis affectantes intensis, treugas predictas inter dictas partes valitores, adjutores, fautores suos et adherentes eisdem, a predicto festo beati Michaelis usque ad instans festum Pasche, et abinde usque ad unum annum in antea continue numerandum, sub spe pacis interim inter illos, dante Domino, reformande prorogamus auctoritate predicta, cujusmodi prorogationem, ut predicitur, a die notificationis seu publicationis ipsius suum volumus habere vigorem et in omnes et singulos ex tunc infringentes seu non servantes treugas hujusmodi prorogatas excomunicationis sententiam promulgamus. Non obstante si eis aut eorum alicui sub quacunque forma vel conceptione verborum a Sede apostolica sit indultum quod excomunicari non possit, per litteras Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque terroris vel expressionis existat per quam effectus presentium impediri valeat quomodolibet vel differri; vassallos insuper et subditos nobilium predictorum a juramentis fidelitatis quibus eis vel eorum alteri tenentur astricti quantum ad hujus dissentionis articulum, cum in illicitis eis obedire non debeant, per idem tempus prorsus absolvimus. Et nichilominus promissiones et obligationes que inter partes ipsas et quoscunque alios super belli seu conflictus utrinque comittendi processu, nec non confederationes et colligationes et pactiones que inter comitissam et comitem Armaniaci prefatos et quosvis alios, ex una parte, ac predictam comitissam Fuxensem et alios quoscunque, ex altera, intervenerint pro ipsa fovenda discordia, utpote contra bonum pacis presumptas illicite et attemptatas in divine magestatis offensam, et quascunque penas adjectas ac juramenta prestita super hiis sub quibuscunque forma, modo vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc nulla fore decrevimus et quatenus de facto processerint irritamus. Ceterum cum pertinacibus sic debeat obesse contemptus quod in humilium prejudicium non redundet, volumus ut illum vel illos ex predictis, qui treugas ipsas forsitan observare contempserint prorogatas, sic prefatus processus noster afficiat quod alterum, quantum in eo fuerit treugas ipsas observare paratum, in aliquo non contingat; ita quod nec ipse, nec sui valitores, consiliarii et fautores sententia predicta ligentur, et eo etiam casu illius vassalli non intelligantur a juramento fidelitatis quo tenentur eidem aliquatenus absoluti. Nulli etc. Dat. xv[2] kal. septembris[3].»

[1] 11 mai 1318 (n° 588).

[2] xvi *kal.*, dans le registre 109.

[3] Cf. Cette lettre a été écrite, on le voit, avant la fête de saint Michel, c'est-à-dire avent le 29 septembre 1318, jour où devaient expirer les trêves fixées le 11 mai de la même année. Voyez aussi ci-après, n° 680.

679 [17-18 août 1318.]

Bajonensi, Aquensi et Adurensi episcopis ut præfatam prorogationem notificent aut publicent. (REG. 109, fol. 193, c. 730; — REG. 110, p. I, fol. 108, c. 397; — BIB. NAT., ms. lat. 4114 fol. 75 v°, pars III, n° 11; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 90, n° 63.)

« *Venerabilibus fratribus.., Baionensi.., Aquensi et.., Adurensi episcopis.* Ad nostrum pridem — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 678.

680 18 août [1318].

B[ernardo], episcopo Adurensi, easdem treugas, prius usque ad dictum festum beati Michaelis archangeli duraturas, usque ad tempus de quo viderit expedire prorogandi, omniaque oportuna faciendi facultatem

concedit. (Reg. 109, fol. 191, c. 726; — Reg., 110, p. i, fol. 109, c. 400; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 91, n° 64.)

« *Venerabili fratri B., episcopo Adurensi.* Ad nostrum pridem[1] — sententia promulgata, datoque venerabilibus fratribus nostris Baionensi, Aquensi episcopis, et tibi per alias nostras litteras[2] certi tenoris in mandatis ut vos vel alter vestrum treugas, sententiam et alia omnia supradicta notificare partibus et aliis de quibus esset expediens, ac publicare sollempniter studeretis, que per te laudabiliter percepimus adimpleta[3]. Verum quoniam partes ipse, certis ex causis sicut audivimus, circa pacificationem mutuam nondum potuerint intendere, nec infra treugarum ipsarum tempus, cujus exitus proximat, posse vacare sperantur, nos nolentes partes ipsas ex ipsius temporis lapsu in pristina guerrarum detrimenta recidere, quin immo pacem et concordiam invicem propagari desideriis affectantes intensis, prorogandi treugas predictas auctoritate nostra inter partes easdem, valitores, adjutores, fautores suos et adherentes eisdem a predicto festo sancti Michaelis usque ad tempus de quo videris expedire sub spe pacis inter illas, dante Domino, reformande, et prorogatas dictis partibus et aliis de quibus expediens fuerit per te vel alium seu alios notificandi, ac ubicunque tibi utile fore videbitur sollempniter publicandi et in infringentes aut quomodolibet non servantes easdem excomunicationis sententiam promulgandi — Datum xv kal. septembris[4]. »

[1] Voyez pour la suite n° 678.
[2] N° 589.
[3] Voyez n° 629.
[4] Cf. Cette lettre, comme les précédentes (n°s 678, 679), a été écrite avant le 29 septembre 1318 et ne peut être que de cette année. Nous avons déjà trouvé des exemples de pouvoirs analogues donnés à des envoyés du pape dans des circonstances semblables (n°s 437-441). Nous constatons que la prolongation donnée par Jean XXII ne fut pas complètement admise. Au lieu de durer encore un an à partir de Pâques (8 avril) 1319 (Voyez ci-dessus n° 678), les trêves devaient prendre fin le jour de saint Jean Baptiste (24 juin) 1319 (Voyez n° 892). C'est sans doute l'évêque d'Aire qui, faute de pouvoir faire accepter les désirs du pape, avait fixé ce dernier terme.

681 Avignon, 28 août [1317-1318].

Johanni, Delphino Viennensi, concedit ut confessor suus possit eum in mortis articulo ab omnibus peccatis absolvere. (Reg. 109, fol. 199, c. 750; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 66; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 180.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Delphino Viennensi* Ferventis devotionis affectus — Dat. Avinione, v kal. septembris[1]. »

[1] Jean II, Dauphin de Viennois, auquel cette lettre est adressée, mourut le 4 mars 1319 n. s. (Voyez n° 635, note).

682 28 août [1318].

Arnaldo, archiepisco Burdegalensi, mandat ut ab omnibus quæ officialium et subditorum Eduardi, regis Angliæ, juribus præjudicium afferunt, penitus abstineat et hiis quæ ecclesiæ suæ de jure competunt contentus sit. (Reg. 109, fol. 150 v°, c. 608; — Reg. 110, p. ii, fol. 75, c. 348 et 992; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 93, n° 65.)

« *Venerabili fratri Arnaldo, archiepiscopo Burdegalensi.* Cum sit nobis — Dat. v kal. septembris[1]. »

[1] Cf. On trouvera ci-après deux lettres qui ont été écrites à la même date que celle-ci, adressées l'une: *Raymundo, Sarlatensi episcopo* (n° 693), l'autre: *Amanevo, archiepiscopo Auxitano* (n° 683). Il s'agit, dans la première, de Raimond de Roquecorne qui fut promu au siège de Sarlat le 2 juillet 1318 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 458; voyez aussi, au sujet de la création du diocèse de Sarlat, n° 470); dans la seconde, d'Amanieu d'Armagnac, archevêque d'Auch, qui mourut le lundi après la Nativité de la Vierge, c'est-à-dire le 11 septembre 1318 (Arch. Vat., Reg. Avin., t. xlvi, fol. 224 v°; voy. L. Guérard, *op. cit.*, p. 94, note 2). La lettre que nous analysons ici est comprise entre ces deux dates.

683 [28 août 1318.]

In e. m. Amanevo, archiepiscopo Auxitano. (Reg. 109, fol. 150 v°, c. 609; — Reg. 110, p. ii, fol. 75 p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *op. cit.*, p. 95.)

684 [28 août 1318.]

In e. m. Raymundo, episcopo Condomiensi. (Reg. 109, fol. 150, v°, c. 610; — Reg. 110, p. ii, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

685 [28 août 1318.]

In e. m. Amanevo, episcopo Agennensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 611; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

686 [28 août 1318.]

In e. m. Raymundo, episcopo Petragoricensi (Reg. 109, fol. 152, c. 612; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

687 [28 août 1318.]

In e. m. Theobaldo, episcopo Xanctonensi. (Reg. 109, fol. 152, c. 613; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

688 [28 août 1318.]

In e. m. Arnaldo, episcopo Lascurrensi. (Reg. 109, fol. 152, c. 614; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

689 [28 août 1318.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Lectorensi. (Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

690 [28 août 1318.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Vasatensi. (Reg. 109, fol. 152, c. 615; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *op. cit.*, p. 96.)

691 [28 août 1318.]

In e. m. Garsiæ, episcopo Aquensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 616; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

692 [28 août 1318.]

In e. m. Petro, episcopo Bajonensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 617; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

693 [28 août 1318.]

In e. m. Raymundo, episcopo Sarlatensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 618; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

694 [28 août 1318.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Olorensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 619; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

695 [28 août 1318.]

In e. m. Bernardo, episcopo Adurensi. (Reg. 109, fol. 151, c. 620; — Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, p. c. 348 et 992; — L. Guérard, *loc. cit.*)

696 Avignon, 31 août [1317-1318].

Johannem, Delphinum Viennensem, infirmitate quadam laborantem consolatur. (Reg. 109, fol. 159, c. 652; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 66: — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 180.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Delphino Viennensi.* Insinuata nobis, fili — Dat. Avinione, II kal. septembris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 4 mars 1319 n. s., date du décès du Dauphin Jean (Voyez n° 635, note).

697 2 septembre [1318].

Philippo, regi Franciæ, ne illis asserentibus magistrum Radulphum de Perellis contra nonnullos prælatos de regio consilio aliqua indecentia ipsi suis litteris intimasse, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 189, c. 715; — Reg. 110, p. I, fol. 9, c. 23.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pridem, fili carissime, dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, consiliarium tuum nobisque devotum, nonnullorum impositione delatum quod in presentia nostra aut alibi, nobis consciis, — linguam — in personam excellentis status, sublimitate vigentem, inordinate laxarat, celsitudini regie inde veraciter excusasse meminimus[1] sicut et juste potuimus, teste Deo, nam et jurate depositiones illorum a quibus ortum ipsa dicebantur habuisse delatio, eum etiam evidenter super hiis excusarunt. Licet autem et tu excusationem ipsam gratanter admiseris, sicut ex tuarum serie litterarum clare percepimus, susuratur tamen malitia propterea non quiescens, via hujusmodi impositionis mendose preclusa, aliunde sibi semitam nititur rumpere et inno-

centiam dicti magistri Radulphi novis adinventionibus lacessire. Sicut enim nobis diebus proximis per regios apices intimasti, non desunt qui dicant prefatum magistrum Radulphum contra prelatos aliquos de tuo consilio nobis aliqua indecentia suis litteris intimasse; set et, ut audivimus, ad notam sibi infidelitatis imponitur quod, eo conscio, transiit comissio, quam venerabili fratri nostro B., Attrebatensi episcopo, super facto fecimus Flammingorum[2], super quibus pro ipso magistro Radulpho iteratam vicem veracis excusatoris assumimus, asserentes firmiter coram Deo quod nunquam de prelatis eisdem scripsit nobis aliquid inhonestum, nec predicte comissioni consensit in nostra presentia, immo procul dubio restitit ne procederemus ad illam, Flamingis replicantibus coram nobis se regias habere litteras quod tu eorum protectionem super hoc impedire aut alias te illis inde non debebas opponere, imo eos in hoc apud nos obtuleras te juvare. Nos vero qui ex officii debito justitiam exequi tenemur ad omnes, tunc respondisse meminimus quod, Flamingis ipsis, sicut nec poteramus, sic nec in justitia deficere volebamus, propter quod adversus executores causam episcopo memorato, consiliario tuo, duximus comittendam. Nec certe fuit expediens ei denegari comissionem hujusmodi, quia si in illa defecissemus eisdem, suspicione, ut probabiliter creditur, exinde concepta, nunquam ad nos pro habendo nostro consilio[3], quod et tuam causam non leviter promovet et eorum factum notabiliter aggravat, accessissent; set hoc pensare non curant qui in electos maculas ponere et bonum convertere conantur in malum, vel si hoc fortassis advertunt, id non verentur preterire silentio, ut liberius valeant innocenti nocere. Porro, amantissime fili, livor quo tendat, invidia quo feratur, satis potest ex hujusmodi falsis impositionibus colligi, satis potest ad quid dirigatur perversa intentio detractorum adverti. Tabescentes etenim alieno provectu, eidem magistro Radulfo hoc ipsum invidere videntur quod, juxta suorum exigentiam meritorum, est in tuo conspectu magestatis acceptus, quod fideliter et solerter in tuis se gerit et gessit hucusque negotiis, quod tu de ipso, veluti fideli et in multis persepe probato, sincere confidis, et dum vera non occurret occasio per quam sibi possint regie benivolentie carentiam procurare, confingere falsa non dubitant, ut saltem eum a tuo latere per dispendium elongationis evellant, intendentes forsitan circa te aliquem suum illi subrogare domesticum cujus ministerio cuncta scire suumque licentius quandoque valeant implere conceptum; nec cessabunt, si suggestionibus eorum aures credulas forte prebueris, donec satisfiat super hoc votis suis, prosecuturi in eo quelibet etiam minima, dum magna pro sua nequibunt confingere voluntate. Sane quanta sit fidelium et industriorum raritas ministrorum sapiens satis insinuat, cum querendo virum fidelem quis inveniet dubietatem et difficultatem inveniendi demonstrat, unde non videtur expediens ministros antiquos et in variis negotiis comprobatos, pro novis et non probatis dimittere aut etiam elongare. Tuum namque, fili, erit talia prudenter advertere, deferrentium ponderare conditionem et zelum considerare delati, statum et merita, ac negotii qualitatem super quo delatus extiterit aliasque circumstantias diligenter attendere, ut non facile credas omnem spiritum adversus eum precipue quem prudentem, sollicitum et fidelem in commissorum executione probasti, set omnia perspicaci discutione conpungas(?) ut tandem possis judicio quieto perpendere quantam contra delatum debeas defferentibus fidem dare. Si hoc, fili, servaveris, nedum in casu proposito, sed in quampluribus aliis, forsan invenies sinceritatem et innocentiam falsa fuisse criminatione notatam, sicut et nonnunquam repertum est virtutes crimina tulisse pro vitiis et virtuosos actus notam incurrisse pro laude. Dat. IIII nonas septembris[4]. »

[1] Voyez ci-dessus les lettres du 28 novembre 1317 (n° 451), du 25 mars 1318 (n°s 526-529), et aussi celles du 6 avril 1318 adressées à la reine (n°s 553, 554).

[2] Voyez n° 122.

[3] Voyez n°s 491, 492.

[4] Cette lettre, postérieure à celles qui sont indiquées dans la note précédente, est antérieure à la disgrâce de Raoul de Pereaus, en janvier 1319 (Voyez n° 72, note 1). Le registre 110 ne donne aucune date.

698 Avignon, 5 septembre 1318.

Petro Durandi et Andreæ Porcherii quorumdam arreragiorum quondam episcopatus Tolosani collectionem committit. (Reg. 109, fol.151, c. 621 ; — Reg. 110, p. II, fol. 19 v°, c. 104 et 660.)

« *Dilectis filiis Petro Durandi, decano secularis ecclesie Montisregalis, diocesis Carcassonensis, et Andree Porcherii, canonico Andegavensi.* Pridem ad divini cultus augmentum populique salutem, quem in quondam episcopatu Tholosano sic multiplicarat Altissimus quod per unum antistitem salubriter gubernari non poterat, quin immo pluribus opus erat, piis affectibus intendentes, episcopatum ipsum in redditibus habundantem providimus dividendum in plures[1], sic quod, ecclesia Tholosana in metropolitanam erecta, plures alias ereximus in cathedrales et collegiatas ecclesias, quarum singulis certas mandavimus portiones de ipsius episcopatus redditibus et proventibus assignari, certasque singulis cathedralibus distingui dioceses auctoritate apostolica limitandas, quas equidem cathedrales una cum Apamiensi, cui etiam de predictis redditibus atque proventibus certam portionem assignari voluimus, suffraganeas esse decrevimus ipsius ecclesie Tholosane. Et ne in ecclesiarum dispendium predictarum redditus, proventus et jura dicti quondam episcopatus dilaberentur per occupationis, dilapidationis vel dissipationis injuriam, nos ipsos redditus et proventus, jurisdictionem temporalem et spiritualem, et omnia jura ad ipsum quondam episcopatum tempore divisionis quibuscunque causa vel modo spectantia, ad nostram et apostolice Sedis manum de fratrum nostrorum consilio a die divisionis predicte posuimus, eaque per venerabilem fratrem nostrum B., tunc abbatem, nunc episcopum Electensem, ac dilectos filios Ayquelinum de Blavia, Engolismensem et Raymbaldum de Rechignevoisin, Avalonensem in ecclesia Eduensi archidiaconos, ac Berengarium de Olargiis, canonicum Narbonensem, capellanos nostros et nuntios, aut deputandum seu deputandos ab eis, colligi, percipi, exerceri et conservari voluimus[2], donec singulis ex predictis ecclesiis facta fuisset juxta ordinationem nostram realis assignatio de eisdem, quibus etiam nuntiis injunximus ut prelatis ecclesiarum ipsarum, limitationibus et assignationibus pendentibus antefatis, ordinatas portiones pro rata temporis solverent de redditibus et proventibus antedictis, totali eorum residuo nostre et Sedis ejusdem dispositioni expressius reservato. Inhibuimus insuper quibuscunque collegiis, universitatibus et personis cujuscunque status, ordinis aut conditionis existerent aut quacunque dignitate fulgerent, ne prefatos nuntios nostros aut deputatos ab eis impedirent quomodolibet in predictis, neve de ipsius redditibus, proventibus et juribus quicquam perciperent, colligerent, retinerent, alienarent vel consumerent, aut quovis modo contra assignationem et reservationem predictas ad ea per se vel alios manus extenderent, absque nostro vel Sedis ejusdem beneplacito vel mandato, decernentes irritum et inane si secus a quoquam super hiis, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contingeret attemptari, in universitates et collegia contrarium facientes, nisi infra octo dies post publicationem hujusmodi processus nostri resipiscerent cum effectu, ea que de redditibus, proventibus et juribus antedictis retinuissent aut alias contractassent contra inhibitionem nostram hujusmodi restituendo plenarie dictis nuntiis aut aliis auctoritate apostolica deputatis, interdicti, in personas vero similiter excommunicationis sententiis promulgatis. Cum igitur predicti nuntii, limitationibus diocesum ac assignationibus portionum omnino completis, per nos fuerint revocati, et nichilominus adhuc restent de fructibus, redditibus, proventibus et juribus dicti quondam episcopatus a die divisionis ipsius usque ad festum beati Johannis Baptiste proxime preteritum colligenda, recipienda et exigenda nonnulla in blado, vino, pecunia et carnalagiis consistentia, que omnia nostre et dicte Sedis dispositioni sunt, ut premissum est, reservata, restent etiam aliqua de portionibus ordinatis prelatis ecclesiarum ipsorum pro rata temporis usque ad festum exolvenda predictum, nos volentes eis inde satisfieri de ipsorum fructuum, reddituum, proventuum ac jurium residuo colligendo, ac de eo quod supererit ordinare, de vestra fidelitate ac circumspectione confisi, exigendi, colligendi, percipiendi et levandi per vos vel alium seu alios omnia et singula in quibuscunque consistentia que de fructibus, redditibus, proventibus et juribus dicti quondam episcopatus a die divisionis predicte usque ad festum prefatum exigenda, colligenda et percipienda restare noscuntur juxta reservationem eandem, nec non debitores, detentores, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam ad respondendum et satisfacien-

dum, appellatione postposita, compellendi, invocato ad hoc si necesse fuerit auxilio brachii secularis, nec non universitates seu collegia, ac quascunque personas vos vel eos quos ad id deputaveritis impedientes seu perturbantes quominus predicta libere juxta debitum exequi valeatis, predictas interdicti et excommunicationis incurrisse sententias publice nuntiandi, singulis diebus dominicis et festivis, in locis et ecclesiis de quibus videritis expedire, et omnia et singula faciendi que circa premissa et ea tangentia fuerint oportuna, plenam vobis concedimus auctoritate presentium facultatem. Vos itaque per laudabiles gestus vestros nostre de vobis confidentie non errasse iudicium ostendentes, sic fideliter, sic solerter sicque discrete vos in predictis studeatis habere, quod non solum vitetis confusionis peneque discrimina, sed et laudis titulos et retributionis premium exinde mereamini reportare. Dat. Avinione, nonis septembris, anno tertio. »

[1] 25 juin 1317 (n° 262).
[2] 11 juillet 1317 (nos 307-311).

699 Avignon, 5 septembre 1318.

Prædicto Andreæ Porcherii stipendium sexdecim tur. argenti diebus singulis assignat. (Reg. 109, fol. 151 v°, c. 622 : — Reg. 110, p. II, fol. 20, c. 105 et 661.)

« *Dilecto filio Andree Porcherii, canonico Andegavensi, una cum dilecto filio Petro Durandi, decano secularis ecclesie Montisregalis, Carcassonensis diocesis.* Cum per alias — Dat. Avinione, nonis septembris, anno tertio. »

700 [Avignon, 5 septembre 1318.]

In e. m. stipendium decem tur. argenti diebus singulis Petro Durandi assignat. (Reg. 109, fol. 151 v°, c. 623; — Reg. 110, p. II, fol. 20, p. c. 105 et 661.)

701 [Avignon, 5 septembre 1318.]

Eisdem mandat ut, de arreragiis prædicti quondam episcopatus ab ipsis colligendis, quicquid archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis solvendum superesse repererint, eis solvant. (Reg. 109, fol. 151, c. 624; — Reg. 110, p. II, fol. 20, c. 106 et 662.)

« *Dilecto filio Petro Durandi, decano secularis ecclesie Montisregalis, Carcassonensis diocesis, et Andree Porcherii, canonico Andegavensi.* Per alias nostras certi tenoris litteras mandasse meminimus quod de fructibus, redditibus, proventibus et juribus quondam episcopatus Tholosani, quos faciebamus colligi per deputatos a nobis, ordinate portiones pro rata temporis solverentur venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Tholosano ejusque suffraganeis, quousque diocesum limitatio ac ipsorum realis assignatio portionum essent ad executionem adducte. Verum quoniam, sicut audivimus, adhuc eisdem archiepiscopo et suffraganeis aliqua inde pro rata dicti temporis usque ad festum beati Johannis Baptiste proxime preteritum solvenda supersunt, volumus et vestre discretioni per apostolica scripta mandamus quatenus, de residuo fructuum, reddituum, proventuum et jurium predictorum vobis ad colligendum commisso[1], dictarum litterarum forma diligenter attenta et in omnibus observata, prefatis archiepiscopo et suffraganeis vel certis eorum nuntiis, quicquid pro rata temporis usque ad festum predictum solvendum eis superesse repereritis de portionibus antedictis, indilate solvatis, deducturi tamen, de summa cuilibet propter hoc exolvenda, eam pecunie quantitatem ad quam eorum quilibet juxta declarationem nostram pro assignatis sibi redditibus antique decime ratione tenetur, de hiis autem que illis exolveritis ab eis recipiatis ydoneas apodixas, deductionem hujusmodi continentes, quas cum prefatis nostris ac presentibus litteris vestri ratiocinii tempore in nostra camera producatis[2]. »

[1] N° 698.
[2] Cf. Cette lettre, qui est en rapport étroit avec les précédentes (nos 698-700), a évidemment la même date.

702 [Avignon, 5 septembre 1318.]

Eisdem ut quosdam fructus prædicti quondam episcopatus Tolosani prius perceptos, certis personis restituant. (Reg. 109, fol. 152, c. 625; — Reg. 110, p. II, fol. 20 v°, c. 107 et 663.)

« *Eisdem.* Cum venerabili fratri nostro B., tunc abbati, nunc episcopo Electensi, ac dilecto filio Ayquelino de Blavia, Engolismensi et Raymbaldo de Rechi-

gnevoysin, Avalonensi in ecclesia Eduensi archidiaconis, et Berengario de Olargiis, canonico Narbonensi, capellanis nostris et nuntiis, per alias nostras certi tenoris litteras mandasse dicamur ut nonnullis personis que renuerant decimas, redditus atque jura ad mensam quondam Tholosani episcopi spectantia, que pridem, videlicet vi° kal. octobris, anno Domini millesimo ccc° septimo decimo, ad mensam eandem duximus proinde revocanda[1], fructus hujusmodi decimarum, jurium atque reddituum perceptos ante revocationem nostram hujusmodi, quos de gratia concesseramus eisdem, restituere procurarent, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus litteras ipsas super hujusmodi mandato confectas, in hiis in quibus exequende restabunt, proinde curetis, juxta earum continentiam, fideliter exequi ac si vobis directe fuissent, recepturi a personis quibus fructus restitueritis antedictos recognitorias super hoc litteras, ad cautelam una cum prescriptis nostris et presentibus litteris in camera nostra, vestri ratiocinii tempore, producendas. Dat. ut supra[2]. »

[1] 26 septembre 1317 (n° 396).

[2] La mission de Barthélemy, abbé, puis évêque d'Alet et de ses collègues, au sujet de la division et de l'administration du diocèse de Toulouse, datait du 11 juillet 1317 (n°s 307-311). On voit que Pierre Durand et André le Porcher leur sont subrogés, et cette lettre a évidemment la même date que les précédentes (n°s 698-701); la formule *ut supra*, dans l'un et l'autre registre, correspond bien au 5 septembre 1318.

703 Avignon, 5 septembre [1318].

Bernardum Jordani, dominum Insulæ, de Bernardi Jordani, clerici, nati sui, morte consolatur eique de quibusdam petitis respondet. (Reg. 109, fol. 194, c. 736; — Reg. 110, p. II, fol. 72 v°, c. 334 et 978; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 96, n° 66.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, militi, domino Insule.* Transitum Bernardi Jordani — de aliis que scripsisti confestim fecimus que poterant fieri, ceteris in adventu tuo, Deo dante, complendis. Dat. Avinione, nonis septembris[1]. »

[1] Cf. Bernard Jourdain, fils du sire de l'Isle, fut nommé, le 27 mai 1318, prieur de l'église de Malville au diocèse de Rodez (Arch. Vat., Reg. Avin., t. VII, fol. 201). D'autre part, on voit par une bulle adressée à son frère, Bertrand de l'Isle, qu'il était déjà mort le 20 janvier 1319 (*ib.* Reg. Vat. 69, c. 632). C'est très vraisemblablement entre ces deux dates qu'a été écrite la lettre que nous analysons ici (Voy. L. Guérard, *op. cit.*, p. 96, note 6.)

704 11 septembre [1318].

Philippo, regi Franciæ, respondet quod treugæ inter Matham, comitissam Bernardumque, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera indictæ, revocari, ut petierat, non possunt, quin imo eum ad easdem treugas, cum pro regni pace et tutela impositæ sint, observandas et ad suspendendam executionem mandati lati pro liberatione terræ Gavardani prædictæ Mathæ facienda, iterum hortatur. (Reg. 109, fol. 149, c. 604; — Reg. 110, p. I, fol. 70, c. 239; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 98, n° 67.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Celsitudinis regie litteras per dilectum filium nobilem virum Matheum de Varennis, militem, nobis noviter presentatas benigne recepimus, et tam ea que super facto Gavardani et super treugis etiam per nos inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, ex altera, apostolica auctoritate sub spe pacis indictis[1], continebantur in illis, quam que idem miles juxta commissam inde sibi per te credentiam exponere voluit, que tamen litterarum ipsarum continentiam non excessit, intelleximus diligenter. Sane, fili carissime, si ea que tibi super ipso Gavardani negotio nuper satis explicite scripsimus[2] regalis circumspectio attentius ponderasset, nequaquam, ut credimus, rescripsisses te judicati per curiam tuam lati, ut asseris, super dicto negotio executionem non posse suspendere, absque tuo et partis prejudicio, ac juris et justitie lesione, quin potius, sicut de tua conscientia nostra tenet opinio, nostris circa suspensionem petitam a nobis, suasionibus salubribus liberaliter annuisses. Habuit etenim scriptionis nostre substantia qualiter clare memorie Philippus, rex Francie, pater tuus, pro bono pacis, dum viveret, ordinaverat, partibus presentibus, deliberatione solemni prehabita et de regie plenitudine

potestatis, quod predicta Matha de bonis et hereditate quondam Gastonis, vicecomitis Bearnie, patris sui, haberet vicecomitatum Brullesii et terram Gavardani cum eorum juribus et pertinentiis universis, illis penitus contentanda, in quibus equidem sorores sue, dicti quondam vicecomitis filie, non possent aliquid reclamare, salvo quod si contingeret Guillelmam, ultimo genitam Gastonis ejusdem, sine liberis mori legitimis, dicta Matha ejusque liberi baronias et terras Montischatarii et Castriveteris de Rosano, sitas in Cathalonia habere deberent et eo casu, si haberent illas aut per eos staret quominus haberent, dicti vicecomitatus et terra Gavardani redirent ad Constantiam et predictam Margaritam, ipsius Mathe sorores tunc superstites, aut liberos earundem. Licet autem ordinatio prefata conditionalis extiterit, et per obitum dicte quondam Guillelme, liberis legitime non relictis, factus sit locus conditioni predicte, per quod videntur dicti vicecomitatus et terra ad dictam Margaritam, comitissam Fuxensem, redire debere, de tua tamen cancellaria littere regales te, ut supponimus, inscio, non per arresti seu judicati modum, cum nullum ut fertur, super hoc latum extiterit, set per viam mandati simplicis processerunt, quibus senescallo tuo Tholosano, nulla de conditione predicta et ejus effectu aut de cause cognitione, seu vocatione partium habita mentione, mandatur simpliciter et expresse quod castrum de Gavarreto et terram Gavardani predictam cum eorum juribus et pertinentiis liberari faciat dicte Mathe, comitisse Armaniaci, ac eidem in illis et nulli alii obediri; cujus occasione mandati quot animarum pericula, quot strages corporum, quot dispendia facultatum hucusque contigerint ipsa rei evidentia manifestat, quorum omnium causa fuisse videntur hii de quorum conniventia vel assensu tales littere apertam sapientes injuriam emanarunt. Et quia executio mandati ejusdem scandala poterat non pauca producere et animarum et corporum pericula gravia germinare, tibi paterne suasimus ut, donec videretur an inter partes exorta discordia tractatu sopiri posset amabili, suspendere velles executionem illius. Nec certe videmus, cum nec super hoc judicatum latum fuerit vel arrestum, utpote quod ferri juste non potuit ubi cause cognitio non precessit, quare sine tuo et partis prejudicio ac offensa justitie suspendi non valeat mandatum hujusmodi; quod cum, ut prefertur, injuriosum extiterit, non tam suspendendum esse dinoscitur, quam de juris debito reformandum; quod si forsan tibi vel tuo consilio aliter videatur, care fili, ne aliorum culpam in te periculose transfundas, et preteritorum et secuturorum ex ipsa executione malorum actor valeas non indigne notari. Nos enim de tua salute tuique regni tranquillitate solliciti, suggerendo tibi quod circa id nobis justum et expediens visum fuit debitum nostrum exolvimus, unde quecunque preter ista contingant, apud Deum et homines rationabiliter excusari debere putamus. Ceterum ad id quod adjecisti in tuum et regni tui prejudicium cedere si treugas inter tuos subditos per nos sustineres indici, et propterea circa revocationem treugarum inter partes indictarum easdem oportunum petisti remedium adhiberi, scire te volumus quod nec in hiis, nec in aliis, tibi aut regno tuo quorum jura illibata singulariter cupimus et intacta servari, prejudicare unquam intendimus, nec aliquid egimus in predictis quod non cuilibet episcopo in sua diocesi facere licuisset. De jure namque ad singulos spectat episcopos in suis diocesibus, exortationibus prius et tandem sua jurisdictione ac potestate compescere et revocare ad concordiam discordantes. Cumque ad nos singulariter pertinere noscitur animarum obviare periculis, et in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium pacem querere eamque facere diligentius observari, ex officii debito usi fuimus hoc jure licenter cum partes predictas, nunc nuntiis, nunc litteris, prius efficacibus exhortationibus, ad pacem habendam induximus, et cum exhortationes ipse non eum fructum quem optabamus haberent, partibus eisdem se hinc inde parantibus cum armigere gentis multitudine copiosa ad congressus bellicos committendos, ut obviaremus tot discriminibus animarum, quarum cura nobis est credita presertim ubi nec tu, nec carissimus in Christo filius noster Eduardus, rex Anglie illustris, qui se asserit inde tangi, adversus tot et tanta dispendia prospicere curabatis, treugas inter partes indiximus memoratas sub spe concordie inter illas interim, auctore Domino, reformande. In hoc, fili, non fuimus rem novam aut insuetam aggressi; nam et

felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, treugas inter quondam comitem, Fuxensem et prefatum comitem Armaniaci et nonnullos alios novimus indixisse; et nos in nostre promotionis exordio, inter dilectos filios nobiles viros Amanevum de Lebreto et Sancenerium de Pinibus, milites[3], ac processu temporis, inter Beraudum de Mercorio et Hugonem de Cabilone[4], ac nuper inter nonnullos nobiles in Matiscone ad invicem dissidentes, treugas indiximus, et aliquas prorogavimus ex indictis; set et nonnulli alii predecessores nostri, Romani pontifices, clare memorie Philippum, Francie, avum tuum et.., Castelle ac Legionis reges, gravi altrinsecus perturbatione commotos, ne alter invaderet alterum, vel quovis modo congrederentur hostiliter, per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terras eorum mandarunt apostolica auctoritate compesci, quod non minus fuit quam treugas inter regios indixisse subjectos. Et tamen nec tunc, nec alias usque modo de aliquo propterea prejudicio querela processit. Unde miramur et merito quod nunc, quibus nescimus ex causis, prejudiciale dicitur quod ob animarum salutem, ob regni tutelam et pacem sinceris affectibus fecimus, propter quod etiam gratis attoli commendationibus deberemus. Et profecto, fili, si consideranter advertis, si que possunt contingere non contempnis, improbanda non est, nec prejudicialis tibi aut regno censenda treugarum indictio, quia vel tibi, vel posteris, non modicum utilis esse posset, mutato statu temporis, quorum successus utinam tibi concedat Altissimus, ut affectamus, ad votum. Quicquid ergo tibi suadeant aliqui qui forte, non sicut nos, tibi et regno scirent aut vellent a prejudicialibus precavere, nec sinceriorem nobis gerunt ad tuorum et regni jurium conservationem affectum, nos in predictarum indictione treugarum nullum tibi fecisse prejudicium, set rem tuam et regni gessisse utiliter novimus, unde circa illas reformandum aliquid non videmus. Dat. III° idus septembris[5]. »

[1] 11 mai 1318 (nos 588-592).
[2] 15 juin 1318 (nos 622, 623).
[3] 16 septembre 1316 (nos 32-36).
[4] Voyez n° 583.
[5] Cf. Cette lettre postérieure aux dates mentionnées ci-dessus, est antérieure au décès de Marguerite de Foix, qui était connu à Avignon le 17 juin 1319 (n° 892). On verra ci-après (n° 705), que Mathieu de Varennes était, en effet, venu à la cour pontificale.

705 11 septembre 1318.

Eidem regi, quod dilatio particularis passagii usque ad instantem martii mensem concedi non possit, nisi obligatione dictum passagium eo tempore faciendi prius habita. (Reg. 109, fol. 150, c. 606; — Reg. 110, p. I, fol. 67 v°, c. 230.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, per quas retardationem passagii particularis[1] excusas benigne recepimus, et que dilectus filius nobilis vir Matheus de Varenis, miles et nuntius tuus, earum exhibitor, juxta commissam sibi per te credentiam de differendo ipso passagio usque ad mensem instantis martii tuo nomine petiit, pleno collegimus intellectu. Ad que, fili, succinte rescribimus quod, licet nobis et fratribus nostris ipsius acceleratio passagii non parum accepta fuisset, impedimentis tamen supervenientibus et presertim incompetentia temporis consideranter attentis, libenter annuissemus dilationi petite, si miles ipse regales litteras habuisset, quibus te potuisset ad faciendum per ipsum mensem martii dictum particulare passagium efficaciter obligare. Sed quia miles ipse facere nequivit obligationem hujusmodi, non fuit nobis et fratribus ipsis visum ad dilationis ejusdem concessionem debere procedi. Verum quum, sicut habuit militis ejusdem assertio, tu intra proximum festum Omnium Sanctorum mittere disponis peccuniam pro ipso particulari passagio destinatam, ut ex tunc galeis faciendis[2] et aliis preparatoriis dicti passagii in mense faciendi prefato exacta diligentia intendatur, expedit ut et simul cum ipsa pecunia mittas militem ipsum, vel alium qui plenum mandatum et sufficientem habeat potestatem, te, ut predicitur, obligandi ad dictum passagium per eundem mensem martii faciendum, ut sic tibi valeat dilatio petita concedi. Dat. III idus septembris, anno III[3]. »

[1] Voyez, au sujet de cette expédition (n° 511, note 2).
[2] Voyez n° 784.
[3] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 109.

706 Avignon, 12 septembre [1318].

Eidem regi, informationem de Petri de Palude in Flandria gestis factam mittit. (Reg. 109, fol. 150, c. 605; — Reg. 110, p. I, fol. 71, c. 241.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Per tuas nobis litteras diebus proximis intimasti qualiter audieras dilectum filium Petrum de Palude ordinis fratrum Predicatorum super aliquibus nobis fuisse delatum, et licet fama notaque sufficientia ac laudabilibus ejus aliis meritis attente pensatis, probabiliter crederes eum, si forte defecerat, potius ex simplicitate vel ignorantia quam ex malitia vel proposito defecisse, quia tamen nos super delatis que te quasi latebant eramus plenius informati et proinde illa ponderare justius poteramus, supplices curasti preces adicere, ut erga ipsum fratrem Petrum si reus in aliquo forsitan appareret, rigorem vellemus mansuetudine temperare. Ad que, fili carissime, noveris quod super hiis que de ipso fratre Petro nostrum pulsarunt auditum, tam cum ipso quam cum juratis testibus utique fide dignis, nos diligenter informare curavimus, et ecce informationem inde factam sub nostro inclusam anulo tibi, cui dicti fratris Petri conditio, mores et merita sunt notiora quam nobis, et qui proinde verba ejus in eadem informatione contenta notari melius et interpretari rectius poteris, per dilectum filium Matheum de Varenis, militem tuum et nuntium, exhibitorem presentium, destinamus, nec obmittimus quod ipsum fratrem Petrum per juramentum interrogavimus an aliqua fecisset in Flandria vel dixisset, per que Flandrenses deberent duriores quomodolibet effici aut in discordia seu pertinacia consueta nutriri, qui jurato asseruit se nec fecisse tale aliquid nec dixisse. Tu ergo, fili, predictam informationem videre vel audire cum diligentia poteris, quicquid inde tibi videbitur nobis celeriter rescripturus, ut exinde collecto tue beneplacito voluntatis, in hiis que erga dictum fratrem Petrum agenda fuerint consultius procedamus. Dat. III idus septembris [1]. »

[1] Cf. L'enquête faite contre Pierre de la Palu, dont la mission datait du 1er avril (nos 538-552), fut commencée le 1er juillet 1318, comme l'indique le compte rendu que nous en possédons (Bib. nat., ms. lat. 4246, fol. 70-86; — Baluze, *Miscellanea*, éd. Mansi, t. II, pp. 251-257 : « *Acta inquisitionis a Johanne XXII institutæ adversus Petrum de Palude ordinis Prædicatorum, cum responsionibus ejusdem.* » La lettre que nous publions ci-dessus est certainement de la même année.

707 Avignon, 14 septembre [1318].

Petro Durandi ut in manibus Andreæ Porcherii, canonici Andegavensis, collegæ sui, juramentum de colligendis fideliter eis quæ de proventibus quondam episcopatus Tolosani, a die divisionis ipsius usque ad festum sancti Johannis Baptistæ proxime præteritum, in blado, vino, pecunia et carnalagiis colligenda supersunt et apostolicæ Sedi reservata sunt, præstet. (Reg. 109, fol. 153, c. 631; — Reg. 110, p. II, fol. 20 v°, c. 108 et 664.)

« *Dilecto filio Petro Durandi, decano secularis ecclesie Montisregalis, diocesis Carcassonensis.* Cum per alias — Dat. Avinione, XVIII kal. octobris [1]. »

[1] Cf. Cette lettre n'a pu être écrite qu'au moment où Pierre Durand venait d'être chargé de la mission ici mentionnée; or cette mission, nous l'avons vu, date du 5 septembre 1318 (nos 698-702).

708 [30 juillet — 17 septembre 1318.]

Henrico Soliaci respondet quod personas requisitas pro pace Flandriæ apud Compendium tractanda mitti non possunt, alias autem breviter se transmissurum promittit. (Reg. 109, fol. 150 v°, c. 607; — Reg. 110, p. I, fol. 73 v°, c. 257.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Litteras tuas, fili, nobis noviter presentatas benigne recepimus, et que de acceptatione persone per nos tibi nominate secreto pro negotio Flandrie apud Compendium destinande, ac de adjungendo sibi venerabili fratre nostro Durando, episcopo Aniciensi, nobis inter cetera significare curasti, intelleximus diligenter; ad quod scire te volumus quod cum de persona ipsius tibi nominata petiissemus per te nobis cum omni celeritate rescribi [1], ex tanta scriptionis tarditate, quam ut asseris causavit regis in remotum absentia, quadam conjectura putavimus quod aut ipsa persona non esset pro ipso negotio fortassis accepta, aut quod idem negotium quoad persone missionem alicujus neglectui haberetur. Sicque inter moras, Januensium occurente gravi dissidio quo intrinseci et extrinseci cives periculosissime se junguntur,

ac imminentibus consideratis attente periculis quibus carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie illustris, cum consorte ac fratribus suis ac fidelium suorum multitudine numerosa, presens in Janua, probabiliter ex Januensium ipsorum discordia subjacebat, nos illis obviare paterno cupientes affectu, prefatam personam per nos tibi nominatam veluti dicto regi cognitam atque gratam, et in cujus fidelitate rex ipse fiducia secura recumbit, per paucos dies ante receptionem tuarum litterarum in partes illas propterea fiducialiter miseramus; unde cum de ipsius celeri reditu non speretur, via missionis ipsius sublata videtur, set nec episcopum Aniciensem utiliter mittere possumus, cum sit a partibus istis absens, nec informare possumus eundem super ipso negotio, nec scire possumus an sanus vel infirmus existat vel alias indispositus ad eundum, et termini brevitas quo habet tractatus haberi Compendii, longam non patitur circa hec moram trahi. De aliis, religiosis aut secularibus, oportuno tempore destinandis, qui et regi placere debeant, et pro ipso negotio utiles et sufficientes existant, consulte prestabimus eos absque more dispendio transmissuri. Dat. ut supra[2]. »

[1] 30 juillet 1318 (n° 668).

[2] Nous ne croyons pas pouvoir tenir compte ici de la formule *ut supra*, qui ne se trouve que dans le registre 109 et correspondrait au 11 septembre 1318, date fort admissible d'ailleurs (Voyez n° 705, et, au sujet de cette formule, ce que nous avons dit plus haut, n° 5, note). Dans tous les cas cette lettre est postérieure à celle du 30 juillet 1318, mentionnée dans la note précédente et par laquelle Jean XXII avait demandé à Henri de Sully son avis sur la personne qu'il jugeait propre à négocier la paix de Flandre. Elle est antérieure, d'autre part, au 17 septembre 1318 (n° 710), puisqu'à ce moment le choix du pape était fixé. On sait que dans cet intervalle Philippe V était allé en Normandie (Cf. itinéraire de ce roi dans : *Historiens de France*, t. XXI, p. 476-477). Ce que Jean XXII dit ici de la personne qu'il avait d'abord choisie nous permet de croire qu'il s'agit soit de l'évêque de Troyes, Raoul Rousselet, soit de son collègue, Pierre « Textoris » abbé de saint Sernin de Toulouse, qui furent envoyés à Gênes le 25 août 1318 (Voyez n° 161, note 8).

709 Avignon, 17 septembre 1318.

Cassantur et annullantur quæcumque litteræ vel privilegia per quæ posset derogari in aliquo divisioni factæ de episcopatu Tolosano. (Reg. 109, fol. 153, c. 632; fol. 200, c. 752; — Reg. 110, p. II, fol. 21, c. 111 et 667; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 14, pars II, n° 6.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Cum ex more — Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

710 Avignon, 17 septembre 1318.

Bernardo Guidonis, inquisitori hereticæ pravitatis in regno Franciæ et Bertrando de Turre, sacræ theologiæ magistro, nuntiis apostolicis, mandat ut Compendium, die qua Gallici et Flandrenses convenire debent, personaliter eant, litteras apostolicas eis præsentent eosque ad concordandum inducant. (Reg. 109, fol. 153 v°, c. 633; — Reg. 110, p. I, fol. 22 v°, c. 80; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 157, n° 338, non publié.)

« *Dilectis filiis fratribus Bernardo Guidonis, inquisitori heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputato, Predicatorum, et Bertrando de Turre, sacre theologie magistro, ministro provinciali Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntiis*. Clamavimus hactenus et quasi tuba exaltavimus vocem nostram, dilectum filium nobilem virum Robertum comitem, scabinos, burgemagistros ac comunitates et universitates villarum et locorum comitatus Flandrie, nunc litteris, nunc solennibus nuntiis, retrahere satagentes ab invio, et ad viam reducere tranquillitatis et pacis. Expectavimus pacem vel, ut loquamur verius, pacis dudum inter clare memorie Philippum, regem Francie, ac ipsum comitem suosque Flandrenses concorditer inite solidam firmitatem, sed hucusque non venit, eisdem comite ac Flandrensibus salubres suasiones nostras obaudientibus et declinantibus ad dissidiorum incommoda, concordie semitis derelictis. Quesivimus bona una cum ipsius comitis ac comunitatum et universitatum nuntiis in nostra presentibus curia, vias et modos investigando sollicite quibus ipsa tute posset solidari concordia, nostrumque circa securitates super hoc hinc inde prestandas salutare consilium multa digestum maturitate prebendo[1]; set ipso comite ac comunitatibus et universitatibus antedictis pacis consilia inire nolentibus, potius occurrit hactenus infesta turbatio, quam arriserit optate pacificationis applausus; et licet idem comes post hec suis nobis litteris scripserit quod pacis habende cum

carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri, negotium exitum sperabat habere votivum, et dilectus filius Symon Vastyn, familiaris ejus, tunc in curia nostra presens, cui comes ipse super hoc scripserat et ad cujus relationem nos proinde remisit, litteras ipsius comitis sibi missas nobis exhibuerit, quarum series ipsum ostendit comitem laudabilem habere ad pacem affectum, nondum tamen, de quo dolemus indubie, per amabilis executionis effectum, res successit spei exinde concepte[2]; unde nimirum stupemus de abisso divini judicii a quo pacis hosti, humani generis inimico, tanta est permissa potestas pacis hujusmodi comodum perturbandi, verum quoniam, sicut letanter audivimus, treuge sunt inter regem ipsum ac eundem comitem ceterosque Flandrenses usque ad Pascha proximum inite sub spe pacis interim, auctore Domino, solidande, super quo de comuni consensu certa dies est assignata Compendii, quibus die et loco ipsorum comitis, scabinorum, burgemagistrorum, comunitatum et universitatum procuratores seu nuntii debent cum regalibus nuntiis convenire[3], nos adhuc in qualicunque pacis firmande fiducia, nisi, quod absit, per ipsum comitem aut predictos procuratores seu nuntios steterit, respirantes, per alias nostras certi tenoris litteras[4] predictos procuratores seu nuntios salutari commonitorio monemus efficaciter et hortamur quatenus, quieta meditatione pensato quot animarum pericula, quot strages corporum, quotve dispendia facultatum induxerit usque modo Flandrensis guerre commotio, quamque dampnosa prepedia ingesserit piis Dei negotiis et specialiter Terre Sancte succursui, quibus omnibus causam prebent quicumque ab hujus concordie solidatione declinant, nec ab intuitu sue considerationis excluso quot bona ex ipsius pacis firmitate consurgent, et quam prompta sequetur et grata negotiorum Dei promotio, et specialiter predicti succursus ad quem singulariter vota nostra direximus, treugis pendentibus memoratis, et maxime in tractatu die et loco predictis habendo, sic pro parte ipsorum comitis, scabinorum, burgemagistrorum ac comunitatum seu universitatum se habilitant ad pacem cum rege predicto firmandam, quod ipse comes, scabini, burgemagistri, comunitates et universitates, juxta eximii prophetarum eloquium, pacem videantur ferventer inquirere eamque persequi toto corde, nec inveniantur patientia divine longanimitatis abuti que ipsos ad penitentiam de commissis debet adducere, ne iram in die ire sibi, si aliter fecerint, thesaurizent, cum verendum sit pariter et horrendum ne ipsum Deum hucusque longanimem, cui impedimenta succursus predicti non leviter displicere creduntur, ultorem acerrimum, cum in brevi ira ejus exarserit, juste probeat. Sed quia dilecti filii nobiles viri Ludovicus, comes Nivernensis, primogenitus et Robertus, frater ejus, filius comitis antedicti, vel eorum alter, ipsis die et loco presentes esse forsitan poterunt, eis per speciales litteras suademus[5] ut nedum ad premissa, prout ad eos pertinet, se promptos et faciles prebeant, quin etiam predictum genitorem eorum, ac ejus et comunitatum et universitatum predictarum procuratores et nuntios ad ea implenda fideliter et solerter inducant. Quia igitur ad pacis solidationem ejusdem intensis desideriis aspiramus, et propterea ad predicta et alia circa hec oportuna predictis procuratoribus seu nuntiis explicanda, vos et vestrum quemlibet de quorum fidelitate, industria et circumspectione plenam ab experto fiduciam gerimus, ministros ydoneos, de fratrum nostrorum consilio, duximus eligendos, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, prudenter attento quod negotium hujusmodi multum insidens cordi nostro vobis committimus confidenter, ad partes illas vos personaliter conferatis absque more dispendio, sic quod die et loco predictis cum eisdem procuratoribus seu nuntiis, duce Domino, infallibiliter concurratis, presentaturi tam ipsis quam comiti Nivernensi et Roberto predictis, si presentes inibi fuerint, aut illi ex eis qui tunc ibidem interit, litteras apostolicas sibi ex parte nostra directas, ac nostrum ad pacis soliditatem affectum, et premissa omnia et singula et alia que ad hec videritis expedire expondituri diligenter eisdem, nec non ipsos juxta datum vobis ex alto prudentiam ad firmandam pacem predictam, difficultatibus solitis et aliis quibuscunque sublatis, sollicitis monitis et efficacibus persuasionibus inducturi; nec illud vos omittere volumus set patenter exprimere quod, si comes ipse suique Flandrenses, prout optamus, se exhibuerint ad predicta cum effectu benivolos atque promptos, paterne caritatis sinum

explicare sibi disponimus, et in quibus cum Deo licebit eis favorabiliter complacere; alioquin illis aliter se gerentibus deferre contra Deum et commoda publica nequaquam intendimus, nec causam tanti discriminis ulterius sustinere, sed adversus illam providere curabimus, prout expediens fuerit, per oportuna remedia que rei qualitas suggeret et Dominus ministrabit. Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

[1] Voyez nos 491, 492.
[2] Voyez no 666.
[3] *Ib.*, note 2. Le rendez-vous avait été fixé pour le 8 octobre. L'acte notarié où se trouve le résultat de cette entrevue est daté du 11 octobre 1318 (Arch. nat., J. 562B, no 30).
[4] Nos 711, 712.
[5] Nos 713-715.

711 Avignon, 17 septembre 1318.

Procuratoribus Roberti, comitis Flandriæ, ut prædictorum nuntiorum consiliis acquiescant. (Reg. 109, fol. 154, c. 634; — Reg. 110, p. i, fol. 35 vo, c. 107; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 157, no 339, non publié.)

« *Dilectis filiis procuratoribus seu nuntiis dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Clamavimus hactenus et quasi tuba exaltavimus vocem nostram, dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem Flandrie, nunc litteris, nunc solennibus nuntiis[1] — certa dies est assignata Compendii, quibus die et loco vos, ipsius nomine comitis, interesse debetis, adhuc in qualicunque pacis firmande fiducia, nisi, quod absit, per ipsum comitem aut vos forsitan steterit, respiramus; propter quod discretionem vestram salutari commonitorio monendam providimus et hortandam quatinus, quieta meditatione — thesauriset. Verendum etenim est ne ipsum Deum hucusque longanimem, cui impedimenta succursus predicti non leviter, ut creditur, displicent, acerrimum, cum in brevi ira ejus exarserit, juxte probet ultorem. Nos autem ad pacis soliditatem hujusmodi intensis desideriis aspirantes, si comes ipse, prout optamus, se exhibuerit ad illam benivolum atque promptum, paterne caritatis sinum explicare sibi disponimus — Dominus ministrabit. Et ecce ad hec et alia vobis pro parte nostra plenius explicanda, dilectos filios fratres Bernardum Guidonis, inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputatum, Predicatorum, et Bertrandum de Turre, sacre theologie magistrum, ministrum provincialem Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntios, de quibus plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad diem et locos predictos providimus destinandos, quibus vel eorum alteri, in hiis que in predictis et circa ea vobis ex parte nostra retulerint, fidem petimus credulam adhiberi. Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

[1] Les passages supprimés correspondent aux passages analogues de la lettre précédente, *mutatis mutandis*.

712 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Syndicis et procuratoribus villarum et locorum comitatus Flandriæ de eodem. (Reg. 109, fol. 155, c. 635; — Reg. 110, p. i, fol. 36, c. 108.)

« *Dilectis filiis sindicis, procuratoribus seu nuntiis scabinorum, burgemagistrorum ac communitatum et universitatum villarum et locorum comitatus Flandrie.* Clamavimus etc. — Datum ut supra[1]. »

[1] No 711.

713 Avignon, 17 septembre 1318.

Roberto, comitis Flandriæ filio, ut ad pacem se promptum et favorabilem reddat genitoremque suum et communitates ad hoc inducat. (Reg. 109, fol. 155, c. 637; — Reg. 110, p. i, fol. 33, c. 102.)

« *Nobili viro Roberto, dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie, filio.* Grandis affectus quem ad solidandam pacem Flandrie gerimus nos inducit ea circa illam tibi suggerere in quibus, si prudenter advertis, nostram et cujusvis debes instantiam prevenire. Ecce namque, fili, de treugis inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ac genitorem tuum suosque Flandrenses usque ad Pascha proximum initis, quarum fedus pacis inducit imaginem, percepimus leta nova, et quod de comuni consensu certa dies est assignata Compendii pro habendo super ipsius pacis solidatione tractatu, gratanter audivimus[1], in optate pacis

fiducia quodam modo respiramus; propter quod nobilitatem tuam monendam providimus et hortandam quatinus, quieta meditatione considerans quot animarum pericula, quot strages corporum, quotve dispendia facultatum induxerit usque modo Flandrensis guerre commotio, quamque dampnosa prepedia ingesserit piis Dei negotiis et specialiter Terre Sancte succursui, quibus omnibus causam prebent quicumque ab hujusmodi concordie solidatione declinant, nec ab intuitu tue considerationis excluso quot bona ex ipsius pacis firmitate consurgent, et quam prompta sequetur et grata negotiorum Dei promotio, et specialiter predicti succursus ad quem singulariter vota nostra direximus, nunc, quando die et loco predictis debent pro pace firmanda ipsius genitoris tui ac communitatum et universitatum Flandrensium procuratores seu nuntii cum nuntiis regalibus convenire, nedum ad ipsius pacis solidationem, prout ad te pertinet, te promptum et facilem, sublatis difficultatibus quibuslibet, prebeas, quin etiam nuntios ad id fideliter et solerter inducas. In hiis, fili, quesumus, non torpeas otio, sed quodcunque manus tua potest opereris instantius, ut pacis bonum quod bona continet universa, laudabiliter videaris inquirere eumque illudque prosequi toto corde; nec ab hiis te aliquatenus retrahat cujusvis private utilitatis ambitio, quin immo preponderet in nobilitatis tue judicio et recto libramine rationis publica que ex hujusmodi solidatione proveniet toti orbi comoditas, et precipue Terre Sancte que speratum suscipiet exinde compendium ad quod cuncti christicole pium declinare tenentur affectum. Per hoc etenim regis pacifico qui est liberationis dicte Terre zelator, placebis indubie, ac dicti genitoris et tua evidenter exinde comoda promovebis; nosque, qui ad pacis ipsius solidationem multum afficimur, tuam inde solertiam cum apostolici exhibitione favoris condignis in Domino laudibus attollemus. Hec autem tibi pro parte nostra plenius explicanda dilectis filiis fratribus Bernardo Guidonis, inquisitori heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputato, Predicatorum, et Bertrando de Turre, sacre theologie magistro, ministro provinciali Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntiis vel eorum alteri, de quibus plenam in Domino fiduciam obtinemus, duximus committenda, quibus circa ea que in predictis retulerint, fidem petimus credulam adhiberi. Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

[1] Voyez n° 710, note 3.

711 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Ludovicum, comitem Nivernensem, similiter ad pacem hortatur. (Reg. 109, fol. 155, c. 636; — Reg. 110, p. 1, fol. 32 v°, c. 97.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Nivernensi, primogenito dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Sepe tibi, fili, affectu paterno suggessisse meminimus ut erga carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, cui teneris ut domino, debitum fidelitatis, exsolveres et ad ejus obedientiam devote redires; sed et nunc indulgentias, remissiones et gratias quibus rex ipse te fuit prosecutus [1] humane, ante tue considerationis oculos adducentes, nobilitatem tuam iterato commonitorio suademus quatinus, illas gratis affectibus ad memoriam revocans et ad eas te prout et condecet gratum reddens, reditum ipsum nullatenus differas, set eo laudabilius quo celerius ad obedientie regie cultum et fidei, in humilitatis spiritu constanti perseverantia te reducas. Illud etiam tibi consulimus bona fide quatinus, quieta meditatione considerans quot animarum pericula, strages corporum et dispendia facultatum induxerit hactenus Flandrensis guerre commotio, quam dampnosa prepedia ingesserit piis Dei negotiis et specialiter Terre Sancte succursui, quibus omnibus causam prebent quicumque pacis et concordie semitas non cognoscunt, nec ab intuitu tue considerationis excludens quot bona ex pace solidanda consurgent quamque prompta sequetur et grata promotio negotiorum Dei, et specialiter predicti succursus ad quem vota nostra direximus, nunc quum, sicut letanter audivimus, treuge sunt inter regem ipsum et tuum inite genitorem, in quibus et tu signanter includeris, certaque dies est assignata Compendii, quibus die et loco pro habendo super pacis solidatione tractatu ipsius genitoris tui ac comunitatum et universitatum Flandrensium procuratores seu nunt

debent cum nuntiis regalibus convenire[2], nedum ad ipsius pacis solidationem, prout ad te pertinet, te promptum et facilem prebeas, quin etiam predictum genitorem tuum ac ejus et comunitatum et universitatum predictarum procuratores et nuntios ad id fideliter et solerter inducas. In hiis, fili, quesumus, non torpeas otio, set quodcumque manus tua potest opereris instantius, ut pacis bonum quod bona continet universa laudabiliter videaris inquirere eumque prosequi corde toto. Per hoc etenim regi pacifico, qui est liberationis dicte Terre zelator, placebis indubie, et apud dictum regem Francie, dominum tuum cui etiam super hoc scribimus, reconsiliatonis tue via poterit patere facilior, tuaque exinde comoda efficaciter promovebis, et nos qui ad pacis ipsius solidationem multum afficimur, tuam inde solertiam cum apostolici exhibitione favoris condignis in Domino laudibus attollemus. Hec autem tibi pro parte nostra explicanda dilectis filiis fratribus Bernardo Guidonis, inquisitori heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputato, Predicatorum, et Bertrando de Turre, sacre theologie magistro, ministro provinciali Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntiis vel eorum alteri, de quibus plenam in Domino fiduciam obtinemus, duximus committenda, quibus circa ea que in predictis retulerint, fidem petimus credulam adhiberi. Dat. ut supra[3]. »

[1] Nous savons que, dès le 13 septembre 1317, Philippe V avait restitué à Louis son comté de Nevers (Voyez n° 394, note 3).

[2] Voyez n° 710, note 3.

[3] N° 711. Cette mention *ut supra* ne se trouve que dans le registre 109 et avec raison, puisque dans le registre 110 elle correspondrait au 29 juillet 1318 (n° 666).

715 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Prædicto Ludovico de eodem in forma diversa, cum clausula comminatoria. (Reg. 110, p. I, fol. 33, c. 98.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Nivernensi et Regi[te]stensi, primogenito nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Sepe tibi, fili, affectu paterno suasisse meminimus[1] — ante tue considerationis oculos adducentes, nedum id ipsum quod tibi prorsus expedire supponimus iterato commonitorio suademus, quin etiam nobilitati tue consulimus bona fide quatinus, quieta meditatione considerans etc. ut supra usque direximus, pendentibus treugis nunc inter regem ipsum et tuum initis genitorem, non torpeas otio, sed quodcumque manus tua potest opereris instantius, ut ipse tuus genitor animum suum habilitet ad pacem cum rege predicto solide reformandam, sic quod, juxta eximii prophetarum eloquium, pacis bonum quod bona continet universa, laudabiliter videatur inquirere eumque prosequi toto corde. Per hoc etenim regi pacifico placebis indubie, et apud dictum regem, dominum tuum, reconsiliationis tue via poterit patere facilior, tua evidenter promovebis exinde compendia, nosque qui ad pacis ipsius solidationem multum afficimur, tuam inde solertiam cum apostolici exhibitione favoris condignis in Domino laudibus attollemus. Porro si, quod absit, genitor ipse consilium pacis abjecerit, patientia divine longanimitatis abutens, que ipsum ad penitentiam de commissis debet adducere, verendum est ne sibi in die ire iram Domini thesaurizans, cum cui impedimentum succursus predicti non leviter, ut creditur, displicet, ultorem acerrimum, cum in brevi ira ejus exarserit, juste probet[2]. »

[1] Les passages supprimés correspondent aux passages analogues de la lettre précédente.

[2] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que celle qui précède. Voyez, à ce sujet, n° 76, note 1.

716 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Henrico de Flandria ut Robertum, comitem Flandriæ, ad pacem inducat. (Reg. 110, p. I, fol. 33, c. 99.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico de Flandria, comiti de Laudo.* Grandis affectus quem ad [solidandam] pacem Flandrie gerimus nos inducit ea circa illam tibi suggerere in quibus, si prudenter advertis, nostram debes et cujusvis instantiam prevenire. Ecce, fili, de treugarum initione quarum fedus pacis inducit imaginem[1] leta nova percepimus, ex quibus in peroptate pacis fiducia quodam modo respiramus, propter quod nobilitatem tuam monendam providimus et hortandam quatinus, quieta meditatione considerans etc. ut supra[2] usque direximus, treugis pendentibus memoratis, non torpeas otio, sed quodcumque manus tua

potest opereris instantius ut dilectus filius nobilis vir Robertus, comes Flandrie, animum suum habilitet ad pacem cum rege solide reformandam, sic quod etc. ut supra[3] in proxima usque indubie, ac dicti comitis et tua evidenter promovebis exinde compendia, nosque etc. usque attollemus. Et si, quod absit, comes ipse consilium pacis etc. usque in finem. »

[1] Voyez n° 666, note 2.
[2] Voyez pour la suite n° 714.
[3] Voyez pour la suite et les autres passages supprimés, n° 715.

717 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Roberto, comitis Flandriæ filio, iterum de dicta pace, cum clausula comminatoria. (Reg. 110, p. I, fol. 33, c. 100.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie, filio.* Grandis affectus etc.[1] ut in proxima usque opereris instantius ut genitor tuus animum suum etc.[2] usque indubie, ac dicti genitoris et tua evidenter promovebis exinde compendia, nosque etc. usque attollemus. Et si, quod absit, genitor ipse tuus consilium pacis etc. usque in finem. »

[1] Voyez n° 716.
[2] Pour les passages supprimés et la date, voyez n° 715.

718 [Avignon, 17 septembre 1318.]

Dominæ Cociaci, ut dictum Robertum, genitorem suum, ad pacem inducat. (Reg. 110, p. I, fol. 33, c. 101.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis Flandrie, primogenite, domine Cuyssiaci.* Grandis affectus etc.[1] usque prevenire. Ecce, filia, de treugarum etc. ut in proxima usque indubie, cujus velut pacifica filia Dei vocari mereberis, ac dicti genitoris etc[2]. usque in finem. »

[1] Voyez n° 716.
[2] Pour les autres passages supprimés et la date, voyez nos 715 et 717.

719 17 septembre 1318.

Philippum, regem Franciæ, de nuntiorum apostolicorum missione certiorem facit eumque ad clementiam erga Flandrenses hortatur. (Reg. 109 fol. 156, c. 638; — Reg. 110, p. I, fol. 49 v°, c. 161.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, dilectos filios fratres Bernardum Guidonis, inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputatum, Predicatorum, et Bertrandum de Turre, sacre theologie magistrum, ministrum provincialem Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntios, latores presentium, viros utique de quorum prudentia et circumspectione in arduis per nos alias sibi commissis probata confidimus, et quos veluti de regno tuo Francie oriundos tibi fideles in omnibus regiique fore zelatores honoris certa quasi verisimilitudo promittit, et a quibus etiam ex habundanti de implendis ac exequendis solerter atque fideliter omnibus sibi per nos fidenter impositis recepimus juramentum, apud Compendium ubi in octabis instantis festi sancti Remigii[1] procuratores et nuntii dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis ac communitatum et universitatum Flandrie debent cum tuis nuntiis convenire, pro habendo super pacis solidatione tractatu quem Dominus, ut optamus, ad exitum votivum adducat, duximus destinandos, per patentes nostras commissionis litteras[2] eisdem injuncto ut die ac loco predictis, cum eisdem procuratoribus seu nuntiis Flandrie concurrentes, tam ipsis quam dilectis filiis nobilibus viris Ludovico, comiti Nivernensi, primogenito, et Roberto ejus fratri, filio dicti comitis Flandrie, si presentes inibi fuerint, aut illi ex eis qui tunc ibidem forsan intererit, presentent litteras apostolicas sibi ex parte nostra directas, ac nostrum ad pacis soliditatem affectum exponant diligenter eisdem, nec non ipsos juxta datam sibi ex alto prudentiam, ad firmandum pacem ipsam, difficultatibus solitis et aliis quibuscumque sublatis, solicitis monitis et efficacibus persuasionibus inducere non omittant, ac demum eis, quod absit, eorum salubria monita ducentibus forte contemptui, patenter exprimant quod eorum deferre pertinacie contra Deum et commoda publica nequa-

quam intendimus nec causam tanti discriminis ulterius sustinere, sed adversus illam providere curabimus, prout expediens fuerit, per oportuna remedia que rei qualitas suggeret et Dominus ministrabit. Ipsos itaque nuntios regie celsitudini commendantes, eandem paternis affectibus obsecramus in pacis auctore, ut dispendiis gravibus innumerisque periculis que recidivum guerre produceret, ac comoditatibus et bonis immensis et specialiter circa Terre Sancte subsidium que pacis predicte soliditas germinabit consideranter attentis, sic ad ipsius pacis solidationem regalem inclines laudabiliter animum, quod in omnem casum Deo et hominibus tua circa id puritas liqueat, et illum quem ad ultramarinum passagium habere te asseris, evidenter ostendere videaris affectum. De forma vero litterarum per nos dictis procuratoribus et nuntiis Flandrie super hiis directarum[3], per seriem commissionis nuntiorum ipsorum que facta est ad instar illarum, ac de earum tenore quas mittimus comiti Nivernensi et Roberto predictis[4], per transcriptum illarum ipsis nuntiis assignatum informari poteris, si placebit. Ceterum, amantissime fili, pietatem regiam obnixe precamur, nichilominus consulentes, quatinus si Flandrenses predicti per debitam solidationem pacis ad obedientiam tuam, tangente Domino cor eorum, congruentibus penitentie signis devote redierint, tu prudenter attento quod regalis thronus firmatur humana clementia, quodque magnum et honestum vindicte genus esse describitur pie ignoscere, et magnanimitatis est vindicare potuisse reputare vindictam, instar Salvatoris tui, preteritarum immemor offensarum, earumque precipue quas dictus comes Nivernensis totiens reproba levitate commisit, eos et maxime comitem memoratum, ut ubi habundavit delictum, superhabundet et gratia, et circa illum superexaltata judicio benignitas regalis appareat, ad sinum tue miserationis, et gratiam plene reconciliationis admittas, ut per id super eorum capita carbones congeras caritatis, ac ipsos ad devotionem et fidelitatem tuam indefesso proposito, multe benignitatis exhibitione, confirmes. Est etenim probabili conjectura sperandum quod eo plenius serenitati regie sincere fidelitatis vinculis astringentur quo erga se benivolentiam tuam in plene remissionis promptitudine senserint promptiorem. Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, n° 710, note 4.
[2] N° 710.
[3] N°s 711, 712.
[4] N°s 713-715, 717.

720 Avignon, 17 septembre [1318].

Henri Soliaci eosdem nuntios commendat. (Reg. 109, fol. 156 v°, c. 639; — Reg. 110, p. i, fol. 74, c. 258.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Ecce, fili, dilectos filios fratres Bernardum Guidonis, inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputatum, Predicatorum, et Bernardum de Turre, sacre theologie magistrum, ministrum provincialem Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntios, latores presentium, viros utique de quorum prudentia et circumspectione in arduis per nos alias sibi commissis probata confidimus, et quos veluti de regno Francie oriundos excellentie regie fideles regiique fore zelatores honoris certa quasi verisimilitudo promittit, et a quibus etiam ex habundanti de implendis ac exequendis solerter atque fideliter omnibus sibi per nos fidenter impositis recepimus juramentum, apud Compendium ubi in octabis instantis festi sancti Remigii procuratores et nuntii dilecti filii nobilis viri Roberti, comitis ac communitatum et universitatum Flandrie debent cum regiis nuntiis convenire, pro habendo super pacis solidatione tractatu quem Dominus, ut optamus, ad exitum votivum adducat, duximus destinandos, per patentes nostras commissionis litteras[1] eisdem injuncto ut — Dominus ministrabit. Ipsos, itaque nuntios nobilitati tue propensius commendantes, eandem affectuose requirimus et rogamus quatinus ipsos, qui tibi omnia per nos sibi commissa circa negotium ipsum aperient, dirigas in hiis que agenda incumbent. Dat. Avinione, xv kal. octobris[2]. »

[1] N° 710. Le passage suivant, supprimé ici, se retrouve dans la lettre précédente.
[2] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que les précédentes (n°s 710-719).

721 Avignon, 17 septembre 1318.

Philippo, regi Franciæ, ut Austorgio, domino de Petra, domicello, qui nonnulla negotia in curia regia expedire habet, se favorabilem exhibere velit. (Reg. 109, fol. 159, c. 654[1]; — Reg. 110, p. i, fol. 71, c. 240.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, xv kal. octobris, anno tertio. »

[1] Dans le registre 109, le même acte, sauf trois mots, a été une seconde fois enregistré à la suite de celui-ci, par erreur, puisqu'il a été barré, ne porte aucun numéro et que le mot *va-cat* a été inscrit dans la marge. La date de l'année ne se trouve que dans le registre 109.

722 17 septembre 1318.

Episcopo Nivernensi ut ab omni injuria erga scolares civitatis Nivernensis se abstinens, bona illorum qui ab intestato decedunt non occupet contra juris formam, nec permittat curatos pro sepulturis eorum taxationes imponere. (Reg. 110, p. ii, fol. 56 v°, c. 272 et 917.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Nivernensi.* Ad grande, frater — Dat. xv kal. octobris, anno tertio. »

723 Avignon, 18 septembre [1317-1318].

Ademarum de Pictavia rogat ut Guidoni Delphini, domino Montisalbani, quem ad eum mittit, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 85 v°, c. 364; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 66 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 182.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario de Pictavia, militi, domino*[1]... Cum quedam tuam et nonnullorum nobis amicitia conjunctorum personas contingentia dilecto filio nobili viro Guidoni Delfini, militi, domino baronie Montisalbani, familiari nostro, exhibitori presentium fiducialiter committenda duxerimus pro parte nostra tibi verbotenus referenda, devotionem tuam requirimus et rogamus attente quatenus eidem Guidoni, prout exigit ipsius nota tibi conditio, in hiis que circa premissa tibi retulerit, fidem cures indubiam adhibere. Dat. Avinione, xiiii kal. octobris[2]. »

[1] Ce mot, suivi d'un blanc, ne se trouve pas dans le manuscrit de Cambrai, ni dans celui de la Bibliothèque nationale.

[2] Cf. Cette lettre étant datée d'Avignon et du 17 septembre ne peut être de 1316 (Voyez n° 1, note); elle ne peut être de 1319, puisque Gui de la Tour, seigneur de Montauban, était mort avant le 4 mars de cette année (Voyez n° 786, note).

724 Avignon, 18 septembre [1318].

Johannæ, reginæ Franciæ, duas litteras quas Petrus de Anceyo, presbyter Cabilonensis, benificii obtinendi causa fieri fecerat et ejusdem reginæ falso sigillo munierat, transmittit. (Reg. 109, fol. 152, c. 630; — Reg. 110, p. ii, fol. 16, c. 92.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Veniens pridem ad Romanam curiam Petrus de Anceyo, presbyter Cabilonensis diocesis, binas rogatorias detulit litteras secum, scriptas in gallico, sub tuo nomine confectas, et titulo tuoque, ut prima facie apparebat, sigillo munitas, quarum altera nobis super ipsius promotione presbyteri, et alia respectiva dirigebatur dilecto filio Petro, tituli sancte Susanne presbytero cardinali; quas equidem litteras predictus cardinalis et dilectus filius magister Petrus Fabri, prepositus ecclesie Furnensis, notarius noster, ex soliti modi scribendi eis non incogniti variatione statim suspectas habentes, sigillum diligentius ceperunt inspicere, quod ex circumferentia et aliis certis indiciis non tuum esse verum sigillum, set falsum aliud simile conjecerunt. Quibus in nostram notionem adductis, eisdem injunximus ut se super hoc solertius informare curarent. Post alicujus itaque temporis spatium, idem cardinalis et notarius memorati, in presentia venerabilis fratris nostri Guillelmi, Sabinensis episcopi, cardinalis, cujus domum pro aliis agendis advenerant, dictum presbyterum evocantes, eum post juramentum de dicenda veritate ab ipso receptum, se diligenter interrogasse dixerunt, quid et quomodo circa predictas litteras obtinendas egisset, qui secundum quod ab eisdem presbytero cardinali et notario nuper accepimus, demum spontanea voluntate respondit quod ad beneficium obtinendum anhelans, sigillum sculpi tuo simili modo juxta possibilitatem artificis fecerat, quo predictas litteras per quendam ad suum conscriptas arbitrium sigillarat; quod utique sigillum per

ipsum presbyterum eidem cardinali de Arreblayo fuisse dicitur ibidem exhibitum et per cardinalem ipsum, episcopo cardinali et notario predictis presentibus inibi, repositum et ligatum in quadam bursa de corio, ipsorum episcopi cardinalis et notarii ejusdem burse sigillis appensis. Et ecce retento in cancellaria nostra presbytero ipso tanquam falsario, juxta sua demerita recepturo, sigillum ipsum sic repositum et ligatum, presentatum nobis in bursa predicta sub sigillis cardinalis et notarii predictorum, una cum predictis ambobus litteris, in quarum altera sigillum adhuc remanet sic falsatum, serenitati tue per dilectos filios fratres Bernardum Guidonis, inquisitorem heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputatum, Predicatorum, et Bertrandum de Turre, magistrum in theologia, ministrum provincialem Aquitanie, Minorum fratrum ordinum, apostolice Sedis nuntios, quos in partes illas pro certis negotiis destinavimus, duximus transmittendum. Dat. Avinione, XIIII. kal. octobris[1]. »

[1] Cf. Cette ambassade de Bernard Gui et de Bertrand de la Tour en France, déterminée par les affaires de Flandre, eut lieu en septembre 1318 (nos 710-720). La lettre que nous donnons doit donc se dater de cette année. Nous savons, d'ailleurs, que Guillaume Pierre Godin, mentionné ici comme évêque de Sabine, ne put le devenir qu'après le décès du précédent titulaire, Arnaud de Falguières, mort le 12 septembre 1317 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 37).

725 Avignon, 18 septembre 1318.

Episcopo Magalonensi ut inquisitionem et processus factos contra beguinos et alios qui in sua diocesi nonnullos errores seminasse dicuntur, mittat. (Reg. 109, fol. 159 v°, c. 655; — Reg. 110, p. II, fol. 61, c. 287 et 932; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 157, n° 340.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Magalonensi*. Cum sicut audivimus — Dat. Avinione, XIIII kal. octobris, anno tertio. »

726 Avignon, 18 septembre 1318.

In e. m. episcopo Biterrensi. (Reg. 110, p. II, fol. 61, p. c. 287 et 932.)

727 18 septembre 1318.

Margaritæ, comitissæ Fuxensi, quod æquanimiter gerat si preces suas pro concessione procurationum Martino Corbaran facienda admitti non potuerunt. (Reg. 109, fol. 160, c. 657; — Reg. 110, p. II, fol. 73 v°, c. 341 et 985; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 103, n° 68.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi*. Si preces tuas nobis pro dilecto filio Martine Corbaran, archidiacono Majoritensi[1] in ecclesia Tholetana, super procurationum concessione directas, ad exauditionis non admittimus gratiam, equanimiter ferre debes, pro certo tenens quod non aliter in hoc tecum quam cum regibus et magnatibus agimus, quorum etiam factam nobis, circa procurationes hujusmodi concedendas pro clericis suis, frequenter instantiam obaudisse hactenus memoramur. A nostre namque promotionis exordio, certis ex causis abhorruimus petitiones tales admittere, quibus equidem viam nondum intendimus aperire; in aliis tamen que promotioni archidiaconi ejusdem adjaceant, libenter, ob tue intercessionis intuitum, manum beneficam extendemus prout se oportuna facultas obtulerit et cum honestate licebit. Dat. Avinione, XIIII kal. octobris, anno tertio[2]. »

[1] Reg. 110 : *Amoricensi*, qui est une erreur manifeste.
[2] La date de l'année ne se trouve que dans le registre 110.

728 21 septembre [1316-1318].

Robertum, regem Siciliæ, rogat ut omnia bona quondam ordinis Templi in regno suo consistentia, quæ a Clemente V in concilio Viennensi domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani concessa fuerant, eidem domui assignet. (Reg. 109, fol. 207, c. 774.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri*. Scimus, dilectissime fili — Premissas etiam precesa dicimus quod (!) domos, ecclesias, loca, possessiones, castra, vassallos, jura, juridictiones et bona quecumque alia que fuerunt dicti ordinis Templi, in eodem regno et comitatibus Provincie et Forcalquerii consistentia, quorum dicti magister, preceptores et fratres aduc possessionem assequi pacificam nequive-

rint, eisdem seu eorum nuntiis assignari facias et ipsos in illorum corporalem possessionem induci et inductos etiam defensari, eisque de fructibus et redditibus perceptis ex eis, a tempore quo dicto Hospitali bona predicta concessa fuerunt, satisfactionem plenam et debitam exhiberi. In premissis autem, que juxta ordinationem dicti concilii efficaciter cupimus adimpleri, celeriter et utiliter exequendis sic se magnitudo regia exhibere studeat diligentem, sic ad premissa prebeat favoris et auxilii sui opem, quod prefati magister, preceptores et fratres omnia predicta bona in prefatis regno et comitatibus consistentia, eis tua favente dextera, integraliter assequantur et tu sententias sive penas graves inde per predecessorem eundem latas seu promulgatas in occupatores seu detentores bonorum hujusmodi aut prestantes eisdem consilium, auxilium vel favorem, aliquatenus non incurras, nosque celsitudinem regiam de promptitudine devotionis dignis possimus in Deo laudibus comendare. Dat. XI kal. octobris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 23 juillet 1319, car nous savons que, dès ce moment le roi Robert se trouvait à Avignon (Voyez n° 480, note).

729 3 octobre [1317-1318].

Philippum, regem Franciæ, iterum rogat ut executionem arresti per quod tutela liberorum Gastonis, quondam comitis Fuxensis, a curia regali Johannæ, comitissæ Fuxensi, præfati Gastonis relictæ, delata fuerat, suspendi faciat, ne eadem Johanna dictam tutela sola gerat. (REG. 110, p. II, fol. 33, c. 148 et 704; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 104, n° 69.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Nuper tibi, fili carissime, scripsimus[1] affectuose rogando quod, cum non crederemus expediens ut dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna, comitissa Fuxensis, relicta quondam Gastonis, comitis Fuxensis, cui tutela et educatio ipsius comitis et suorum communium liberorum delata esse dicitur per curie regalis arrestum, sola gereret tutelam hujusmodi, ne propter fragilitatem sexus et juvenilem etatem sensu deducta proprio, in pupillorum ipsorum posset dispendium circumscribi, de regali velles benignitate prospicere quod predicta comitissa cum consilio aliquorum ex propinquis parentibus pupillorum, de quibus tue celsitudini videretur, et specialiter dilecte in Christo filie nobilis mulieris Margarite, comitisse Fuxensis et Bearnii domine, illorum avie, que satis potest loco matris censeri, et que jam in etatis plenitudine constituta se laudabiliter in regimine sui, terre ac subjectorum suorum multis annis exercuit, et se adhuc exercere continuat, et cujus etiam bona ad pupillos ipsos vel eorum alterum, ubi quidem sub ejus directione regentur, sperantur verisimiliter pervenire, tutelam deberet administrare predictam. Verum quum, sicut audivimus, antequam ad te hujusmodi nostra precamina pervenissent, erat regia facta comissio senescallo Carcassonensi et quibusdam aliis super executione arresti predicti, cujus commissionis pretextu dicti commissarii nituntur arrestum exequi memoratum in ipsorum dispendium pupillorum, per quod intercessio nostra speratum fructum nequivit hucusque producere, ecce sicut iterum sic affectuosius regalem excellentiam deprecamur quatinus, premissis omnibus consideranter attentis et eo etiam quod, si predicta Johanna ad secunda vota, prout a pluribus creditur, convolaret, ipsius administratio nedum cedere posset in pupillorum ipsorum grande dispendium, quin etiam in commotionem et scandalum plurimorum, executionem arresti hujusmodi, donec de indempnitate pupillorum ipsorum per te in forma prescripta vel aliter fuerit ordinatum, velis mandare suspendi, ordinaturus interim qualiter res illorum posset salva consistere, ut per id partium illarum tranquillitati provideas, nobisque complaceas qui certis considerationibus ad id multum afficimur, ac Deo et hominibus commendandus occurras. Dat. V nonas octobris[2]. »

[1] 29 juillet 1317-1318 (n° 665).

[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, est antérieure au décès de Marguerite de Foix, déjà connu à Avignon le 17 juin 1319 (Voyez n° 892). Au sujet de l'arrêt mentionné ici et de l'accord définitif sur la tutelle des enfants du comte de Foix, voyez n° 665, notes.

730 3 octobre [1317-1318].

Clementiæ, reginæ Franciæ, quod apud Blancham, præfatæ Johannæ comitissæ Fuxensis matrem, insistat, ut

eamdem Johannam ad dictam tutelam non sola, sed cum consilio et assistentia aliquorum gerendam inducat. (Reg. 110, p. II, fol. 33 v°, c. 149 et 705.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Scripsimus nuper carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, affectuose rogando quod [cum] non crederemus etc. ut supra[1] mutatis mutandis usque administrare predictam. Nunc eidem scribimus ut executionem arresti predicti, donec providerit in forma prescripta, vel aliter, de indempnitate pupillorum ipsorum, velit mandare suspendi; set et dilecte in Christo filie Blance, genitrici Johanne predicte, per apostolicas litteras[2] suademus ut, cum ad pupillos ipsos, nepotes suos, et eorum promovenda compendia gerere debeat quasi maternum affectum, eandem comitissam, filiam suam, efficaciter velit inducere quod non sola nec per se, set cum consilio et assistentia aliquorum ex attinentibus pupillis eisdem, et specialiter avie memorate, ipsius tutele gestionem assumat et etiam administret, ut per id melius possit res pupillorum ipsorum salva consistere, illarum provideatur tranquillitati partium et scandalis obvietur que, si aliter quam ut predicitur tutelam hujusmodi gereret, ubi presertim ad secunda vota, sicut a pluribus creditur, convolaret, possent probabiliter formidari. Quia igitur, carissima filia, hec non tam pro ipsorum pupillorum comodo, quam pro quiete patrie cordi non mediocriter gerimus, celsitudinem tuam attente rogamus quatinus, sicut nobis placere desideras, apud Blancam eandem solerter insistas quod, premissis considerationibus, predictam comitissam, natam suam ad tutelam predictam modo premisso gerendam, sui honoris et pupillaris utilitatis obtentu, suasionibus maternis inducat, sic te super hiis commendabiliter habitura, quod de tua in hiis, ut optamus efficacia liqueat, et proinde benedictionem illius qui patrem orphanorum esse scribitur, merearis. Dat. V nonas octobris[3]. »

[1] Voyez la lettre précédente.
[2] N° 731.
[3] Cf. n° 729.

731 [3 octobre 1317-1318.

Prædictæ Blanchæ ut eamdem Johannam, comitissam Fuxensem, filiam suam, ad dictam tutelam modo præfato gerendam inducat. (Reg. 110, p. II, fol. 33 v°, c. 150 et 706.)

« *Dilecte in Christo filie Blanche, relicte quondam Philippi de Artesio, militis.* Scripsimus nuper, ut supra — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 730.

732 8 octobre [1318 ?]

Aliquos archipresbyteratus Viennensis diocesis in quadam constitutione apostolica non includi declarat. (Reg. 109, fol. 237, c. 892.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Nuper venerabili fratre nostro Briando, archiepiscopo Viennensi, nobis insinuante percepimus quod, licet de sancto Valerio, de Romanis, de Brixiaco, de Valdania, de Turre, de Marclo, de Annoniaco et de Quintena archipresbyteratus, Viennensis diocesis, qui officia fore noscuntur, parochialium ecclesiarum rectoribus committi consueverint ab antiquo, ipsarumque archipresbyteri perpetui non existant — archipresbyteri tamen qui dictos archipresbyteratus tempore constitutionis nostre super pluralitate dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum que absque dispensatione apostolica obtineri non possunt, ab hiis etiam qui alias ex dispensatione legitima obtinebant in certis casibus dimittendorum, nuper a nobis edite[1], cum eorum ecclesiis parrochialibus obtinebant, in penam constitutionis ejusdem, ex retentione dictorum archipresbyteratuum cum eisdem ecclesiis formidantes incidere, archipresbyteratus eosdem sponte ac libere in manibus dicti archiepiscopi resignarunt, quam quidem resingnationem idem archiepiscopus, si contingeret eosdem archipresbyteros dictos archipresbyteratus cum eorum ecclesiis more solito retinere non posse, duxit, sicut per litteras suas nuper accepimus, admittendum, supplicans per litteras easdem instanter quid super hoc servandum esset per archipresbyteros antedictos, per Sedis apostolice providen-

tiam declarari. Nos igitur premissis diligenti examinatione discussis, auctoritate apostolica declaramus archipresbyteros et archipresbyteratus predictos, si premissa veritatis munimine fulciuntur, in prefata nostra constitutione aliquatenus non includi. Nulli ergo et cetera. Dat. VIII idus octobris[2]. »

[1] Il s'agit, sans doute, ici de la décrétale *Execrabilis* qui figure dans le *Corpus juris canonici* en deux endroits sous deux dates différentes : Extrav. Joh. XXII, tit. III : *Dat. Avinione, XIII kal. decembris, anno* II (19 novembre 1317); — Extrav. com. lib. III, tit. II, c. 4 : *Dat. Avinione, kalendis decembris, anno secundo* (1er décembre 1317). Peut-être faut-il croire que, dans ce dernier cas, le chiffre des kalendes a été oublié et que la première date seule est la bonne. C'est en effet celle qui figure dans un inventaire des archives du Saint Siège, en 1366, sous le titre : « *Littera constitutionis contra tenentes beneficia incompatibilia quæ incipit : Exsecrabilis etc. facta per dominum Johannem papam XXII. Datum Avenione*, XIII *kal. decembris, pontificatus sui anno* II. » (MURATORI, *Antiquitates italicæ Medii Ævi*, t. VI, col. 190, XII, c.). E. Friedberg, dans son édition du *Corpus*, ne fait pas figurer cette lettre parmi les Extravagantes communes; il se contente en cet endroit (col. 1259) de renvoyer aux Extravagantes de Jean XXII, c'est-à-dire à la lettre du XIII des kalendes (col. 1209), mais il donne en note, d'après le ms. I (*Regim.*) la variante : III *kal.* Nous avons relevé déjà des divergences analogues (Voyez n° 235, note 1), et nous trouvons d'ailleurs, dans les registres du Vatican. une même bulle sous deux dates différentes (nos 262 et 306).

[2] Cf. Cette lettre n'a pu être de beaucoup postérieure à la décrétale ci-dessus indiquée et qui devait produire son effet dans l'espace d'un mois. Datée d'octobre, elle serait donc de 1318. Notons que l'archevêque de Vienne dont il est ici question serait mort à la fin de l'année 1317, suivant les auteurs de la *Gallia Christiana* (t. XVI, col. 103) et d'après C. Eubel qui, dans sa *Hierarchia catholica* (p. 559), ne fait que reproduire, dans ce cas, l'opinion de Gams. Ces remarques et celles que nous faisons dans la note précédente ne nous permettent de donner la date de 1318 que sous toutes réserves.

733 Avignon, 13 octobre [1318].

Philippo, regi Franciæ, ne moleste ferat si preces suæ de archiepiscopatus Rothomagensis provisione exauditæ non fuerint. (REG. 109, fol. 159, c. 653; — REG. 110, p. I, fol. 7, c. 15.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Postquam super provisione Rothomagensis ecclesie ultimo tibi, carissime fili, rescripsimus, diversas recepimus tuas rogatorias litteras pro personis variis ad eandem ecclesiam promovendis; verum quia, certis probabilibus rationibus in nostre deductis considerationis intuitum, visum nobis est expedientius et adhuc eadem judicii censura videtur ut a provisione supersedeamus hujusmodi, eamque ad ipsius ecclesie capitulum, ad quod pertineret electio si facta per nos reservatio non fuisset, sublato ejusdem reservationis obstaculo, remittamus, providentiam regiam affectuose duximus deprecandam quatinus, si tuas in hac parte preces, premissis ex causis non fuimus executi, nedum moleste non feras, quin rogatus nostros ad excellentiam regiam super complacentia dicte remissionis oblatos libenter admittens, votum tuum circa illas patris affectui filiali devotione conformes. Dat. Avinione, III° idus octobris[1]. »

[1] Cf. Il est fait allusion ici à une lettre du 30 juillet 1318 (n° 667), dans laquelle Jean XXII parle au roi de France de la même question. D'autre part, il est certain que le document que nous publions est antérieur au 23 janvier 1319, puisqu'à cette date nous savons que le pape, cédant aux instances réitérées de Philippe V, avait dû nommer au siège de Rouen un des protégés de ce dernier sans pouvoir rendre au chapitre son droit d'élection, comme il le désirait (nos 788, 789; voyez aussi nos 667, 773, 787).

734 Avignon, 16 octobre [1318].

Henrico Soliaci excusationes prædicti regis Franciæ, qui ad curiam venire nequit, accepisse respondet. (REG. 110, p. I, fol. 74, c. 259.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Grate, fili, nostris advenere conspectibus presentate nobis tue noviter littere per quas equidem responsivam super hiis que, inter cetera, pridem tibi respondendo scripsimus de vista inter nos et carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, habenda[1], propter regis ipsius tunc in remotis agentis absentiam[2] et tuas occupationes arduas quibus in regalibus functionibus tenebaris, aliquandiu retardatam, nunc, opportunitate captata, nobis insinuare curasti. Fuit autem ipsius responsive substantia quod rex ipse illud tibi responsum prebuit quod gratantius acceptaret vistam

hujusmodi et libentius ad eam intenderet ac pro viribus laboraret ubi posset in illa nobis aut nostris quicquam utile, honorabile aut placidum facere, aut ad accelerationem et comodum passagii Terre Sancte promovere aliquid fructuosum vel aliud aliquod commune bonum, de quo sua valeret letificari serenitas, aliquatenus procuraret. Tu tamen tale aliquid non pretendebas eidem quod vistam ipsam fieri suaderet, nec ignorabas quod ipse habebat agere plurima et specialiter in lingue partibus Occitane quas nec ipse, nec predecessores sui, jam diu est, visitarant, sed nichilominus suos ad nostram presentiam mitteret nuntios quibus propositum nostrum latius possemus exprimere, quo ex illorum rescriptione vel relatione percepto, paratus esset juxta posse nostre beneplacita voluntatis gaudenter adimplere; illud vero quod circa locum viste respondit pleno collegimus intellectu. Sane, fili, de liberalitate regia nobis, ut premittitur, exuberanter oblata quam ex corde procedere pro certo supponimus, quas possumus tibi gratiarum referimus actiones licet, novit Altissimus, in vista ipsa que nostra sunt minime quereremus, sed sicut tibi, dum simul essemus[3], meminimus expressisse, presentiam regiam fore sperabamus indubie multipliciter oportunam propter nonnulla federa ineunda et precidenda scandala que possent, instigante humani generis inimico, inter nonnullos mundi principes suscitari, et alia etiam bona quamplurima exinde juxta spei nostre fiduciam utiliter propaganda. Porro dum regias occupationes, presertim circa partium predictarum visitationem que jam publice in vulgi notitiam prodiit, imminentes attendimus, dum difficultates et incomoditates graves et varias que, sicut tibi verbo et nostris explicavimus litteris, ex mutatione loci litteris eisdem adjecti possent nedum privatis pluribus, sed communiter omnibus provenire paterna meditatione pensamus, deliberationem regiam veluti providam commendamus, parati super illis omnibus et ceteris regiam excellentiam contingentibus, quantum in nobis erit, cum regalibus nuntiis agere quicquid faceremus rege predicto presente. Dat. Avinione, XIII kal. novembris[4]. »

[1] 30 juillet 1318 (n° 668).

[2] Philippe V était alors en Normandie, comme nous le constatons par son itinéraire (Histor. de France, t. XXI, p. 476 et 477).

[3] Lors de la première ambassade dont Henri de Sully fut chargé, en 1317-1318 (Voyez n° 330, note 2).

[4] Cf. Nous avons vu plus haut, par une lettre du 15 juin (n° 628), que c'est en octobre 1318 que Philippe V, depuis longtemps attendu (Voyez n° 480, note), devait avoir une entrevue avec Jean XXII. La lettre que nous publions ici est donc de cette même année, et les envoyés royaux mentionnés ici sont évidemment ceux qui vinrent au début de novembre 1318 à la cour pontificale (Voyez n° 830, note 1).

735 [Avignon, 25 octobre 1318.]

Eduardo, regi Angliæ, ut Jordanum de Insula qui de quadam sententia in causa inter se et Alexandrum de Cavomonte vertente, ab Antonio Pisagni senescallo, Vasconiæ, lata, ad curiam Franciæ appellaverat, excusatum commendatumque habere velit, cum idem senescallus præfato Jordano suspectus habeatur. (Reg. 109, fol. 156 v°, c. 640; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 106, n° 70.)

« *Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri*. Preces nostras, fili carissime, quas pro personis domestica nobis familiaritate conjunctis et tue nichilominus subditis ditioni, excellentie tue quandoque porrigimus, favorabilis exauditionis locum apud benignitatem regiam invenire speramus, ubi presertim agitur de justa reformatione gravaminum personis eisdem per officiales tuos indebite illatorum. Ecce quidem dilectus filius nobilis vir Jordanus de Insula, domicellus et familiaris noster, graviter queritur quod dilectus filius nobilis vir Antonius Pisaigne, miles, senescallus tuus in Vasconie partibus, ipsum minus debite persequens, pridem de persona cepit et trudit (*sic*) pro libito carceri, ac demum eum Alexandro de Cavomonte dare, et ab illo recipere gagium duelli compellens et duellum inter ipsos adjudicans, ad committendum illud certam diem eis assignare curavit; et licet postmodum habens, ut asserebat, a ducatu Aquitanie pro tuis agendis abesse, diem ipsam usque ad certam prorogaverit terminum, postea tamen ad ipsius Jordani evidens gravamen intendens, dum ambo in nostro presentes existerent curia, ipsi Jordano per suas litteras intimavit quod, non obstante prorogatione predicta, pro ipsius facto duelli, in die primitus assignata intendebat esse Burdegalis, non attendens quod

cum ab intimatione hujusmodi usque ad diem ipsam vix dies quindecim superessent, infra illos idem Jordanus qui, de dicta prorogatione confisus, de ipsius duelli preparatoriis interim non curarat, ad tanti prosecutionem negotii non poterat se parare; propter quod Jordanus ipse se nimis gravatum advertens, et ex hiis et aliis legitimis causis suspectum habens senescallum eundem, ipsum, ne suspecti judicis examen periculose subiret, recusare coactus est, et ab ipso ad curiam Francie appellare; quem tamen, licet absentem, idem senescallus super ipsius duelli negotio sententialiter condempnavit, absoluto prorsus Alexandro predicto, a quibus condempnatione et absolutione procurator Jordani predicti, volens circa hec sic periculosa pariter et dampnosa ipsi Jordano prospicere, appellationem fertur ad dictam curiam emisisse. Quia igitur, fili, si premissa pensentur consulte gravamina, non utique mirandum occurret quod Jordanus ipse in tanto et tali negotio, non tam inductus quam compulsus extitit opprimentis declinare judicium et ad juris presidium convolare, excellentiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatenus eundem Jordanum, quem super premissis appellationibus, et eas tangentibus per procuratorem suum latius explicandis, satis excusabilem reddit quasi quedam indicta necessitas, nedum excusatum habere inde velit regia celsitudo, quin etiam, nostre, si placet, intercessionis obtentu, in aliis ejus negotiis te sibi propitium et favorabilem clementer impendas; ita quod, dum Jordanus ipse, cujus personam atque justitiam, certa consideratione, speciali affectione complectimur, votivum ex nostris hujusmodi litteris se apud celsitudinem tuam fructum invenisse letabitur, nos proinde regalis devotionis promptitudinem plenis gratiarum actionibus prosequamur. Dat. etc. [1] »

[1] Cf. Cette lettre et les deux suivantes ont évidemment la même date que celle qui fut adressée au roi de France, au sujet de la même affaire et sous une forme analogue (n° 738).

736 [Avignon, 25 octobre 1318.]

Thomæ, comiti Lancastriæ, ut de præfatis eumdem Jordanum apud dictum regem Angliæ excuset. (Reg. 109, fol. 157, c. 641; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 109, n° 71.)

« *Dilecto filio nobili viro Thome, comiti Lancastrie.* Ea nobis est — Ecce quidem — Proinde per alias nostras litteras [1] regem ipsum requirimus efficaciter et rogamus quatinus eidem Jordano, quem super premissis appellationibus et eas tangentibus per procuratorem suum latius explicandis, satis explicabilem reddit quasi quedam indicta necessitas, nedum excusatum habere inde velit regia celsitudo, quin etiam nostre, si placet, intercessionis obtentu, in aliis ejus negotiis se sibi propitium et favorabilem clementer impendat — laudibus commendare [2]. »

[1] N° 735.
[2] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

737 [Avignon, 25 octobre 1318.]

In. e. m. Ademaro Valenciæ, comiti Pembrochie. (Reg. 109, fol. 157 v°, c. 642; — L. Guérard, *loc. cit.*).

738 Avignon, 25 octobre [1318].

Philippo, regi Franciæ, ut eidem Jordano de Insula, præfatæ appellationis ratione, justitiam ministrari faciat. (Reg. 109, fol. 157 v°, c. 643; — Reg. 110, p. II, fol. 38, c. 173 et 729; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 109, n° 72.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Preces nostras, fili [1] — Ecce quidem dilecti filii nobilis viri Jordani de Insula, domicelli et familiaris nostri, habet assertio quod, post appellationem jam ab olim ab audientia senescalli Vasconie et officialium aliorum carissimi in Christo filii Eduardi, regis Anglie illustris et Aquitanie ducis, per ipsum emissam, ac post constitutionem specialis gardiatoris sibi, ratione appellationis ipsius, per clare memorie regis incliti, patris tui, curiam sibi dati, dilectus filius nobilis vir Antonius Pesaigne, miles, senescallus Vasconie pro duce predicto, spretis appellatione et gardia memoratis, eum violenter de manibus dicti gardiatoris eripiens, de persona cepit et trudit (*sic*) pro libito carceri, ac demum ipsum Alexandro de Cavomonte dare, et ab ipso recipere gagium duelli compellens et duellum inter ipsos adjudicans, ad committendum illud certam diem eis assignare cura-

vit, quam et postmodum usque ad certum terminum prorogavit, habens a ducatu, ut asserebat, abesse pro negotiis inevitabilibus dicti ducis. Deinde vero idem senescallus, tanquam ad ipsius Jordani evidens gravamen intendens, dum ambo in nostra presentes existerent curia, ipsi Jordano per suas litteras intimavit quod, non obstante prorogatione predicta, pro ipsius facto duelli, in termino primitus assignato intendebat esse Burdegalis, non attendens quod cum vix ab intimationis die usque ad ipsum terminum dies quindecim superessent, infra illos idem Jordanus qui, de dicta prorogatione confisus, de ipsius duelli preparatoriis interim non curarat ad tanti prosecutionem negotii minime poterat se parare; propter quod Jordanus ipse se nimis gravatum advertens, ex hiis et aliis legitimis causis senescallum ut suspectum recusasse predictum, et ab eo ad curiam tuam appellasse de novo se dicit. Porro, licet nonnulli commissarii dilecti filii nobilis viri senescalli tui Petragoricensis, pretextu appellationum hujusmodi, inhibuisse ferantur, cum solemnitate debita et sub gravium adjectione penarum, senescallo predicto Vasconie quod, appellationibus pendentibus antedictis, nichil innovaret vel attemptaret contra Jordanum eundem, maxime super gagio duelli predicti, ipse tamen gravamina gravaminibus cumulans, et appellationibus ipsis deferre non curans, appellationibus ac prohibitione contemptis omnino, campum duelli tenuit et Alexandrum predictum absolvens, Jordanum ipsum absentem sententialiter, ut dicitur, condempnavit; a qua condempnatione procurator Jordani predicti fertur ad tuam curiam appellasse. Quia igitur appellationis remedium est in relevamen oppressorum inductum, excellentiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatenus, consideranter attento quod predicta, si veritate subsistant, nedum cedunt in juris injuriam et grave dicti Jordani dispendium, quin etiam in tue superioritatis quoddam eludium aperte redundant, eidem Jordano seu procuratori suo super premissis et ea tangentibus per procuratorem ipsum latius explicandis, nostre si placet, intercessionis obtentu, cum justitie favorem impendi mandes et facias, per quem et sibi, ut fertur, oppresso remedium debite relevationis adveniat, et detrimentum injuste lesionis abscedat; ita quod dum Jordanus ipse, cujus personam, atque justitiam certa consideratione speciali affectione complectimur, votivum ex nostris hujusmodi litteris se invenisse fructum apud celsitudinem regiam in jure suo letabitur, nos proinde regalis devotionis promptitudinem plenis gratiarum actionibus prosequamur. Dat. Avinione, VIII° kalendas novembris[2]. »

[1] Pour la suite, voyez ci-dessus, n° 735.

[2] Cf. Cette lettre, datée du 25 octobre, est de 1318. En effet Antoine Pessaigne, qui s'y trouve mentionné comme sénéchal du roi d'Angleterre, ne fut nommé que vers le mois de novembre 1317, et il était déjà remplacé le 20 novembre de l'année suivante (Voyez n° 490, note 2). Nous voyons, de plus, que Jourdain de l'Isle, qui se trouvait en prison le 15 juin 1318 (n° 625) avait été remis en liberté; enfin la lettre suivante (n° 739), adressée à Louis, comte d'Evreux, et qui ne fait qu'un avec celle que nous publions ici ne peut être postérieure à 1318, puisque ce personnage mourut le 19 mai 1319 d'après son épitaphe, rapportée par A. L. Millin (*Antiquités nationales*, . IV, art. XXXIX, p. 78). Une chronique parisienne anonyme, que nous avons déjà citée (n° 114, note 4), place ce décès au 18 mai (le vendredi après l'Ascension); mais, fait remarquer l'éditeur de cette chronique, le continuateur de Nangis, Girard de Frachet et Jean de saint Victor donnent la date du samedi 19, qui est conforme à l'épitaphe (*Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris*, t. XI, p. 39, § 30; note; — *Histor. de France*, t. XX, p. 623 C; t. XXI, p. 52 B et 669 B; — J. DU BREUL, *le Théâtre des antiquités de Paris*, p. 508). Voyez, au sujet de l'affaire dont il est question dans la lettre de Jean XXII et qui n'était pas encore terminée l'année suivante, BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 285, n° 5801 et p. 288, n° 5827.

739 [Avignon, 25 octobre 1318.]

Ludovico, comiti Ebroicensi, ut pro eodem Jordano apud dictum regem Franciæ partes suas interponat. (Reg. 109, fol. 158, c. 644; — Reg. 110, p. II, fol. 38 v°, c. 174 et 730; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 111, n° 73.)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Ebroicensi.* Ea nobis est — Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 738.

740 [Avignon, 25 octobre 1318.]

In e. m. Henrico, domino Soliaci, buticulario Franciæ. (Reg. 109, fol. 158, c. 645; — Reg. 110, p. II, fol. 38 v°. p. c. 174 et 730; — L. Guérard, *loc. cit.*)

741 27 octobre [1317-1318].

Philippo, regi Franciæ, ut locum sancti Gaudentii et vicecomitatum Nebonasi de novo ad manus regiæ curiæ positos Margaritæ, comitissæ Fuxensi, restitui faciat. (Reg. 109, fol. 158, c. 646; — Reg. 110, p. i, fol. 70, c. 238; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 112, n° 74.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia mansura esse — Cum itaque, sicut audivimus, gentes tue locum sancti Gaudentii et vicecomitatum Nebosani, quos pridem certis ex causis in tue curie consistentes manibus, dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensis, ad nostre intercessionis instantiam tui gratia fecisti restitui, ad manus dicte curie de novo posuerunt, per quod restitutio ipsa inefficax dicte redditur comitisse, excellentiam regiam affectuose rogamus — Dat. vi kal. novembris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être de 1316, puisque Philippe V y est désigné comme roi (Voyez n° 81, note); elle est antérieure, d'autre part, au 17 juin 1319, puisqu'à cette date la mort de Marguerite de Foix était connue à Avignon (Voyez n° 892 et, sur le même sujet, la lettre suivante).

742 [27 octobre 1317-1318.]

Præfato regi de eadem restitutione sub forma ampliori scribit eumque hortatur ut in causa inter dictam Margaritam, comitissam Fuxensem, et Arnaldum de Navaliis vertente, consuetudines et jura Bearnii observari faciat. (Reg. 109, fol. 80 v°, c. 343[1]; — Reg. 110, p. ii, fol. 33 v°, c. 151 et 707; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 86, n° 61[2].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ea te, fili — Habet siquidem dilecte in Christo filie nobilis mulieris Margarite, comitisse Fuxensis et Bearnii domine, insinuatio noviter facta nobis quod, licet tu, nostris inductus precibus eidem Margarite restitui feceris locum sancti Gaudentii et terram Nebosani cum pertinentiis eorundem, de quo liberalitati regie gratias agimus non indignas, post restitutionem tamen hujusmodi sibi factam, dilectus filius nobilis vir senescallus tuus Tholosanus redditus et proventus loci et terre predictorum ad manum regie curie posuit, occasione quorumdam excessuum contra gentes regias per aliquos ipsius Margarite subditos, ut dicitur, commissorum, pro quibus ipsos subditos eosdem suo captivatos carceri detinens, parata est de illis, ut asserit, juxta foros et consuetudines patrie, facere justitie complementum. Ne igitur premissa loci et terre predictorum restitutio facta comitisse prefate reddatur eidem inutilis, si per senescallum ipsum impediatur injuste in percipiendis redditibus et proventibus antefatis, clementiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus comitissam eandem offerentem, ut premissum est, cum effectu de suis subditis justitiam exhibere, circa amotionem manus regie ac expeditionem debitam reddituum et proventuum predictorum sic habere velis, nostre, si placet, intercessionis obtentu, favorabiliter commendatam, et sic efficaciter senescallo scribere memorato, quod ex nunc in hiis et in aliis comitissam eandem indebite non impediat aut perturbet, sed eidem favoribus oportunis assistat, quatenus a judice viduarum condignum exinde premium et a nobis tibi proveniat actio gratiarum. Ad hec cum in curia Bearnii feratur a longis retro temporibus inviolabiliter observatum ut judices de causis inter subditos domini Bearnii ad invicem aut inter eos vel aliquos ex eis et eundem dominum quandoque vertentibus cognoscentes, scilicet duo episcopi et xi barones, causas ipsa citra omnem appellationem terminent et decidant, rogando subjungimus quatenus observantiam hujusmodi, nec non ceteros usus, consuetudines et statuta rationabilia, libertates atque franquisias, quibus predicta comitissa et predecessores sui domini Bearnii usi sunt hactenus pacifice et quiete, nec non statuta et observancias regie curie contra non comparentes in assignatis sibi terminis edita, mandes et facias in causa quam dilectus filius nobilis vir Garcias Arnaldi de Navaliis, miles, movisse dicitur in eadem curia contra comitissam eamdem, in eadem curia, prout equum et rationabile fuerit, observari. Dat. ut supra[3]. »

[1] Un espace de 33 lignes est laissé, dans le registre, entre cet acte et le suivant, mais il ne manque aucun numéro dans la suite des capitula.

[2] Avec la date du 8 août, d'après le registre 109, date que nous ne pouvons admettre sans preuve, comme nous l'indiquons dans la note suivante.

[3] Cf. La formule : *dat ut supra* se trouve dans les registres 109 et 110. Elle correspondrait dans le premier, le seul cité par M. L. Guérard, à la date du 8 août : VIII *augusti*, d'après une lettre adressée à l'archidiacre de Nottingham (fol. 80, c. 342) et, dans le second, à la date du 3 octobre : V *nonas octobris*, d'après une lettre destinée à Blanche, veuve de Philippe d'Artois (fol. 33 v°, c. 150 et 706, n° 731 de notre publication). Nous ne pouvons donc en tenir compte (Voyez n° 5, note); nous croyons, au contraire, devoir rapprocher cette lettre de celle que nous publions ci-dessus (n° 741); on voit que toutes deux traitent d'une même affaire dans des termes identiques, qu'aucune d'elle ne fait mention de celle qui aurait déjà pu être écrite, et l'on sait que les registres 109 et 110 nous offrent d'autres exemples de ce genre (Voyez n° 76, note 1). Au sujet des questions pendantes entre Garsie Arnaud de Navailles et Marguerite de Foix, voyez n°s 744, 745, 883.

743 [1317 — 31 octobre 1318.]

Beraldo de Mercorio de oblatione sua gratias agit eique favorem promittit. (Reg. 109, fol. 42 v°, c. 175.)

« *Dilecto filio nobili viro Berardo* (sic), *domino Mercorii, militi.* Benigno affectu, fili, tuas suscepimus litteras per quas, de salute ac prosperitate status nostri pia devotione sollicitus, super quibusdam que ad tuum auditum rumore vulgari pervenerant, te et tua tam liberaliter nobis offerre curasti, ut quatenus rem verba presentare sufficiunt quasi exhibitionem quandam ipsa oblatio presentaret. De quo tibi grates uberes referentes, oblationem ipsam gratam habemus et placidam, usuri si casus exigeret confidenter oblatis, veluti qui ea ex azimis sinceritatis et veritatis pro certo supponimus oblata fuisse. Tu vero, fili, de nobis potes ut benivolo patre confidere quod personam tuam, prout cum Deo licebit, parati sumus in oportunitatibus prosequi gratiose. Dat. ut supra[1]. »

[1] Dans le registre du Vatican, la lettre qui précède celle-ci et qui n'a avec elle aucun rapport est datée du 20 avril. Nous savons que nous ne pouvons, dans ces conditions, tenir compte de la formule *ut supra* (Voyez n° 5, note). On peut croire qu'il s'agit ici de la conspiration qui eut lieu en 1317 et à propos de laquelle les grands du royaume et le roi lui-même se mirent à la disposition du pape (Voyez n° 182, note 3). Dans tous les cas, cette lettre, qui offre de grandes analogies avec celle que nous donnons plus haut (n° 536), est vraisemblablement antérieure aux difficultés qui surgirent, dans le courant de 1318, entre Philippe V et Béraut de Mercœur, difficultés au sujet desquelles Jean XXII put manifester les sentiments de sympathie qu'il exprime ici en faveur de ce dernier (Voyez n°s 746-751).

744 31 octobre [1317-1318].

Dominum de Navaliis hortatur ut, suspensa quadam executione quæ ratione dissentionis inter eum et Margaritam, comitissam Fuxensem, exortæ, fieri debebat, nuntios idoneos pro pace cum eadem comitissa habenda, ad curiam apostolicam mittat fidemque fratri Guillelmo de Lauduno, de ordinis Prædicatorum, adhibere velit. (Reg. 110, p. I, fol. 83 v°, c. 306; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 113, n° 75.)

« *Dilecto filio nobili viro domino de Novaliis.* Regis pacifice vices, licet immeriti, gerentes in terris, cunctis fidei christiane cultoribus, illisque precipue quos speciali prosequimur caritate, cura vigili bonum pacis exquirimus, et quietis dulcedinem plenis desideriis affectamus. Novimus etenim comoda que pax amabilis, pax desideranda producit, nec ignoramus que solet dissidiorum fugienda commotio irrogare pericula, queve dispendia germinare. Cum itaque, sicut ad nostrum non sine mentis turbatione pervenit auditum, inter te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, procurante pacis hoste, humani generis inimico, sit, certis ex causis, dissensionis exorta materia, que si potentia non viis deducta pacificis radices altius ageret, plurimorum cordibus in utriusque partis turbatione turbatis, mutuis causam periculis dare posset, nos ad vitanda hinc inde dispendia et commoda perquirenda paternis hanelantes affectibus, dissentionem ipsam per tractatus amabiles dirimi desideranter optamus. Propter quod cum executio illa que debebat super hujusmodi negotio fieri sit usque ad certum tempus per dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, regia auctoritate suspensa, dummodo ad id tue beneplacitum voluntatis accedat, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attente quatinus pro bono pacis ac ob reverentiam apostolice Sedis et nostram, suspensionem executionis ipsius geras placidam atque gratam, et prudenter attento quod omnia in pace concrescunt et maxima in discordia dilabuntur, animum tuum ad concordandum cum predicta

comitissa, super hiis de quibus dissidium invicem vertitur, abilites, missurus ad nostram presentiam interim, ipsa suspensione durante, aliquem seu aliquos viros ydoneos, pacis et concordie zelatores, tue conscios voluntatis ac plena potestate suffultos, cum omnibus munimentis, rationibus et cautelis que ad negotium facient antefatum. Nos enim tenentes indubie quod comitissa prefata nostra super hiis voluntati se prompte subjiciet, licet variis et arduis negotiis occupemur, parati tamen erimus, circa pacificationem tuam et comitisse predicte, votive labores nostros impendere, et solerter operam adhibere; sperantes in Domino quod, quantum in te fuerit, inter eos concordiam solidam propages, ut eo utiliores ad tua reddantur obsequia, quo magis invicem fuerint unanimes et concordes. Et ecce super hiis explicandis tibi plenius et efficacius suadendis, dilectum filium fratrem Guillelmum de Lauduno de ordine fratrum Predicatorum, magistrum in theologia, capellanum nostrum, in nostra regentem[1] curia, portitorem presentium, ad te duximus destinandum, cujus velis assertionibus circa id credere, et suasionibus exorabilem te prebere. Datum II kal. novembris[2]. »

[1] Nous ne trouvons, dans aucun des passages relatifs à ce personnage la forme *legentem*.

[2] Cf. Henri de Sully étant qualifié ici de bouteiller, titre qu'il n'obtint qu'en avril 1317 (Voyez n° 212, note) et, d'autre part, Marguerite de Foix étant déjà morte le 17 juin 1319 (n° 892), cette lettre ne peut être que de 1317 ou de 1318. Cette dernière date sera même préférable si l'on admet que l'intervention du pape est postérieure à la demande que lui en fit, le 18 janvier 1318 n. s. Édouard II, au sujet de l'affaire dont il est ici question (Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 144 ; voyez L. Guérard, *op. cit.*, p. 87, note 2). Le roi d'Angleterre avait déjà écrit, à ce propos, le 8 du même mois, au roi de France (Rymer, *loc. cit.*, — L. Guérard, *loc. cit.*), sans succès, semble-t-il, puisque ce dernier manda, le 17 janvier suivant, aux sénéchaux de Périgord, de Toulouse et au gouverneur de Navarre, d'accélérer l'instruction du procès (Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 215, n° 5159). Dans ce cas, la mission de Guillaume de Laon se confondrait avec celle dont il fut chargé à la même date (Voyez ci-après n° 746, 749) auprès de Philippe V, au sujet de Béraut de Mercœur. Voyez, pour la même affaire, n° 742.

745 [31 octobre 1317-1318].

Eidem de eodem cum clausula diversa, prædicti fratris Guillelmi missionis omissa mentione. (Reg. 109, fol. 111 v°, c. 463; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 124, n° 80.)

« *Dilecto filio nobili viro.., domino de Novaliis.* Regis pacifici vices[1] — sperantes in rege pacifico quod discordia ipsa ad utriusque partis comodum, dummodo se rationi subjiciat, pacis et concordie remedio sopietur. Sic itaque, fili, te nostris in hac parte persuasionibus flexibilem prebeas, quod evidentia facti te doceat zelari pacem et jurgia execrari, et exinde tranquillitas optata proveniens tibi cedat ad gaudium, nostrisque in hac parte desideriis, quibus non que nostra sunt querimus, sed ad dissidentium intendimus comodum, satisfiat. Dat. ut supra[2]. »

[1] Voyez, pour la suite, la lettre précédente.

[2] Cf. Cette formule répond à la date du 21 mars (XII *kal. aprilis*) qui figure sous le c. 459 (n° 506). Nous savons que dans les registres 109 et 110, nous ne pouvons pas en tenir compte sans une raison spéciale que nous ne trouvons pas ici (Voyez n° 5, note). Nous croyons donc devoir plutôt rapprocher cette lettre de celle que nous publions sous le numéro précédent et qui lui est en tout semblable, sauf pour les dernières lignes de la fin. Nous avons d'ailleurs d'autres exemples analogues (Voyez n° 76, note 1).

746 31 octobre [1318].

Philippum, regem Franciæ, hortatur ut dissentionem inter Henricum, dominum Soliaci, et comitem Autissiodorensem Beraldumque, dominum Mercorii, ortam, dictos Henricum et Beraldum ad suam præsentiam convocando sedet, eique Guillelmum de Lauduno commendat. (Reg. 109, fol. 213, c. 784.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Prudenter, fili carissime, malorum imminentium est precidenda materia ut bona salubriter veniant, nec in hiis sunt ea que occurrunt differenda remedia, ut prompte scandalorum occasiones obscedant. Hec idcirco premisimus quia, sicut ad nos implacida perduxit assertio, propter aliqua verba que dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus Soliaci, buticularius Francie, de dilectis filiis nobilibus viris.., comite Autisiodorensi, et Beraudo, domino Mercorii, in tua curia dicitur sub alio forsan intellectu quam per illos recepta fuerunt protulisse, videlicet quod juxta vulgare gallicum *mauveisement*

fecerant quedam que in comitatu Burgondie attemptarant, idem comes de ipsa curia non absque grandi turbatione discessit, et Beraudus ipse fuit et est exinde commotus quasi eis, quod aliquid contra te proditionaliter egerint, per verba ipsa videatur imponi. Unde idem Beraudus de sue ad te fidelitatis sinceritate securus ac proditionis imposturam abhorrens, irritatus incanduit, et ad suam innocentiam circa id ostendendam se personaliter contra Henricum eundem, sicut audivimus, obtulit deffensurum. Hec, fili, antequam progrediantur ulterius et in perniciosam segetem coalescant, sunt prefocanda solicite, cum verisimiliter gravia possint dispendia germinare; in ipsorum etenim commotione nobilium, multarum commoverentur animi sublimium personarum et in eorum turbatione corda plurium turbarentur, que nedum mutuis possent causam dare periculis et periculose utriusque impedire profectus, quin etiam tuamque ac regni turbare quietem et pacem. Videtur autem nobis, nisi forsan alia tibi competentior videatur, satis esse presto via circa id providendi, utpote cum vim fieri credamus in virtute verborum, nam cum Beraudum argueremus eundem, in aliquorum fratrum nostrorum presentia tui zelatorum honoris, de malo intellectu verborum ipsorum et de modo deffensionis oblate, et diceremus et ostenderemus eidem quod verbum istud *mauveisement* de sui virtute proditionem aliquatenus non importat, set potius injuriosum aut indebitum aliquid representat ex significatione vocabuli, nec erat verisimile quod Henricus ipse, in dictum invehendo comitem, verbum proferens antedictum, aliquid de impingenda cujusquam proditionis macula senserit, cum idem comes adeo juvenilis et innocentis etatis existat quod suspectus esse de talibus probabiliter esse nequit, propter quod si prefatus Henricus comitem eundem et ipsum dixerat aliquid *mauveisement*, hoc est indebite vel injuriose fecisse, non sic debuerant moveri vel turbari, Beraudus ipse, rationis judicio se hobedienter inclinans, satis laudabiliter annuit quod, si prefatum Henricum non credidisset eis per verba ipsa notam proditionis imponere, nequaquam ad oblationem deffensionis hujus prorupisset. Superest igitur, amantissime fili, et nos id ipsum tibi consulimus bona fide, quod ipsos Henricum et Beraudum, data eidem Beraudo pro accessu ad te ac pro mora et reditu securitate plenaria, ad tuam presentiam convoces, et quod idem Henricus declaret explicite se per verba ipsa noluisse proditionale aliquid comiti et Beraudo predictis imponere, quodque idem Beraudus ibidem explicet, sicut etiam ut premissum est explicuit coram nobis, quod si ipse per verba predicta non credidisset nevum proditionis impingi, nequaquam ad oblatum predicte deffensionis modum verbo et litteris prorupisset, nec aliter ipsius oblationem deffensionis locum habere voluerat aut volebat, jubeas efficaciter atque mandes. Et nichilominus, quantum in te fuerit, inter eos concordiam solidam propages, ut eo utiliores ad tua reddantur obsequia quo magis invicem fuerint unanimes et concordes. Et ecce super hiis explicandis tibi plenius et efficacius suadendis, dilectum filium fratrem Guillelmum de Landuno de ordine fratrum Predicatorum, magistrum in theologia, capellanum nostrum, regentem curie, portitorem presentium, ad te duximus destinandum, cujus velis assertionibus circa id credere et suasionibus exorabilem te prebere. Dat. II kal. novembris[1]. »

[1] Cf. Philippe V est désigné, dans cette lettre, comme roi et Henri de Sully comme bouteiller; elle ne peut donc être de 1316 (Voyez nos 81, note; 212, note). Nous voyons, d'autre part, que Béraut de Mercœur avait besoin d'un sauf-conduit pour venir à la cour, ce qui ne peut s'entendre de 1317, puisque plusieurs fois dans le courant de cette année, et notamment le 15 novembre, il avait été convoqué par le roi (Arch. nat., JJ. 55, fol. 11, nos 17-19; fol. 40 v°-41, nos 63-65; — Histor. de France, t. XXIII, p. 808 E). Il fut encore convoqué le 29 juillet 1318 (Arch. nat., JJ. 55, fol. 45v°, n° 93; — Histor. de France, t. XXIII, p. 813 H); mais, le 18 novembre suivant, des mesures de rigueur, motivées par les faits que rapporte Jean XXII, avaient été prises contre lui; le duc de Bourgogne reçut de Philippe V pleins pouvoirs pour punir la rébellion de Béraut; il fut, pour la seconde fois, mandé au bailli d'Auvergne de saisir ses terres (Arch. nat., JJ. 55, fol. 31, nos 75 et 76), et les nobles du comté de Nevers ainsi que ceux d'Auvergne durent prêter main forte à l'exécution de ces ordres (Arch. nat., JJ. 55, fol. 59 v°, nos 124, 125, — Histor. de France, t. XXIII, p. 816 B et note 8); il ne s'agit donc point ici, comme il est dit dans cette dernière note et ainsi que le fait justement remarquer M. Lehugeur dans son histoire de Philippe V (p. 276, note 5) de la guerre de Flandre. A la suite de ces mesures, le sire de Mercœur vint, le 28 juin 1319, au bois de Vincennes et en présence de Henri de Sully, se mettre à la merci du roi, qui lui ordonna d'aller en prison au Châtelet. La lettre que nous publions ici

est évidemment antérieure à cette date. Nous savons d'ailleurs que Simon d'Archiac, qui se trouve mentionné dans une lettre analogue (n° 749) comme doyen de Saintes, fut nommé archevêque de Vienne le 3 septembre 1319 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 559) et que Louis d'Evreux, auquel le pape écrivit également (n° 752), mourut le 19 mai 1319 (Voyez n° 738, note 2).

Il est nécessaire de reproduire le document relatif à la soumission de Béraut, puisqu'il nous permet de compléter les renseiguements que nous donnent les nombreuses lettres que Jean XXII écrivit sur le même sujet et qui sont pour la plupart dépourvues de dates (nos 747-753, 758-760, 777, 870-872, 904-906, 908, 910, 911, 1075-1086, 1091).

« Philippe, par la grace de Dieu roys de France et de Navarre, à touz ceus qui ces presentes lettres verront, salut. Savoir faisons que l'an de grace mil CCC et XIX, la veille saint Pierre et saint Pol, vint li sires de Marqueil au bois de Vincennes, en la presence de nous, et grant foison de genz de notre lignage et de plusieurs autres prelaz, contes, barons, clers, bourgois et grant multitude d'autres personnes, devant lesquiex touz ensamble ledit sire de Marqueil nous dist qu'il se metoit en grace, misericorde et bonne merci, premierement sa personne, ses terres et ses biens, pour faire et ordener en la maniere qu'il nous pleroit. Et apres ce nous requist que pour Dieu il fust oiz de grace en ses bonnes executions, raysons et deffenses, suppliant que au conseil, de chose qui le touchast, nul de ses anemis n'i fust appelez ni oiz, et puis nous dist les paroles qui s'ensuient : Sire, j'ai entendu que vous [vous] tenez mal a paiez d'une [lettre ?] que je envoie pieça où estoit contenu aucunes complaintes que je faisoié, vraiement sire je ne fist onques a mal entencion, mais contrant et à grant malaise de cueur, pour ce que on m'avoit donné à entendre et raporté que on vous avoit dit que je devoie avoir entré en votre terre de Bourgoigne mauvaisement, laquele chose je ne fis onques et n'est nul qu'il le vousist maintenir, excepté vous et mes signeurs de votre lignage, que je ne m'en deffendisse en maniere deue comme en tel cas appartient, et de ce que es dites lettres je appeloie et reputoie lors le seigneur de Seuyly pour Architofel, en verité, sire, je le fis contraint et meu, pour ce que on m'avoit raporté qu'il devoit avoir raporté de moy les paroles dessusdites. Adonc notre chier ami et feal oncle de Valoys qui se seoit pres de nous se leva et dist devant touz que aus paroles qui furent dites, il fut presenz, mais en l'ame de li, li sires de Suily n'en parla onques, et lors lidiz sires de Marcueil respondi par tel manere et dist : Sire, puis que vous le dites, je le croi bien, que vous este bien tiels hons que l'en doit croire, et je vousisse que je ne l'eusse onques fait et m'en repent et tieng le sire de Suyli pour preudome et pour loyal. — Et adonc le seigneur de Seuily, notre amé et feal cousin, bouteillier de France qui estoit en estant devant nous s'adreça à parler à nous et parla par les moz qui s'ensuient : Sire, vous oez bien que li sires de Marqueil dit, et puisqu'il me tient pour proudome et pour loial, il me plaist bien, car se autrement nul le disoit, ne le sire de Marqueil ni autre, je m'en deffendroie si comme il appartendroit, contre touz excepté vous et mes seigneurs de votre lignage, et, sire, vous estes bien tel et si bon seigneur que vous savez bien que vous avez à faire sur ce. Lesquiex choses ainsi faites, dites responses et oies, notre amé et feal chevalier Pierres de Dici, de par nous et de notre commandement, dist audit sire de Marqueil aucunes choses de notre volenté en reprenant de son proces et de sa maniere d'aler avant et li commanda de par nous qu'il alast tenir prison à Paris en notre Chastelet. En tesmoing de laquelle chose nous avons fait mettre notre seel en ces presentes lettres, faites et donnees au [dit] lieu, l'an et le jour dessusdit. » (Arch. nat., JJ. 55, fol. 16, n° 31.)

747 [31 octobre 1318.]

Eidem de eodem, omissa clausula de nuntii missione. (Reg. 110, p. I, fol. 93 v°, c. 338.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Prudenter, fili carissime, — Sic itaque, fili, te nostris in hac parte persuasionibus flexibilem prebeas, quod evidentia facti te doceat zelari pacem et jurgia execrari, et exinde tranquillitas optata proveniens tibi cedat ad gaudium, nostrisque in hac parte desideriis, quibus non que nostra sunt querimus, sed ad dissidentium intendimus comodum, satisfiat. Datum ut supra[1]. »

[1] Cette lettre a évidemment la même date que celle que nous publions ci-avant (n° 746), et nous ne pouvons pas tenir compte ici de la formule *ut supra*, qui, dans le registre 110, correspondrait à la date *idus maii* (c. 337, n° 600 de notre publication ; voy. ce que nous disons n° 5, note).

748 31 octobre [1318].

Præfatum Henricum Soliaci ad pacem cum dictis comite Autissiodorensi et domino Mercorii hortatur eique eumdem fratrem Guillelmum de Lauduno mittit. (Reg. 109, fol. 213 v°, c. 785 ; — Reg. 110, p. I, fol. 84, c. 307.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Cum juxta sapientis — Dat. II kal. novembris[1]. »

[1] Cf. n° 746.

749 31 octobre [1318].

Philippum, regem Franciæ, de gestis ab eodem Beraldo, domino Mercorii, in ampliori forma certiorem

faciens, hortatur eum ut, omni indignatione deposita, erga dictum Beraldum qui stare juri paratus est, se clementem exhibeat fidemque præfato fratri Guillelmo de Lauduno adhibeat. (Reg. 109, fol. 214, c. 788; — Reg. 110, p. i, fol. 84 v°, c. 310.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*[1]. Optamus, fili carissime, te in votis habentem, ut asseris, circa subsidium Terre Sancte Dei promovere negotium, pace frui pectoris similiter et temporis, ut eo liberius eidem negotio te possis ad servitium tui Creatoris impendere, quo plenior tibi et christianissimo regno tuo tranquillitas aderit optande quietis; propter quod quecunque pacem et quietem hujusmodi impedire valentia molesta procul dubio gerimus et, ut suo prefocentur in ortu, intensis desideriis affectamus. Ad nos siquidem, fili, non sine mentis turbatione rumor perduxit implacidus quod dilectus filius nobilis vir Beraudus, dominus Mercorii, cum nonnullis magnatibus atque nobilibus aliis, societatem et colligationem inierat, quibusdam assumptis ad hujus societatis indicium vestibus in quibus erant certe descripte littere societatis expressive predicte; de cujus processu sciendo solliciti, dilecto filio magistro Symoni de Archiaco, decano Xanctonensi, capellano nostro ac clerico tuo, ad tuam nuper presentiam accedenti commisimus ut se inde et in suo transitu per Lugdunum et tecum etiam diligentius informaret, informationis exitum nobis lucide rescripturus. Set et ulterius habuit ipsius rumoris assertio quod, propter aliqua que Beraudus ipse una cum certis nobilibus aliis attemptasse dicitur in comitatu Borgondie infesta quidem tuis affectibus, tu gravi adversus eum indignatione concepta, terram ejus ad manus regie curie poni jusseras et saysiri, quodque tue circa id jussioni per ipsius Beraudi gentes non fuerat obeditum ad plenum. Cum autem circa hoc assertionum diversitas variarum nostrum cogeret alternari judicium, quibusdam ponentibus quod idem Beraudus nullam talem societatem contraxerat, quodque tue circa saysinam terre sue jussioni paruerat, et tuam adiverit excellentiam vel se adire parabat, tuis per omnia beneplacitis pariturus, aliis dicentibus e diverso, tandem, nobis sic in suspenso manentibus, Beraldus ipse ad nostram curiam veniens, se nostro conspectui presentavit, cui, in crastinum, nonnullis ex fratribus nostris de regno tuo progenitis tuorumque zelatoribus honoris et comodi ad id specialiter accersitis, premissa omnia que audiveramus explicuimus seriose, paterna increpatione subjuncta quod ad aliquid tibi displicibile prorupisset. Ipse vero circa predictam societatem ante omnia se excusans, proprio juramento firmavit quod nullam societatem, colligationem seu confederationem iniverat cum magnatibus et nobilibus antedictis, licet quadam die, cum illis existens, vestem sibi ab insperato per illos oblatam, etiam displicenter assumpserit, quam, ne aliquibus ex eis personis, utique notabilibus, vestem gerentibus similem, irrogare quandam repulse videretur injuriam, decenter refutare nequiverit; subjungens deinde quod nullam, circa terre sue captionem, se inobedientiam erga te commisisse credebat, quamvis castra ipsius terre minime dimisisset, regales namque littere non de castris ad manum tue ponendis curie, set de terra sua faciebant mentionem tantummodo, unde postquam terram dimiserat libere, non putabat, secundum habitum circa id consilium a peritis, inhobediens extitisse. Nobis tamen instantibus, ipse devote se spontaneum obtulit et castra que tenet a te in tuis tradere libere manibus, ad prosequendum nichilominus rationes et deffensiones suas, dummodo ad te sibi pateret liber ac debitus aditus et securus salvusque conductus pro mora et reditu, ad tuam desideranter presentiam accessurus. Porro ad justificationem facti Borgondie multa disseruit que narratio subsequens substantialiter explicabit. Asseruit etenim quod, cum dominus de Raone per se, gentes suas et alios in castris suis receptatos et locis, jam dudum in terram comitis Autisiodorensis, avunculi Beraudi predicti, dampna dedisset quamplurima, et in ipsius comitis, dum vivebat, et suorum personas commisisset enormes excessus, et noviter etiam in villa de Cremicis (?) in qua dilectus filius comes Autisiodorensis, nepos quondam comitis antedicti, certa jura gardie obtinebat, tot exercuisset sepe discurrendo rapinas, quod idem comes gardiam ipsam amiserat et, a biennio citra, nonnulli prodeuntes de castro Bajonis qui et adhuc inibi receptantur, militem quendam, dicti comitis hominem ligium et tam sibi quam

dicto Beraudo consanguinitate conjunctum, nequiter occidissent, nec idem dominus de Raone satisfacere de hiis vellet, quamvis super hoc etiam per gentes suas in dicto comitatu ad quas exinde habitus recursus extiterat, pluries requisitus [esset], dictus comes Autisiodorensis, volens in hac parte in curie tue defectum, fili, contra dictum dominum de Raone prospicere, Beraudum ipsum tanquam suum hominem ligium ut in hiis eidem assisteret requisivit; qui, licet simul equitaverint contra ipsum dominum de Raone, ad cedes tamen vel incendia minime processerunt, immo et idem Beraudus asserit se laborasse pro viribus quod hujusmodi negotium per viam concordie duceretur, ne gens tua se ex guerre motione reputaret offensam, quamvis in hoc, si consuetudo comitatus Burgondie attendatur, offensa ex ratione ascribi non possit, cum ut ponit, juxta ipsius consuetudinis observantiam, injurianti et satisfacere recusanti guerram movere liceat, quam ex quo mota fuerit, non impedit manus domini ad feudum posita, quin impune continuari valeat absque eo quod dominus propterea dicere possit aut debeat se offensum, specialiter ubi proprietarius feudi, ipso feudo in manu domini existente, guerram inde facit, aut prosecutores guerre maleficos in illo receptat, sicut et fecisse dicitur idem dominus de Raone. Ceterum quantumvis ipse Beraudus ratione premissorum se in nullo tuam crederit curiam offendisse, nichilominus, tuorum reverentie et honoris intuitu, in officialium tuorum presentia, tibi ut comiti Borgondie pro predictis gagiasse se ponit emendam ad esgardum tue curie in comitatu jamdicto, suis tamen rationibus justisque deffensionibus, usibus consuetudinibus et privilegiis comitatus ejusdem auditis primitus et servatis, de qua quidem gagiatione ipsi tui officiales, ut asserit, contentati, promiserunt se adversus eum ex tunc (se) nullatenus processuros nisi per viam juris, eo vocato videlicet et suis rationibus et deffensionibus debite, ut prefertur, admissis, set subito, ipsius promissionis immemores, ipso Beraudo non vocato, quamvis pro pacificationis, suo et dicti comitis nomine, cum ipso domino de Raone ineunde negotio, in illis partibus tunc presente, ad domum suam de Villario Roberti venere cum armis et, gagiatione non obstante predicta, nonnullis ex suis gentibus interfectis, domum occuparunt eandem, et adhuc cum bonis in illa repertis detinent occupatam, et per terram etiam suam pro libito discurrentes, usque ad valorem decem milium librarum intulerunt gravia dampna sibi. Quamvis autem super restitutione seu recredentia alterius terre sue ad manus tuas, ut premittitur, posite negotii occasione predicti, se sufficienter dicat requiri fecisse, offerendo se in tua curia juri stare paratum et emendam insuper gagiare, rationibus et deffensionibus suis, usibus, consuetudinibus et privilegiis dicti comitatus auditis, ut pretactum est, et servatis, actenus tamen est sibi restitutio hujusmodi seu recredentia, immo et audientia debita super hiis, ut asserit, denegata. Hec, amantissime fili, si vera sint et, quod absit, procedant ulterius, esse malorum initia, et licet modica videantur, pericula possent germinare non pauca, ex hiis minima dissidii scintilla progrediens facile posset, eo flante qui amator est jurgiorum et zizanie seminator, in grandem turbationis ignem periculose subcrescere, unde darentur inimicis audacie, ne dicamus pertinacie cornua grandioris, et forsan in devotione teperent qui creduntur amici, sicque per consequens, illud secundum quod ad passagium generale dicis habere te votum, ad cujus executionem celerem et votivam incredibiliter anhelamus, impediri, quod avertat Altissimus, posset totaliter vel dampnose differri, quia igitur talia sunt discrete vitanda, quesumus et per tui Redemptoris mansuetudinem obsecramus, tibi nichilominus sano consilio suadentes quatinus, premissis omnibus quieta meditatione pensatis, et eo etiam consideranter attento quod impositus tibi regalis a Domino titulus exigit ut sic te regas et dirigas, tuosque motus nunc freni refragantis rationis appositione compescas, nunc lenitive clementie adjectione refrenes, quod nulli reperiaris injurius, quin potius, quantum decenter fieri poterit, occurras singulis gratiosus quodque tibi imitanda tuorum bonitas progenitorum indicit ut, eorum sequendo vestigia, subditos in pace gubernes atque justitia, etiam interdum dissimulando prudenter illorum errata, prefatum Beraudum, qui et jam gagiavit et adhuc est, ut dicit, paratus gagiare pro predictis emendam et in tua curia, ut predictum est, stare juri, nullius ad te retinens, quantum ex nobis percipere

potuimus, indevotionis aut pertinacie spiritum, set gerens potius laudabilem tuis parendi mandatis affectum, cujus profecto grata servitia tuis impensa progenitoribus et que tibi utiliter potest impendere circumspectionem debent inducere regiam ad eum favorabiliter prosequendum, ad tuam benigne velis admittere, quavis indignatione deposita, gratiam, procuratores suos auditurus in sua justitia, premissis omnibus ac presentis malitia temporis providenter attentis, erga ipsum te sic favorabiliter habiturus quod plus eam que amica debet esse principibus censearis in hiis servasse clementiam, quam exercuisse potentiam vel rigorem, ipseque propterea ad tua fideliter et viriliter prosequenda negotia constantius animetur. Et ecce pro hiis explicandis tue celsitudini plenius et efficacius suadendis, dilectum filium fratrem Guillelmum de Landuno de ordine fratrum Predicatorum, magistrum in theologia, capellanum nostrum, in nostra regentem curia, presentium portitorem, ad te duximus destinandum, cujus velis assertionibus circa hec credere et suasionibus exorabilem te prebere. Dat. II kal. novembris[2]. »

[1] Dans le registre 110, cette adresse est écrite à l'encre noire, et on lit en regard, dans la marge, la lettre R qu'il faut lire : *rubrica* comme on le trouve ailleurs (nos 26, 1177). Elle indique que l'adresse devait être mise en rouge, de même que dans les autres lettres.

[2] Cf. Pour la date, voyez no 746, note, et, au sujet de ces lettres, no 76, note 1.

750 31 octobre [1318].

Johannæ, reginæ Franciæ, de eisdem scribens, hortatur eam ut dictum Philippum regem ad clementiam erga præfatum Beraldum exhibendam necnon ad concordiam inter eumdem Beraldum et Henricum Soliaci reformandam inducat. (Reg. 109, fol. 215 v°, c. 789; — — Reg. 110, p. I, fol. 85 v°, c. 311.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Optamus, filia, christianissimum regnum Francie tranquillitatem optande pacis et quietis habere; propter quod quecunque pacem et quietem hujusmodi impedire valentia molesta procul dubio gerimus et, ut suo prefocentur in ortu, intensis desideriis affectamus. Ad nos siquidem rumor implacidus non sine mentis turbatione perduxit quod dilectus filius nobilis vir Beraudus, dominus Mercorii, cum nonnullis magnatibus societatem et colligationem iniverat, quibusdam vestibus ad indicium hujusmodi societatis assumptis, quodque propter aliqua que Beraudus ipse una cum certis nobilibus aliis attemptasse dicebatur in comitatu Borgondie, carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, vir tuus, gravi adversus eum indignatione concepta, terram ejus ad manus poni regie curie jusserat, set regie circa id jussioni non fuerat per ipsius Beraudi gentes obeditum ad plenum. Circa hec autem nobis ex variarum assertionum diversitate quodam modo manentibus in suspenso, hiis unum dicentibus, aliis asserentibus e diverso, dictus Beraudus advenit, cui, presentibus nonnullis ex fratribus nostris de regno ipso progenitis regiique zelatoribus comodi et honoris, premissa omnia que audiveramus explicuimus seriose, paterna increpatione subjuncta quod ad aliquid ipsi regi displicibile prorupisset. Ipse vero sub juramento societatem, colligationem seu confederationem aliquam cum magnatibus ipsis inivisse se negans, quamvis vestem ab inspirato sibi per illos oblatam, quam decenter refutare nequiverat, assumpsisset, asseruit quod circa terre sue captionem fuisse inhobediens non credebat castra ipsa minime dimittendo, cum, regalibus litteris non de castris ad manus regie ponendis curie, set de terra sua tantummodo facientibus mentionem, terra ipsa dimissa libere, castra predicta sibi retinere licuerit, juxta consilium circa id, ut dicit, habitum a peritis. Nobis tamen instantibus, ipse devote se spontaneum obtulit castra que tenet a rege predicto in ipsius regis tradere libere manibus, ad prosequendum nichilominus rationes et deffensiones suas, dummodo liber ad eum sibi pateat, ut condecet, securus accessus salvusque conductus pro mora et reditu, ad ipsius regis presentiam desideranter, ut asserit, accessurus. Porro ad justificationem facti Borgundie multa posuit, que ipsi regi seriosius explicamus, subjungens quod, etsi usibus, consuetudinibus et privilegiis dicti comitatus attentis, in nullo se putet curiam comitis offendisse, nichilominus, regalis reverentie et honoris intuitu, ipsi regi ut comiti Borgundie, in officialium suorum presentia,

pro predictis gagiavit emendam ad esgardum curie comitatus ejusdem, salvis tamen suis rationibus justisque deffensionibus, ac servatis usibus, consuetudinibus et privilegiis comitatus ipsius, qui quidem officiales, gagiatione non obstante predicta de qua, ut ipse Berandus asserit, reputaverunt se contentos, subito, ipso non vocato Berando, domum suam de Villario Roberti intravere cum armis eamque, nonnullis ex ipsius Beraudi gentibus interfectis, per violentiam occuparunt, et adhuc cum bonis repertis inibi detinent occupatam, dampnis aliis gravibus, per terram ejus pro libito discurrendo, usque ad valorem decem milium librarum, ut dicit, illatis eidem. Et licet super restitutione domus et bonorum hujusmodi nedum balyvum Borgondie, quin etiam regalem curiam tam super hoc quam super restitutione seu recredentia alterius terre sue ad manus regias posite, negotii occasione predicti, se sufficienter dicat requiri fecisse, offerendo se in regia curia juri stare paratum et emendam insuper gagiare, auditis rationibus suis atque deffensionibus ac servatis usibus, consuetudinibus et privilegiis antedictis, actenus tamen est sibi restitutio hujusmodi seu recredentia, immo et audientia debita super hiis, ut asserit, denegata. Hec, amantissima in Christo filia, si vera sint [1] — qui creduntur amici, et quia talia sunt discrete vitanda, hoc precipue tempore, prefato regi per alias nostras litteras sano consilio suademus ut, premissa prudenter attendens sicque suos motus nedum rationis freno dirigens, set et clementie adjectione refrenans, quod nulli reperiatur injurius, set, quantum decenter fieri poterit, occurrat singulis gratiosus, presertim cum ei suorum imitanda bonitas progenitorum indicat ut subditos in pace gubernet, atque justitia, etiam dissimulando interdum illorum errata, prefatum Beraudum qui et jam gagiavit et adhuc est, ut dicit, paratus gagiare pro predictis emendam et in regia curia, ut predictum est, stare juri, nullius ad regem ipsum retinens, quantum ex nobis percipere potuimus, indevotionis aut pertinacie spiritum, set gerens potius laudabilem regiis parendi mandatis affectum, cujus profecto grata servitia regiis impensa progenitoribus et que ipsi regi utiliter potest impendere, circumspectionem debent inducere regiam ad eum benivole prosequendum, ad suam benignam velit admittere, quavis indignatione deposita, gratiam, procuratores suos auditurus in sua justitia et, premissis omnibus ac presentis malitia temporis providenter attentis, erga eum se sic favorabiliter habiturus — constantius animetur. Quia preterea, sicut audivimus, propter aliqua verba que dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus Soliaci, buticularius Francie, de dilecto filio nobili viro comite Autisiodorensi et Beraudo predicto sub alio, ut firmiter credimus, intellectu quam per illos recepta fuerunt, dicitur protulisse, videlicet quod juxta vulgare gallicum *maureisement* fecerant aliqua que in comitatu Borgondie attemptarant, idem comes de regia curia non absque grandi turbatione decessit, et Beraudus ipse adeo fuit exinde commotus, quasi eis per verba ipsa aliquid proditionale videretur impingi, quod de sua fidelitatis sinceritate securus et proditionis imposturam abhorrens, irritatus incanduit, et ad suam innocentiam circa id ostendendam se personaliter contra Henricum ipsum per patentes suas litteras obtulit deffensurum, nos meditantes attentius talia posse discrimina non pauca producere, utpote quia in ipsorum commotione nobilium multarum commoveretur animus sublimium personarum et in eorum turbatione corda plurium turbarentur, que nedum mutuis possent causam dare periculis et periculose utriusque impedire profectus, quin etiam ipsorum regis et regni turbare quietem, eidem regi efficaciter suademus [2] ut, cum credamus indubie quod dictus Henricus per verba ipsa noluerit proditionis notam imponere comiti et Beraudo predictis, nec verbum istud *maureisement* de sui virtute proditionem importet, set alias injuriosum aut indebitum aliquid representet ex significatione vocabuli, nec sit verisimile quod idem Henricus, in dictum invehendo comitem, verbum proferens antedictum, aliquid censerit de proditionis macula cuiquam impingenda, cum comes ipse adeo juvenilis et innocentis etatis existat quod suspectus de talibus probabiliter esse nequit dictusque Beraudus, quem de malo intellectu verborum ipsorum coram aliquibus ex fratribus nostris arguimus, satis laudabiliter annuat quod, si Henricum ipsum non credidisset per verba ipsa notam proditionis eis imponere voluisse, nequaquam ad oblationem deffensionis hujus

prorupisset, predictum Henricum ac Berandum eundem, data ei pro accessu, mora et reditu facultate plenaria, ad suam presentiam convocet et quod jubeat et mandet ut idem Henricus declaret explicite se per verba predicta noluisse proditionale aliquid comiti et Berando predictis imponere, quodque idem Berandus ibidem explicet, sicut etiam explicuit coram nobis, quod si per verba predicta non credidisset nevum sibi proditionis impingi, ad oblatum predicte defensionis modum verbo vel litteris minime processisset, propagaturus nichilominus idem rex inter ipsos concordiam solidam, ut eo utiliores ad regia reddantur obsequia quo magis fuerint unanimes et concordes efecti. Cum itaque, filia, tua plurimum interesse noscatur solerter advertere dispendia gravia que ex premissis, si non occuratur remediis oportunis, possent dicto regno verisimiliter evenire, serenitatem tuam hortandam duximus attentius et rogandam quatinus, discreta meditatione pensato quod prudenter est malorum imminentium precidenda materia, ut bona salubriter veniant, apud regem ipsum efficacioribus inductionibus curet insistere quod paternis circa premissa suasionibus, quibus suam et regni predicti quietem specialiter querimus, filialis devotionis promptitudine acquiescat. Et ecce super hiis dicto regi et tibi plenius explicandis, dilectum filium fratrem Guillelmum de Lauduno de ordine fratrum Predicatorum, magistrum in theologia, capellanum nostrum, in nostra regentem curia, exhibitorem presentium destinamus, cujus assertionibus velis circa illa fidem credulam adhibere. Dat. II kal. novembris[3]. »

[1] Les passages supprimés ici se retrouvent dans la lettre précédente.
[2] N° 749.
[3] Cf. *ib.*

751 31 octobre [1318].

Carolo, comiti Valesii, de eodem et pro eisdem. (Reg. 109, fol. 216 v°, c. 790; — Reg. 110, p. I, fol. 86 v°, c. 312.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Optamus, fili, christianissimum — Dat. II kal. novembris[1]. »

[1] Cf. n° 749.

752 [31 octobre 1318].

In e. m. Ludovico, comiti Ebroicensi. (Reg. 109, fol. 217 v°, c. 79; — Reg. 110, p. I, fol. 87 v°, p. c. 312.)

753 31 octobre 1318.]

In e. m. Carolo, comiti Marchiæ. (Reg. 109, fol. 217 v°, c. 792; — Reg. 110, p. I, fol. 87 v°, p. c. 312.)

754 2 novembre 1318.

Consulibus et universitati hominum Montispessulani concedit ut usque ad decem annos extra Magalonensem diocesim ad judicium evocari non possint, ratione earum quæ infra eamdem diocesim expedire habent aut actionum personalium (Reg. 110, p. II, fol. 67 v°, c. 313 et 958.)

« *Dilectis filiis consulibus et universitati hominum Montispesullani, Magalonensis diocesis.* Sincere devotionis integritas et constantis fidei plenitudo quibus velut obedientie filii, retroactis studuistis temporibus ac studetis assidue Sedi apostolice complacere, nostrum non indigne solicitant animum ut, apostolica vos benivolentia prosequentes, personas vestras congruis foveamus favoribus et specialis privilegio gratie muniamus. Hinc est quod nos vestris supplicationibus grato concurrentes assensu, ut vos vel aliqui seu aliquis vestrum extra Magalonensem [diocesim], super hiis que infra eandem habetis, aut super actionibus personalibus, dummodo infra diocesim ipsam parati extiteritis de vobis conquerentibus coram competenti judice justitie plenitudinem exhibere, non possitis ad judicium evocari per litteras Sedis apostolice vel legatorum ejus impetratas, per quas nondum ad citationem partium sit processum, seu etiam impetrandas, cujuscunque tenoris existant, nisi eadem apostolice littere impetrande, plenam et expressam de hac indulgentia fecerint mentionem, auctoritate vobis presentium indulgemus, presentibus post decennium minime valituris. Nulli ergo etc. Dat. IIII nonas novembris, anno tertio[1]. »

[1] Une lettre de Clément V, en tout semblable à celle-ci, sauf qu'elle n'a pas d'adresse, pas de clause : *presentibus post*

decennium minime valituris et pas de date, figure sous le cap. 311 alias 956, fol. 67 du même registre. Voyez ci-après nº 756A, note.

755 2 novembre 1318.

Litteras quibus Gregorius IX, ad exemplum Innocentii III et Honorii III, prædecessorum suorum, consules et homines præfatæ universitatis Montispessulani sub sua protectione susceperat confirmat, dictarumque litterarum, Perusii, XI kal. martii, pontificatus anno secundo datarum, tenorem præsentibus inserit. (Reg. 110, p. II, fol. 67 vº, c. 314 et 959; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1318, § XXV, extrait.)

« *Dilectis filiis consulibus et populo Montispessulani, Magalonensis diocesis.* Circa ea que in favorem devotarum sacrosancte Romane Ecclesie personarum a predecessoribus nostris Romanis pontificibus laudabiliter esse facta conspicimus, nos libenter exorabiles et propitios exhibemus. Sane felicis recordationis Gregorii pape noni litteras, ipsius vera bulla bullatas, ut prima facie apparebat, nobis offerre curastis, supplicantes instanter ut eas approbationis nostre fulcire munimine dignaremur ; ipsarum autem litterarum tenor per omnia talis erat :

Gregorius episcopus, servus servorum etc. Prompte fidei et prone devotionis affectus quem erga Romanam Ecclesiam a progenie in progenies geritis indefessum, sicut vobis prestat fiduciam nos rogandi, sic et nobis vestris precibus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuendi rationem probabilem persuadet, quia si cupimus invenire qui placeant, decet ut honoremus inventos, qui nonnunquam merita supplicium excedentes et vota, potius volumus merita premiis quam premia meritis superari. Cum igitur Ecclesiam Romanam filiali reverentia venerantes, ejus vos beneplacitis tanquam filii benedictionis et gratie laudabiliter exponatis, nos vestris supplicationibus annuentes, ad exemplar felicis memorie Innocentii et Honorii, predecessorum nostrorum, personas vestras et villam Montispessulani cum consulatu et aliis omnibus que in presentiam rationabiliter possidetis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad perpetuum autem devotionis indicium duas marchas auri, centum massamutinis computandis pro marcha, quas ab olim Sedi apostolice obtulistis nobis ac successoribus nostris, singulis annis in festo Resurexionis dominice persolvetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Perusii, XI kal. martii, pontificatus nostri anno secundo.

Licet igitur additione plenitudo non indigeat, nec firmitatem exigat quod est firmum, ut tamen nostra erga vos benignitas clareat, vestris supplicationibus inclinati, prescriptas litteras et que per ipsos predecessores nostros acta sunt in premissis rata gerimus atque grata, eaque laudamus auctoritate presentium et, ad habundantioris cautele suffragium, approbamus. Dat. IIII nonas novembris, anno tertio. »

756A 2 novembre [1318?].

Inquisitoribus regni Franciæ mandat ut consules et populum Montispessulani commendatos habeant nec eos officii sui prætextu molestent. (Reg. 110, p. II, fol. 67 vº, c. 315 et 960.)

« *Dilectis filiis inquisitoribus heretice pravitatis in regno Francie per Sedem apostolicam deputatis et in posterum deputandis.* Etsi zelo fidei christiane ad cujus deffensionem tenemur ex officii debito, et nichilominus divini amoris igne succendimur, labem heretice pravitatis aboleri de credentium finibus cupiamus, quia juxta evangelice veritatis eloquium, dum de agro Domini colliguntur zizania, triticum conservari debet in orreo reponendum, commissum et committendum vobis inquisitionis officium sic vos volumus contra hereticorum perfidiam viriliter exequi, ut in eos qui fidei christiane professores et divini nominis veri cultores extiterint illud non contingat extendi. Sane nonnullis ex predecessoribus nostris Romanis pontificibus ab olim, sicut in eorum litteris vidimus contineri, fuit testimoniis fide dignis assertum quod villa Montispesullani, Magalonensis diocesis, erat a macula heretice pravitatis immunis, et dilecti filii consules et populus ejusdem ville, supra firmam petram catholice fidei stabiliti, non declinarant ad dexteram

vel sinistram, quin immo in devotione sacrosancte Romane Ecclesie, matris sue, firmiter et fideliter persistentes, illis laudabiliter inherebant que ad apostolice Sedis redundare[n]t honorem, nec nos per Dei gratiam de villa, consulibus et populo memoratis audivimus hucusque contrarium, ymmo ipsos in solida sinceritate catholice fidei et Ecclesie devotione credimus jugi perseverantia permanere; quia itaque consules et populus antedicti pro hujusmodi meritis per nos cunctosque fideles sunt favorabiliter prosequendi, justumque videtur et decens ut in gravamen ipsorum vestrum non cedat officium, set tantum illorum faciem ignominia repleat qui probabiliter suspecti creduntur quod catholicam respuunt puritatem, nos eorum supplicationibus inclinati, devotioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ipsos vel ex eis aliquem pretextu vestri officii non molestetis in aliquo vel gravetis indebite, quin immo eos habeatis propensius comendatos, quamdiu fideliter, ut premissum est, egerint et devote, ut zelus fidei et fervor devotionis eorum tanto fortius accendatur, quanto se per hoc majorem senserint invenisse favorem. Dat. IIII nonas novembris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre n'a pas de date d'année, mais par l'analogie d'objet qu'elle a avec les précédentes, nous croyons devoir l'en rapprocher et lui attribuer la même date. On trouve, dans le registre 110, sous les cap. 307-311, alias 952-956, cinq lettres appartenant à d'autres pontificats, mais toutes relatives à Montpellier. Ce sont évidemment celles auxquelles Jean XXII fait ici allusion et c'est pourquoi nous les donnons ci-dessous, sauf la dernière, qui a déja été citée (nº 754, note).

756B Vatican, 20 mai 1219.

Honorius papa III Ingeranno de Cociaco qui ad expugnandos hæreticos Albigenses processerat, gratias agit; eum rogat ut consules et populos villæ Montispessulani commendatos habeat, nec permittens eos molestari, Ludovicum, primogenitum Philippi regis Franciæ, ad hoc idem inducat. (Reg. 110, p. II, fol. 66, c. 307 et 952.)

« *Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Ingeriancio* (sic) *de Coci, cruce signato, salutem etc.* Zelum tue devotionis et fidei dignis in Domino laudibus commendamus quod, volens prelia Domini preliari, ad expugnandum Albigenses hereticos viriliter processisti, signo crucis vivifice insignitus. Sane quoniam, evangelice veritatis dogmate attestante, dum de agro Domini colliguntur zizania, debet triticum reponendum in orreo conservari, sic te decet expugnare hereticos ut eos qui christiana professione censentur et cultores divini nominis non impugnes, set eos potius studiose deffensionis clipeo tuearis. Nobis quidem ex venerabilis fratris nostri Sabinensis episcopi et aliorum plurium proborum virorum laudabili testimonio liquet clarius et tibi, ut credimus, dubium non existit quod, cum villa Montispesullani ubertate bonorum omnium taliter sit repleta quod ei Dominus benedixisse videtur, qui de rore celi et terre pinguedine habundatiam sibi dedit, dilecti filii consules et populus ejusdem ville, supra firmam petram catholice fidei stabiliti, non declinant ad dexteram vel sinistram, quin immo in devotione sacrosancte Romane Ecclesie, matris sue, firmiter et fideliter persistentes, propugnatoribus Jhesu Christi cruce signatis per terram eorum transeuntibus ad mandatum nostrum favorabiles hactenus extiterunt; unde dignum est et consentaneum rationi ut ipsorum fidelitas et devotio eos tibi et aliis recommendent. Scire namque te volumus quod, cum villa predicta et tota terra spectans ad ejus dominium sint de mandato nostro carissimo in Christo filio nostro Jacobo, illustri regi Aragonum, restitute, ac dicti consules et populus sub apostolice Sedis et nostra protectione consistant, cum ex paterne dilectionis affectu quo sincere diligimus ipsum regem ab inclite recordationis Maria, regina Aragonum, matre ipsius, dudum apud Sedem apostolicam decedente, cum dicta villa et aliis bonis suis Romane Ecclesie comendatum, tum etiam ob devotionem et fidelitatem eorum, ipsos manutenere propensius nos oportet. Quocirca nobilitatem tuam rogandam duximus et monendam per apostolica scripta tibi mandantes quatinus, consules et populum suprad[i]c[t]os ob reverentiam apostolice Sedis et nostram habens propensius comendatos, eos in aliquo non molestes nec permittas ab aliis, quantum in te fuerit, molestari, quin imo dilectum filium nobilem virum Ludovicum, primogenitum carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francorum illustris[1], prudenter moneas et inducas ut eosdem consules et populum non molestet nec molestari permittat ab aliis, set eos habeat pro[2] apostolice Sedis et nostra reverentia comendatos. Dat. Rome, apud sanctum Petrum, XIII kal. junii, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] Louis, fils ainé de Philippe Auguste, plus tard roi sous le nom de Louis VIII.
[2] Reg. : *per*.

756C [Vatican, 20 mai 1219?]

Præfato Ludovico, primogenito regis Franciæ, de eodem (Reg. 110, p. II, fol. 66 vº, c. 308 et 953.)

« *Idem, Lodovico, primogenito regis Francie etc.* [1] Grates referimus pro te Deo quod, cum sis verus Christi miles effectus, zelus te comedit domus ejus, et obprobria sibi exprobrantium in te cadunt quemadmodum rerum demonstrant indicia et nos certis perpendimus argumentis, dum prelia volens Domini preliari, ad expugnandum Albigenses hereticos, fidei nostre hostes, in manu forti et extenso brachio viriliter processisti, signo crucis vivifice insignitus. Sane etc. [2] usque molestari, preces apostolicas in hac parte taliter imple-

turus quod effectus devotionis sincere quem ad Romanam Ecclesiam et nos ipsos habere te credimus clareat in effectu, et nos sinceritatem tuam dignis in Domino laudibus commendamus[3]. »

1 Il s'agit évidemment ici du fils de Philippe Auguste mentionné dans la lettre précédente.
2 Voyez la lettre qui précède.
3 Cf. Nous croyons devoir rapprocher cette lettre de celle que nous indiquons ci-dessus et lui attribuer la même date.

756D Latran, 13 mai 1226.

Universis cruce signatis ad expugnandum Albigenses hæreticos accedentibus, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 66 v°, c. 309 et 954.)

« *Idem, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis nobilibus viris comitibus, baronibus et universsis cruce signatis ad expugnandum Albigenses hereticos accedentibus, salutem et apostolicam benedictionem.* Zelum vestre devotionis etc.[1] usque molestari, quin immo eam carissimo in Christe filio nostro Lodowico, regi Francie illustri[2], cui super hoc scribimus, curetis studiosius commendare, ut zelus fidei et fervor devotionis populi predicte ville tanto fortius accendatur (*sic*) quanto se per hoc majorem favorem se senserint invenisse, nosque qui villam eandem propter puritatem fidei sue affectione diligimus speciali, devotionem vestram commendare merito debeamus. Dat. Laterani, III idus maii, pontificatus nostri anno decimo. »

1 Voyez n° 756B.
2 Louis VIII.

756E [1254-1261 ?]

Alexander papa [IV ?] cuidam cujus nomen non exprimitur mandat ut prælatos et clericos civitatis Montispessulani moneat ne debitores ad ecclesias confugientes in creditorum damnum defendant (Reg. 110, p. II, fol. 66 v°, c. 310 et 955.)

« *Alexander etc.* Non est decens aut honestati conveniens ut viri fraudulenti et dolosi in suis nequitiis per ecclesias et personas ecclesiasticas contra juris regulam foveantur, ut inde sumatur materia scandali[s] unde deberent potius provida deliberatione sedari. Sane querelam dilecti filii (*sic*) consulum et universitatis hominum Montispesullani, Magalonensis diocesis, recepimus continentem quod nonnulli de Montepesullano, ex mutui seu depositi aut aliis causis legitimis, diversis creditoribus obligati, ut creditores ipsos jure suo defraudent, ad ecclesias loci ejusdem et alias dicte diocesis confugiunt, qui per easdem ecclesias et ipsarum prelatos et clericos defenduntur ut debita que juste debentur dictis creditoribus non solvantur, sicque tali pretextu predicti creditores jus suum nequeunt obtinere. Quia vero Ecclesia nullos debet in injustitia confovere, in qua omnis juris ordo servari debet potius et vigere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si premissis veritas suffragatur, prelatos et clericos memoratos quod ab hujusmodi presumptione desistant, monitione premissa, sicut justum fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Dat. etc. »

757 Avignon, 2 novembre 1318.

Raymundo dicto de Parisius, canonico Turonensi, mandat Johannes papa XXII, ut quoddam manerium juxta Turones a quondam Aymerico Senglerii, canonico Turonensi, in subsidium Terræ Sanctæ legatum, custodiat. (Reg. 69, cur. fol. 509, c. 20 et 1500.)

« *Dilecto filio Raymundo dicto de Parisius, canonico Turonensi.* Fide digna nuper — Dat. Avinione, IIII nonas novembris, anno tertio. »

758 4 novembre [1318].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut Beraldo, domino Mercorii, qui ad ejus præsentiam se conferre desiderat salvum conductum concedere velit eique fratrem Guillelmum de Lauduno commendat. (Reg. 109, fol. 214, c. 786; — Reg. 110, p. I, fol. 84 v°, c. 308.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Licet, fili carissime, dilectus filius nobilis vir Beraudus, dominus Mercorii, ad tuam, ut dicit, desideret se conferre presentiam, tuis pariturus devote mandatis, suspitio tamen quedam ex certis causis quas ex nonnullarum litterarum nostrarum[1] percipere poteris tenore, concepta, eum ab accessu hujusmodi retrahit quasi ei timoris probabilis causa subsit. Quia igitur — si tute conspectui tuo presentare se poterit securum, pro certo speramus quod tua prorsus indignatio, si quam habes forsitan contra eum, benigne quiescet dum tuam celsitudinem contentabit, clementiam regiam affectuose rogamus, et hiis omnibus que in aliis nostris litteris continentur ac presentis malitia temporis attente pensatis, consulimus bona fide quatinus eidem Beraudo securum ad tue presentiam serenitatis accessum salvumque conductum pro mora et reditu velis, si placet, benigne concedere, ut ad te, omni suspitione remota, secure venturus, excellentiam regiam sicut optare se asserit, valeat debite contentationis oblatione placare. Super hiis autem placeat tibi fidem credulam adhibere dilecto filio fratri Guillelmo de Lauduno de ordine fratrum Predicatorum, magistro in theologia, capellano nostro, in nostra regenti curia, quem ad te pro predictis et aliis duximus destinandum. Dat. II nonas novembris[2]. »

[1] Il s'agit ici des lettres que Jean XXII avait écrites, le 31 octobre 1318, à Philippe V au sujet de Béraut de Mercœur (nos 746, 747, 749).
[2] Cf. Cette lettre se date comme celles que nous indiquons dans la note précédente.

759 4 novembre [1318].

Ab eodem rege facultatem petit salvum conductum præfato Beraldo concedendi eumque rogat ut dicto Guillelmo, nuntio apostolico, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 214, c. 787; — Reg. 110, p. i, fol. 84 v°, c. 309.)

« *Eidem*[1]. Cum per alias nostras litteras[2] excellentiam tuam affectuose rogemus ut dilecto filio nobili viro Berando, domino Mercorii, ad tuam, ut dicit, desideranti se conferre presentiam, set propter suspitionem ex causis conceptam aliquibus non audenti, securum ad tue presentiam serenitatis accessum salvumque conductum pro mora et reditu velis benigne concedere, ut ad te, omni suspitione remota, secure venturus, excellentiam tuam, sicut optare se asserit et id ipsum pro certo speramus, valeat debite contentationis oblatione placare, precibus nostris hujusmodi illud fidenter providimus adjungendum quod si forsan, ex aliqua causa, nobis pro te concessionem hujusmodi facere per patentes tuas litteras tibi placeat, plenam nobis tribueres potestatem securum accessum salvumque conductum hujusmodi dicto Berando aut nostro, aut prout decentius tibi videbitur, regio nomine, concedendi. Hoc etenim a celsitudine tua eo fiducialius petimus quo sincerius viam precludi cupimus scandalis, teque ac regnum tuum desiderabilius affectamus optata vigere tranquillitate quietis et pacis. Super hiis autem sublimitas tua credat indubie dilecto filio fratri Guillelmo de Lauduno de ordine fratrum Predicatorum, magistro in theologia, capellano nostro, in nostra regenti curia, quem ad te pro predictis et aliis duximus destinandum. Dat. ut supra[3]. »

[1] Cette adresse n'est pas en rubrique dans le registre 110
[2] N° 758.
[3] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

760 6 novembre [1318].

Henricum, dominum Soliaci, rogat ut omnem indignationem quam propter relata a prædicto Beraldo de Mercorio conceperat abjiciat. (Reg. 110, p. i, fol. 91 v°, c. 327.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Litteras tuas, fili, nobis noviter presentatas una cum quodam scripto publico quarumdam continente copia[m] litterarum quas sub sigillo dilecti filii nobilis viri Beraudi, domini Mercorii, januis regii palatii Parisius asseris affixas fuisse cum clavis, benigne recepimus, ex quibus quidem litteris sic affixis, cum aliqua in tuam putare viderentur injuriam, amaricatus, ut conjecimus, et turbatus, humiliter supplicasti ut nulli de persona tua referenti sinistrum, cum te prorsus excusabilem sentias, fidem vellemus credulam adhibere. Sane, fili, scire te volumus quod nunquam, etiam in minoribus constituti, detractores Deo quidem odibiles libenter audivimus, et si quando contigit ad nos pervenire illorum obloquia, non eis facile prebuimus credulitatis assensum, contra illos precipue quos esse boni testimonii putabamus, nec Beraudus ipse alia quam que in predictis suis contenta fuerant litteris explicuit de te nobis; licet autem ipsius Beraudi non commendemus in hac parte processum, immo inde eum satis arguimus increpatione paterna sicut et tibi per alias nostras litteras latius explicamus[1], non videmus tamen unde sic tua debuerit circa id sinceritas irritari, cum nil in ipsius Beraudi litteris inseratur quod possis ex ratione censere ad maculam tui nominis positum, nisi fortasse queraris te in illis Architophel reputatum, cum alia in eisdem contenta litteris, pro quibus idem Beraudus se personaliter obtulit contra te deffensurum et de quibus in directis tibi nostris aliis litteris mentio specialis habetur, in tuam non videantur ignominiam redundare. Porro si ejusdem Architophel prudentiam et fidelitatem attenderis, non utique te illi fuisse comparatum debere (?) debebis ; ille namque tanta prudentia viguit ut in diebus suis ejus consilium quasi si quis Deum consuleret haberetur, ipseque domino suo Absalon fidelissimus extitit, ipse sibi consilium prebuit utile — et si forsitan dixeris quod — in tuum oprobrium et animo conviciandi verba ipsa sic publice fuere descripta, adhuc te vellemus ea more magnanimi qui nunquam sibi fieri co[ntu]meliam indicat, equo animo et tranquillo tulisse, presertim

cum illa que calore iracundie aut alio quolibet motu intemperantius proferuntur, in quibus etiam lex imperialis nil durum vel asperum statuit, sint in patientia toleranda — Et certe ad patientiam habendam in talibus satis debes induci nostri Redemptoris exemplo qui nedum patienter multorum conviciorum probra sustinuit, quin etiam usque ad mortem ipse vita pervenit, quem et nos pro modulo virium imitari volentes, cum ipsius locum, licet immeriti, teneamus in terris, verba similia adversum nos diebus non longe preteritis conviciose prolata duximus magnanimiter contempnenda. Cum etenim, sicut et te audivisse putamus, quedam nobis subjecta persona que, quo majoris erat scientie eo fuisse debuisset modestior in sermone et cui minus esset in talibus ignoscendum, nos coram aliquibus illi Architophel incircumcisis labiis comparasset, quantumvis nobis propter ipsius statum specialiter sua displicuerit inconsulta presumptio, multum propterea sibi molestum intulimus, immo animi motum patientia temperantes, providimus sub mansueta dissimulatione transire. Quesumus itaque, fili, et per tui Creatoris mansuetudinem obsecramus quatinus, predictis attentis, omnem indignationem omnemque rancorem quos conceperis de predictis, a tuis avellas omnino precordiis sicque in patientia tuam possideas animam ut nullam ex premissis in animo tuo fovere videaris offensam. Dat. VIII idus novembris[2]. »

[1] 31 octobre 1318 (nº 748).
[2] Cf. Cette lettre postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, se date comme elle ; elle est en effet antérieure à la soumission de Béraut, le 28 juin 1319 (Voyez nº 746, note).

761 9 novembre [1318].

Philippo, regi Franciæ, de Flandrensium malitia apud Compendium scribit eique nuntiat quod, venientibus ad curiam regiis nuntiis, quicquid poterit ipse, pro negotii utilitate, ordinabit. (Reg. 110, p. I, fol. 66, c. 221.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ex tuis, fili carissime, ac nuntiorum nostrorum quos apud Compendium misimus[1] cum regalibus ac Flamingorum gentibus conventuros, litteris et rotulis nobis noviter presentatis, tuum ad solidationem pacis inter te et Flamingos eosdem inite sincerum et benignum affectum cum exultatione percepimus animi, et odiosam ac malivolam pertinaciam Flamingorum ipsorum aperte cognovimus revera turbati. Expectantes itaque regalium nuntiorum adventum[2], cum eis, quantum in nobis fuerit, quicquid ad utilitatem negotii cum Deo poterimus, matura deliberatione disponimus ordinare. Dat. V. idus novembris[3]. »

[1] 17 septembre 1318 (nºs 710-720).
[2] Voyez nº 830, note 1.
[3] Cf. Il s'agit ici de l'entrevue qui avait été fixée à Compiègne, pour le 8 octobre, et dont le résultat nous est donné par un acte notarié daté du 11 (Arch. nat., J. 562B, nº 30). La lettre de Jean XXII est évidemment de la même année; elle est, on le voit, antérieure à l'arrivée de l'ambassade mentionnée dans la note précédente.

762 Avignon, 10 novembre [1318].

Eidem Philippo respondet se Guillelmum, Mimatensem episcopum, ad Jerosolimitani patriarchatus honorem assumere aut ad ultramarini passagii legationem nominare nunquam concepisse, eique significat quomodo oppressorum querelas ipse audire debeat. (Reg. 110, p. I, fol. 70, c. 237.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ad ea, fili carissime, que noviter nobis pro venerabili fratre nostro Guillelmo, episcopo Mimatensi, consiliario tuo, scribere curavisti, succinte set veridice respondemus quod nunquam eum assumere concepimus ad Jherosolimitani patriarchatus honorem, presertim cum alius illum obtinens supervivat, nec etiam ipsum ex nobis nominavimus ad legationem ultramarini passagii, immo ipse idem in nostra et tuorum presentia nuntiorum se ultro ad dicti prosecutionem passagii obtulit, quamvis se postmodum super hoc excusarit, unde, si recolis, post excusationem hujusmodi, tibi suasimus ut de nominando alio cogitares. Super eo vero quod nobis instantius supplicasti ut nulli de ipsius aut dilecti filii nobilis viri Henrici, domini Soliaci, buticularii Francie[1], vel aliorum de tuo consilio personis refferrenti sinistra vellemus fidem credulam adhibere, scire te volumus quod nunquam,

etiam in minoribus constituti, detractores Deo odibiles libenter audivimus, et si quando contigit ad nos pervenire illorum obloquia, non eis facile prebuimus credulitatis assensum, contra illos precipue quos esse boni testimonii putabamus. Cum tamen ex officii debito singulis simus in justitia debitores, oppressorum nec possumus nec debemus obaudire querelas, super quibus nos convenit, prout equidem te velle supponimus, ministrare justitiam sine acceptione persone. Dat. Avinione, IIII idus novembris[2]. »

[1] Voyez n° 760.

[2] Cf. Guillaume, évêque de Mende, s'était trouvé à la cour pontificale au début de 1318 avec les autres envoyés royaux (Voyez n° 330, note 2). La lettre que nous publions ici est donc postérieure à cette date et antérieure, d'autre part, à une autre lettre du 13 décembre 1318 (n° 775) par laquelle nous voyons qu'une enquête avait été commencée contre ce prélat.

763 Avignon, 10 novembre 1318.

Præposito et capitulo ecclesiæ Ebredunensis committit collectionem decimæ olim per Clementem papam V impositæ in subsidium Terræ Sanctæ ad sex annos, non obstante quod alias scriptum esset archiepiscopo et capitulo, cum ecclesia ipsa vacet archiepiscopo. (Reg. 69, cur. fol. 528 v°, c. 139 et 1720.)

« *Dilectis filiis.., preposito et capitulo ecclesie Ebredunensis.* Dudum propter innumera — Dat. Avinione, IIII idus novembris, anno tertio. »

764 Avignon, 22 novembre 1318.

Fayditum Guiraudonis, canonicum ecclesiæ de Capdroto, Sarlatensis diocesis, magistro Bernardo de sancto Mauritio, jurisperito, clerico Caturcensis diocesis, in negotio collectionis reddituum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum usque ad triennium in civitate, diocesi ac provincia Ebredunensi vacaturorum, per omnia subrogat. (Reg. 69, cur. fol. 509, c. 21.)

« *Dilecto filio Faydito Guira[u]donis, canonico ecclesie de Capdroto, Sarletensis* (sic) *diocesis, apostolice Sedis nuntio.* Dudum nostris et — Dat. Avinione, X kal. decembris, anno tertio. »

765 [Avignon, 22 novembre 1318.]

Eidem Faydito collectionem fructuum beneficiorum vacantium in provincia Bisuntina similiter committit. (Reg. 69, cur. fol. 509 v°, c. 22 et 1602.)

« *Eidem.* Dudum nostris et — Dat. ut in eadem. »

766 Avignon, 22 novembre 1318.

Eidem idem committit in provincia Tarantasiensi. (Reg. 69, cur. fol. 509 v°, c. 23.)

« *Eidem.* Dudum etc. — Dat. Avinione, X kal. decembris, anno tertio. »

767 Avignon, 22 novembre 1318.

Eidem idem committit in provincia Viennensi. (Reg. 69, cur. fol. 509 v°, c. 24.)

« *Eidem.* Dudum etc. — Dat. Avinione, X kal. decembris, anno tertio. »

768 Avignon, 22 novembre 1318.

Eidem idem committit in provincia Lugdunensi pro ea parte quæ de regno Franciæ non existit. (Reg. 69, cur. fol. 509 v°, c. 25.)

« *Eidem.* Dudum etc. — Dat. Avinione, X kal. decembris, anno tertio. »

769 Avignon, 22 novembre 1318.

Lugdunensi, Viennensi, Bisuntino, Ebredunensi et Tarantasiensi archiepiscopis aliisque personis ecclesiasticis per eorum civitates, dioceses et provincias constitutis, ut eidem Faydito Guiraudonis de securo conductu provideant. (Reg. 69, cur. fol. 511, c. 35.)

« *Johannes etc., venerabilibus fratribus Lugdunensi, Viennensi, Bisuntino, Ebredunensi et Tarantasiensi archiepiscopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus eorumque vices gerentibus et aliis personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum*

Benedicti et Augustini ac aliorum ordinum nec non Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum et Calatravensis magistris, prioribus ac preceptoribus ipsorumque loca tenentibus et aliis universis et singulis personis ecclesiasticis per Lugdunenses, Viennenses, Bisuntinas, Ebredunenses ac Tarantasienses civitates et dioceses ac provincias constitutis. Cum nos dilectum — Dat. Avinione, x kal. decembris, anno tertio. »

770 Avignon, 22 novembre 1318.

Prædicto Faydito, collectori fructuum primi anni in Lugdunensi, Viennensi, Ebredunensi, Bisuntina et Tarantasiensi provinciis, potestatem absolvendi illos qui dictos fructus non solventes excommunicationis sententiam incurrerint, concedit, sicut prius Bernardo de sancto Mauritio, clerico Caturcensi, concessum erat[1]. (Reg. 69, cur. fol. 512, c. 44.)

« *Dilecto filio Faydito Giraudonis, canonico de Capdroto, Sarlatensis diocesis, apostolice Sedis nuntio.* Dudum de venerabilium — Dat. Avinione, x kal. decembris, anno tertio. »

[1] Voyez n° 764.

771 Avignon, 22 novembre 1318.

Eidem Faydito salarium unius floreni auri diebus singulis constituit. (Reg.. 69, cur. fol. 512, c. 45.)

« *Eidem Faydito.* Cum te nuper — Dat. ut supra proxime. »

772 29 novembre [1318 ?].

Philippo, regi Franciæ, de successione despotatus Romaniæ. (Reg. 109, fol. 230, c. 860; — Reg. 110, p. i, fol. 77, c. 274.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Super despotatu Romanie de quo nobis diebus proximis scribere curavisti, quedam nuper sicut ex litteris dilecti filii nobilis viri Philipi, principis Tarentini, recenter accepimus, novitas contigit quam tibi tenore presentium duximus intimanda. Comes namque Cephalonie quondam Thomasium, Romanie despotum, gladio trucidavit, cujus successio in toto despotatu predicto dictus princeps ex persona quondam principisse, consortis sue ac predicti Thomasii defu[n]cti sororis, asserit sibi suoque primogenito, hereditario ac conventionali jure, debere defferri. Dat. iii° kal. decembris[1]. »

[1] Cf. C'est en 1318 que Thomas Comnène, despote d'Epire, dit des Romains, aurait été assassiné par son neveu, Nicolas Orsini, comte de Cephalonie (G. Schlumberger, *Numismatique de l'Orient latin*, p. 368, d'après Hopf, *Griechische Geschichte*, dans Ersch et Grüber, *Allgemeine Encyklopädie*, t. 85, p. 419). Toutefois, cette date n'étant déterminée que par des chroniques, c'est sous toutes réserves que nous attribuons la lettre de Jean XXII à la même année. On sait que Philippe, prince de Tarente, avait été envoyé le 11 avril 1318 n. s. auprès du pape, et nous constatons encore, le 18 avril 1320 n. s., sa présence à la cour pontificale (Voyez n° 1005, note 1).

773 Avignon, 3 décembre [1318].

Carolo, comiti Marchiæ, respondet quod petitiones suas pro magistro Guillelmo de Flavacuria ad sedem Rothomagensem promovendo admitti non possunt. (Reg. 110, p. i, fol. 73 v°, c. 256; — Arch. nat., J. 705, n° 204 *bis*, orig., la bulle manque; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 114, n° 76.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comiti Marchie.* Si eas quas tibi circa promotionem dilecti filii magistri Guillelmi de Flavacuria, archidiaconi Rothomagensis, cancellarii tui, ad ecclesiam Rothomagensem instanti jam a pristino misimus litteras responsales tua nobilitas recepisset, nequaquam, ut credimus, iterasses super eadem promotione precamina, veluti cui nostra circa id excusatio fuisse debuisset accepta. Cum etenim ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, fratris tui, ecclesiam ipsam jam pridem duxerimus reservandam, ipseque nobis ad illam certas personas suis specialibus litteris nominarit[1], non conveniret, ut tibi rescripsimus, nostre decentie, omissis previis regalibus litteris, rogatus cujusvis alterius circa hoc exaudire. Sane, fili, non improbamus, quin immo commendationibus condignis efferimus quod ipsius archidiaconi impensa tibi grata nec minus fructuosa servitia gratitudine

benigna tuis commemoras litteris, quod afficeris ad promotionem ipsius et super hoc preces affectuosas effundis. Nos quippe, quantum potuimus experientia brevi perpendere, archidiaconum ipsum in tuorum circa nos prosecutionibus agendorum, discretum, solertem et fidelem invenimus, unde tam propter hoc, quam propter alia sue sufficientie merita, eum prosequimur favore benivolo ac dignum congrua promotione censemus. Verum quoniam certe persone sufficientes atque notabiles sunt nobis ad eandem ecclesiam, ut prescribitur, per regem nominate predictum, eas omnes archidiacono predicto in hac parte postponere non possemus absque nostra indecentia et ipsius regis ac Dei, ut probabiliter veremur, offensa, sed et si remitteremus electionem Rothomagensi capitulo sine beneplacito dicti regis, posset rex ipse id sibi reputare ad repulse cujusdam injuriam, preter id quod ipsa remissio, ut verisimili conjectura supponimus, redundaret in ecclesie predicte jacturam, quia quicquid tibi detur intelligi, electio, ut communiter creditur, in discordia fieret, per quod eadem ecclesia multis incomodis subjaceret. Quesumus itaque, fili, tua non ferat moleste sublimitas, si tuis etiam iteratis[1] precibus annuere, premissis ex causis, comode non valemus, presertim cum tenere possis indubie quod, si premissa sic efficaciter non obstarent, placida nobis et prompta foret ejusdem archidiaconi petita promotio, quem, tue nobilitatis intuitu et sue bonitatis obtentu, suis loco et tempore, juxta sui status exigentiam, libenter curabimus promovere. Dat. III nonas decembris[2]. »

[1] Voyez n° 733, note.

[2] La date complète : *Avinione, III nonas decembris, pontificatus anno tertio*, se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

771 Avignon, 5 décembre [1317-1318].

Johanni, Delphino Viennensi qui, in Francia agendis suis feliciter expeditis, iter ad reditum assumpsit, congratulatur, et favorem Henrico, Pataviensi electo, germano ejus, promittit. (Reg. 109, fol. 102 v°, c. 426; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 65; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 181.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Delphino Viennensi.* Per tuas, fili — Ceterum de promotione dilecti filii Henrici, Pataviensis electi, germani tui, sollicitis non expedit te apud nos insistere precibus, quia eam cordi habemus indubie, quod dum se oportunitas facultatis obtulerit, effectus operis demonstrabit. Dat. Avinione, nonis decembris[1]. »

[1] Cf. Henri, frère de Jean, Dauphin de Viennois, fut nommé évêque de Passau le 3 juin 1317. (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 412; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 46, n° 62.) Par une étrange erreur, S. Riezler qui donne un extrait de cette nomination, attribue au 5 décembre 1316 la lettre que nous publions ci-dessus (*op. cit.*, p. 10, n° 17). Elle est certainement postérieure au 3 juin 1317; c'est à cette année qu'Eubel (*loc. cit.*) la rattache. Elle ne peut, dans tous les cas, être postérieure à 1318, puisque, le 4 mai 1319, le frère du Dauphin était transféré au siège de Metz (C. Eubel, *op. cit.*, p. 354; — S. Riezler, *op. cit.*, p. 89, n° 158; voyez aussi ci-dessus n° 379, note 2).

775 13 décembre [1318].

Philippo, regi Franciæ, ne moleste gerat inquisitionem, ratione earum quæ contra Guillelmum Mimatensem episcopum delata sunt, fieri. (Reg. 109, fol. 232, c. 873; — Reg. 110, p. I, fol. 77 v°, c. 276[1].)

Carissimo in Christo filio, Philippo, regi Francie et Navarre illustri. Excellentie regie litteras per dilectos filios magistrum Symonem de Archiaco, decanum Xanctonensem, capellanum nostrum[2], clericum, et nobilem virum Petrum de Matherino, militem nuntios tuos, nobis noviter presentatas cum mansuetudine paterna recepimus, per quas equidem ostendisti regalem auctoritatem in admirationem non modicam fuisse permotam, auditis hiis que contra venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, consiliarium tuum, quem multis nosti, ut asseris, dotatum esse virtutibus, et tuis absque trepidatione negotiis adhesisse, in privato concistorio fuere proposita coram nobis, subjungens eos qui publice vel occulte presumpserant talia ac opem vel auxilium presumptoribus dederant, dignitatem regiam offendisse, ac deinde concludens ut tale circa premissa vellemus adhibere remedium, quod et honor regius et fama ejusdem episcopi conservarentur illesi; super quibus omnibus ea que dicti decanus et miles, juxta comissam sibi per te credentiam, adicere voluerunt, pleno collegimus intellectu. Sane, fili carissime, mi-

ramur et merito quod de facta nobis ipsius episcopi delatione moveris, cum non sit novum episcopos et alios etiam superiori dignitate fulgentes Sedi apostolice quandoque defferri ejusque subire judicium super commissis ab eis. Miramur te ad offensam adscribere quod si et aliquis contra consiliarios tuos suam audeat justitiam prosequi, si oppressus petat ab eorum oppressionibus liberari, cum prosecutio juris injuriam ex ratione non habeat, et ut oppressi tutamen contra oppressores inveniant nedum pietas quin etiam utilitas publica evidenter exposcat; nec, quicquid detur intelligi, hii qui contra consiliarios principis suam vel suorum injuriam viis, ut premittitur, licitis prosequuntur, dici possunt in crimen lese majestatis incidere, prout in ostensis nobis quibusdam regalibus litteris te vidimus affirmare, immo qui tibi talia persuadent aut ignorant omnino quomodo committatur crimen hujusmodi, aut, si id forte sciunt, unum gerentes in corde et aliud ore promentes, perversi fore noscuntur interpretes jurium et te in errorem inducunt. Miramur etiam quod sic effusis laudibus effers ipsum episcopum quasi nullum in eo valeat latere sinistrum, cum ipsius conditionem et mores, qui parum adhuc institit tuis obsequiis, brevi notitia percepisse non possis, nec inauditum est aliquos in domo regali fuisse quibus, etiam postquam nonnullis ex progenitoribus tuis a quibus electi fuerant longo servierant tempore et in quorum communicaverant persepe secretis, imposita non levis macula extitit, — et adversus nonnullos eorum tu ipse locutus fuisti, si recolis, et fecisti per alios loqui nobis[3]. Set nec mirandum est si tales aliqui inveniantur in domibus principum, cum et Creator omnium Deus, rex regum et dominantium dominus, in angelis quos creaverat repererit pravitatem, et Redemptor noster, ejus unigenitus, Dominus Jhesus Christus, inter XII quos ipse idem ut fructum afferrent elegerat, prevaricatorem unum invenerit et pessimum proditorem. Non itaque mirari debet regia sublimitas vel turbari si contra ipsum episcopum conquerentes oppressos audivimus, nec tua credulitas teneat quod ad instantiam dilecti filii nobilis viri Beraudi, domini de Mercorio[4], quicquam egerimus in hac parte. Ymmo scias indubie quod jam sunt menses octo preteriti quod quamplures persone notabiles ad nos frequentibus clamoribus graves de ipso episcopo detulere querelas nec audite fuerunt. Set demum clamosis querimoniis totiens iteratis aures non potuimus claudere absque juris et conscientie lesione, nec clamantes precipitanter admisimus, quin ymmo fecimus ipsos inscribere ad penam nostro arbitrio infligendam, si in probando illa defecerint, de quibus nituntur eundem episcopum accusare. Nullum igitur aliud videmus circa id remedium adhibendum absque nostra et tua indecentia et ejusdem episcopi gravi nota, nisi quod in inquisitione non uni, set (cum) duobus ex fratribus nostris contra morem super hiis jam comissa, debite procedatur, in qua quidem non viles persone, set cardinales, episcopi, abbates et alii omni exceptione majores producuntur in testes, suis nichilominus rationibus ac justis deffensionibus eidem episcopo reservandis; cumque facta adversus ipsum episcopum propositio, quantumvis in privato concistorio, jam longe lateque fuerit divulgata, expedit procul dubio fame sue, congruit et decenter regie serenitatis honori ut veritas propaletur, que si eum innocentem ostenderit, eo amplius revera gaudebimus quo intensius in fratrum et coepiscoporum nostrorum opinione laudabili delectamur, tuque eo majori debebis respergi letitia quo magis tuorum innocentia collateralium tuis debet propter regalis throni decentiam affectibus esse grata, et ipsi episcopo ad grandem honorem poterit cedere si ea que sunt eidem imposita falsis puniendis impositoribus de fermento mendacii constiterit processisse. Si vero, quod absit, inquisitionis exitus lapsusque ejus et delicta detexerit, regie presertim contemplatione celsitudinis, pietatis et misericordie sinum nec precludimus penitenti, nec miserationis ubera denegamus. Dat. idibus decembris[5]. »

[1] La disparition de plusieurs folios dans le registre 110 laisse cette lettre incomplète; elle s'arrête aux mots: *quibus etiam postquam*... Les mots qui se lisent immédiatement après, au début du folio 278, se rapportent à une autre lettre. L'index signale en effet au folio 6 après le c. 303, qui correspond au c. 276 du texte, une série de vingt-trois actes (c. 304-326) et, folio 1 v°, une autre série de treize actes (c. 327-339) qui ne figurent pas à cet endroit du registre. Le renvoi au folio n'a pu naturellement être indiqué comme pour les autres. Il n'a été tenu compte de cette lacune ni dans la foliotation ancienne, ni dans la numérotation moderne et le c. 340 de l'index correspond au c. 277 du texte.

Toutefois, les actes mentionnés se retrouvant ailleurs, nous donnons ici les analyses de l'index, pour ce qui concerne la France, en renvoyant aux documents qu'elles concernent :

« C. 304. *Eidem* (Philippo regi), *excusat prorogationem termini episcopo Senomanensi* (sic) *delato in curia prefixi*. (N° 371.)

C. 305. *Eidem, excusat non posse juste, juxta supplicata per suos nuntios, procedere contra Flandrenses, sed ordinat destinare pro pace G. cardinalem, quem comendat eidem.* (N° 830.)

C. 306. *Eidem, excusat se quia non intimavit sibi aliqua que contra personam pape moliri dicebantur.* (N° 536.)

C. 307. *Eidem, quod non gerat molestam delationem contra episcopum Mimatensem in Romana curia.* (N° 775 ou 778.)

C. 308. *Eidem, respondet super quodam mutuo de pecunia decime pro passagio collecte.* (N° 673.)

C. 309. *Comiti Marchie, comendat eum quia regi assistit et hortatur perseverare quodque dominum Soliaci in sua dilectione reducat.* (N° 488.)

C. 310. *Eidem, regratiatur quia se offert contra machinantes in personam pape, hortando quod abstineat a consiliis P. de Mortuomari, et excusat quod non exaudit supplicationes pro clericis ejus.* (N° 329.)

C. 311. *Eidem, quare non admittit excusationes ipsius pro magistro G. de Flavecuria super gravaminibus illatis ecclesie capelle Talhafer et hortatur eum ne opprimat eam.* (N° 664.)

C. 317. *Domino Soliaci, respondet super quibusdam detractionibus ipsius quas imponit domino Mercorii.* (N° 760.)

C. 318. *Domino Mercorii, increpat quia fregit treugas apostolicas cum*] *H. de Cabilone et quia excommunicationis sententiam non putat propterea incurrisse, ut dicit.* (N° 641.)

C. 319. *Eidem, respondet quod studeat placare regem et offert se intercessurum pro eo.* (N° 777.)

C. 320. *Universis etc. quod provideant fratri Durando, nuntio apostolico, de procuratione et securo conductu.* (N° 604.)

C. 326. *Episcopo Aniciensi, compatitur ejus infirmitati et habet excusatum eum a visitatione.* (N° 106.)

C. 327. *Domino Insule, habet moram suam excusatam.* (N° 1133.)

C. 328. *Archiepiscopo Bituricensi et fratri Berengario, congaudet super spe pacis nuntiate et quod, si regales ac Flandrenses nuntii veniant ad cur*[*i*] *am pro securitate pacis, veniant et ipsi.* (N° 425.)

C. 329. *Archiepiscopo Rothomagensi r*[*esponsalis* ou *rubrica* ?] *congaudet super incolumitate et admittit oblata.* (N° 600.)

C. 330. *Regi Francie, quod per quedam verba inordinata non permittat comoveri inter se dominum Soliaci et dominum de Mercorio.* (N° 746 ou 747.)

C. 331. *Domino Soliaci, scribitur super eodem* (N°. 748.)

C. 332. *Regi Francie, scribitur per eumdem magistrum* (Guillelmum de Lauduno) *quod concedat securum conductum domino Mercorii ad comparendum coram eo se purgaturum super quibusdam impositis.* (N° 758.)

C. 333. *Eidem, super eodem et per eumdem scribitur.* (N° 759.)

C. 334. *Eidem, scribitur super eodem plene juxta relationem decani Xanetonensis.* (N° 749.)

C. 335. *Regine Francie, scribitur super eodem.* (N° 750.)

C. 336. *Comiti Valesii, super eodem.* (N° 751.)

C. 337. *Comiti Ebroicensi, super eodem.* (N° 752.)

C. 338. *Comiti Marchie, super eodem.* (N° 753.)

C. 339. *Domino Mercorii, notificat increpando quomodo mittit sibi et complicibus absolutionis comissionem sententie quam incurrerunt non servando treugas apostolicas.* (N° 677.)

[2] On sait que Simon d'Archiac était venu à la cour pontificale avec Henri de Sully et d'autres envoyés de Philippe V en novembre 1318 (Voyez n° 830, note 1).

[3] Voyez, par exemple, ce que nous disons au sujet de Raoul de Pereaus, n° 72, note 1.

[4] Voyez, à propos de ce personnage, n° 746, note.

[5] Cf. Cette lettre ne peut être de 1319, puisque Simon d'Archiac, qui s'y trouve mentionné comme doyen de Saintes, fut promu archevêque de Vienne le 3 septembre 1319 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 559; voyez aussi ci-après n° 941). Nous voyons d'ailleurs par une autre lettre du 10 avril de la même année (n°s 849, 850) qu'une enquête se poursuivait contre l'évêque de Mende. Ce dernier, Guillaume Durand, succéda à son oncle qui portait le même nom, sur le siège de Mende, le 17 décembre 1296 (C. Eubel, *op. cit.*, p. 358); membre du conseil sous Philippe V (Beugnot, *les Olim*, t. II, p. 634, n° viii; — Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 146, n° 4490^{b}), il fut chargé de plusieurs missions importantes, autant par le roi, pour les affaires de Bourgogne et de Bretagne par exemple (Voyez n°s 223, note 3; 369, note 1; 374, note 2), que par le pape en diverses occasions, ainsi que le prouvent les lettres du 22-23 août, du 14 octobre 1317, du 18 janvier, du 21 mars, du 6 avril 1318 (n°s 361, 410, 476, 516, 554). Il fit partie de l'ambassade solennelle qui vint à la cour pontificale vers la fin de 1317 (Voyez n° 330, note 1) et Jean XXII le tenait en assez haute estime pour lui confier, le 2 mai 1318, les dispenses des mariages décidés lors du traité conclu avec le duc de Bourgogne (n° 575; voyez aussi n°s 576-579). Il jouit donc, jusqu'à ce moment, d'un assez grand crédit auprès du souverain pontife, et le document que nous publions ici, certainement postérieur à cette date, sera par conséquent du 13 décembre 1318. Les plaintes portées contre Guillaume Durand dataient de longtemps; elles remontaient à plus d'un an, écrit le pape le 10 avril 1319 (n°s 849, 850; voyez aussi n°s 762, 778). Cette affaire n'était pas encore terminée le 6 février 1320 (Voyez la lettre publiée après le n° 914, note 4). L'accusé paraît néanmoins avoir conservé la confiance du roi (Arch. nat., JJ. 55, fol. 52, n°s 110-113); il demeura sur le siège de Mende jusqu'à son décès et ne fut remplacé que le 14 décembre 1330 (C. Eubel, *op. cit.*, p. 358).

776 17 décembre [1318 ?]

Pontium, olim monasterii Vallismagnæ, ordinis Cisterciensis, diocesis Agathensis, abbatem, monasterio Grandissilvæ, ejusdem ordinis, diocesis Tolosanæ, per resignationem a Johanne, post Bertrandi abbatis obitum electo, factam, apud apostolicam Sedem vacanti, in abba-

lem præficit (Reg. 109, fol. 233, c. 877; — Reg. 110, p. II, fol. 61 v°, c. 290 et 935).

« *Dilecto filio Pontio, olim Vallis Mangne*[1], *Agatensis, nunc Grandis Silve monasteriorum, Tholosane diocesum, ordinis Cisterciensis, abbati*. Vacante pridem monasterio Grandis Silve, ordinis Cisterciensis, diocesis Tholosane, per obitum quondam fratris Bertrandi, abbatis, illius electio fuit de persona dilecti filii fratris Johannis Egidii, dicti monasterii monachi, in abbatem ejusdem monasterii celebrata, cujus equidem electionis negotium fuit postmodum per appellationis viam ad Sedem apostolicam devolutum et deinde, cum predictus frater Johannes in abbatem ipsius monasterii, ut prefertur, electus, omni juri si quod sibi ex electione hujusmodi competebat, sponte ac libere in nostris manibus resignasset, nos resignationem admisissemus eandem, per quod monasterium ipsum apud Sedem eandem noscitur vacavisse, tandem de ipsius ordinatione monasterii, ne incomodis diutine vacationis remaneret expositum, attentius cogitantes, in te tunc abbatem monasterii Vallis Mangne, ordinis antedicti, diocesis Agatensis, virum utique sicut a fide dignis accepimus, morum venustate dotatum, scientia preditum, eruditum regularibus disciplinis, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, aciem direximus mentis nostre, teque nuper in privato concistorio, de nostrorum fratrum consilio transferentes ad predictum monasterium Grandis Silve, ipsi monasterio te prefecimus in abbatem, firma concepta fiducia quod qui circa administrationem ipsius monasterii Vallis Mangne te [h]actenus laudabiliter gessisse dinosceris, circa comissum tibi regimen ipsius monasterii Grandis Silve, non minus comendabiliter te habebis. Quocirca devotioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus onus injunctum suscipiens reverenter, sic curam ipsius monasterii solicite, fideliter et prudenter exercere procures, sicque gregem dominicum in illo tibi comissum informes doctrina verbi simul et operis, quod preter divine retributionis premium, nostre et apostolice Sedis gratiam uberius inde consequi merearis. Datum XVI kal. januarii[2]. »

[1] Reg. 109 : *Vallis Marie!*

[2] Cf. Suivant les auteurs de la *Gallia Christiana*, la bulle de translation de Pons Maurin, abbé de Valmagne, au monastère de Grandselve aurait été donnée dans le courant de la quatrième année du pontificat de Jean XXII, en 1319 (t. VI, col. 724; t. XIII, col. 137). La lettre que nous publions se daterait donc du 17 décembre 1319. D'autre part, suivant Moulenq (*Documents historiques sur le Tarn et Garonne*, t. I, p. 217), Pons Maurin, nommé abbé de Grandselve en 1319, concéda le 2 avril de cette année des coutumes aux habitants de Rojols, d'après le répertoire des titres de la maison de Terride (K. Rojols). Il ne nous a pas été possible, malgré les recherches qu'a bien voulu faire à ce sujet M. Maisonobe, archiviste du Tarn et Garonne, de retrouver ce répertoire et d'apprécier la valeur du document cité. Notons cependant que Pâques tombant, en 1319, le 8 avril et, en 1320, le 30 mars, le 2 avril 1319 ne peut se trouver que dans une date ramenée au style moderne, et alors la lettre de Jean XXII serait du 17 décembre 1318. Enfin on voit dans une autre des lettres de ce pape que peu avant le 28 janvier 1319 (n° 790), l'abbé de Valmagne fut transféré à Grandselve, mais cet abbé y est appelé Jean. Si l'on suppose alors que le scribe a fait une erreur et qu'il faille lire *Pontius* au lieu de *Johannes*, c'est la dernière date, celle de 1318, qu'il faut admettre, d'autant plus que le nom de Jean ne figure pas pour cette époque, dans la série des abbés de Valmagne (Gallia christiana, t. VI, col. 724). Toutefois ce ne sont là que des hypothèses et nous ne donnons la date de 1318 que sous la plus grande réserve. Ajoutons que le 9 février 1320 n. s. une requête fut adressée à Pons Maurin, abbé de Grandselve, par un religieux du même monastère (Bib. nat., coll. Doat, t. LXXX, fol. 215).

777 19 décembre [1318].

Beraldum, dominum Mercorii, ut ad obedientiam Philippi, regis Franciæ, humile redeat hortatur eique interventionis suæ remedia promittit (Reg. 109, fol. 234 v°, c. 883; — Reg. 110, p. I, fol. 92, c. 329.)

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo, domino Mercorii*. Visis hiis, fili, que continebantur in litteris tuis per dilectum filium Johannem Pagesii, clericum tuum, nobis noviter presentatis, et hiis etiam que idem clericus juxta comissam sibi per te credentiam adicere voluit diligentius intellectis, evidenter ex illorum processu et nuntii nostri ad regalem presentiam pro negotio tuo missi[1] fida relatione collegimus indignationem regiam contra te fore non leviter excitatam; propter quod, cum periculosa nimis censeatur indignatio regia testimonio sapientis, expediens credimus et tibi consulimus bona fide quod, prudenter attento durum nimis existere contra stimulum calcitrare

nullaque sumpta inani fiducia de habendo contra regalem potentiam multorum auxiliari favore, sic te regali excellentie humiliare procures sicque laudabilis humiliationis erga illam pretendas inditia, per omnes vias et modos quos videris expedire, quod indignatio predicta continuande imposterum obedientie et devotionis exhibitione quiescat, sicque regius erga te animus tranquilletur pariter et placetur quod offensarum tuarum — immemor, ad sinum benevolentie pristine te clementer admittat; nos autem postquam responsum dilecti filii nostri nobilis viri Ludovici, comitis Claromontensis[2], quod de proximo habere te speras, nobis duxeris intimandum, remedia que ad tuam reconciliationem expedire viderimus paternis affectibus apud regiam clementiam apponemus. Dat xiiii. kal. januarii[3]. »

[1] Guillaume de Laon (Voyez nos 746, 748-753, 758, 759).

[2] Robert de Clermont était mort le 7 février 1318 n. s. L. Millin, *Antiquités nationales*, t. IV, art. xxxix, p. 63; — A. Hellot, *Chronique parisienne anonyme*, dans les *Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris* t. XI, p. 32, § 17, note 1. Voir au sujet des conventions qu'il avait faites avec son fils Louis, ici mentionné, Arch. nat., JJ. 53, fol. 124 v°, n° 297; fol. 125, n° 298; — JJ. 56, fol. 3, n° 10; — Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, t. I, p. 240, n° 1388; p. 250, n° 1460).

[3] Cf. Cette lettre, comme celles qui sont indiquées dans la première note qui précède, postérieure aux mesures de rigueur prises contre Béraut de Mercœur et antérieure à sa soumission, ne peut être que de 1318.

778 19 décembre [1318].

Philippo, regi Franciæ, de facto Guillelmi, Mimatensis episcopi, et de inquisitione contra eum facta respondet. (Reg. 109, fol. 234 v°, c. 884; — Reg. 110, p. i, fol. 89, c. 317.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Excellentie regie litteras per dilecto filios magistrum Symonem de Archiaco, decanum Xanctonensem, capellanum nostrum, clericum, et nobilem virum Petrum de Matherino, militem, nuntios tuos, nobis noviter presentatas, cum mansuetudine paterna recepimus, per quas equidem ostendisti regalem auctoritatem in admiratione non modicam fuisse permotam, auditis hiis que contra venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, consiliarium tuum, in privato concistorio fuere proposita coram nobis, subjungens ut, cum eos qui publice vel oculte talia presumpserunt aut presumptoribus opem vel auxilium prebuere dingnitatem censeas regiam offendisse, tale circa premissa vellemus adhibere remedium quod et honor regius et fama ejusdem episcopi conservarentur illesi; super quibus omnibus — pleno collegimus intellectu; set et in quibusdam ostensis nobis regalibus litteris vidimus contineri quod eos crimen lese magestatis non evadere reputas, qui consiliarios tuos adeo secretarios sic offendere non formidant. Ad que, fili carissime, celsitudinem tuam cupimus sine dubitatione tenere quod non libenter audiremus aliquid in nostra dici vel proponi presentia quod rationabiliter posset ascribere offensam; porro non videmus quod injuriosum aut decentie regali contrarium dicere debeas, si personarum ecclesiasticarum de tuo consilio improbandi deffectus, illi presertim quos non in morando circa te, set diu antequam tuis essent aggregati consiliariis commiserunt, ad audientiam Sedis apostolice defferrentur, cum nec Redemptor noster, Dominus Jhesus Christus derogatum esse sue dignitati censuerit quod inter apostolos per ipsum eundem electos, reprobus unus fuit, et quicumque tibi suggerunt defectuum hujusmodi delatores in crimine lese magestatis incidere, vel ex juris ingnorantia, vel ex malitia, te quantum in eis est in errorem inducunt. Non itaque mirari debet regia sublimitas vel turbari si contra ipsum episcopum conquerentes oppressos audivimus, nec tua credulitas teneat quod ad instantiam dilecti filii nobilis viri Beraudi, domini Mercorii, quicquam egerimus in hac parte, ymmo scias indubie quod ab olim quamplures persone notabiles — si in probando illa defecerint, de quibus nituntur eundem episcopum Sedi predicte defferre. Cumque facta adversus episcopum ipsum propositio, quantumvis in consistorio privato processerit, jam longe lateque fuerit divulgata, per quod absque nostra et tua indecentia et ejusdem episcopi gravi nota negotium ipsum dissimulationi committi non posset, nullum aliud ocurrit vel circa id remedium adhibendum nisi quod in inquisitione, quam non uni tantum juxta solitum, sed duobus ex fratribus

nostris, preter morem, pro majori securitate, super jam dicta delatione comisimus, et in qua non viles persone sed cardinales, episcopi, abbates et alii legitime producuntur in testes, debite procedatur, eodem episcopo in suis rationibus ac justis deffensionibus quas sibi volumus reservari nichilominus audiendo. Hoc etenim procul dubio expedit fame sue, congruit et decenter regie serenitatis honori ut super propositis veritas propaletur, que si eum innocentem ostenderit, eo amplius revera gaudebimus quo intensius in fratrum et coepiscoporum nostrorum, tuo presertim assistendo lateri, opinione laudabili delectamur, tuque eo majori — honorem poterit cedere si de fermento mendacii processisse constiterit ea que sunt eidem imposita, de quibus mendaces impositores non relinquemus impunes, ymo eos sic pena debita plectere, et compertam ipsius episcopi veritatem laudibus extollere congruis ac adeo patenter explicare curabimus, quod nedum infamia quelibet, ipsius pretextu delationis in episcopum ipsum fortasse suborta, nostra commendatione purgabitur, quin etiam quevis sinistra in cordibus audientium generata suspicio penitus extinguetur. Si vero, quod absit, ex inquisitionis exitu ipsius episcopi gravata remanebit opinio, nos, tue presertim considerationis intuitu, sic clementer agemus erga eumdem episcopum quod tu inde reputare debebis merito te contentum. Dat. XIIII kal. januarii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme celle du 13 décembre 1318 (n° 775) que Jean XXII écrivit à Philippe V sur le même sujet. Les passages supprimés ici correspondent aux passages semblables de cette dernière.

779 20 décembre [1318].

Mariam, reginam Siciliæ, hortatur ut ad reginam Clementiam, quæ in monasterio beatæ Mariæ de Nazaret apud Aquas residere se disponit accedat, eam consolatura. (REG. 109, fol. 235, c. 885. — BIB. DE CAMBRAI, ms. 496, fol. 110; — BIB. NAT., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 393).

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Sicilie illustri.* Noveris, filia, quod carissima in Christo filia nostra Clementia, regina Francie illustris, neptis tua, relictis Francie partibus in quibus, post caduce prosperitatis brevem affluentiam, adversitatis attulit tedium, se nuper ad partes Provincie contulit, et in monasterio beate Marie de Nazaret apud Aquas, Deo servitura, residere disponit. Sicut autem ex ejus ore percepimus, ad consolationem sibi non modicam cederet si tua inibi presentia frui posset; secundum enim multitudinem dolorum in corde suo, tu ejus letif[ic]ares animam, tu a precordiis suis reminiscentiam jacture preterite quasi prorsus avelleres, tu suis lucerna pedibus, tu exultatio, tu solatium sibi esses, nec ambigere possumus quin in conversatione mutua tuus recrearetur animus, refloreret affectus, cum eam, erga quam nedum avie peregisti set matris officium, tibi non tam natura conciliet quam conditio nutriture commendet. Sic equidem possetis ambe invicem conciliari, vitam in gaudio unanimi consensu transigere, et ei cui servire regnare est, gratum impendere famulatum. Circa hec, filia, non plus insistimus, set, cum amanti significare sufficiat, ea tibi solummodo nuntiamus, ut inde facias quod expedire videris, tuis viribus et corporis commoditate pensatis. Dat. XIII kal. januarii[1]. »

[1] Cf. On voit ici que la reine Clémence, s'étant depuis peu retirée en Provence, avait eu un entretien avec le pape. Or c'est le 28 novembre 1318 qu'elle vint à Avignon : « *Die* XXVIII *mensis novembris anni* [M] CCCXVIII *domina Clementia, regina Francie, intravit Avinionem* (REG. AVIN. t. II, note écrite au verso du dernier folio de l'index des lettres curiales). La lettre publiée ci-dessus doit donc se dater de la même année.

780 20 décembre [1318].

Philippo regi de solutione cujusdam summæ mutuo receptæ respondet eumque hortatur ut, in præmissis rebus prudenter agens, commissariorum negligentiam puniat. (REG. 109, fol. 235 v°, c. 886; — REG. 110, p. I, fol. 89 v°, c. 318.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ex presentatis nuper nobis, fili carissime, tuis patentibus litteris, per quas certam pecunie summam de decima pro generali ultramarino passagio per felicis recordationis Clementem papam quintum, predecessorem nostrum, olim imposita, pro certis terminis recollectam, te recepisse mutuo fateberis, ad illius solutionem te obligans certo modo, duplicem admirationis causam nos et fratres nostri collegimus, unam videlicet quod de decima ipsa longe

major pecunie quantitas recollecta et tibi mutuo assingnata non fuit, aliam vero de hoc quod in ipsis asseruisti litteris nos recepisse centum milia florenorum, de quibus nec unum florenum habuimus, prout et te non ingnorare putamus ; set et de hoc non sufficimus admirari quod per alias litteras scripsisti solummodo subcollectoribus ordinatis per collectores decime biennalis quam tibi concessimus deputatos a nobis, ut pecuniam collectam et recolligendam de ipsa decima, pro termino beate Marie Magdalene proxime preterito, quibusdam mercatoribus in Monte Pessulano assingnare[nt] nullis eisdem mercatoribus de assingnanda nobis aut certo mandato nostro pro particulari condicto passagio ipsa pecunia, aut nobis de ea recipienda litteris destinatis. Numquid ergo admiratione dingnum est quod tua sic inordinate gerantur agenda an non tui consiliarii sunt ex hoc de imprudentia ac de negligentia notabili arguendi? Profecto, fili carissime, si hec diligenter adverteris, cum nedum tuo sint honori contraria, set et vergere possint in regalium dispendium agendorum, adversus talium imprudentiam seu negligentiam que sepius cuncta ledit, consulte providere debebis. Dat. XIII kal. januarii[1]. »

[1] Cf. Il s'agit ici des 100.000 florins qui avaient été concédés à Philippe V le 25 mars 1318 (n° 531). D'autre part le 5 avril 1319 (n° 848) Jean XXII reconnaît déjà avoir reçu 36.000 florins d'or dont il donne quittance au roi en déduction de la somme susdite. La lettre que nous publions ici est donc comprise entre ces deux dates. La première lettre du roi de France à laquelle le pape fait allusion est vraisemblablement celle du 20 octobre 1318, que nous avons citée plus haut (n° 672, note 3). Elle est textuellement reproduite dans une seconde lettre de Philippe V, de septembre 1319, où l'on voit en outre que le reste des 100.000 florins avait été remis aux quatre marchands de Montpellier qui étaient dépositaires de l'argent destiné aux préparatifs du voyage d'outre-mer (Voyez n° 784). Il est utile de donner la fin de ce document : « *De quibus pecuniarum quantitatibus supradictis a nobis, ut predicitur, habitis et receptis, que ascendunt ad summam novies viginti trium milium ducentarum et octo lib. tur., tradi et solvi prefato summo pontifici pro dicto particulari passagio jam fecimus triginta sex milia florenorum et per Johannem Baudeti, Durandum Gilleti, Durandum Castelli et Johannem Palmerii mercatores Montispessulani, eidem summo pontifici vel ejus certo mandato sexaginta quatuor milia florenorum mandavimus assignari, que summe florenorum predicte ascendunt ad summam quatuor viginti et unius milium ducentarum quinquaginta lib. tur. — In cujus rei testimonium duas ejusdem tenoris fecimus fieri litteras nostro sigillo munitas, quarum unam dicto summo pontifici et aliam dictis collectoribus jussimus assignari. Datum apud Logias sancti Dyonisii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, mense septembris.* » (Arch. nat., K. 40, n° 30, orig. parch. scellé.)

781 [1318, après le 30 mars].

Johanni, duci Britanniæ, de convalescentia congratulatur et de assignatione fratris quondam Hugonis Geraldi vicario Lemovicensis episcopi facta gratias agit. (Reg. 109, fol. 102, c. 428; — Reg. 110, p. II, fol. 16, c. 93 et 649.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie.* Tue magnitudinis littere — Ceterum de filiali sollicitudine quam in assignatione fratris quondam Hugonis Geraldi facta vicario venerabilis fratris nostri Lemovicensis episcopi commendabiliter habuisti, gratias uberes tibi referimus tueque inde ad nos devotionis promptitudinem gratis affectibus intuentes, complacendi tibi, prout res exegerit et cum Deo licebit, animum paratum habemus. Dat.[1] »

[1] Cf. Il s'agit ici de Hugues Géraud, jadis évêque de Cahors, condamné le 18 mai 1317 (n° 235) et de son frère Elie qui se trouvait détenteur d'une partie de ses biens (Voyez n°s 348 et 532). On a vu que Jean XXII, ayant chargé J. Paulet de recouvrer tous ces biens et d'informer contre les coupables, avait recommandé son envoyé au duc de Bretagne, le 30 mars 1318 (n°s 534, 535). La lettre que nous publions est donc postérieure à cette date et vraisemblablement de la même année.

782 Avignon, 5 janvier 1319.

Petro, archipresbytero ecclesiæ de Capdroto, Sarlatensis diocesis, ut procurationes olim debitas Ægidio, tunc archiepiscopo Bituricensi, in civitate et diocesi Lemovicensi, ecclesiæ Romanæ nomine exigat et solventes liberet. (Reg. 69, cur. fol. 521, c. 99.)

« *Dilecto filio Petro, archipresbytero ecclesie de Capdreto* (sic), *Sarlatensis diocesis.* Dudum felicis recordationis — Dat. Avinione, nonis januarii, anno tertio. »

783 Avignon, 5 janvier 1319.

Arnaldo de Casaneta, Bituricensis, et Johanni Bertrami, Lemovicensis diocesum canonicis, ut exigant

similes procurationes in civitate et diocesi Bituricensi. (Reg. 59, cur. fol. 521, c. 200).

« *Dilectis filiis Arnaldo de Casaneta, sancti Petri Puellarum, Bituricensis, et Johanni Bertrami, Achiocensis, Lemoricensis diocesum ecclesiarum canonicis.* Dudum felicis etc. — Dat. Avinione, nonis januarii, anno tertio. »

784 Avignon, 19 janvier 1319.

Durando Ouleti et quibusdam aliis mercatoribus de Montepessulano, ut assignent viginti millia florenorum auri magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesiæ Biterrensis et Matheo de Varennis, militi, pro emendis seu faciendis galeis [1]. (Reg. 69, cur. fol. 515 v°, c. 55 et 1635.)

« *Dilectis filiis Durando Oulleti, Durando Chistelli, Johanni B[a]udeti et Johanni Palmerii, mercatoribus de villa Montispesulani, Magalonensis diocesis.* Cum nos per — Dat. Avinione, XIIII kal. februarii, anno tertio. »

[1] Au sujet de ces galères voyez nos 785, 846, 847, 852, 853, 865, 886, 926-928, 983, 1147.

785 Avignon, 19 janvier 1319.

Præfato magistro Berengario de Olargiis, ut una cum dicto Matheo de Varennis, milite, decem galeas quas ipse papa et Philippus, rex Franciæ, ad partes orientales mittere intendunt, fabricari aut emi faciat [1]. (Reg. 69, cur. fol. 515 v°, c. 56.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensis, capellano nostro.* Merito personas illas — Dat. Avinione, XIIII kal. februarii, anno tertio. »

[1] Voyez la lettre précédente.

786 22 janvier [1317-1319].

Guidonem Delphini, dominum Montisalbani, hortatur ut quosdam nuntios Lugdunensis archiepiscopi et Amedei, comitis Sabaudiæ, quos captos detinet, a carcere liberet. (Reg. 109, fol. 200, c. 753; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 65 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 177.)

« *Dilecto filio nobili viro Guidoni Dalphini, militi, domino Montis Salbani* (sic) *familiari nostro.* Miranter audivimus quod, cum dilectus filius Petrus de Calcibus, canonicus Cenonensis (*sic*), nuntius venerabilis fratris nostri.., archiepiscopi Lucdunensis et dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, pro certis negotiis ad nostram presentiam destinatus, expleto sue nuntiationis officio et super ipsis negotiis a nobis recepto responso, ad illos a quibus missus fuerat rediens cum dilecto filio Petro de Bessellis, valleto et familiari dilecti filii nobilis viri Aymonis de Sabaudia, et alia comitiva sua per terram tuam pergeret confidenter, tu, non attento quod nuntiis a nostra presentia redeuntibus liber et tutus debet esse regressus, cum et legati hostium plena consueverint securitate gaudere, nostra et apostolice Sedis calcata reverentia et tam canonis quam aliis etiam sententiis per Sedem ipsam promulgatis ab olim et per nos etiam publicatis in illos qui ad predictam Sedem accedentibus et ab illa redeuntibus injurias seu violentias inferunt omnino contemptis, in canonicum et valletum predictos manibus violenter injectis, eos de persona cepisti et quo libuit in captivitatem adducens, ipsos adhuc detines sic captivos — Dat. XI, kal. febroarii [1]. »

[1] Cf. Gui de la Tour, seigneur de Montauban, avait précédé dans la tombe son frère Jean, Dauphin de Viennois, mort le 4 mars 1319 n. s. (Voyez n° 635, note). En effet dans le registre de Cambrai, cette lettre qui lui est adressée est suivie d'une autre lettre analogue, mais sans date (fol. 65 v° — Bib. nat., *ms cit.*, p. 178) que le pape écrivit au Dauphin Jean sur le même sujet, la première demande qu'il avait faite à Gui, son frère, étant demeurée sans résultat par suite du décès de ce dernier : « *licet autem*, y lit-on, *ad eumdem Guidonem, dum viveret, mandavissemus super liberatione captivorum hujusmodi litteras apostolicas fieri, quem sperabamus indubie nostris in hoc beneplacitis pariturum, quia tamen propter supervenientem ejus, sicut Domino placuit, obitum, presentari sibi minime potuerunt, ad te quem ad ejus salutem, caritate suadente fraterna, credimus affici, circa id fidenter providimus recurrendum.* » Il en résulte que la lettre que nous publions est certainement antérieure au 4 mars 1319.

787 [30 juillet 1318 — 23 janvier 1319.]

Philippum, regem Franciæ, iterum rogat ut remissionem provisionis ecclesiæ Rothomagensis capitulo faciendam gratam habere velit. (Reg. 109, fol. 233, c. 876.)

« [C]*arissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, licet diversas et varias, recepissemus litteras regias super provisione facienda de una certarum personarum Rothomagensi ecclesie per nos ad tue supplicationis instantiam reservate, novissime hiis diebus nobis oblate fuerunt alie quarum tenore ac portitoris ipsarum credentia (?) diligenter attentis, mirati fuimus nec sufficimus admirari — presertim cum excellentie regie per nostras alias duxerimus litteras[1] exponendum quomodo nobis, certis ex causis rationabilibus in concin[der]atione (*sic*) deductis, abstinere a provisione hujusmodi [et] ipsam remittere ad capitulum prefate ecclesie consultius videatur, sperantes — quod ad talem suos intuitus dirigere debeant qui fructuosus speretur ecclesie et regio culmini in Domino studeat complacere; repetita itaque vice, eo instantius quo sepius quesumus ut benivolentie regie placeat suum nostro super hoc beneplacitum conformare ac de ipso reddere certiores. Dat.[1] »

[1] 30 juillet 1318 (n° 667).

[2] D'après la note précédente, on voit que cette lettre est postérieure au 30 juillet 1318. Elle est antérieure d'autre part au 23 janvier 1319, puisque nous savons qu'à cette date Jean XXII, loin d'avoir obtenu ce qu'il désirait, avait cédé aux exigences de Philippe V (n°s 788, 789; voyez aussi n°s 733, 773). L'élection du doyen avait été pourtant rendue au chapitre de l'église de Rouen le 3 août 1318 (n° 670).

788 [1319, avant le 23 janvier.]

Guillelmo, olim Lingonensi episcopo, nuntiat se eum ad Rothomagensem ecclesiam transtulisse eumque rogat ut ejusdem ecclesiæ regimen suscipiat. (Reg. 109, fol. 235, c. 889.)

« [V]*enerabili fratri Guillelmo, olim Lingonensi episcopo, in archiepiscopum Rothomagensem electo.* Ad utilem provisionem Rothomagensis ecclesie, per obitum bone memorie Egidii, condam (*sic*) Rothomagensis archiepiscopi, pastoris solatio destitute, certis ex causis provisioni Sedis apostolice, cum interpositione decreti, de fratrum nostrorum consilio reservate, sinceris affectibus an[h]elantes, consideranter attento quod sic utiliter in Lingonensi ecclesia curam pastoris gessisse diceris ut argumento probabili presumaris ipsius Rothomagensis ecclesie curam diligenter et e[f]ficaciter exequi, cum preteriti ratio verisimilem conjecturam exhibere soleat futurorum, in te direximus oculos mentis nostre, teque a vinculo quo tenebaris Lingonensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolutum, ad prefatam transferentes Rothomagensem ecclesiam sic vacantem, te ipsi ecclesie prefecimus in archiepiscopum et pastorem, sperantes quod per tuam circumspectionem providam et providentiam circumspectam, prefata Rothomagensis ecclesia grata suscipiet in temporalibus et spiritualibus incrementa; nichilominus ut ad eandem Rothomagensem ecclesiam libere transeas tibi licentiam concedentes, sicque fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus onus [hujusmodi] devote suscipiens, administrationem ipsius Rothomagensis ecclesie ad tuam et populi tibi commissi salutem sic diligenter exerceas, sic ipsius exercitium sollicite prosequaris, quod de talentis a Domino tibi creditis rationem in die stricti examinis redditurus, illa multiplicata comittenti cum fiducia representes. Dat.[1] »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 23 janvier 1319 puisqu'à cette date le pape déclare à Charles de la Marche que la nomination au siège de Rouen a déjà été faite (n° 789). C. Eubel, dans sa *Hierarchia catholica* (p. 447) ne donne, pour cette nomination, que la date plus générale de janvier 1319 d'après la lettre que nous publions ci-dessus, faussement désignée par lui sous le n° 880 du registre 109, et d'après celle que l'on trouvera plus haut, n° 787.

789 Avignon, 23 janvier [1319].

Carolo, comiti Marchiæ, respondet quod petitiones suas ratione Rothomagensis ecclesiæ exaudiri non potuerunt. (Reg. 109, fol. 235 v°, c. 887; — Arch. nat., J. 705, n° 204, orig., la bulle manque.)

« [D]*ilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Philippi regis Francie filio, comit*[*i*] *Marchie.* Nosti, fili carissime, quod Rothomagensem ecclesiam, tunc vacantem, ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Philippi, Francie et Navarre regis illustris, provisioni apostolice duximus reservandam, quodque rex idem diversas personas nobis frequenter nominaverit et suppliciter institerit ut earum aliquam eidem ecclesie vellemus preficere te credimus non latere. Cum itaque rex prefatus in sua supplicatione instanter, nunc litteris, nunc nuntiis, duxerit insistendum, faciem nostram ab ejus precibus avertere honeste non potuimus, set eas demum, sicut et decuit, ad exauditionis gratiam admittentes, venerabiles fratres nostros Guillelmum, olim Lingonensem episcopum, ad dictam Rothomagensem[1], et Ludovicum, olim Vivariensem episcopum, pro quo[2] etiam rex ipse preces crebras emiserat, ad Lingonensem[3] ecclesias duximus transferendos, de Vivariensi ecclesia nichilominus, licet hoc nondum publicaverimus, disponendo[4]. Quocirca, quesumus, excellentia tua nos habeat excusatos si quod de dicta ecclesia suplicaverat nequivimus adimplere, s[c]iturus quod, dante Domino, [quod] propter premissa adimpleri non potuit in presenti, curabimus loco et tempore promptis affectibus adimplere. Dat. Avinione, x kal. februarii[5]. »

[1] Cette nomination fut annoncée au roi de France, dans la forme ordinaire, le 26 janvier 1319 (Arch. nat., J. 705, n°s 208 et 208 *bis*, orig. scellés sur chanvre; au sujet de ces lettres, voyez ce que nous disons n° 170, note 2).

[2] Orig. : *quibus*.

[3] Louis de Poitiers dont C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 320) n'a pu retrouver la date de promotion.

[4] Le pape fait peut être ici allusion à Guillaume de Flavacourt qui fut en effet nommé, le 9 juillet 1319, évêque de Viviers C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 565). On sait que Charles de la Marche avait demandé pour lui le siège de Rouen (Voyez n° 773).

[5] La date complète : *Avinione, x kal. februarii, pontificatus anno tertio*, se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

790 [1319, avant le 28 janvier.]

Berengarium, prius abbatem monasterii Bonævallis. Ruthenensis diocesis, nuntiat se eum monasterio Vallis-magnæ, Agathensis diocesis, in abbatem præfecisse. (Reg. 109, fol. 235 v°, c. 888.)

« *Dilecto filio Berenguario, abbati monasteri Vallis Mangne, ad Romanam Ecclesiam* (*etc.*) *nullo medio pertinentis, ordinis Cisterciensis, Agatensis diocesis.* Inter curas multiplices — Nuper siquidem monasterio Vallis Mangne ad Romanam ecclesiam etc. per provisionem de dilecto filio Johanne, olim ejusdem monasterii abbate, monasterio Grandis Silve, ejusdem ordinis, Tholosane dyocesis, tunc vacanti apud Sedem apostolicam, per nos factam[1], pastoris regimine destituto, nos de ipsius monasterii Vallis Mangne provisione celeri, ne diutine vacationis experiri cogeretur incomoda, sollicite cogitantes ac talem cupientes dicto monasterio Vallis Mangne per nostre provisionis studium presidere personam per quam posset monasterium ipsum salubriter gubernari, post deliberationem quam super hoc cum fratribus nostris habuimus diligenter, ad te, tunc abbatem monasterii Bone Vallis, Ruthenensis dyocesis, cui honestas morum et vite prudentia, spiritualium et temporalium providentia, prout fide dingnorum comprobaris testimonio suffraganter, dirigentes oculos mentis nostre, de te, premissis dingna consideratione pensatis, prefato monasterio Vallis Mangne, de fratrum predictorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, duximus providendum, teque illi preficimus in abbatem, tibi curam et administrationem ipsius in spiritualibus et temporalibus committendo — proficiat incrementis[2]. »

[1] Nous ne trouvons pour cette époque aucun abbé de Valmagne qui porte ce nom, suivant la *Gallia Christiana* (t. VI, col. 724). Il faudrait peut être lire *Pontius* comme nous le faisons remarquer plus haut (n° 776, note 2).

[2] Cf. Cette lettre est vraisemblablement antérieure de peu de temps au 28 janvier 1319, puisqu'à cette date (v *kal. februarii, anno tertio*) le pape nomma Jean, moine de Grandselve, abbé du monastère de Bonneval, alors vacant par la translation de Bérenger au monastère de Valmagne (Reg. vat., 69, com. fol. 112, c. 350; — Reg. avin., t. x, fol. 238 v°). Les auteurs de la *Gallia* faisant mourir Bérenger, abbé de Bonneval, en 1318 (t. I, col. 260) sont amenés à conclure que l'abbé du même nom qui fut nommé à Valmagne est un autre personnage. La lettre de Jean XXII prouve qu'ils se trompent.

791 [janvier 1317 — janvier 1319.]

Magistro Therrico de Iricione ut magistro Radulpho de Perellis, consiliario regio, assistat. (Reg. 110, p. I, fol. 12 v°, c. 37.)

« *Dilecto filio magistro Terrisio de Iritione, capellano nostro, preposito Ariensi.* Etsi supponamus indubie te ad dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, consiliarium regium nobisque devotum, zelum sincerum habere, ex habundanti tamen pro illo scribere tibi providimus tueque sinceritati affectu benivolo suadere ut, prudenter attento quod necessitas amicum probat et intime caritatis ardorem subventio prestita in ingruentia adversitatum elucidat, dicto magistro Radulpho nequaquam in sue justitie prosecutione deficias, sed habens eum, ut condecet, excusatum, favorabiliter assistas eidem in quantum patietur honestas, per id enim exsolves sperate amicitie debitum nobisque qui eumdem magistrum Radulphum benigne prosequimur, dignis in Domino laudibus commendandus occurres[1]. »

[1] Cf. Thierry d'Hireçon fut nommé chapelain du pape le 1er janvier 1317 (Arch. du Pas de Calais, A. 62). La lettre publiée ci-dessus est donc postérieure à cette date. Elle est antérieure à la disgrâce de Raoul de Pereaus, en janvier 1319 n. s. et, d'après le texte même, paraît se rapporter au moment où ce personnage déjà attaqué cherchait à se justifier (Voyez n° 72, note 1).

792 [décembre 1318 — janvier 1319?]

Eduardo, regi Angliæ, ut ecclesiis et personis ecclesiasticis regni sui faveat justitiamque specialiter in partibus Vasconiæ observari faciat. (Reg. 110, p. I, fol. 132 v°, c. 472; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 116, n° 77.)

« *Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri.* Ex litteris tuis, fili carissime, leta manu receptis, et dilecti filii fratris Nicolai de ordine fratrum Predicatorum, nuntii tui, exhibitoris earum, relatione fideli gratanter accepimus quod tu, laudabilis devotionis inflammatus affectu, piis operibus disponis intendere et specialiter circa Terre Sancte negotium crucifixo Domino deservire, unde nimirum acceptum habemus in germine laudandum tuum in hac parte propositum, quod profecto fiet acceptius, si ad fructum pervenerit consommatum. Sane, fili, si gratum in hiis obsequium prestare cupis Altissimo, si illud optas ad salutis tue redundare profectum, advertendum est primitus an displicere sibi reperiaris in aliis, ne ipsum, quod absit, offendas, dum placare putabis. Siquidem ecclesia, sponsa Christi, que libera esse debet, in regni tui partibus a multo jam tempore variis est angariata pressuris et exactionibus innumeris fatigata, ejusque gloria inibi versa est in ignominiam et contemptum, dum jugiter sic ejus libertati detrahitur, ut evidenter ancillari cogatur. Et si queris unde sic loquimur, responsio est in promptu, quod dudum in concilio Viennensi, dum universa gravamina in cunctis mundi regnis atque provinciis christianitatis vocabulo insignitis illata per dominos temporales ecclesiis, felicis recordationis Clementi pape V, predecessori nostro, oblata fuissent et per eum nobis, tunc in minori officio constitutis, ad examinandum et ordinandum tradita, patenter invenimus quod in regno Anglie notabilius et gravius quam in cunctis aliis orbis partibus depressus erat status ecclesiastice dignitatis, ipsiusque conculcata immo potius libertas — Porro, dilectissime fili, cum nichil adeo gloriose luceat in principe sicut amare et exhibere justitiam sine omni acceptione persone, celsitudini tue paterne suggerimus ut in regno et terris tue ditione subjectis, et presertim in Vasconie partibus, tales constituas presidentes qui sciant, velint et valeant justitiam ministrare de singulis, et quorum etiam reverentia et auctoritate temperentur vitia in subjectis; nec sine ministerio specialem facimus de Vasconia mentionem, ubi non deservitur justitie cultui, immo, quasi sine rege et sine lege vivatur, agit quisque pro libito, unus insurgit in alium et licenter publicam guerram movet, nec est qui errata corrigat, non qui excessus reprimat aut excedentibus frenum justitie refragantis apponat, unde cedes, rapine ac homicidia libere perpetrantur, et, propter pericula animarum et corporum, imminent gravia dispendia facultatum. Hec, fili, si dissimulas, justo judici placere non potes; propter quod, ne populi culpa redundet in principem, quasi de majorum culpa provenient errata minorum, tales debes constituere presides inibi,

talesque publici juris ordinare ministros qui Deum timeant, justitiam diligant et nullum in ejus executione formident, qui non sequantur retributiones et munera, qui personarum gratiam non acceptent, et qui de assistentium tibi favore fiduciam impunitatis aut audaciam non habeant seviendi. Set et illud bona fide consulimus ut et tu ipse interdum subditis te visibilem, adibilem et affabilem prebeas, eorum clamores et genitus non contempnas — Si hec, amantissime fili, monita nostra prodeuntia ex paterni affectus dulcedine devote suscipias, si visceribus tuis invisceres, si ea constanter observes, te in Creatoris tui amore custodies, acceptabile sibi, tibique utile servitium tunc impendere poteris et fame tue claritatem observabis, proinde nichilominus ad commemorabile tue laudis titulum, imitabile principibus aliis futurus exemplum. Nos autem, si premissis ita compositis, ad vindicanda Redemptoris opprobria peregrinari volueris, tibi circa id, quantum cum Deo et Sedis apostolice decentia potuerimus, oportunis directionibus, consiliis, favoribus et auxiliis assistemus — et ut id multiplicatis intercessoribus assequaris, universos Christi fideles, ad implorandum pro te patris eterni clementiam, ut ipse lucis Creator omnipotens qui cunctos in mundum illuminat venientes, mentem tuam radio vere lucis illustret et ad exequenda premissa tuum animum jugiter dirigat, teque et regna tuo commissa regimini regere in justitia, pace et tranquillitate concedat, et in suo beneplacito solidet et confirmet, per spiritualem impensionem premii jam pridem decrevimus invitandos, sicut ex litteris apostolicis quas tui nuntii detulerunt te percepisse putamus et nichilominus nonnullos prelatos regni tui per alias nostras litteras solicitavimus attente ut, pro te et regni tui pace, certa suffragia faciant, et in missis et orationibus aliis te habeant commendatum. Sed et tu, fili, ut ad salutem tuam affici videaris, religiosos et alios sanctos viros continuos intercessores ad Deum piis inductionibus acquirere non omittas[1]. »

[1] Cf. Le 6 février 1319, dit M. Guérard (*op. cit.*, p. 116, note 2), Edouard II reçut du pape une lettre assez sévère, semble-t-il, qui lui fut remise par Nicolas de Wisebech, de l'ordre des frères Prêcheurs (Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 169). L'éditeur des documents pontificaux sur la Gascogne présume que ce dernier personnage est le même que celui dont il est parlé ici et qui aurait été chargé de reporter à Edouard II la réponse de Jean XXII ci-dessus publiée. Cette hypothèse n'est pas inadmissible. Nous ajouterons même que, malgré les plaintes du 26 juin 1318 (nº 636) d'autres excès commis en Gascogne par les sujets du roi d'Angleterre, le 18 janvier 1319 n. s., purent susciter de nouvelles réclamations de la part du pape : « *Hii sunt*, lit-on dans le rapport que nous possédons à ce sujet, *excessus et forefacta perpetrata et illata die Jovis ante festum Conversionis beati Pauli, hora nona, vel circa, anno domini millesimo* cccº xviiiº *per gentes domini ducis Aquitanie et prepositum dicti domini ducis et per servientes ejus in burgo sancti Eutropii Xanctonensis, in quo burgo prior sancti Eutropii, ordinis Cluniacensis, habet omnimodam altam et bassam jurisdictionem, superioritate solum et in solidum in dicto burgo ad dominum regem pertinente, et ipso priore et prioratu predicto una cum suis bonis et membris in speciali et salva gardia domini regis existente.* » (Arch. nat., J. 633, nº 38). De même peut-on voir dans la lettre que le souverain pontife écrivit aux prélats d'Angleterre le 18 décembre 1318 (*Calendar of papal registers : Papal letters*, t. II, p. 191) celle à laquelle il fait allusion à la fin du document que nous publions, mais ce ne sont là que des hypothèses et nous ne donnons la date de décembre 1318 — janvier 1319 que comme approximative et sous toutes réserves.

793 Avignon, 3 février 1319.

Johanni Ogerii ejusque collegis ut compellant prælatos et personas ecclesiasticas ad revelandum eis valorem fructuum beneficiorum usque ad triennium vacaturorum in provinciis ipsis commissis. (Reg. 69, cur. fol. 526 vº, c. 126 et 1706.)

« *Dilectis filiis Johanni Ogerii, decano Belnensis, et Faydito Guiraudonis, canonico de Capdroto ecclesiarum, Eduensis et Sarlatensis diocesum, collectoribus fructuum primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum tunc vacantium et vacaturorum usque ad certi temporis spatium, deputatorum pro nostris et camere nostre oneribus facilius supportandis, in Lugdunensi, Viennensi, Ebredunensi, Tarantasiensi et Bisuntina provinciis auctoritate apostolica deputatis.* Cum collectio fructuum — Dat. Avinione, iii nonas februarii, anno tertio. »

794 Avignon, 3 février 1319

Eisdem collectoribus quod liceat eis visitare, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, absolvere et de causis cognoscere in prædictis provinciis. (Reg. 69, cur. fol. 526 vº, c. 127.)

« *Eisdem collectoribus.* Per vestras a — Dat. Avinione, III nonas februarii, anno tertio. »

795 Avignon, 22 février 1319.

Decanum et officialem ecclesiæ de Montealbano ad petendum et retinendum medietatem hereditatis quondam Raymundi Gastaudi de Montealbano, qui papam et regem Franciæ universales pro indiviso suos hêredes instituerat, procuratores suos constituit. (Reg. 69, cur. fol. 522 v°, c. 107.)

« *Dilectis filiis.., decano ecclesie et.., officiali de Montealbano.* Cum quondam Raymundus — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno tertio. »

796 Avignon, 22 février 1319.

Redditus perpetuo vicario in ecclesia de Orgone, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali ecclesiæ Avinionensis unita, constituto assignat. (Reg. 74, cur. fol. 13, c. 45; — Reg. avin., t. XIX, fol. 514, c. 49).

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Dudum siquidem ex certis et rationabilibus causis que ad id nostrum animum induxerunt, parrochialem ecclesiam de Orgone, Avinionensis diocesis, cum omnibus juribus et pertinentiis suis mense episcopali Avinionensi auctoritate apostolica duximus uniendam; verum ne ecclesia ipsa de Orgone debitis fraudetur obsequiis et animorum cura negligatur aliqualiter in eadem, auctoritate predicta statuimus et etiam ordinamus ut de cetero in ecclesia predicta de Orgone, idoneus et perpetuus vicarius per episcopum Avinionensem qui pro tempore fuerit instituendus ibidem, qui eidem ecclesie serviat in divinis, animarum curam gerat, perpetuis temporibus habeatur. Volumus autem quod idem vicarius de bonis ejusdem ecclesie de Orgone pro vicaria et sustentatione sua habeat et recipiat hujusmodi portionem, videlicet quindecim frumenti, decem ordei, quadraginta vini puri saumatas, carnalagium totum, et lanarum et caseorum nec non et ortolagiorum, canapis et lini et feni decimam, ac totum manuale scilicet vigilias, oblationes et legata ex quibus idem vicarius servet hospitalitatem debitam, legatos et nuntios apostolice Sedis prout decet, recipiat, sinodaticum et cathedraticum ac procurationes suis metropolitano et ordinario, et decimam pro rata portionis hujusmodi solvet et tam sibi quam aliis servitoribus ejusdem ecclesie de necessariis providebit. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, ordinationis et voluntatis infringere. Datum Avinione, VIII kal. martii, anno tertio. »

797 [1319, avant le 1 mars.]

Henricum, dominum Soliaci, rogat ut terminum citationis ad comparendum in parlamento Parisius Archambaldo, comiti Petragoricensi datum, ratione pariagii quod in ejusdem comitis præjudicium consules villæ Podii sancti Frontonis Petragoricensis cum Philippo, rege Franciæ, facere intendunt, usque ad aliud parlamentum prorogari faciat. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, c. 360 et 1004.)

« *Dilecto filio nobili viro H. domino Soliaci, buticulario Francie.* Exposuit nobis dilectus filius nobilis vir Archambaldus, comes Petragoricensis, devotus noster, quod, licet consules ville Podii sancti Frontonis Petragoricensis consulatum et jurisdictionem, et alia que ad consules ipsos in villa predicta, ratione ipsius pertinet consulatus, ab eodem comite obtinere noscantur, et propter hoc dicto comiti solvant quadraginta libras parvorum turonensium annuatim, ipsi tamen ad ejusdem comitis molestias aspirantes, cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie illustri, ut idem comes suo in hac parte jure frustretur, de consulatu et jurisdictione predictis facere pariagium, quod de jure non possunt, in ipsius comitis grave prejudicium moliuntur. Cum igitur idem comes, ad causas rationabiles proponendas quare hujusmodi pariagium fieri juste non possit, in parlamento per ipsum regem Parisius convocato, in kalendis martii venturis proxime inchoando, per dicti regis litteras sit citatus, ipsaque citatio ad prefatum comitem apud Sedem apostolicam pro suis arduis et inevitabilibus negotiis constitutum adeo tarde pervenerit, quod ad dictum parlamentum comode venire non possit, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus pro dicto comite apud dictum regem, quod hujusmodi terminum eidem comiti usque ad aliud proroget parlamentum, pro nostra et dicte Sedis reverentia,

promptus adjutor existas ac favorabilis intercessor, ut tue intercessionis operosa virtute, dicti comitis occurratur incomodis, et nos, quibus in hac parte placebis, diligentiam tuam merito comendare possimus[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, on le voit, a été écrite peu de temps avant le 1[er] mars d'une année qui reste à déterminer. Ce ne peut être 1317, puisque Henri de Sully y est qualifié de bouteiller et qu'il n'eut ce titre qu'au mois d'avril de cette même année (Voyez n° 212, note). Ce ne peut être 1320, puisque, le 6 décembre 1319, était conclu à Périgueux, entre le roi de France et les consuls du Puy saint Front, le pariage au sujet duquel le pape avait écrit la lettre que nous publions ici (ARCHIVES MUNICIPALES DE PÉRIGUEUX, FF. 76). Cette lettre sera, par conséquent, de 1318 ou de 1319, et comme Henri de Sully, lors de sa première ambassade, se trouva à la cour pontificale jusqu'au 21 mars 1318 (Voyez n° 330, note 2), la date de 1319 est la plus probable; nous savons en effet que, le 6 mars 1319, après sa seconde ambassade à Avignon, il avait rejoint à Toulouse les commissaires du roi (Voyez n° 830, note 1).

798 [5 septembre 1316 — 4 mars 1319.]

Johanni, Delphino Viennensi, de apris et caseis quos ipsi mandaverat regratiatur. (REG. 109, fol. 10, c. 51.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, Delfino Viennensi.* Exennium, fili, aprorum — adesse favorem[1]. »

[1] Cf. Nous avons vu que Jean II, Dauphin de Viennois, auquel cette lettre est adressée, mourut le 4 mars 1319 n. s. (Voyez n° 635, note, et la remarque que nous faisons, n° 63, note).

799 20 mars [1317-1319].

Philippo, regi Franciæ, respondet cancellarium et Petrum Bertrandi, clericum ejus, ad episcopatum quoad præsens promoveri non posse. (REG. 109, fol. 121 v°, c. 503; — REG. 110, p. I, fol 76 v°, c. 226[1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, scriptas in gallico et ad plenius tue affectionis indicium propria manu tua in fine subscriptas nuper benigne recepimus, per quas equidem inter cetera te multum mirari scripsisti quod de cancellario[2] et magistro Petro Bertrandi[3], clerico tuis non bene fueramus nec eramus hucusque contenti, quod ex eo specialiter te percepisse ponebas apertius quia, licet pro quamplurium clericorum promotione tuorum directa nobis tua fuissent liberaliter admissa precamina, pro cancellario tamen et clerico memoratis quibus te teneri fateris obnoxius, nondum fuerant exaudita, sed et de hoc ipso asseruisti cancellarium et clericum antedictos in admiratione stupere, cum antequam essent ad tua vocati servitia, forent, ut videbatur eisdem, benivolentie nostre participes et gratie non expertes. Unde cum non credas eos in tuo deterioratos esse servitio, nimirum implacidum gereres si, ipsius tui pretextu servitii, promotionem eorum in aliquo contingeret impediri, propter quod supplicabas instantius ut omnem sinistram de ipsis opinionem a corde nostro prorsus avellere, et juxta quod alias nos rogasti, eos promovere vellemus. Sane, dilectissime fili, si tu et illi eas advertissetis attentius gratias quas eorum cuilibet, tuis obsequiis insistenti, in nostre promotionis initio, ad tue intercessionis instantiam fecimus, et quas indubie, si non tua circa quem versabatur obsequiositas suasisset, minime fecissemus, non processisset, ut credimus, de mala nostra contentatione querela; sed ipsa forsan ambitio, tinea cordium, terreni honoris inexplicabilis fames et cupiditas dignitatum eos prodere coegit in publicum quod latebat introrsum et videntes alios ad eminentiam cathedre pastoralis ascendere, ad quandam forte sibi injuriam reputent in ea, in qua vocati sunt, vocatione manere; qui tamen, si quam irreprehensibilem oportet esse episcopum consideranter attenderent, ad sue conscientie testimonium recurrentes, ab appetitu prelature consultius temperarent. Porro non omnes clerici regii possunt aut debent ad gradum pontificii promoveri; sunt etenim alii quorum vita et conversatio est publice commendabilis, et qui digni sunt partes implere pontificis et pastoris, multique precesserunt in cancellariatus officio qui non minoris sufficientie fuisse noscuntur et meriti, tamen ad episcopalis culmina dignitatis, saltem in tam brevi tempore, fuere provecti — Dat. III kal. aprilis[1]. »

[1] Le registre 110 porte la date : III *kal. aprilis*, nous pensons qu'il y a eu une omission et qu'il faut lire, comme dans le

registre 109 qui est semblable pour le reste: [x] III *kal. aprilis*. Voyez n° 173, note 2.

[2] Peut-être Pierre de Chappes, chancelier (P. Anselme, *Histoire généalogique*, t. VI, 1730, p. 308) qui devint évêque d'Arras le 29 octobre 1320 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 117).

[3] Il s'agit évidemment ici de Pierre Bertrand (l'ancien), professeur et l'un en l'autre droit, archidiacre de Billom au diocèse de Clermont (Arch. nat., M. 67A, n° 2, acte notarié du 6 janvier 1318 n. s.), conseiller du roi, chancelier de la reine (nos 915, 952, 990) qui, après les instances multipliées de cette dernière (n° 952) fut nommé, le 28 janvier 1320, évêque de Nevers (C. Eubel, *op. cit.*, p. 386; — *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IX, p. 459). Pierre Bertrand (le jeune) son neveu, devint plus tard, lui aussi, évêque de Nevers en 1335, puis d'Arras en 1339 (C. Eubel, *op. cit.*, pp. 386 et 117, où l'évêque de Nevers n'est désigné que par le nom de Pierre; — *Histoire générale du Languedoc*, nouv. éd., *loc. cit.*), mais à la date du 6 janvier 1318 n. s. il n'avait pas encore terminé ses études qu'il devait poursuivre à l'université de Toulouse et il ne portait que le simple titre de clerc (Arch. nat., M. 67A, n° 2, cité plus haut).

[4] Cf. D'après la note qui précède, on voit que cette lettre est au plus tard de 1319.

800 Avignon, 20 mars [1319].

Gaucelmum, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyterum cardinalem, nuntium eligit ut Flandrenses ad acceptandum securitates a Philippo, rege Franciæ, oblatas inducat, alias contra eos per excommunicationis et interdicti sententias ceterasque pœnas ecclesiasticas procedat. (Reg. 110, p. I, fol. 59, c. 193; — Arch. nat., J. 562A, n. 2, original scellé sur chanvre; — J. 562B, n° 35, dans lettre originale du cardinal, scellée; — J. 563A, n° 36 *(* dans rapport original du même cardinal, scellé; — *ib.*, n° 39, extrait; — JJ. 55, fol. 64, n° 137, extrait.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis* [*nuntio*]. Si ex apostolice servitutis officio, quo vices illius, licet inmeriti, in terris gerimus qui via, veritas atque vita, pacem docuit, servari mandavit et eam in testamento discipulis dereliquit, ut officium nobis impleamus indictum, tenemur ad concordiam revocare discordes, multo magis injuncte solicitudinis debitum nos perurget ut pacem initam temere violantes et firmata federa juramento vallata transgredientes ipsius, ad ejusdem pacis observantiam compellamus. Sane dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, tunc ipsius Francie et Navarre regna regentem, ex una parte, et dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem et comunitates Flandrie, super quibusdam articulis pacis olim inter clare memorie Philippum, regem Francie, dicti regis genitorem, dum adhuc viveret, et comitem et comunitates ipsos inite et juramento vallate, ex altera, certis conventionibus habitis, partes ipse, pro conventionibus complendis eisdem et inviolabiliter observandis, dare et prestare tales invicem securitatis litteras que deberent sufficere promiserunt. Cumque postmodum dicte partes super prestandis et recipiendis securitatibus ipsis concordare non possent, tandem actum extitit inter eas quod infra certi temporis spatium earum quelibet procuratores suos et nuntios ad nostram presentiam mitterent, nostrum, que videlicet super hoc deberent securitates sufficere, consilium audituros; demum vero per partes easdem, procuratoribus eorum et nuntiis propter hoc ad nostram presentiam destinatis, post[1] diversos et varios per nos tractatus habitos super via amicabili et concordi adinvenienda super sufficientia securitatis predicte, et eam invenire cum dictis partibus non possemus, tandem cum fratribus sancte Romane Ecclesie cardinalibus omnibusque notariis nostris et auditoribus palatii nostri, nec non venerabilibus fratribus nostris patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, nec non quampluribus magistris in theologia et nonnullis aliis litteratis et magne auctoritatis viris tunc in Romana curia presentibus, deliberatione prehabita diligenti super hoc, videlicet que securitas danda vel facienda a rege predicto comiti et comunitatibus antedictis deberet sufficiens reputari, omnium in hoc vota concorditer sine alicujus discrepantia resederunt, videlicet quod excellentia regia et subjectione Flandrensi ac negotii qualitate consideranter inspectis, sola et simplex regis prefati promissio deberet de jure pro securitate hujusmodi sufficiens reputari; quia tamen arduum erat negotium, consulebant quod rex ipse conventiones predictas per juramentum observare promitteret, eo modo quo reges Francie consueverunt jurare prestandum. Quibus omnibus et singulis ac aliis etiam attendendis diligenter attentis, nos pro bono concordie

ac propter intensum desiderium et grandem affectum quem gerebamus et gerimus et regem ipsum gerere sine dubitatione supponimus ad ultramarinum passagium quod ex discordia securitatum hujusmodi potest verisimiliter retardari, deliberatione super hoc cum eisdem fratribus nostris ac aliis magne auctoritatis viris apud Sedem existentibus antefatam diligentius habita et de consilio eorundem, ultra predicta consulta consilium dedimus infrascriptum. Consuluimus etenim et consulendo diximus[2] — Procuratores vero comitis et comunitatum predictorum, habita ipsius consilii copia, se super illo velle deliberare dixerunt, et illa eadem die in vesperis redeuntes, in nostra et ipsorum fratrum nostrorum, notariorum, auditorum et prelatorum quamplurium ex predictis presentia, responderunt quod mandatum eis datum per eundem comitem et comunitates easdem ad acceptandum illas se aliquatenus minime extendebat, immo super hoc erat eis limitata potestas quam excedere non audebant, ipsi tamen comiti et comunitatibus antedictis referre curarent, illud per eos acceptari sperantes. Postmodum vero, cum comitis et comunitatum predictorum circa pretacta responsio tardaretur, eisdem comiti et comunitatibus per certos nuntios et litteras nostras que circa dationem dicti consilii per nos acta fuerant curavimus seriosius intimare[3], ipsos laborantes inducere ad recipiendum securitatem hujusmodi juxta consilium eis datum et observantiam dicte pacis, qui inductioni nostre hujusmodi acquiescere noluerunt, nec propterea, propter ingens et intensum desiderium quod ad dicte pacis observantiam gerebamus et gerimus, a ceptis destitimus, sed ipsis potius insistentes, cum certa die partes ipse apud Compendium convenissent, iterato per litteras et nuntios speciales partes ipsas ad pacem tractatam servandam et recipiendas utrinque securitates prehabitas inducere laboravimus[4], multis viis et rationibus eis propositis, que alias eos[5] ipsos ad acquiescendum in hac parte consilio nostro inducere debuissent, quibus, licet gentes regie respondissent se paratas propter reverentiam nostram ac propter desiderium intensum regnis et subditis regis ejusdem parandi quietem et pacem, nec non propter ingentem et ferventem affectum quem rex ipse habere dinoscitur ad negotium Terre Sancte, securitates prestare et recipere quas prefatum nostrum consilium designarat, pars tamen dictorum Flandrensium respondit se ad hoc non habere mandatum. Demum nos attendentes quod treugarum initarum inter partes predictas finis instabat ac in attente considerationis indaginem deducentes innumera mala nec facile commemoranda presentibus que dudum ex preterita guerra provenerant, et que poterant imposterum verisimiliter provenire, et ingentia pia opera que impedita fuerant et impediebantur ac poterant impediri occasione predicta, considerantes insuper quod, absque transgressione juramenti prestiti in pace predicta, securitas hujusmodi que a tam personis solennibus, litteratis, prudentibus magneque auctoritatis viris in sublimibus dignitatibus et officiis constitutis approbata [fuerat] non poterat probabiliter velut minus sufficiens recusari, attendentes etiam quod, juxta sacrorum canonum, si ita ad singulos spectat episcopos in episcopatibus suis sua jurisdictione ac potestate compescere pacis federa juramento vallata precipue non servantes, et sic multo magis ad nos qui potestatis plenitudine fungimur nobis ex alto concesse, singulariter pertinere dinoscitur in universali Ecclesia cunctave congregatione fidelium eorum reprimere et reformare conatus qui pacis federa infringunt seu nituntur infringere ac juramenta super ipsis firmandis prestita temere violare, advertentes insuper nonnullas alias circumstantias quas circa hec attendendas juste considerationis diligentia persuadet, propter quas premissorum pacis et juramentorum observantia profecto insidet et insidere debet admodum cordi nostro, volentes quoque, sicut tenemur et prout nobis concedet Altissimus, tantis obviare periculis, et tam ipsorum, quam multarum animarum providere saluti, te virum laudande virtutis cujus personam Altissimus scientiarum altitudine, providentie munere, circumspectionis gratia, industrie claritate multisque virtutibus insignivit, humeris tuis fortitudinis robur adiciens ut ad laudem divini nominis frequenter gravia onera supportaris, de cujus quoque meritis plenissimam fiduciam obtinemus, licet apud Sedem eandem ex eminentia tui consilii valde necessarius habearis et tanti viri presentia careamus inviti, propter urgentem tamen et inevitabilem necessitatem pretacti negotii, ad partes

regni Francie de fratrum nostrorum consilio providimus destinandum. Quocirca discretioni [tue] mandamus quatinus, eodem rege in eadem voluntate durante, prestandi scilicet et recipiendi securitates predictas, prefatos comitem et comunitates Flandrie et singulos eorundem generaliter et ceteros alios prelibatos, per te vel alium seu alios, ex parte nostra monere, require[re] et inducere studeas ut infra certum peremptorium terminum, quem eis ad hoc duxeris prefigendum, ab eodem rege recipiant et ipsi sibi securitates exhibeant memoratas, alioquin contradictores quoslibet et rebelles predictis nostris monitionibus non parentes, in quos ex nunc excomunicationis eorumque terras et pertinentias ipsarum interdicti sententias auctoritate apostolica promulgamus, tamdiu per omnia loca in quibus expedire cognoveris excomunicatos eorumque terras suppositas ecclesiastico interdicto publice nunties et facias ab aliis nuntiari, dictosque excommunicatos ab omnibus artius evitari, omni prorsus eis in hac parte appellationis beneficio interdicto, donec super hiis plenarie satisfecerint et absolutionis beneficium per Sedem eandem dumtaxat meruerint obtinere. Quod si forte post publicationem et denunciationem hujusmodi, per eorum, quod absit, insolentiam predictas sententias dampnabiliter contempnentes, redire non curaverint ad Ecclesie unitatem, et propter hoc eorum exigente protervia fuerit contra eos disciplina ecclesiastica rationabiliter aggravanda, contra ipsos, prout facti suaserit qualitas [et] expedire cognoveris, predictas aggravando sententias procedere non obmittas, tanto in hac parte ferventius contra eos commisse solicitudinis tibi partes adimplens, quanto detestabilius eorum insolentia per abusum excresceret si per patientiam, immo conniventiam dicte Sedis, transirent excessus hujusmodi incorrecti, illosque ex eis qui clerici fuerint, cujuscunque status, ordinis, dignitatis vel conditionis extiterint, dignitatibus, personatibus, canonicatibus et prebendis, et aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque, et tam eos quam alios prelibatos feudis, si qua ab ecclesiis et personis ecclesiasticis obtinent, ac jure patronatus ipsis in quibuslibet ecclesiis competente, privilegiis quoque ab eadem Sede vel quibuscunque personis ecclesiasticis concessis eisdem, privare, et penas insuper alias premissis adicere quas expedire cognoveris, apostolica in hac parte fretus auctoritate, procures, ac nichilominus eorum filios et nepotes, ab eis per rectam lineam descendentes, perpetuo inhabiles reddere ad quelibet beneficia ecclesiastica obtinenda, nisi per satisfactionis debitum ad sinum pietatis apostolice recurrentes, remissionis super hoc et restitutionis in integrum per Sedem eandem beneficium mererentur, ac insuper venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum, et personis ecclesiasticis quibuscunque, nec non ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, universitatibus, comunitatibus et aliis personis singularibus civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcunque locorum sub excommunicationis in personas et interdicti in terras eorum penis, quas si secus fecerint ipso facto incurrant, ex parte nostra districtius inhibere procures ne predictis contradictoribus et rebellibus in eadem obstinatione manentibus super premissis prebeant auxilium, consilium vel favorem, vel commercium aliquod exerceant cum eisdem; non obstantibus quibuscunque privilegiis vel indulgentiis apostolicis prenominatis et aliis quibuscunque personis, ordinibus, universitatibus sive locis, cujuscunque preheminentie, dignitatis, conditionis aut status extiterint sub quovis modo vel expressione seu conceptione verborum ab eadem Sede concessis quibus posset quis contra premissa quomodolibet se tueri, et de quibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum etiam de personarum, ordinum, status et dignitatum nominibus oporteat in presentibus specialem fieri mentionem, seu si dictis Roberto, filiis et aliis prenominatis Flandrensibus vel quibusvis aliis comuniter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, contradictores etc. Volumus insuper, et presentium tibi auctoritate concedimus, quod premissa omnia et singula possis in totum vel in partem uni vel pluribus personis de quibus videris expedire comittere, et comissionem hujusmodi, quoiens et prout expedire tibi videbitur, revocare, quod-

que a data presentium sit tibi in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetua potestas et jurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate possis in omnibus premissis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro premissis procedere, ac si predicta omnia et singula coram te cepta fuissent, et jurisdictio tua in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legittimum extitisset, constitutione qualibet contraria non obstante. Ceterum volumus ut, si comes et universitates Flandrie predicti renuerent se obligare ad servan[dum] premissa omnia et singula sub dicta pena ducentarum milium marcharum argenti, dictus rex in hujusmodi casu ad prestandum hujusmodi obligationem nullatenus teneatur, ac comes et universitates Flandrie supradicti, dummodo alias premissas omnes et singulas super dictis securitatibus hinc inde prestandis et recipiendis voluerint et curaverint cum effectu recipere et exhibere cautelas, propter defectum obligationis hujusmodi ducentarum milium marcharum argenti per ipsos non prestite vel non prestande, suprascriptas sententias non incurrant, nec ob hoc contra ipsos aliquatenus procedatur, donec per nos aliud fuerit ordinatum, dum tamen, ut proximo premittitur, super securitatibus prestandis et recipiendis predictis alia premissa omnia et singula curaverint efficaciter adimplere. Datum Avinione, XIII kal. aprilis[6]. »

[1] Reg. : *per*.
[2] Le passage omis ici n'est que la reproduction, *mutatis mutandis*, du passage analogue de la lettre adressée au roi de France le 8 mars 1318 (nº 491).
[3] 1er avril 1318 (nos 538-549).
[4] 17 septembre 1318 (nos 710-720).
[5] Ces deux mots manquent dans l'original.
[6] La date de l'année (*anno tertio*) qui ne se trouve pas dans le registre du Vatican est donnée par les documents des Archives nationales J. 562A, nº 2; — J. 562B, nº 35; — J. 563A, nº 36.

801 [20 mars 1319.]

Eidem Gaucelmo mandat ut contra Flandrenses pacem non observantes per pœnas et sententias olim a Clemente V promulgatas procedat. (Reg. 110, p. I, fol. 58, c. 192.)

« *Dilecto filio Gaucelmo*[1] *etc.* Movet nos suscepti cura regiminis, ejus nos instanter urget aculeus, ut illam precipue temeritatis audaciam quam in Dei gravem offensam, contemptum periculosum clavium ac injuriam dispendiosam proximi discrimenque non leve Terre Sancte subsidii regere cernimus, solicitis curemus reprimere studiis, eique studeamus prompte efficacibus remediis contraire. Quante autem audacie, quanteque temeritatis fuit, sicut habet fide dignorum assertio, nobilis viri Roberti, comitis Flandrie, et filiorum ipsius, ceterorumque nobilium et communitatum terrarum, villarum, castrorum et aliorum locorum Flandrensium effrenata presumptio, quam patenter, quam evidenter ex ipsis premissis secuta hactenus inconvenientia et incommoda fuerint, sequantur presentialiter et, nisi occurratur celeriter, imposterum subsequi verisimiliter formidentur, aurem cordis aperire volentibus succinto sermone sequentia satis clare pertractant. Dudum siquidem post grandem gravemque discordiam quam hostis humani generis, cunctorum malorum incentor et zizanie seminator, inter clare memorie Philippum, regem Francie, ex parte una, et quondam Guidonem, comitem Flandrie dictumque Robertum ejusque fratres et filios ceterosque nobiles et communitates predictos, ex altera, suscitarat, post plura longe lateque diffusa animarum pericula, strages corporum et multiplicata dispendia facultatum, eo faciente qui concordiam approbat et discordias detestatur, inter prefatos regem ac Robertum comitem et alios prelibatos pacis et concordie federa reformata et juramento vallata fuerunt, multos varios et diversos articulos continentia qui tam in autenticis dicti Roberti comitis et quondam.., ducis Brabancie sigillo munitis inde confectis, quam in apostolicis felicis recordationis Clementis pape V, predecessoris nostri, litteris plenius et latius describuntur, diversis penis adjectis in eis, ac, ad supplicationem dictorum Roberti fratrum, nobilium et gentium Flandrie predictorum, per eorum ordinarios in personas ipsorum omnium et cujuslibet eorundem excommunicationis, et in eorum terras, villas et pertinentias ipsarum interdicti sententiis promulgatis, quas excommunicationis et interdicti sententias ipsi et successores, nec non ville et terre ipsorum et pertinentie

earundem statim ipso facto incurrerent, cum ipsi non complerent, tenerent et servarent contenta et quodlibet contentorum in pace predicta aut venirent contra ea seu aliquis de eisdem; ac prefato Roberto et Guillelmo de Flandria, ejus fratre, Gerardo, domino de Stenguien, Johanne de Gavre, domino de Scornay, et Gerardo Le Mor, militibus, ad ejusdem predecessoris presentiam accedentibus et recognoscentibus premissos omnes articulos coram eo seque fore ad observationem eorum efficaciter obligatos, et tam ipsis primo, quam procuratoribus et sindicis omnium communitatum, nobilium et burgensium terrarum, villarum, castrorum et locorum Flandrie et pertinentiarum ipsarum supplicantibus sibi quod ipse in eos et successores eorum excommunicationis nec non interdicti in terras eorum et earum pertinentias, si pacem eandem ullo unquam tempore violarent aut venirent contra aliquem de articulis antedictis, aut contenta et quodlibet contentorum in eisdem articulis non complerent, non attenderent vel non servarent, auctoritate apostolica ferre sententias, et ob hanc causam latas et ferendas ab ordinariis eorundem excommunicationis in eos et successores eorum, et interdicti in eorum terras et ipsarum pertinentias, sententias confirmare et inviolabiliter observari facere dignaretur, idem predecessor ipsorum supplicationibus inclinatus, in eosdem Robertum et Guillelmum aliosque milites prefatos eorumque successores ac dominos procuratorum et sindicorum predictorum, si qui forsan eorum ullo unquam tempore pacem violarent eandem, vel contra aliquem de dictis articulis venire presumerent, aut contenta et quodlibet contentorum in eisdem articulis non complerent, non attenderent vel non servarent, ex tunc excommunicationis, et in eorum terras et pertinentias interdicti sententias auctoritate apostolica promulgavit, quas quidem sententias, nisi ad requisitionem dicti regis aut heredum et successorum ejus vel eorum qui ab ipsis super hoc speciale mandatum haberent, noluit relaxari, sententias quoque dictorum ordinariorum, si que secundum modum premissum late essent, vel postquam dicti ordinarii eas secundum modum premissum ducerent proferendas, decrevit ac ex certa scientia mandavit ex tunc inviolabiliter observandas, ipsasque, nisi secundum modum de quo premittitur, videlicet absque requisitione dicti regis ac heredum et successorum suorum aut illorum qui super hoc, ut predictum est, mandatum sufficiens haberent ab ipsis, nullatenus relaxandas, relaxationem hujusmodi, si aliter fieret, decernens irritam et inanem et nullius existere firmitatis; venerabilibus fratribus nostris.., archiepiscopo Remensi et.., episcopo Silvanectensi, ac dilecto filio.., abbate monasterii sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, super premissorum observatione executoribus deputatis, prout in diversis ejusdem predecessoris litteris inde confectis ejusque vera bulla munitis plenius continetur. Verum iidem Robertus et filii ac nobiles et burgenses et communitates predicti, proprii solum prosecutores, arbitrii et rationis expertes, in illam factiose eruptionis superbiam prorupisse dicuntur ut, federa predicta rumpentes, contenta in pace prefata complere, tenere et servare non curaverint, ymo temere venire presumpserint contra ea seu aliqua eorundem, predictas sententias tam per dictum predecessorem quam per ordinarios memoratos propter hujusmodi ipsorum contumacias in eos et terras eorum prolatas, dampnabiliter incurrentes, quas, nullius correctionis prebentes indicia nec declinationis a malo argumenta monstrantes, sed in cepta protervia persistendo, in ecclesiastice discipline contemptum, suarum animarum perniciem, et plurimorum scandalum sustinere dicuntur, animis induratis, redire ad unitatem Ecclesie non curantes; que tanto amplius nostris acerba sunt sensibus et dolorose molesta, quanto, dum prosecutionis negotii Terre Sancte et multorum aliorum bonorum impedimenta gravia, variasque strages fidelium, depopulationes locorum et multarum ecclesiarum dispendia que prior eorum guerra parturiit queve eadem rediviva consurgens, quod Deus avertat, ejusdem Terre negotio possit impedimenta pretendere, et animarum et corporum pericula et alias adversitates innumeras ministrare in discutionem considerationis interea deducimus, nobis et cunctis fidelibus quos devotionis fervor et fidei zelus angunt, vehementioris doloris justa materia ministratur. Ne igitur tam detestabilis et pernitiose temeritatis excessus per impunitatem tractu temporis coalescant et ne, quod absit, in alios quasi exemplari alveo deriventur, quin

immo potius [ut] audita correctio imperitiam dedecoret, et audaciam iniquitatis excludat, nos zelo justitie quam ex officii debito exequi tenemur ad omnes, nec valentes nec volentes conniventibus oculis pertransire, te virum laudende virtutis, scientia preditum et cultorem justitie sedulum, quamquam tua presentia nobis et apud nos Ecclesie universali perutili careamus inviti, ad partes regni Francie pro premissis et aliis arduis exequendis negotiis de fratrum nostrorum consilio providimus destinandum, circumspectioni tue presentium auctoritate mandantes quatinus, ad predictas partes vel alia loca de quibus tibi videbitur expedire te conferens, generaliter omnes et singulos Flandrenses, cujuscunque status, dignitatis, ordinis vel conditionis extiterint, qui predictam pacem violarunt aut venerunt contra eam vel aliquem de articulis antedictis aut contenta vel quodlibet contentorum in eisdem articulis minime compleverunt, non attenderunt vel etiam non servarunt, ad quos possunt dicte sententie se extendere et quos etiam comprehendunt, denunciare et publicare procures predictas sententias, ob hanc causam auctoritate apostolica per predecessorem eundem et dictos ordinarios promulgatas in eos, ut premittitur, incurrisse eorumque terras et ipsorum pertinentias subjacere ecclesiastico interdicto, non obstantibus appellationibus seu procurationibus quibuscunque jam interpositis vel quas propter hoc ad Sedem eandem per quoscunque contingeret interponi, ac nichilominus simpliciter, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, de premissa violatione et transgressione pacis et articulorum contentorum in ea diligentius te informans, si quos ex prenominatis Roberto, filiis et ceteris aliis Flandrensibus ejusdem pacis vel articulorum predictorum aut aliquorum ex eis inveneris notorios transgressores, ad quos, ut premittitur, dicte sententie se extendere valeant et quos etiam comprehendunt, eos nominatim ac terras eorum predictas incurrisse sententias studeas publicare, omni prorsus predictis notoriis transgressoribus super [premissis] appellationis seu provocationis cujuslibet beneficio interdicto; contra illos vero ex Flandrensibus memoratis qui pacem hujusmodi vel articulos contentos in ea vel aliquos ex eisdem transgressi fuerunt, licet non possint per publici actus evidentiam vel alias super hoc notoria transgressione notarii, similiter summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii inquirere studeas diligentius veritatem, et si eos pacem hujusmodi vel dictos articulos in ipsa contentos, vel aliquos ex eisdem non complevisse, non attendisse aut non servasse, sed transgressos fuisse repereris, eos et singulos ad quos possunt dicte sententie se extendere et quos etiam comprehendunt eorumque terras, predictas similiter incurrisse sententias, appellatione remota, publicare procures. Quod si forte, post denunciationem et publicationem hujusmodi prefati omnes et singuli vel aliqui ex eisdem per eorum, quod absit, insolentiam, predictas sententias dampnabiliter contempnentes, redire non curaverint ad Ecclesie unitatem, et propter hoc, eorum exigente protervia et contumacia excrescente, fuerit contra eos censura ecclesiastica rationabiliter agravanda, contra ipsos, prout facti suaserit qualitas et expedire cognoveris, procedere non ommittas, tanto in hac parte ferventius contra eos comisse super hoc solicitudinis tibi partes adimplens, quanto detestabilius eorum insolentia per abusum excresceret si per patientiam seu conniventiam Sedis apostolice transirent excessus hujusmodi forsitan incorrecti; illosque ex eis qui clerici fuerint dignitatibus, personatibus, canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis quibuscunque, et tam eos quam alios laicos feudis, si qua ab ecclesiis et personis ecclesiasticis obtinent, ac jure patronatus ipsis in quibuslibet ecclesiis competente, privilegiis quoque ab eadem Sede vel quibuscunque personis ecclesiasticis concessis, apostolica in hac parte fretus auctoritate privare procures, ac nichilominus eorum filios et nepotes ab eis per rectam lineam descendentes perpetuo inhabiles reddere ad quelibet beneficia obtinenda, nisi per satisfactionis debitum ad sinum pietatis apostolice recurrentes, remissionis super hoc et restitutionis in integrum per dictam Sedem beneficium mererentur. Quod si forsitan, post publicationem et denunciationem predictas, communitates prefate quas, ut premittitur, predictas incurrisse sententias per te contigerit publicari, easdem sententias post duos menses sustinuerint animo indurato, ne, quod absit, ex aliorum participio fortius indurescant, tu ex tunc

universis et singulis communitatibus civitatum et locorum de quibus tibi videbitur, sub interdicti in civitates et loca predicta, et personis singularibus eorundem sub excommunicationis in personas eorum penis, quas si secus fecerint ipso facto incurrant, omne cum predictis comunitatibus Flandrensibus et singularibus personis ipsarum in eadem obstinatione manentibus comercium interdicas, felicis recordationis Gregorii pape X, predecessoris nostri, super hoc in contrarium edita et qualibet alia constitutione contraria non obstante; excommunicatos insuper supradictos qui, ut premittitur, absolutionis beneficium obtinere detractant ab omnibus facias artius evitari, contradictores etc.; testes etc.; non obstantibus felicis memorie Bonifatii pape VIII, predecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis, ad judicium evocetur, et tam de duabus dietis in consilio generali, quam aliis quibuscunque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus aut aliis editis que tue possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit Sede indultum quod excommunicari, suspendi vel interdici seu extra vel ultra certa loca ad judicia evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam ac expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, et eorum personis et locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem, et quibuslibet aliis privilegiis et indulgentiis dicte Sedis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta tue jurisdictionis vel potestatis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Volumus insuper quod premissa omnia et singula possis in totum vel in partem uni vel pluribus personis de quibus tibi videbitur comittere et comissionem hujusmodi revocare, prout et quotiens tibi videbitur expedire, quodque a data presentium sit tibi in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, perpetuata potestas et juridictio attributa ut eo vigore eaque firmitate possis in omnibus premissis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris, et pro premissis procedere ac si predicta omnia et singula coram te cepta fuissent et juridictio tua in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione quacunque in contrarium edita non obstante. Per hec autem processibus per executores et ordinarios memoratos contra dictum Robertum et alios prenominatos, et terras eorum et earum pertinentias habitis vel habendis non intendimus in aliquo derogare[2]. »

[1] *Cardinali*, dans l'index du registre (c. 215).

[2] La date est évidemment la même que celle de la lettre précédente (Voyez ce que nous disons n° 76, note 1).

802 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem Gaucelmo quod possit celebrare et facere celebrari in locis ecclesiastico interdicto suppositis. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 57.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Cum te ad — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

803 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod possit celebrare et facere celebrari missas antequam illucescat dies. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 58.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. ut supra proxime. »

804 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod possit sibi eligere confessorem. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 59.)

« *Eidem.* Cum te etc. — Dat. ut supra proxime. »

805 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod possit absolvere personas quæ contra statuta synodalia excommunicationis sententiam incurrerint. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 60.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

806 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod dispensationem dare possit prælatis et aliis regni Franciæ qui tulerint in alios excommunicationis sententiam sine scriptis nec abstinuerint a divinis contra constitutionem Innocentii IV (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 61.)

« *Eidem Gaucelmo, cardinali.* Cum te etc. — Dat. ut supra. »

807 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod dispensationem dare possit decem personis dicti regni qui ignoranter matrimonium in quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu contraxerint, dummodo banna prius edita fuissent. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 62.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. ut supra. »

808 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod centum clericis dicti regni, genitis de soluto et soluta, dispensationem ad omnes ordines promovendi concedere possit. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 63.)

« *Eidem.* Cum te etc. — Dat. ut supra. »

809 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod ipse per se seu alios sacerdotes, domesticos suos, confessiones audire possit. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 64.)

« *Eidem.* Cum te etc. — Dat. ut supra. »

810 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod possit per se et per alium consecrare et reconciliare ecclesias et cimiteria dicti regni. (Reg. 69, cur. fol. 516, c. 65.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. ut supra. »

811 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod quotiescumque in pontificalibus celebrat et proponit verbum Dei, indulgentiam unius anni et quadraginta dierum dare possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 66 et 1646.)

« *Eidem.* Cum te ad — Dat. ut supra. »

812 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod in omnes illos, qui sibi aut familiaribus suis injuriam fecerint, censuram ecclesiasticam exercere possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 67.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. ut in prima. »

813 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod religiosi ad suum hospitium confluentes possint vesci carnibus. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 68.)

« *Eidem.* Cum te ad — Dat. ut supra. »

814 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod per se vel per alium possit commutare vota cum personis dicti regni, votis religionis, continentiæ, Jerosolimitano, beatorum Petri et Pauli ac Jacobi apostolorum exceptis. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 69.)

« *Eidem.* Cum etc. — Dat. ut supra. »

815 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod personis ecclesiasticis regni Franciæ dispensationem super irregularitate, quam ordines ab archiepiscopis et episcopis excommunicatis ignoranter recipiendo ministrandoque in illis contraxerint, concedere possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 70.)

« *Eidem.* Cum etc. — Dat. ut supra. »

816 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod inquirat contra illos qui falsas litteras apostolicas fabricarint, procedat contra eos et ipsas litteras revocet. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 71.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum etc. — Dat. ut supra. »

817 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod officium tabellionatus decem personis idoneis concedere possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 72.)

« *Eidem*. Cum te etc. — Dat. ut supra. »

818 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod triginta personis ecclesiasticis secularibus et religiosis dicti regni dispensationem super irregularitate, quam ordines recipiendo excommunitatæ ministrandoque in illis contraxerint, concedere possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 73.)

« *Eidem Gaucelmo*. Cum etc. — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

819 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod omnia beneficia ecclesiastica capellanorum suorum commensalium cedentium vel decedentium conferre possit. (Reg. 69, cur. fol. 516 v°, c. 74.)

« *Eidem*. Cum etc. — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

820 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod possit recipere resignationem beneficiorum a triginta personis ex causa permutationis cum aliis faciendæ, et ipsa conferre. (Reg. 69, cur. fol. 517, c. 75.)

« *Eidem Gaucelmo*. Cum te etc. — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

821 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod resignationem beneficiorum ecclesiasticorum a clericis secularibus et regularibus accipere eaque personis idoneis conferre possit, eas siquidem expectantibus auctoritate apostolica non præferendo. (Reg. 69, cur. fol. 517, c. 76.)

« *Eidem Gaucelmo*. Cum etc. — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

822 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod resignationem beneficiorum ecclesiasticorum a decem clericis recipere eaque personis idoneis conferre possit, dictas personas aliis expectantibus præferendo. (Reg. 69, cur. fol. 517 v°, c. 77 et 1657.)

« *Eidem Gaucelmo* usque destinemus, ut eo efficacius — Dat. ut supra proxima (*sic*). »

823 Avignon, 21 mars 1319.

Eidem quod incolas dicti regni Franciæ qui propter violentiam et manuum injectionem in personis ecclesiasticis excommunicationis sententiam incurrerint absolvere vigintique ex clericis et personis eisdem dispensationem super irregularitate quam divina celebrando officia vel alias se divinis immiscendo contraxerint, concedere possit. (Reg. 69, cur. fol. 517 v°, c. 78.)

« *Eidem Gaucelmo*. Cum te ad — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

824 Avignon, 21 mars 1319.

Universis personis ecclesiasticis mandat ut dicto cardinali ejusque familiaribus de securo conductu et evectionibus oportunis provideant. (Reg. 69, cur. fol. 517 v°, c. 79.)

« *Johannes etc. venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus et eorum vices gerentibus, ac ecclesiasticis personis religiosis* (sic), *ac aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Camaldulensis et sancti Guillelmi ac aliorum ordinum nec non magistris et preceptoribus domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theotonicorum ad quos presentes littere pervenerint*. Cum dilectum filium — Dat. Avinione, xii kal. aprilis, anno tertio. »

825 Avignon, 22 mars 1319.

Eidem Gaucelmo quod possit compellere per censuram ecclesiasticam prælatos et alios ad contribuendum in procurationibus sibi debitis. (Reg. 69, cur. fol. 518, c. 80.)

« *Eidem Gaucelmo.* Cum te etc. — Dat. Avinione, xi kal. aprilis, anno tertio. »

826 Avignon, 23 mars 1319.

Eidem quod tam in præsentia quam in absentia recipere possit medietatem procurationum quas unus de cardinalibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ut apostolicæ Sedis legatus vel nuntius in dicto regno Franciæ recipere consuerit, Gregorii papæ X in concilio Lugdunensi, Bonifatii papæ VIII cœterisque constitutionibus non obstantibus. (Reg. 69, cur. fol. 518, c. 81.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Cum te ad — Dat. Avinione, x kal. aprilis, anno tertio. »

827 Avignon, 24 mars 1319.

Episcopo Sarlatensi et archidiaconis Parisiensis ecclesiæ ac Vesalmensi in ecclesia Vasatensi, ut Petro Beraldi, archidiacono de Citravada in ecclesia Bajocensi, cui multæ molestiæ et injuriæ super beneficiis et bonis suis ecclesiasticis irrogantur, assistent. (Reg. 69, cur. fol. 518, c. 83.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Sarlatensi et dilectis filiis.., Parisiensis ac.., Vesalmensi, Vasatensis archidiaconis ecclesiarum.* Inter alia que — Dat. Avinione, viii kal. aprilis, anno tertio. »

828 [Avignon, 24 mars 1319.]

Abbati monasterii Moysiacensis, Caturcensis diocesis et archidiaconis Parisiensis ecclesiæ ac de Borgaco in ecclesia Convenarum, ut Petro Johannis, archidiacono « Belvacini » in ecclesia Belvacensi, propter injurias sibi irrogatas assistent. (Reg. 69, cur. fol. 518 v°, c. 84 et 1664.)

« *Dilecto filio.., abbati monasterii Moysiacensis, Caturcensis diocesis et.., Parisiensis et.., de Borgaco, Convenarum archidiaconis ecclesiarum.* Inter alia que — Dat. ut in eadem [1]. »

[1] N° 827.

829 26 mars [1318-1319].

Philippo, regi Franciæ, ut mittat Henricum Soliac pro nonnullis tractatibus apud Sanctam Sedem cum Roberto, rege Siciliæ, expediendis. (Reg. 110, p. i, fol. 16 v°, c. 58.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecce, fili carissime, scire te cupimus quod carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, celsitudini tue tanta consanguinitatis propinquitate conjuncti, vicinum, annuente Deo, prestolamur adventum ; et quia, habita presentia ejus, in curia aliqua poterunt imminere tractanda que non solum personam suam ejusque negotia, sed tuam et publicam utilitatem respicient, ad quorum prosecutionem et expeditionem tractatuum serenitatis tue expressa scientia et concensus (*sic*) poterunt existere oportuni, videtur nobis omnino expediens quod aliquem virum providum et discretum, de quo regia celsitudo plene confidat, de tua conscientia plenarie informatum, in dicta curia habeas tunc presentem, qui predictis tractandis et expediendis intersit, ad quod dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Sulhiaco, buticularium Francie, quem, ex pluribus que vidimus et palpavimus, in hiis que tue sublimitatis honorem respiciunt cognoscimus libenter et fideliter laborare, et fervidum prosecutorem omnium que ad honorem redundent regie dignitatis, multum reputamus ydoneum et etiam oportunum. Dat. vii kal. aprilis [1]. »

[1] Cf. C'est en 1318 qu'il fut question d'une entrevue entre Philippe V et Robert de Naples, mais dans les diverses lettres que le pape écrivit à ce sujet le 18 janvier (n° 480), le 20 et le 21 mars 1318 (n°s 503, 510), le 12 mai (n° 628, pièce publiée dans la note 7), le 9 et le 15 juin (n°s 620, 628), le 30 juillet 1318 (n° 668), aux deux souverains, à Charles de Valois et à Henri de Sully lui-même, nous ne voyons pas qu'il soit

question de l'envoi de ce dernier. On sait qu'il ne fut nommé bouteiller qu'en avril 1317 n. s. (Voyez n° 212, note), qu'il s'était trouvé à Avignon, où il avait été envoyé par Philippe V, depuis le 16 décembre 1317 environ, jusqu'au 21 mars 1318 (Voyez n° 330, note 2), et qu'il y revint une seconde fois à la fin de cette même année (Voyez n° 830, note 1). La lettre publiée ci-dessus sera donc au plus tôt de 1318; elle sera au plus tard de 1319, puisqu'elle est antérieure à l'arrivée du roi Robert à la cour pontificale (Voyez n° 480, note).

830 26 mars [1319].

Eidem regi respondet quod processus a nuntiis regiis contra Flandrenses petitos fieri juste non possunt; eum de Gaucelmi cardinalis missione certiorem facit et ad clementiam erga comitem Nivernensem hortatur. (Reg. 110, p. i, fol. 88 v°, c. 315.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pridem venerabilis frater noster..., episcopus Meldensis, et dilecti filii Johannes, Pictavensis et Symon de Archiaco, Xantonensis ecclesiarum decani, ac nobilis vir Henricus, dominus de Soliaco, celsitudinis tue nuntii[1], ad nostram presentiam accedentes, super processibus contra Flandrenses habendis quamdam petitionem nobis, licet non tuo nomine, obtulerunt, super qua tam cum nonnullis ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus, quos iidem nuntii nominatim et specialiter elegerunt quam cum eisdem nuntiis pluribus collationibus preabitis, et auditis hiis que iidem nuntii proponere voluerunt, tandem visum est nobis et cardinalibus antedictis quod dicta petitio absque offensione justitie et indecentia Ecclesie per nos non poterat exaudiri. Nos tamen qui tuum tuorumque regnorum zelamus honorem et statum prosperum, ad alia remedia adhibenda super ipsis processibus concussimus aciem mentis nostre, que profecto non minus agendis que imminent nobis videntur et ipsis cardinalibus expedire, et sine nostra et ejusdem Ecclesie indecentia et offensione justitie circa illa possunt [per] apostolici partes offici[i] adhiberi; ordinata igitur super illis de prenominatorum consilio que vidimus ordinanda, ad prosecutionem et executionem eorum dilectum filium nostrum Gaucelmum, tituti sanctorum Marcellini et Petri presbyterum cardinalem, virum utique laudande virtutis, scientia et innata prudentia preditum, de regno Francie oriundum, honoris regii precipuum zelatorem, ad partes ipsas specialiter destinamus, qui de premissis ordinationibus et aliis que sibi commisimus et litterarum nostrarum tenore quas nobilibus viris comiti Flandrie atque fratri, filiis (filiis) et filie et nonnullis universitatibus villarum et terrarum Flandrie destinamus[2], quarum transcripta secum deffert, sublimitatem regiam plenissime poterit informare, cui in hiis que celsitudini regie ex parte nostra duxerit exponenda regalis sublimitas fidem velit credulam adhibere. Insuper celsitudinem regiam affectuose rogamus quatinus, si contingat comitem Nivernensem, juxta exhortationes et inductiones quas per litteras nostras sibi facimus, per obedientie bonum, debite subjectionis obsequium ad magnitudinis tue non ficto, sed vero corde redire mandata, erga ipsum humiliter redeuntem misericordiam excerceat, non rigorem, quia hoc idem dicto comiti per litteras nostras promisimus videlicet quod ubi ipse non ficte, sed vere, ad celsitudinis tue mandata redire proponat humiliter cum effectu, pro ipso recipiendo benigne penes eminentiam regiam adhiberemus nostrorum precaminum interventus. Dat. viii kal. aprilis[3]. »

[1] Cette ambassade avait été envoyée par Philippe V au commencement du mois de novembre 1318, comme nous le voyons par les registres du Trésor des Chartes : « *Forme litterarum missarum domino pape et cardinalibus quando dominus Soliacy et plures alii cum eo ex parte domini regis iverunt ad curiam Romanam circa festum Ommium Sanctorum, anni* [M] ccc *decimi octavi. Sanctissime pater — cum — dilectos et fideles nostros G., episcopum Meldensem, H., dominum Soliaci, buticularium Francie, carissimum consanguineum nostrum, necnon magistros Johannem Cerchemont, Pictavensis, et Symonem de Archiaco, Xancionensis ecclesiarum decanos, clericos nostros — ad vestram presentiam destinemus — sanctitatem vestram affectuose precamur quatinus ipsos benigne recipere — velitis.* » (Arch. nat., JJ. 55, fol. 60, n° 126). Des lettres analogues, datées du 15 novembre, furent adressées aux cardinaux (*ib.* n° 127). Les représentants du roi devaient, entre autre choses, traiter, nous le savons, de la paix de Flandre, de la division des diocèses et de l'affaire de l'évêque de Mende (Voyez n[os] 861, 862, 874-878). Ils se trouvèrent avec le cardinal Gaucelme qui fut chargé, le 20 mars 1319, de poursuivre les négociations avec les Flamands (n[os] 800, 801). C'est la seconde fois que Henri de Sully venait auprès du pape (Voyez n° 330, note 2). En juillet 1319, en présence du grand conseil, il reçut quittance des sommes qu'il avait dépensées : « *especialement,* dit le roi, *en deus voiages qu'il a fais derrenierement pour nous et pour nos besongnes à grant foison de gens d'armes, à court de Rome où il a demoré par lonc temps, pour faire et acomplir ce qui li estoit enjoint et commandé de par nous et determinement*

du derrenier voiage où il ala et retourna par Thoulousan pour nos besongnes et ramena avecques soy plusieurs gens d'armes. » (Arch. nat., JJ. 59, fol. 94 v°, n° 209). De même, le 5 février 1321 n. s., nous trouvons encore mention des dépenses qu'il fit « *tant en Nivernois, à court de Rome par deus fois, comme en Flandres et ailleurs.* » (Arch. nat., JJ. 60, fol. 30 v°, n° 64; voyez aussi plus haut n° 394, note 2). Lors de sa première ambassade il avait quitté Avignon le 21 mars 1318 n. s. (Voyez n° 330, note 2); lors de la seconde il alla rejoindre l'évêque de Laon et le comte de Forez, commissaires royaux envoyés en Languedoc le 13 août 1318; nous voyons qu'il se trouva avec eux à Toulouse le 6 et le 17 mars 1319 n. s. (Arch. nat., JJ. 56, fol. 138, n° 302; — JJ. 58, fol. 45, n° 425; — JJ. 59, fol. 55, n° 125; fol. 225 v°, n° 399; — JJ. 61, fol. 183 v°, n° 431; — JJ. 78, fol. 53, n° 113; — *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IX, p. 381 et 382; — t. X, col. 589, n° 206 et lxxiv, col. 601, n° 213; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 122, note 2; — voyez aussi ci-après n° 1130). Cette mission dans le Midi était terminée en mai 1319 (n°s 874-878; — Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 285, n° 5801). Il n'est pas inutile pour compléter ces renseignements sur Henri de Sully de donner ici, d'après les registres du Trésor des Chartes conservés aux Archives nationales, la date des actes dans les souscriptions desquels figure son nom : 1317, *janvier* n. s., JJ. 53, fol. 5 v°, n° 8; — 14 *février* n. s., JJ. 54 A, fol. 6 v°, n°s 87, 88; 21 *février* n. s., JJ. 53, fol. 16 v°, n° 46; JJ. 54 A, fol. 7 v°, n° 105; 24 *février* n. s., JJ. 54 A, fol. 8 v°, n° 116; *février* n. s., JJ. 53, fol. 14, n° 39; fol. 27 v°, n° 60; fol. 31, n° 69; fol. 32, n° 72; — 8 *mars* n. s., JJ. 54 A, fol. 15 v°, n° 208; 9 *mars* n. s., JJ. 54 A, fol. 12, n° 178; 14 *mars* n. s., JJ. 54 A, fol. 33, n° 451; 18 *mars* n. s., JJ. 54 A, fol. 18, n° 256; 19 *mars* n. s., JJ. 53, fol. 58 v°, n°s 126, 127; JJ. 54 A, fol. 22 v°, n° 340; *mars* n. s., JJ. 53, fol. 53, n° 118; — *avril* n. s., JJ. 53, fol. 65 v°, n° 146; — 16 *mai*, JJ. 54 A, fol. 25 v°, n°s 379, 380; 17 *mai*, JJ. 54 A, fol. 24 v°, n° 374; *mai*, JJ. 53, fol. 76 v°, n° 175; fol. 81 v°, n° 186; fol. 86, n° 201; — 9 *juillet*, JJ. 54 A, fol. 34 v°, n° 468; 24 *juillet*, JJ. 54 A, fol. 35, n°s 475, 476; *juillet*, JJ. 53, fol. 114, n° 270; — 1er *septembre*, JJ. 55, fol. 20 v°, n° 42; 20 *septembre*, JJ. 54 A, fol. 50 v°, n° 638; — *octobre*, JJ. 53, fol. 141 v°, n° 335; fol. 154 v°, n° 358; — 24 *novembre*, JJ. 58, fol. 2, n° 18; — 1318, *juin*, JJ. 56, fol. 119 v°, n° 267; fol. 120 v°, n° 271; — 1320, *juillet*, JJ. 59, fol. 241, n° 432.

[2] Voyez les lettres qui suivent (n°s 831-840), et la correction qui doit être faite à cette phrase (n° 832, note 2).

[3] Cf. La mission du cardinal Gaucelme date du 20 mars 1319 (n°s 800-801). Cette lettre est évidemment de la même année, d'ailleurs Simon d'Archiac qui y figure comme doyen de Saintes fut nommé archevêque de Vienne le 3 septembre 1319. (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 559).

831 [26 mars 1319.]

Carolum, comitem Valesii, de ejusdem cardinalis Gaucelmi missione certiorem facit. (Reg. 110, p. i, fol. 62 v°, c. 199.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie Regis Francie filio, comiti Valesii.* Ad exequendum que circa Flandrense negotium de multorum fratrum nostrorum cardinalium duximus ordinanda, dilectum filium nostrum Gaucelmum, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyterum cardinalem, virum utique laudande virtutis, scientia et innata prudentia preditum, de regno Francie oriundum, honoris regii sedulum zelatorem, ad partes ipsas specialiter destinamus qui de premissis ordinationibus magnitudinem tuam plenarie poterit informare, cui in hiis que circa premissa et aliis magnitudini tue ex parte nostra retulerit, tanquam plene super illis instructo et de nostra conscientia informato, nobilitas tua fidem velit omnimodam adhibere. »

[1] Cf. Nous pensons devoir rapprocher de la précédente, cette lettre qui n'a aucune date, mais qui traite du même sujet sous une forme à peu près semblable et qui n'a pu être de beaucoup postérieure à l'envoi du cardinal (n°s 800, 801). Il en est de même des deux lettres suivantes; l'une d'elles est adressée à Louis d'Evreux et nous savons que ce personnage mourut le 19 mai 1319 (Voyez n° 738, note 2).

831 *bis* [26 mars 1319.]

In e. m. Ludovico, comiti Ebroicensi. (Reg. 110, p. i, fol. 63 v°, p. c. 199.)

831 *ter* [26 mars 1319.]

In e. m. Carolo, comiti Marchiæ. (Reg. 110, p. i, fol. 63, p. c. 199.)

832 [Avignon, 31 mars 1319.]

Robertum, comitem Flandriæ, de pertinacia vituperat eumque hortatur ut pacem cum Philippo, rege Franciæ, perficiat. (Reg. 110, p. i, fol. 61, c. 194.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Quam sit nobis inter carissimum in Christo filium Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et te, fili, votiva tranquillitas, quam intensis ipsam desideremus affectibus, quamque illam plenis desideriis affectemus, testis est nobis ille qui nichil ignorat et

cui manifesta sunt universa. Hoc profecto et ipsa solicita studia et instantia studiosa que super firmanda concordia inter regem ipsum, tunc regna predicta regentem, ac te, fratres et filios ac Flandrenses tractata, nunc per nos ipsos, nunc per nuntios et litteras adhibere curavimus, evidentius manifestant. Sed licet super hiis multos labores studuerimus adhibere, adhuc tamen pendet questio de profectu, licet multum propter ipsum curaverimus seminare, parum tamen hactenus nos percipimus intulisse, parum quidem cor tuum durum nostra videtur emollisse instantia, parum aut nihil apud te nostra hucusque studia percipimus profuisse, cum, more aspidis, aures tuas nostris videaris obsturasse salutaribus monitis, ipsisque resistendo pertinaciter, per exauditionis denegate inhobedientiam decrevisti. Profecto, fili, hec tandiu continuata duritia, hec tam irreverens filialis inhobedientia nobis probabiliter suadebat ne deinceps apud te super premissis monitis et exhortationibus instaremus, sed potius ulcisci talia potestate judiciaria teque etiam (remitteremus) a tam periculoso et pernicioso devio ad viam reducere curaremus. Sane paterna pietas optans ardentius vos invicem solide caritatis glutino copulari, nos a ceptis adhuc non sinit desistere, ad insistendum continuatione oportune importunitatis nos stimulans et astringens, ideoque nobilitatem tuam eo ardentius quo frequentius monemus, rogamus et hortamur in Domino ac obsecramur per viscera misericordie Jhesu Christi, tibi nichilominus sano consilio suadentes quatinus, attendens consultius et intra pectoris tui claustra solicita meditatione revolvens quanta ex perniciosa Flandrensi discordia dudum pericula pervenerint animarum, quantas strages ipsa dissensio induxerit corporum, quanta multiplicarit dispendia facultatum, quantaque impedimenta piis operibus et specialiter subsidio prestiterit Terre Sancte, quanta etiam — duratura concordia inter te et regem prefatum posset comoda procurare, quantis per eam occurreretur periculis, quam liberius, ipsa durante, privatis utrinque posset et comunibus utilitatibus provideri, quodque si te in antiqua, quod absit, guerrarum discrimina recidere, tua hoc superbia exigente, contingat, omnia mala que hinc inde provenient et sequentur imputari tibi merito poterunt, et de hiis omnibus habebis in districti examine judicii reddere rationem, eoque molestiores ressidue (*sic*) collisionis insultus debeas merito formidare quo solet esse recidenti deterius, quam cadenti, nec non et alia non facile numeranda discrimina que guerrarum dissidia spiritualiter et temporaliter ingerunt, immensa quoque alia comoda que pax amabilis, pax desideranda producit, ad considerationis recte judicium refferens, nostris consiliis ac salutaribus monitis tua utique comoda prosequentibus te coaptans, pacem predictam absque more dispendio perficere studeas et in omnibus, quantum ad te pertinet, adimplere, securitates pro dicta pace inviolabiliter observanda juxta modum et formam nostri consilii, quod te habere supponimus, super sufficientia ipsarum securitatum, non absque maturitate provida et deliberatione matura in tuorum et dicti regis procuratorum presentia promulgati [1], eidem regi tribuens et recipiens ab eodem, sciturus quod si, adhuc ipsis securitatibus prestitis et receptis, per nos possit procurari per quod pax ipsa inter vos solidetur fortius et firmetur, diligentia nostra non deerit, ymmo nos promptos offerimus et paratos super hoc operosum studium et studiosam operam adhibere. Si autem, quod absit, nostra monita, more solito, duxeris in contemptum, tibi merito poteris imputare si auctoritatis apostolice dexteram, quam expertus es in admonitionem et exhortationum prosecutionem benignam, senseris, justitia exigente, in ejus prosecutione severam. Datum [2]. »

[1] Voyez les lettres du 8 mars 1318 (nos 491, 492).

[2] Cf. Cette lettre et les suivantes (nos 833-840) sont mentionnées ensemble dans une autre lettre du 26 mars 1319 (no 830), et nous voyons qu'elles devaient être présentées au roi de France par le cardinal Gaucelme dont la mission date du 20 mars (nos 800, 801). Celle qui est adressée à la dame de Coucy (no 834) étant du 31, nous pensons devoir attribuer aux autres la même date. Remarquons toutefois que la mention rapportée plus haut doit être corrigée, et qu'au lieu de : « *fratri, filiis et filie* [*comitis Flandrie*] », il faut lire : « *fratribus, filio et filie* » (Jean de Namur, Henri de Lods, Robert de Cassel et Jeanne de Coucy).

833 [Avignon, 31 mars 1319.]

Roberto, prædicti comitis filio, de eodem scribit eumque hortatur ut patrem suum, nobiles et communi-

tates Flandriæ ad dictam pacem perficiendam inducat. (Reg. 110, p. I, fol. 61 v°, c. 195.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, dilecti filii nobilis*[1] *viri comitis Flandrensis, filio.* Tenet, fili, nostra memoria, nec a tua credimus excidisse nos tam per nos ipsos, tam per litteras et nuntios, sepius ante mentis tue oculos posuisse quam sit Deo et angelis displicibilis carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris et Flandrensium discordia et exosa, quamque sit hosti pacis, amatori litium ac principi tenebrarum, amabilis et accepta, quanta quoque animarum pericula, corporum strages, lapsus facultatum dudum ex eadem provenerint quantaque impedimenta piis operibus et specialiter subsidio prestiterint negotii Terre Sancte, nec non et alia non facile numeranda discrimina que ex ipsa discordia spiritualiter et temporaliter sunt exorta, queque ex ipsius discidii residuo eo periculosiora verendum est subsequi quo recidenti esse deterius soleat quam cadenti, ad tuam memoriam frequentius reduxisse ut, ipsa intra pectoris claustra cedula (*sic*) meditatione revolvens, nec non et quam sit Deo et angelis inter predictos concordia desiderabilis et accepta, quamque sit incentori malorum omnium odibilis et exosa, quanta quoque utrinque posset ipsa concordia spiritualia et temporalia comoda procurare, quantis per eam occurreretur periculis, quam liberius privatis posset et communibus utilitatibus provideri, immensaque alia comoda que pax amabilis, pax omnibus desideranda producit ad considerationis recte judicium refferens, ad perficiendam pacem dudum inter regem prefatum, tunc regna premissa regentem, ex parte una, et nobilem virum R., comitem Flandrie, genitorem tuum, nobiles et communitates Flandrie, ex parte altera, ordinatam et juramenti religione vallatam, quantum ad te pertinet, mentem tuam curares disponere et animum preparare, nec non et ipsum genitorem tuum, nobiles et communitates predictos ad id ipsum ac ut securitates pro dicta pace inviolabiliter observanda prestandas, juxta formam et modum nostri consilii super sufficientia securitatum ipsarum, non absque maturitate provida et deliberatione matura, in regis prefati procuratorum, tua ac aliorum procuratorum genitoris tui et communitatum Flandrie presentia promulgati[2], eidem regi tribuant et recipiant ab eodem [inducere]; quantum autem hec nostra salutaria monita cor tuum moverint, quis fructus ex ipsis hactenus fuerit subsecutus, tu ipse videris; nobis enim parum aut nichil quoad te utilitatis videntur attulisse comoda, set potius obfuisse, cum non solum cor tuum contra ipsa obdurasse dicaris, sed etiam ad obdurandum corda genitoris tui prefati, cui saltem deberes pacem in vite sue vespere cedule (*sic*) procurare, nec non et aliorum Flandrensium quorum periculis animarum, dispendiis rerum et corporum te deceret humaniter compati, tua videaris studia convertisse, ipsos, ut fertur, ad guerrarum dissidia provocans et retrahens a dulcedine tranquillitatis et pacis. Profecto, fili, hec nobis probabiliter suaderent deinceps quoad te a monitionibus et exhortationibus super hiis abstinere, sed paterna pietas, ad cujus officium pertinet etiam renitentibus filiis providere, instans et stimulans ut adhuc in continuationem oportune importunitatis debeamus persistere, reluctatur. Quocirca nobilitatem tuam eo affectuosius quo sepius monemus, rogamus et exhortamur in Domino ac obsecramus per viscera misericordie Jhesu Christi, tibi nichilominus sano consilio suadentes quatinus, premissa comoda ex concordia et incomoda ex discordia proventura cogitans et recogitans diligenter, ad perficiendum pacem predictam quantum te tangit, et ad inducendum genitorem tuum, nobiles et communitates predictos ut eam perficiant ac securitates predictas juxta modum et formam nostri prefati consilii prestent et recipere studeant otius accelerare studeas et festinus accedas, sciturus quod, si in hac parte nostris exhortationibus ac monitionibus utpote ejusdem genitoris et tuam dictorumque communitatum utilitatem prosequentibus acquiescas, nos invenies in tuis oportunitatibus gratiosos; alioquin eidem regi, auxiliante Deo, assistemus viriliter ac tam dispendiosis periculis, que guerre predicte comminatur dissidium, oportunis remediis curabimus salubriter obviare. Datum[3]. »

[1] La fin de l'adresse, depuis ce mot, n'est pas en rubrique.
[2] Voyez nos 491, 492.
[3] Cf. no 832, note 2.

834 [Avignon, 31 mars 1319.]

Dominæ de Cociaco, ut Robertum, patrem suum, ad eamdem pacem inducat, (Reg. 110, p. I, fol. 62, c. 196; — de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 332, n° 324.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri domine de Cottiaco, nate nobilis viri Roberti, comitis Flandrie.* Ingentem desiderii nostri zelum quem ad pacem tractatam inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ex parte una, et nobilem virum comitem Flandrie, genitorem tuum, ac nobiles et communitates Flandrie, ex altera utrinque firmandam habuimus et habemus, ex hiis potes clare percipere quod, licet salutaria monita per litteras et nuntios nostros specialiter ad hoc missos sepius eidem comiti repetita hucusque senserimus habuisse repulsam, non tamen cessavimus salubribus ceptis insistere, sed adhuc instamus eisdem. Quia igitur, filia, plene nosti quod populus in pulcritudine pacis sedens, in fiducie tabernaculis habitat et in requie opulenta quiescit, et quod in tranquillitate pacis coli potest congruentius et salubrius pacis auctor, operibus pietatis vacatur liberius et saluti efficacius intenditur animarum, quodque per guerrarum dissidia subiciuntur omnia vastitati, consumuntur bona, corpori quies subtrahitur, mens iniquis solicitudinibus occupatur, unitas scinditur caritatis, crescunt rancores et odia nutriuntur, pia negliguntur opera, insidiis intenditur et anime gravibus periculis exponuntur, et idcirco sperantes indubie quod ad ea que pacis sunt libenter partes tue solicitudinis interponas, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur in Domino, obsecrantes te per viscera misericordie Jhesu Christi quatinus, prudenter attendens quod pax predicta non solum ipsis partibus expedire dinoscitur, sed etiam toti mundo et specialiter subsidio Terre Sancte cui, durante dicto dissidio, non potest salubriter provideri, et tam hujusmodi comoda et incomoda non facile numeranda que ex premissa possunt concordia vel discordia subsequi consulte recensens, eundem comitem quem consiliis tuis libenter acquiescere credimus, tanquam mediatrix salutaris et efficax op[er]oso studio ad acquiescendum in hac parte consiliis nostris et monitis totiens repetitis, promptis inducere studiis elabores, scitura pro firmo quod si super hoc interventus tuos efficaciter adhibere curaveris, sacrificium offeres plurimum Deo gratum, et apud eum qui est bonorum omnium retributor, eterne retributionis premium, et apud nos et Sedem apostolicam uberioris favoris meritum et digne laudis preconium consequeris; alioquin, cum nec velimus, nec salva conscientia valeamus in hac parte regi deesse predicto, ejus justitie favorabiliter adesse proponimus nosque sibi, prout expedire viderimus, in ejusdem prosecutione justitie reddere oportunos. Datum [1]. »

[1] Cf. La date : « *Avinione, II kal. aprilis, pontificatus nostri anno tertio* », est donnée par M. de Limburg Stirum d'après une copie contemporaine, conservée dans les chartes de Rupelmonde, carton O. 15.

835 [Avignon, 31 mars 1319.]

In e. m. Johanni de Flandria, comiti Namurcensi. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, p. c. 196.)

836 [Avignon, 31 mars 1319.]

In e. m. Henrico de Flandria, comiti Laudensi. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, p. c. 196.)

837 [Avignon, 31 mars 1319.]

Scabinis et consulibus villæ Gandavi ut ad eamdem pacem acquiescant. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, c. 197.)

« *Dilectis filiis.., scabinis et consulibus ville Gandavi.* Utinam pacis comoda et guerrarum discrimina prudenter hactenus infra claustra pectoris discutere curassetis; nostis enim quod populus in pulcritudine pacis sedens, in fiducie tabernaculis habitat et in requie opulenta quiescit, nostis quoque quod in pacis tranquillitate coli potest congruentius et salubrius auctor pacis, quodque bene ac jocunde, utiliter ac delectabiliter habitatur in unum, operibus pietatis vacatur liberius, et saluti efficacius intenditur animarum; sed et illud vos didisse (*sic*) per experientiam credimus quod per guerrarum dissidia subiciuntur omnia vasti-

tati, consumuntur bona, corpori quies subtrahitur, mens iniquis solicitudinibus occupatur, unitas scinditur caritatis, crescunt rancores et odia nutriuntur, pia negliguntur opera, insidiis intenditur et anime gravibus periculis exponuntur. Credimus quidem firmiter et quasi tenemus indubie quod, si hec dudum consideravissetis attente, nostris salutaribus monitis totiens repetitis vestros habilitassetis animos, et pacem dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, tunc ipsa regna regentem, et dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem Flandrie, vos et communitates alias Flandrie tractatam et juramenti religione vallatam, perficere, ac securitates pro ipsa pace servanda, juxta modum et formam consilii nostri super sufficientia securitatum ipsarum in vestrorum procuratorum presentia promulgati, eidem regi prestare, quantum vos tangunt, et ab eodem recipere curassetis; sed nescimus quo seducti consilio, hec hucusque exequi distulistis, securitates juxta modum predictum dare et recipere renuentes. Sane quia desideranter appetimus pacem ipsam utpote non solum expedientem partibus sed et toti mundo et specialiter subsidio Terre Sancte cui, durante dicto dissidio, non potest salubriter provideri, adhuc eo instantius quo frequentius universitatem vestram monemus, rogamus et exhortamur in Domino ac obsecramus per viscera misericordie Jhesu Christi quatinus, premissa comoda et incomoda, nec non et alia non facile numeranda que ex predicta possunt concordia seu discordia subsequi consultius recensentes, ad complendum et exequendum pacem predictam et securitates, juxta modum nostri consilii, per quod vobis providetur salubriter et rex contra solitum oneratur, prestandum et recipiendum, prout vos tangunt et ad vos pertinet, procedatis, nec non comitem et nobiles et alias communitates Flandrie ad id ipsum efficaciter inducendum, omni mora sublata et contrariis suasionibus seu consiliis non admissis, omni quo poteritis studio utiliter laboretis; alioquin, cum nec velimus, nec salva conscientia valeamus eidem regi sic evidentem justitiam prosequenti in hac parte deesse, ejus justitie favorabiliter adesse proponimus prout expedire viderimus et fuerit oportunum. Datum[1]. »

[1] Cf. n° 832, note 2.

838 [Avignon, 31 mars 1319.]

In e. m. burgemagistris et scabinis villæ de Brugis. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, p. c. 197.)

839 [Avignon, 31 mars 1319.]

In e. m. advocatis et scabinis villæ Yprensis. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, p. c. 197.)

840 [Avignon, 31 mars 1319.]

In e. m. scabinis de Franco de Brugis. (Reg. 110, p. I, fol. 62 v°, p. c. 197.)

841 [Novembre 1318 — avant avril 1319 ?]

Philippum, regem Franciæ, rogat ut ordinationem ab Henrico Soliaci super administrationem tutelæ et bonorum liberorum Gastonis, quondam comitis Fuxensis, Johannæque ejus relictæ, noviter factam, ab eadem comitissa acceptari faciat eamque confirmet. (Reg. 109, fol. 122, c. 505; — Reg. 110, p. II, fol. 33, c. 146 et 702; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 122, n° 78.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pridem tibi, fili carissime, rogando scripsisse[1] meminimus quod, cum non crederemus expediens ut dilecta in Christo filia nobilis mulier Johanna, comitissa Fuxensis, relicta Gastonis quondam comitis Fuxensis, cui tutela et educatio communium liberorum dicebatur fuisse delata per curie regalis arrestum, sola gereret tutelam et educationem hujusmodi, ne propter fragilitatem sexus et juvenilem etatem posset circa illas in pupillorum ipsorum dispendium circumscribi, de regali velles benignitate prospicere quod pupillorum predictorum sic dirigerentur agenda ut, ex administrationis defectu, detrimento nequirent notabili subjacere. Cum itaque super tutela et educatione liberorum ipsorum ac comitatus Fuxensis regimine, per dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, de assensu gentium dilecte in Christo filie nobilis mulieris Margarite, Bearnii domine, dictorum avie liberorum, certa ordinatio facta noviter fuerit, per quam eorumdem liberorum utilitati prospici creditur et prefate comi-

tisse honor et profectus servari censentur illesi, pietatem regiam quanto affectuosius possumus, requirimus et rogamus quatinus, divini amoris intuitu et pupillaris commoditatis obtentu, nec non ob apostolice Sedis reverentiam atque nostram, prefatam comitissam modis congruentibus ad acceptandum ordinationem predictam, de qua per eundem buticularium poteris informari, efficaciter velis inducere, ac deinde demum ordinationem eandem, pro tutioris cautele suffragio, regie confirmationis munimine roborare. Per id enim ei quem pupillis adjutorem esse psalmista commemorat placebis, ut speramus, indubie, nosque qui ad pupillorum ipsorum afficimur comodum obligabis ad grata rependia gratiarum. Dat. etc.[2] »

[1] N[os] 665, 729.

[2] Cf. Nous nous rallions, au sujet de cette lettre, à l'opinion de M. L. Guérard qui pense que la décision du sire de Sully n'est autre que la convention publiée dans l'*Histoire générale de Languedoc* (nouv. éd. t. X, col. 582 et 583, n° 202; voyez ci-dessus n° 665, note 2) sous la date approximative de 1317-1318; elle aura été faite par ce personnage lors de son passage à Toulouse, au moment de sa seconde ambassade à Avignon, c'est-à-dire à la fin de 1318 ou au début de 1319 (Voyez n° 830, note 1). La lettre que nous publions ici, postérieure à cette date, peut être, comme celle que nous donnons ci-dessous (n° 843) et qui a trait, semble-t-il, à la même décision, antérieure au mois d'avril 1319, nous n'osons pourtant l'affirmer et nous ne donnons ce terme que sous toutes réserves.

842 [Novembre 1318 — avant avril 1319 ?]

Præfatæ Johannæ, comitissæ Fuxensi, ut dictam ordinationem acceptare velit. (Reg. 109, fol. 122, c. 506; — Reg. 110, p. II, fol. 33, c. 147 et 703; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 124, n° 79.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxensi.* Cum, affectu cogente — Dat. etc.[1] »

[1] Cf. n° 841.

843 [1319, avant avril.]

Philippo, regi Franciæ, ut ordinationem quam, pro bono pacis dictus Henricus Soliaci in dissidio inter Matham, comitissam et Bernardum, comitem Armaniaci, ex una parte, ac Margaritam, dominam Bearnii, ex altera, ratione facti de Gavardano vertente, de Rogerii, electi Vaurensis, ac gentium præfatæ dominæ Bearnii consensu fecerat, gratam habere velit assignationemque a senescallo Tolosano datam suspendi faciat. (Reg. 109, fol. 128, c. 533; — Reg. 110, p. II, fol. 34, c. 152 et 708; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 128, n° 82 [1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quoniam ad subjectorum tuorum quietem laudabiliter affici crederis, idcirco pro hiis que ad eorum faciant tranquillitatem et pacem confidenter erga regiam celsitudinem vices assumimus rogatoris. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Henricus, dominus Soliaci, buticularius Francie, super dissidio quod inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam et dilectum filium nobilem virum Bernardum, natum ejus, comitem Armaniaci, ex una parte, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, dominam Bearnii, prefate comitisse sororem, ex altera, super facto de Gavardano vertitur, certam pro bono pacis ordinationem fecerit de assensu dilecti fili Rogerii, electi Vaurensis, filii comitisse et germani comitis predictorum, ac gentium domine Bearnii memorate, excellentiam tuam affectuose rogamus quatinus ordinationem eandem de qua per buticularium ipsum poteris informari, ob apostolice Sedis reverentiam atque nostram, nec non propter spem pacis inter partes ipsas facilius, actore Domino, reformande, habere velis acceptam et gratam. Et quia dilectus filius nobilis vir.., senescallus Tholosanus, predicte ordinationis ignarus, diem lune ante instantem dominicam in Ramis Palmarum eisdem partibus Parisius assignavit super negotio memorato, placeat tibi, quesumus, premissa de causa, usque ad proximum festum Penthecostes assignationem ipsam suspendi mandare, ut exinde regi pacifico placeas et nos qui ad concordiam partium ipsarum afficimur, regie devotionis promptitudinem condignis gratiarum actionibus prosequamur. Dat. etc. [2] »

[1] Avec la date : premier trimestre 1318-1319.

[2] Cf. Cette lettre est postérieure à la promotion de Roger d'Armagnac à l'évêché de Lavaur (26 octobre 1317, voy. n° 457, note), et antérieure au décès de Bernard d'Armagnac, connu à Avignon dès le 12 juin 1319 (n° 884). On voit, en outre, par le

texte même, que le pape écrit peu avant le terme de l'assignation fixée par le sénéchal de Toulouse (lundi avant les Rameaux) et qu'il désire faire retarder, ce qui limite aux deux années 1318 ou 1319 la date que l'on peut attribuer à ce document. Or une décision rendue par le sire de Sully à la fin de 1318 ou au début de 1319, ainsi que nous l'indiquons plus haut (nº 841, note 2), renferme une clause spéciale touchant le Gabardan. C'est très vraisemblablement, ainsi que le suppose M. L. Guérard, de cette décision que parle Jean XXII. Sa lettre serait un peu donc antérieure au 2 avril, date du lundi avant les Rameaux, en 1319, et elle correspond parfaitement alors avec ce que nous lisons dans d'autres lettres du 15 juin, du 5 août et du 11 septembre 1318 (nos 622-624, 671, 704) relatives au même sujet; on voit qu'il n'y est pas question d'un accord avec Henri de Sully. L'évêque de Lavaur n'était pas encore consacré le 26 août 1319 (Voyez nº 922).

844 1er avril [1318-1319].

Margaritam, Bearnii dominam, de natæ suæ, dominæ Insulæ [1], morte consolatur ejusque prolem ipsi commendat. (Reg. 109, fol. 123 vº, c. 510; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 131, nº 84.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, domine Bearnii.* Prepara, quesumus, filia — Ipsam autem prolem et specialiter Margaritam, neptem nostram [2], nec non dilectum filium nobilem virum Bernardum, dominum Insule, prolis genitorem ejusdem, quanto affectuosius possumus tue benivolentie commendamus, ut affectum quem ad matrem habuisse dinosceris, ad virum et liberos propagare commendabiliter censearis. Dat. kalendis aprilis. »

[1] Marguerite, fille de Marguerite de Béarn et de Foix, avait épousé, le 29 novembre 1291, Bernard Jourdain de l'Isle (*Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IX, p. 119 et 120; voyez L. Guérard, *op. cit.*, p. 132, note 2).

[2] Marguerite, fille de Bernard Jourdain et petite-fille de Marguerite de Béarn et de Foix mentionnés ci-dessus avait épousé Arnaud Duèze, fils de Pierre Duèze, frère de Jean XXII (L. Guérard, *op. cit.*, p. 132, note 3; voyez aussi ci-après, nº 1016, note 2).

[3] Cf. Cette lettre est antérieure au décès de Marguerite de Béarn et de Foix qui était connu à Avignon le 17 juin 1319 (nº 890). Elle est postérieure, d'autre part, au 29 août 1317, puisqu'à cette date la dame de l'Isle était encore en vie (Arch. vat., *Introitus et Exitus*, nº 16, fol. 113 et 114).

845 [Avignon, 3 avril 1318-1319.]

G[uillelmo], episcopo Parisiensi, de mille florenis auri ipsi a magistro Guillelmo de Chenaco, archidiacono Parisiensi, præsentatis gratias agit eumque hortatur ut in Parisiensis studii reformatione studium adhibeat necromanticosque ac divinatores exterminet. (Reg. 109, fol. 123 vº, c. 509; — Reg. 110, p. 1, fol. 13 vº, c. 42; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 229, nº 778.)

« *Venerabili fratri G., episcopo Parisiensi.* Fraternitatis tue munus — Verum quoniam ad prosperitatem et quietem Parisiensis studii multum afficimur, fraternitatem tuam solicitamus attente quatinus circa reformationem illius sedule cures intendere prout alias tibi meminimus injunxisse [1], ad id precipue impensurus tue vigilantie studium ut nedum ab ipsius Parisiensis studii, quin etiam a totius tue diocesis finibus nigromanticos, divinatores, veneficos et alios hujusmodi reprobandis artibus intendentes, quantum possibile fuerit, exterminare procures, pugnaturus constanter contra criminosos hujusmodi ac talium rubiginem criminum viriliter erasurus. Dat. III nonas aprilis [2]. »

[1] 8 mai 1317 (nº 226).

[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celle que nous indiquons ci-dessus, ne peut être de 1320, puisque l'évêque auquel elle est adressée, Guillaume Bauffet, mourut le 30 décembre 1319 (H. Denifle et E. Chatelain, *op. et loc. cit.*; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 410).

846 Avignon, 3 avril 1319.

Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesiæ Biterrensis, ut cum Matheo de Varennis decem galeas ad partes orientales destinatas emi vel fabricari faciens, his qui pro dictis galeis fabricandis, complendis et rebus oportunis muniendis laborabunt, de competentibus stipendiis provideat [1]. (Reg. 69, cur. fol. 518 vº, c. 85.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensi.* Nuper nos et — Dat. Avinione, III nonas aprilis, anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, nº 784.

847 Avignon, 3 avril 1319.

Eidem ut dictum Matheum de Varennis ab obligatione quatuor millium florenorum auri quam cum Durando

Ouleti et quibusdam aliis mercatoribus de Montepessulano contraxerat, liberet. (Reg. 69, cur. fol. 318 v°, c. 85.)

« *Eidem*. Cum nuper dilecti — Dat. Avinione, III nonas aprilis, anno tertio. »

848 [Avignon, 5 avril [1319].

Triginta sex millia florenorum auri a Petro Dueza, nomine Philippi, regis Franciæ, recepisse fatetur eosque in extenuationem debiti centum milium ejusdem monetæ quo idem rex tenebatur, computari velle decernit. (Reg. 110, p. I, fol. 71, c. 242; — Arch. nat., L. 299, n° 21, orig. scellé sur chanvre[1]; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 133, n° 85.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Dudum, ad tue petitionis instantiam, pecuniam decime omnium ecclesiasticorum proventuum per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, in regno Francie imposite, in Terre Sancte subsidium convertende, pro uno anno dumtaxat, videlicet pro anno Domini millesimo CCCXVII, celsitudini tue per venerabilem fratrem nostrum episcopum Autisiodorensem et dilectos filios magistrum Gaufridum de Plexeyo, canonicum Parisiensem, notarium nostrum, et abbatem monasterii sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis, collectores dicte decime, per ipsius predecessoris litteras deputatis (*sic*), fecimus mutuari et etiam assignari, hoc inter nos et te specialiter acto quod de dicta pecunia centum milia florenorum auri pro quodam particulari passagio in subsidium dicte Terre inter nos et gentes tuas de tua conscientia ordinato, ad nostram requisitionem nobis faceres assignari[2]. Cum autem dilectus filius nobilis vir Petrus de Duesa, miles, ratione venditionis sibi facte per dilectum filium nobilem virum Ludovicum, clare memorie regis Francie filium, comitem Ebroicensem, seu procuratorem suum ad id specialiter ordinatum, de castro seu villa Nigrepellicie et bastida Dalbias, sancti Stephani, de Taugia et de Langiaco, senescallie Petragoricensis et Caturcensis et pertinentiarum earundem et de omni jure quod dictus comes habebat seu habere poterat in terra Tulmonis[3], in quinquaginta septem milibus librarum turonensium parvorum dicto comiti teneretur ac[4] nomine ipsius Petri Duesa, pro dicto debito et exonerationе ipsius, triginta sex milia florenorum auri, pro XXVII milibus librarum turonensium parvorum, de pecunia tua dicto comiti solvi feceris et etiam assignari, idemque Petrus Duesa, tuo nomine, de dictis triginta sex milibus florenorum satisfecerit nobis [eaque] integraliter duxerit persolvenda, nos ad futuram memoriam et cautelam, predicta triginta sex milia florenorum auri a dicto Petro, tuo nomine, de dictis triginta septem[5] milibus florenorum auri, recepisse et integraliter numerata nobis fuisse, habuisse (*sic*) fertur satisfecisse (?) presentium tenore fatemur, ipsaque in extenuationem dicti debiti centum milium florenorum auri volumus computari[6], propter quod te ac successores tuos ac regnum tuum de dictis triginta sex milibus florenorum auri absolvimus et quitamus, presentes litteras nostra vera bulla munitas magnitudini tue in testimonium solutionis hujusmodi recondentes. Dat. nonis aprilis[7]. »

[1] Avec les variantes que nous indiquons ci-dessous.

[2] 21 et 25 mars 1318 (nos 515, 531).

[3] C'est à partir de ce mot que le texte de l'original conservé aux Archives nationales offre quelques différences; il est nécessaire de le reproduire ici, surtout pour rendre plus compréhensible la fin de la lettre qui, dans le registre du Vatican, est certainement altérée et incomplète. « *pro resta pretii venditionis predicte in viginti septem milibus libr. turonen. parvorum dicto comiti teneretur ac nomine ipsius Petri Dueysa, pro dictis viginti septem milibus libris turonen. parvorum, triginta sex milia florenorum auri de pecunia tua dicto comiti solvi feceris et etiam assingnari, idemque Petrus Dueysa nobis de dictis triginta sex milibus florenorum tuo nomine plene satisfecerit, nos ad futuram memoriam et cautelam, a dicto Petro de dictis triginta sex milibus florenorum auri pleno satisfactum fuisse nobis, tuo nomine, tenore presentium profitemur ipsaque in extenuationem predicti debiti centum milium florenorum volumus computari, propter quod te ac successores tuos ac rengnum tuum de dictis triginta sex milibus florenorum auri absolvimus et quittamus, presentes litteras nostra vera bulla munitas, mangnitudini tue in testimonium solutionis hujusmodi concedentes. Dat. Avinioni, nonis aprilis, pontificatus nostri anno tertio.* » Selon M. F. Moulenq (*Documents historiques sur le Tarn et Garonne*, t. II, p. 177) et d'après un inventaire des titres de Négrepelisse (Arch. du Tarn et Garonne, L. I, n° 9), la vente dont il est ici question aurait eu lieu le 24 mai 1319 et aurait été ratifiée par Philippe V au mois de mai suivant. Il faut évidemment lire 24 mars, ainsi que le portent les deux confirmations faites l'une au mois de mars 1320 n. s. par Philippe V (Arch. nat., JJ. 59, fol. 160, n° 316), l'autre en octobre 1322

par Charles IV (*ib.* JJ. 61, fol. 153, nº 356). Baluze qui ne donne que cette dernière référence (*Vitæ paparum*, t. I, col. 795) ne reproduit pas la date complète qui est: « *Acta et celebrata sunt hec in regno Francie, in capite pontis ultra Rodanum prope Avinionem, die videlicet vicesima quarta mensis martii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo a Nativitate ejus, pontificatus sanctissimi patris domini Johannis pape vicesimi secundi anno secundo — in presentia B. Jordani, domini Insule, P. de Via*, etc. » Or cette date est contradictoire si, comme le pensent Baluze et, après lui, MM. Moulenq et Guérard (*op. cit.*, p. 134, note 2), elle a été comptée suivant le style de Pâques, alors en usage en France (A. Giry, *Manuel de diplomatique*, p. 111), puisque, dans ce cas, le 24 mars 1318 a. s. correspond bien au 24 mars 1319 n. s., mais non plus à la deuxième année du pontificat de Jean XXII qui prend fin le 4 septembre 1318. De plus, nous ferons remarquer que les lettres de procurations données par Louis d'Evreux pour la vente de ses terres et qui figurent dans les deux confirmations citées plus haut furent faites à saint Germain en Laye, le samedi après la Purification de la Vierge 1317 a. s. c'est-à-dire le 5 février 1318 n. s. La vente elle-même aurait bien pu avoir lieu le mois suivant; on aurait donc, pour la dater, suivi, non point le style de Pâques ni celui de l'Annonciation, mais le style de Noël ou du 1er janvier (Voyez à ce propos, nº 485, note 2, et A. Giry, *op. cit.*, p. 122). L'absence des actes originaux, la possibilité d'une erreur dans l'évaluation ou la transcription des dates ne nous permettent pas de l'affirmer. Les archives du Tarn et Garonne ne nous ont fourni à ce sujet aucun document, l'inventaire même signalé par M. Moulenq est resté introuvable.

4 Reg. : *eo!*

5 Il faudrait *sex millibus*. Voyez la note 3 qui précède.

6 Le reste de la somme devait être remis à quatre marchands de Montpellier (Voyez nº 780, note).

7 Cf. La date complète: *Avinione, nonis aprilis, pontificatus anno tertio* se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

849 Avignon, 10 avril 1319.

Johannam, reginam Franciæ, de his quæ contra Mimatensem episcopum relata sunt certiorem facit, eamque hortatur ut ab ejusdem episcopi consiliis aures avertat. (Reg. 110, p. II, fol. 3, vº, c. 21 et 576.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Leta manu tue celsitudinis super diversis recepimus litteras nobis per magistrum Petrum de Fractis, tuum familiarem et nuntium, novissime presentatas, petentes eidem magistro Petro super contentis in illis fidem credulam adhiberi, quarum tenoribus et eorum que idem magister Petrus proponere voluit plenius intellectis, ad singula respondemus, tuis, utique in quantum decenter potuimus, beneplacitis annuentes, prout ejusdem magistri Petri fidelis relatio excellentie tue referre poterit oraculo vive vocis. Sane, carissima filia, quia super statum negotii Mimatensis episcopi reddi certior specialiter petivisti, excellentie tue presentibus innotescat quod, dudum lapsus est annus et ultra ut credimus, per personas graves varia crimina contra dictum episcopum fuerunt nostris auribus nuntiata, ac cum instantia supplicatum ut super hiis in publico vel privato consistorio volentes proponere audiremus [1], qua repulsa sepius, tandem nonnullis cum clamore valido postulantibus audientiam contra dictum episcopum sibi dari in privato consistorio, sunt admissi; quibus auditis, super infamia objectorum duntaxat, juxta ritum et stilum curie juri consonum, inquisitionem non uni, licet sit actenus consuetum observari, sed duobus ex fratribus nostris cardinalibus duximus committendam; qui quidem cardinales, articulorum concessa copia procuratoribus episcopi memorati et receptis super fama ejusdem episcopi articulis ac juramentis, in procuratorum presentia, testium productorum, ad examinationem testium tam super fama quam super infamia processerunt, hac paritate servata ut reciperentur hinc inde in equali numero, sicut habet assertio cardinalium predictorum. Et ne falsa super conditione testium receptorum super infamia tue magnificentie referantur, tua noverit celsitudo quod testes ipsi aut sunt viri religiosi, utpote ordinis fratrum Minorum vel beati Benedicti diversorum monasteriorum, in officiis, prioratibus seu personatibus constituti, aut canonici seculares simplices seu in dignitatibus constituti, aut ecclesiarum rectores; layci vero pauci, sed nobiles, sunt recepti; super fama ipsius episcopi sine delectu sunt admissi quos procuratores ejus voluerunt producere. Utinam, filia carissima, nosces jura et evidenter agnosceres nil factum contra ipsum quod sibi contra suos subditos non liceret, licet quidem episcopo simplici de infamia sui subditi inquirere et etiam si nullus denuntiator existat, ac evidenter perciperes gratiose secum multipliciter actum esse, et utinam maturitatem illam quam servamus in suis processibus observasset; sed, ut audimus, non cessat conqueri quod

secum agitur minus juste, licet certus sit quod agitur gratiose, intendens per talia carissimum filium nostrum et te ac alios contra Sedem hujusmodi irritare, que quidem ipsum non suis, sed potius cujusdam sui patrui, predecessoris ejus, viri utique huic Sede devoti, [meritis] elevavit de pulvere et presulum numero aggregavit, qui, licet eidem fidelitatis et juramenti vinculo sit astrictus, ipsi detrahere, contra ipsam latrare multa sunt tempora non cessavit, contra stimulum temere calcitrando. In consilio siquidem Viennensi, contra felicis recordationis Clementem papam quintum, predecessorem nostrum, cui ipsum fidelitatis vinculum astringebat, scisma suscitare voluit et temptavit librum contra ipsum et Sedem hujusmodi, sicut notum est fratribus nostris qui tunc aderant et multis aliis, fabricando, et demum cum hec ad prefati predecessoris nostri notitiam pervenissent, librum ipsum cum humilitate apparenti maxima, eidem predecessori nostro, petita venia, assignavit sicut sciunt qui reconciliationem hujusmodi procurarunt. Adhuc, sicut audivimus, non cessat a talibus sed conatur et satagit similia attemptare. Sepi[2] ergo quesumus, filia carissima, ab ejus latratibus scismaticis, veritate vacuis, dolo et fallacia plenis, aures tuas, per certo scitura quod talia venenum afferunt ut inficiant audientes; speramus autem in Domino, filia carissima, quod ille qui potest te ab infectione hujusmodi preservabit nec te sinet a lingua maliloqua sic decipi, sic turbari quod tuam prudentiam a devotione Sedis istius Sancte, que te gerit in visceribus caritatis, faciat deviare. Dat. Avinione, III idus aprilis, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, n° 775, note 5.
[2] Reg. : *cepi* !

850 [Avignon, 10 avril 1319.]

Philippo, regi Franciæ, de eodem processu contra dictum episcopum. (Reg. 110, p. II, fol. 31, c. 17 et 572.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Miratur, fili carissime, sicut audivimus, de processu qui sit in curia contra Mimatensem episcopum regia celsitudo, et utique qui eam decipiunt ipsam in hujusmodi admirationem adducunt; nichil enim contra ipsum agitur quod simplici episcopo contra suos subditos derogetur, licet equidem episcopo simplici de infamia sui subditi inquirere, ipso et secundum solemnium doctorum sententiam non vocato, ac ipsum nemine defferente. Contra ipsum autem episcopum jam est annus elapsus et ultra, et ex tunc sepius sunt per graves personas varia crimina nostris auribus nuntiata et per ipsos cum instantia supplicatum ut, volentibus illa proponere in consistorio publico vel saltem privato, audientiam preberemus, qua sepius supplicatione repulsa, tandem hiis diebus preteritis gravi in consistorio privato querimonia pro parte Ruthenensis ecclesie proposita contra ipsum, et nonnullis aliis extra clamantibus ut contra ipsum ipsis audientia preberetur, vocatis et presentibus ejus procuratoribus, sunt auditi; commissa itaque duabus cardinalibus super infamia criminum objectorum inquisitione duntaxat, ac articulorum procuratoribus ipsis concessa copia, ipsos quos procuratores ipsi super fama ejusdem episcopi obtulerunt articulos iidem comissarii receperunt, testes tam super fama quam super infamia recipientes in equali numero hinc et inde; juramenta quoque testium super infamia productorum in dictorum procuratorum presentia sunt recepta et quia, ut fertur, contra testes receptos idem episcopus latrare non cessat, excellentia regia non ignoret quod testes recepti aut sunt ordinis Minorum aut beati Benedicti diversorum monasteriorum, in officiis, prioratibus aut personatibus constituti, aut seculares canonici simplices et aliqui in dignitatibus constituti, aut ecclesiarum rectores, et pauci laici, tamen ex nobilibus descendentes; pro parte vero sua sine deletu recepti sunt quos ejus procuratores producere voluerunt. Si hec, fili carissime, cum scientibus examinaveris et diligentibus veritatem, profecto reperies secum gratiose multipliciter actum esse. Sed ipse intendens aliud forsitan quam pretendat, videlicet cisma, quod absit, inter te et Sedem istam ponere sicut et in Viennensi consilio inter felicis recordationis Clementem papam quintum et prelatos studiose ponere laboravit, injuste conqueritur secum agi. Vere, fili, nescimus quo ductus nisi superbie spiritu, jam plures anni sunt quod Sedi isti et

ejus honori detrahere non cessavit, contra ipsam latrare non desiit, licet hec Sancta Sedes non suis sed alienis potius meritis, videlicet predecessoris sui, ipsum elevarit de pulvere et inter presules collocarit, nec adhuc, sicut fertur, cessat a talibus, sed in ipsis insistens dampnabiliter, contra stimulum calcitrare nititur ac te et alios a devotione Sedis hujusmodi deviare, sed speramus in illo in cujus manu corda regum consistunt quod sibi sua mentietur iniquitas ejusque clamores veritate vacuos et scismate plenos abiciet providentia regia et repellet. Datum[1]. »

[1] Cf. Cette lettre a le même objet que la lettre précédente; elle est écrite dans des termes analogues, c'est pourquoi nous pensons qu'elle a dû être écrite à la même date. Au sujet de l'évêque de Mende, voyez n° 775, note 5.

851 13 avril [1317-1319].

Eidem Augerium, abbatem monasterii Moysiacensis, qui nonnulla negotia cum hominibus villæ Moysiacensis in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 27 v°, c. 132 et 688; fol. 36, c. 164 et 720.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecclesias ecclesiasticasve personas habere te convenit ob Redemptoris tui reverentiam commendatas, set ad illas que cultui sunt religionis astricte favor tuus debet habundare prestantius, ubi presertim eas tibi specialiter commendamus. Cum itaque dilectus filius abbas monasterii Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, diocesis Caturcensis, habeat, sicut nostris auribus intimavit, cum hominibus ville Moysiacensis quedam in regali curia negotia expedire, celsitudinem regiam affectuose rogamus quatinus abbatem et monasterium antedictos, ad quos in specialitate quadam consideratio certa nos afficit, habere velis, divini amoris intuitu et nostre intercessionis obtentu, circa ipsa negotia co[m]mendatos, ita quod proinde tibi a justo judice premium et a nobis digna proveniat retributio gratiarum. Dat. idus aprilis[1]. »

[1] Cf. Un arrêt du Parlement fut rendu en mai 1319 au sujet de différents droits contestés entre le roi de France et les consuls de Moissac, d'une part, et l'abbé de saint Pierre de cette ville, d'autre part (Arch. nat., J. 296, n° 58, orig. scellé); mais sur les réclamations des parties, l'exécution qui en avait déjà été ordonnée fut suspendue relativement à six articles, par mandement du roi du 28 juillet 1320 (Boutaric, *Acte du Parlement de Paris*, t. II, p. 325, n° 6131; voyez aussi pour la même affaire : Beugnot, *les Olim*, t. III, p. 1455, n° LXXXII; — Cabinet historique, 1861, par. II, p. 211, n° 22; — Boutaric, *op. cit.*, p. 293, n° 5875; — Archives du Tarn et Garonne, G. 549). C'est évidemment au sujet de cette affaire que l'abbé de Moissac se rendait à la cour du roi, et comme la lettre du pape ne fait aucune mention de l'arrêt du mois de mai 1319, nous pensons qu'elle est antérieure à cette date.

852 Avignon, 13 avril 1319.

Durando Ouleti et quibusdam mercatoribus de Montepessulano, ut ad perfectionem et munitionem decem galearum[1] ad partes Orientales destinatarum, illud residuum de summa sexaginta quatuor millium florenorum auri quos rex Franciæ, de pecunia decimæ in regno suo collectæ, apostolicæ Sedi per ipsos mandaverat assignari, Berengario de Olargiis et Matheo de Varennis tradent. (Reg. 69, cur. fol. 518 v°, c. 85.)

« *Dilectis filiis Durando Ouleti, Durando Chistelli, Johanni Baudeti et Johanni Palmerii de Montepesulano mercatoribus, Magalonensis diocesis.* Super illis decem — Dat. Avinione, idibus aprilis, anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, n° 784.

853 [Avignon, 13 avril 1319.]

Magistro Berengario de Olargiis ut cum Matheo de Varennis præfatum residuum sibi assignatum utiliter expendat. (Reg. 69, cur. fol. 519, c. 85.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensis, capellano nostro.* Super decem galeis — Dat. ut supra proxime. »

854 Avignon, 17 avril 1319.

Gaucelmo cardinali febre ægrotanti compatitur eique quid agendum sit significat. (Reg. 110, p. I, fol. 63, c. 200).

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Discrasia febrilis qua, fili carissime, te affli-

gi et continuationem tui itineris interrumpi litterarum tuarum tenor nobis innotuit, profecto non leviter nos afflixit; hoc tamen utcumque afflictionem hujusmodi temperavit quod signa evidentia apparere liberationem promittentia celerem earundem litterarum series nuntiabat, quod ut facilius subsequatur, sanctorum juvari te apud illum orationibus faciemus qui mortificat et vivificat, vulnerat et medetur, quibus nostras, licet eisdem impares, aggregare curabimus, in te utique optantes utriusque hominis sospitatem. Tu vero, fili, disciplinam Domini non abiciens, age gratias inter verbera, patrem intelligens verberantem qui filium quem diligit non ad internectionem percutit, sed potius ad salutem, provisurus ut, liberatione secuta patrem letificare studeas, ipsum audire intensis desideriis cupiens. Sane, fili, in tue convalescentie novitate, ab inordinato labore cavendum est tibi plus solito et quieti propensius indulgendum. Ad id autem super quo nos consulere voluisti, videlicet an si febris, quod absit, iter tuum impediret prolixius, expediret venerabilem fratrem nostrum Trecensem episcopum vel dilectum filium abbatem sancti Sergii, seu utrumque in Franciam cum litteris principalibus destinare, breviter respondemus quod istud satis videtur nobis expediens ut vices tuas, non tamen in totum, in solidum utrique comittas, informaturus eosdem, quantum plenius poteris, qualiter in procedendo debeant se habere, in quem casum hoc excellentie regie exposito procedant juxta traditam sibi formam, si de regia processerit voluntate; alias supersedeant, reddentes nos de beneplacito regio certiores; litteras autem sex clausas bullatas tibi mittimus per presentium portitorem, quarum tenorem exprimit cedula presentibus interclusa. Sanet te cito, fili carissime, Dominus, diesque tuos in tempora multa producat ad gloriam sui nominis et Ecclesie sue sancte. Datum Avinione, xv kal. madii, pontificatus nostri anno tertio. »

855 Avignon, 21 avril 1319.

Abbati monasterii de Miromonte, Lingonensis diocesis, ut magistro Bernardo de Montevalrano, archidiacono Sigaloniæ in ecclesia Bituricensi, et Petro Durandi, canonico Ebredunensi, apostolicæ Sedis ad partes Alemaniæ nuntiis, hospitium quod habet in civitate Metensi ad habitandum concedat. (Reg. 69, cur. fol. 521, c. 98.)

« *Dilecto filio.., abbati monasterii de Miromonte, Cisterciensis ordinis, Lingonensis diocesis.* Cum dilecti filii — Dat. Avinione, xi kal. maii, anno tertio. »

856 Avignon, 22 avril 1319.

Unum perpetuum vicarium in ecclesia de Castronovo, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali Avinionensi unita instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 13, c. 46.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Dat. Avinione, x kal. maii, anno tertio. »

857 [1319, avant le 29 avril.]

Philippum, regem Franciæ, rogat ut Bernardum, comitem Convenarum, et Bernardum Jordani, dominum Insulæ, qui ad veniendum contra Flandrenses cum gente armigera convocati fuerant, in curia apostolica remanere permittat. (Reg. 110, p. ii, fol. 6, c. 37 et 593; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 130, n° 83.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum dilecti filii nobiles viri Bernardus, comes Convenarum, et Bernardus Jordani, dominus de Insula, miles, celsitudinis tue fideles, se cum certe gentis armigere comitiva paraverint ad veniendum contra Flandrenses et alias mandatis regiis parituri, eorumdemque nobilium in partibus istis presentiam, propter aliqua que imminent expedienda cum eis, reputemus nobis plurimum oportunam, serenitatem regiam affectuose rogamus quatenus, nostrarum precum instantia, eisdem nobilibus quod, prius per eos ordinatis certis ydoneis capitaneis super gente predicta qui una cum eisdem gentibus ad servitia regia debeant se conferre, in istis partibus valeant remanere regia celsitudo concedat de gratia speciali. Datum[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est de peu antérieure à une autre lettre du 29 avril 1319 (n° 860) dans laquelle elle se trouve mentionnée. Nous y voyons qu'elle avait été confiée à Simon

d'Archiac, doyen de Saintes, lorqu'il quitta la cour pontificale où il était venu avec le sire de Sully, en novembre 1318 (Voyez n° 830, note 1) et que c'est seulement avec l'agrément de ce dernier qu'elle devait être présentée au roi de France (Voyez aussi nos 875, 877).

858 [Avignon, 29 avril 1319.]

Carolo, comiti Marchiæ, respondet quod Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, cancellarium ejus, ad Aquilegensem ecclesiam promovere non potuit, cum Paduanum episcopum, virum Ecclesiæ Romanæ devotum et partis guelphæ zelatorem, ad ejusdem ecclesiæ regimen vocaverit. (Reg. 110, p. II, fol. 7 v°, c. 46 et 602; — Arch. nat., J. 705, n° 206, orig. scellé sur chanvre; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 113, n° 99.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Litterarum tuarum, fili — Dat. Avinione [1]. »

[1] Cf. La date complète : *Avinione, III° kal. maii, pontificatus anno* III, se trouve dans l'original conservé aux Archives nationales.

859 [Avignon, 29 avril 1319.]

Eidem Carolo ne capitaneatum in Italia a tirannis gibelinis oblatum accipiat. (Reg. 110, p. II, fol. 7 v°, c. 47; — Arch. nat., J. 705, n° 205, orig., la bulle manque.)

« *Nobili viro C., clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Urget nos sincere caritatis affectus quem ad te, fili, gessimus, gerimus et gerere intendimus in futurum, ne que tuam possent nominis maculare gloriam, que possent matrem tuam irritare sacrosanctam Romanam Ecclesiam et tui jura sanguinis violare, pretereamus silentio, sed ea ad tuam notitiam celeriter producamus. Habet quidem rumor implacidus quod pro parte tirannorum partis gebeline Ytalie duo sunt proditionis filii, quorum unus est natione Petragoricensis et alter Ytalicus, ut tibi capitaneatum partis illius cum multis stipendiis offerant, et ad recipiendum te alliciant et inducant, ad tuam presentiam destinati, super quo attende, fili, prudenter, quesumus, et considera diligenter quid te deceat, quid tibi liceat et quid expediens videatur, et ne facti ignorantia seducaris, tuam volumus magnificentiam non latere quod prefati tiranni cum suis fautoribus, suis demeritis exigentibus, sunt excommunicationis innodati sententia, et eorum terre supposite ecclesiastico interdicto; carissimi filii nostri R., regis Sicilie illustris, tibi juncti propinqua linea parentele, persecutores existunt ferocissimi et notorii inimici; domum tuam que frequenter partis illius repressit superbiam naturaliter odiunt quique, cum te usi fuerint, impudenter abigent et ignominiose remittent. Profecto, fili, si hec diligenter attenderis, hec ipsa tibi indecentia, illicita et inexpedientia judicabis. Ideoque tuam excellentiam exhortantes, tibi sano consilio suademus quatinus tractatus tales, si res est integra, respuas, et si quod absit [in illis] processerit, ab illis discedere non obmittas. Dat. [1] »

[1] Cf. La date : *Avinione, III° kal. maii, pontificatus anno tertio*, qui manque ici, est donnée par l'original que nous signalons.

860 Avignon, 29 avril 1319.

Bernardo Jordani, domino Insulæ, de quibusdam ipsi commendatis respondet eumque hortatur ut obviet ne prædictus Carolus, comes Marchiæ, capitaneatum partis gibelinæ in Italia accipiat. (Reg. 110, p. II, fol. 76 v°, c. 351 et 995; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 135, n° 86.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, militi, domino Insule.* Ex tuarum, fili, litterarum serie percepimus evidenter quod in nonnullis nostrorum negotiis diligenter et solicite te gessisti, super quo tuam prudentiam commendamus, sciturus quod dilectum filium Guilhelmum del Cunh, capellanum nostrum, cum suorum meritorum intuitu, tum tuorum precaminum interventu, suis loco et tempore libenter habebimus, quantum decenter poterimus, commendatum. Per decanum Xanctonensem nuper, dum recessit a nobis iturus in Franciam, scripsimus carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francorum illustri [1], pro te ac dilecto filio nobili viro comite Convenarum ut, cum vestra presentia esset nobis plurimum oportuna, placeret serenitati regie ut, ordinatis capitaneis sufficientibus qui preessent armigere genti vestre, possetis ad

nostram presentiam vos conferre; que quidem littere sunt juxta dispositionem dilecti filii Henrici, domini de Soliaco, buticularii Francie, si expediens fuerit, presentande. Ceterum quia statum regis prefati et omnium domus sue desideramus prosperum et felicem, de illo ac tuo per te obtamus (*sic*) reddi, quotiens se oportunitas offeret certiores. Ad hec de ordinatione illius nobilis non indigne miraris, nec nos sufficimus admirari. Ceterum, fili, nosse te volumus nos, non absque turbatione grandi animi, percepisse quod virum illum nequam priorem Montis Falconis et illum Ytalicum qui dicitur Marcillo, ad presentiam dilecti filii nostri Caroli, clare memorie regis Francie filii, comitis Marchie, ad instantiam tirannorum partis gebeline Ytalie destinasti, ad tractandum quod idem comes capitaneatum partis gebeline Ytalie debeat acceptare, non attendens quod iidem tiranni sunt cum suis fautoribus, suis exigentibus demeritis, excommunicationis innodati sententia, et eorum terre supposite ecclesiastico interdicto, quodque carissimi filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, sunt hostes publici et notorii inimici, nec in consideratione deducto quod procurare talia nichil aliud est quam ipsum comitem, quod absit, nobis et regi predicto adversarium constituere et nos sibi, ipsumque inducere ad persequendum quos ejus progenitores fuerant hactenus prosecuti. Vide, fili, et diligenter considera si hec prudenter egeris, si honorem tuum servaveris in premissis et, quod minus provide actum est, stude provide revocare. Suasimus tibi, fili, alias et adhuc suademus ut illum priorem elongares a tuo consortio et ejus consilia devitares, que te utique deduxerunt ad non parva pericula, et si sequi continuaveris, vereremur quod ad irreparabilia te deducant. Dat. Avinione, III kal. maii, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] N° 857.

861 [vers mars-avril 1319.]

Regem Franciæ hortatur ut libertates et jura ecclesiastica conservet auresque a perversis suggestionibus avertat. (Reg. 110, p. II, fol. 5 v°, c. 34 et 590.)

« *Carissimo filio regi Francie et Navarre illustri.* Utinam, fili carissime, devota mente et tranquillo spiritu immensa tibi collata a largitore bonorum omnium beneficia sepius recenseres, horum enim memoria te solicitaret attentius et solerter induceret ut inquireres et quereres cum psalmista quid pro hiis omnibus ipsorum retribueres largitori, et si diligenter attenderis, nil condignum tibi superesse reperies unde sibi valeas respondere, cum pro solo creationis beneficio creatura non reperiat quid suo rependere valeat Creatori, hoc autem ipsum acceptabiliter etsi non condignum, si tamen aliud non obsistat, non ambigimus acceptivum, videlicet ut ad eum, a quo bona cuncta procedunt, omnia tibi collata beneficia referens, fortitudinem tuam illi custodias, circa curam tibi comissi populi vigilanter insistas, favendo ecclesiis, ipsarum confovendo libertates et jura, talium consiliariorum utens consilio, qui te in premissis hiis dirigant, non perversis suggestionibus abstrahant nec exemplo detestandis adducant, tuum statum pacificum diligant, tuos subditos foveant et sua lucra in tuis vel aliorum non perquirant dispendiis quique consilii maturitate clarescant; persta igitur, fili carissime, in premissis, hiis animum tuum imbue et informa, talibus insiste et assuesce ut per consuetudinem mores fiant, nec perverti possint amplius conversa quodam modo in naturam; hec enim, fili carissime, annos tibi vite producent, hec firmabunt procul dubio tronum tuum, per hec denique inimici tui ad unitatem tuam convertentur et pacem. Hec, fili carissime, de consiliariis adicienda pro tanto duximus, quia tam supplicatio super facto Flandrensi, quam cedule super facto divisionum diocesum[1] et littere super facto Mimatensis episcopi[2] et alie varie nobis exhibite innuunt evidenter quod fabricatores et ordinatores ipsarum hoc satagunt, hoc intendunt ut te, fili, a devotione, quod absit, Romane Ecclesie retrahant, matris tue, aut ut caritatem qua divina providentia eidem converteris, graviter saucient moliuntur, forsitan extimantes in mari turbato apprehendere quod nequeunt in tranquillo. Sed speramus in illo in cujus manu corda regum consistunt et quo voluerit vertit ea, quod sic cor tuum regium in suis beneplacitis firmavit et diriget, quod sibi eorum iniquitas mentietur, nec seduci talibus perniciosis suggestionibus te permittet, quin ymo te et Ecclesiam ipsam in unitate spiritus conservabit, cum

augmento continuo in vinculo tranquillitatis et pacis. De premissis autem supplicatione, cedulis et litteris que non possunt brevi sermoni concludi, regii nuntii et specialiter nobilis vir Henricus de Soliaco, buticularius Francie, tui honoris zelator fervidus, cui hec singulariter duximus comittenda, poterunt particulariter et distincte vive vocis oraculo excellentiam regiam reddere certiorem. Datum[3]. »

[1] Voyez, à ce sujet, nos 478, 479, et ci-après, no 862.

[2] Guillaume Durand (Voyez no 775, note 5).

[3] Cf. Cette lettre est, on le voit, postérieure à la disgrâce de l'évêque de Mende, c'est-à-dire au 2 mai 1318 (Voyez no 775, note 5). Il s'agit donc ici de la seconde ambassade dont Henri de Sully fut chargé auprès du pape, au début de novembre 1318, avec l'évêque de Meaux, Jean Cherchemont et Simon d'Archiac (Voyez no 830, note 1). Or cette ambassade peut être considérée comme terminée en mars 1319, puisqu'alors le sire de Sully avait quitté la cour pontificale (*ib.*). La lettre de Jean XXII a pu lui être confiée vers ce moment. Elle est certainement antérieure à d'autres lettres également dépourvues de date, mais qui sont au plus tard du mois de mai 1319 (nos 874-878), par lesquelles on voit que Philippe V s'était conformé aux désirs que le pape formule ici.

862 [vers mars-avril 1319?]

Ad dubia levanda, prædicto regi respondet se in divisionibus, erectionibus et unionibus quarumdam ecclesiarum cathedralium et collegiatarum regni Franciæ idem regnum lædere non intellexisse. (Reg. 110, p. II, fol. 5 v°, c. 35 et 591.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Illum ad te domumque tuam inclitam, fili carissime, gerimus, tuis claris exigentibus meritis, sinceritatis affectum, ut solerti studeamus studio que tua possent vel regnorum tuorum jura ledere seu illis aliquod detrimentum afferre [evitare] ac per que possent incrementa votiva recipere, attentione solicita promovere. Sane cum occasione divisionum, erectionum et uniorum quarundam ecclesiarum cathedralium et collegiatarum quas in tuo regno Francie dudum fecimus ad Dei honorem, divini cultus augmentum, exaltationem catholice fidei, et tui ac ipsius regni magnificentiam et decorem, a nonnullis revocetur in dubium an per predicta fuerit in aliquibus juri regio derogatum, ad hujusmodi dubium a cordibus talium amovendum, presentium tenore fatemur nos non intellexisse nec intelligere per premissa vel eorum aliquod jura regia regis et regni, quecunque sint et in quibusunque consistant et quocunque nomine censeantur, que tibi competebant seu competere poterant de jure, consuetudine seu per privilegia vel alias quoquomodo in ipsis divisis et erectis ac unitis ecclesiis, ante divisionem et erectionem predictas, ledere in aliquo seu lesisse, ymmo intelleximus et intelligimus quod ipsa nec non et que competunt, et que competere possunt, tam in ipsis divisis quam in erectis et unitis et earum pertinentiis, de jure, consuetudine seu privilegio vel alias quoquomodo, servarentur regie excellentie et serventur in omnibus semper salva. Dat. [1] »

[1] Cf. Il est question de la division des diocèses dans la lettre précédente (no 861). Nous pensons devoir en rapprocher celle-ci qui n'a aucune date, mais qui traite de la même affaire sous une forme plus développée. Nous ne faisons cette attribution que sous toutes réserves, mais il est certain que la lettre publiée ici est postérieure à celle que Jean XXII écrivit sur le même sujet à Philippe V, le 7 juillet 1317 (no 284): et antérieure à celles que nous publions plus loin (nos 874-878; voyez aussi, sur ce sujet en général, nos 272, 281-283, 298, 304-313, 324-327, 330, 345-347, 353, 357, 380, 396, 397, 422, 424, 429, 430, 478, 479, 481, 482, 486, 698-702).

863 [vers mars-avril 1319.]

Carolo, comiti Valesii, de unione sua cum Philippo, rege Franciæ, et Ludovico, comite Ebroicensi, gratias agit eumque hortatur ut dictum regem ad bonos consiliarios habendos inducat. (Reg. 110. p. II, fol. 7, c. 44 et 600.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Si, juxta sapientis eloquium, desiderium compleatur, desiderantis letificat animam et delectat, procul dubio unitas spiritus qua unitus et junctus carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, nepoti tuo, ac dilecto filio nobili viro Ludovico, comiti Ebroicensi, germano tuo, diceris, ac ex evidentia laudabilium operum publice predicaris, mentem nostram eo delectat vehementius quo illam ardentius concupivimus eamque studuimus iteratis exhortationibus studiose sepius procurare.

Hoc profecto, fili, tanto magis gaudenter accepimus quanto amplius Deo ea novimus esse grata, tue saluti congruentia pariter et honori ac totius regni, ymo orbis, tranquillitati plurimum oportuna; persta igitur, fili, in tam laudabiliter, tam utiliter ceptis et hanc servare stude unitatem, solicitus in vinculo tranquillitatis et pacis, predictarum statui, quem prosperum plenis desideramus affectibus, profutura prosequens et, juxta tibi datam a Deo prudentiam et potentiam, obfutura repellens, et ne linga tertia a premissis te retrahat vel suspitio quevis abducat, a talibus stude prorsus avertere mentem tuam, provide provisurus ut tales rex predictus habeat consiliarios qui eum in semitis mandatorum Domini dirigant, in devotione sancte matris Ecclesie nutriant, non perversis suggestionibus abstrahant aut exemplis detestandis abducant, statum ejus pacificum diligant, ejus subditos foveant et sua lucra in alienis dispendiis non perquirant. Hec, fili, de consiliariis pro tanto adjecimus quia tam suplicatio super facto Flandrensi quam cedule super facto divisionum diocesum et littere super facto Mimatensis episcopi nobis exhibite innuunt evidenter quod nonnulli ex dictatoribus et ordinatoribus earumdem hoc satagunt, hoc intendunt ut regem ipsum, quod absit, a devotione Ecclesie abstrahant, aut ut caritatem qua divina providentia rex et Ecclesia connectuntur, graviter saucient moliuntur, credentes forsan in mari turbato apprehendere quod nequeunt in tranquillo. Ut autem sibi eorum iniquitas mentiatur, magnitudinem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, tue matris honore, tanquam ejus precordialis filius, laudabili solicitudine pervigil attendens provide quanta possent inde provenire pericula et impediri multipliciter opera Deo grata, talium machinatoribus efficaciter te opponas, sicque in premissis et in omnibus que ipsius matris tue contingunt statum prosperum et tranquillum te favorabilem et studiosum exhibeas, quod exinde tibi gratie divine premium et laudis humane preconium augeatur, nosque tue magnificentie ad ea que tuum respiciant honorem et comodum uberius astringamur. De premissis autem supplicatione, cedulis et litteris poterit tua providentia cum regis nuntiis et specialiter cum decano Pictavensi [1], tuo cancellario, cui hoc comisimus singulariter, informari particulariter et distincte, quem velut virum providum et discretum et quem tui honoris novimus fervidum zelatorem quique pro tuis negotiis, nunc et alias apud nos importune i[n]stitit et oportune, ex superhabundanti tue gratie commendamus; nos autem illum, contemplatione tui et sue probitatis obtentu, sincere diligimus et jam ostendissemus, si voluisset, opere et ostendemus, dante Domino, loco et tempore oportunis; de responsionibus quoque quas sibi super supplicationibus per ipsum, pro parte tue magnificentie nobis oblatis, fecimus, fidelis ejus relatio te reddere poterit vive vocis oraculo certiorem. Datum [2]... »

[1] Jean Cherchemont (Voyez n° 503).

[2] Cf. Cette lettre qui présente de grandes analogies avec celle que nous publions ci-dessus (n° 861), a été évidemment écrite au même moment et se date de la même façon. On sait que Louis d'Evreux était mort le 19 mai 1319 (Voyez n° 738, note 2).

864 2 mai [1317 — 1319].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut bona episcopi, decani et capituli Andegavensium, de mandato suo ratione collationis duarum præbendarum capta, restitui faciat. (Reg. 110, p. ii, fol. 36 v°, c. 165 et 721.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Inter cetera, fili — Sane nuper ad apostolatus nostri pervenit auditum quod, dudum ecclesia Andegavensi per obitum bone memorie Guillelmi, episcopi Andegavensis, pastoris solatio destituta, due prebende vaccaverunt in ea, de quibus duobus in canonicos ejusdem ecclesie auctoritate apostolica receptis et prebendas expectantibus in eadem, canonice fuit auctoritate predicta provisum, ac dilecti filii.., decanus et capitulum ejusdem ecclesie ad prebendas easdem juxta mandatum executorum eis a Sede apostolica concessorum, eos in dicta ecclesia recep[er]unt, quodque magnificentie tue aliquorum minus vera relatione suggesto quod dictarum prebendarum collatio, ex eo quod tempore vaccantis sedis Andegavensis vaccaverunt, ad te, ratione regalium que percipiebas tunc inibi, pertinebat, illas ad suggestionem hujusmodi unam, videlicet magistro Petro Bertrandi, clerico tuo, et alteram magistro Philippo de Castro, legum pro-

fessori, contulisti, et mandavisti decano et capitulo prelibatis quod eosdem ad dictas prebendas in eadem ecclesia reciperent in canonicos et in fratres. Et quia prefati decanus et capitulum mandato hujusmodi minime paruerunt, timentes penas super hoc a sacris canonibus constitutas, nolentes etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrere, quas dicti executores in contradictores protulerant et rebelles, tu, fili, ex hoc motus forsitan contra eos, saysiri et capi dictorum decani et capituli, et, post lapsum alicujus temporis, tam venerabilis fratris nostri Hugonis, episcopi Andegavensis, eidem ecclesie prefecti in episcopum et pastorem, quam etiam singularium personarum dicti capituli temporalitates omnes capi fecisti, omnesque fructus, redditus et proventus episcopi, decani et capituli et aliarum personarum predictarum capta et saysita adeo stricte diceris detineri fecisse, et adhuc etiam facere detineri, quod episcopus, decanus et capitulum ac singulares persone predicti, hoc presenti anno nihil, et episcopus parum de bonorum temporalium ejusdem ecclesie fructibus perceperunt. Cum itaque, fili carissime, quem sicut esse speramus sic ex toto corde existere cupimus filium benedictionis et gratie, cujus operum odor redundet sicut agri pleni flagrantia cui Dominus benedixit, ab olim usque ad hec tempora, tam in dicta Andegavensi ecclesia quam in tota Turonensi provincia de qua Andegavensis existit, tempore vaccantium sedium cathedralium, in conferendis prebendis seu beneficiis ecclesiasticis quantumcunque progenitores tui regalia tenuerint in eisdem, jure tamen collationis hujusmodi, prout episcopus et ceteri supradicti asserunt, non sint usi, set persone alie ecclesiastice dicte provincie ad quas de jure vel consuetudine collatio hujusmodi prebendarum tunc temporis pertinet, de ipsis absque quolibet impedimento duxerint providendum, vel earum collatio futuris pastoribus ecclesiarum vaccantium fuerit reservata, nec deceat, si est ita, per excellentiam regiam contra hujusmodi antiquam consuetudinem consonam juri et etiam equitati aliquid fieri quod Deo displiceat, in dicta provincia scandalum pariat et claris titulis deroget regie dignitatis, celsitudinem regiam rogamus — Dat. VI nonas maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 28 janvier 1320, puisqu'à cette date Pierre Bertrand dont il est ici question était évêque de Nevers (Voyez n° 799, note 3).

865 Avignon, 15 mai 1319.

Magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesiæ Biterrensis, quid agere debeat cum Matheo de Varennis, ratione galearum[1] eidem Matheo commissarum, significat. (Reg. 69, cur. fol. 321 v°, c. 103.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensi, capellano nostro.* De sinceritate fidei et discretionis industria dilecti filii Mathei de Varenis, nostri et carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre, militis, plenam gerentes fiduciam quod, super hiis que nos et idem rex sibi commissimus, fideliter et laudabiliter debeat se habere, ejusque solicitudini fiducialiter incumbentes, devotioni tue presentium tenore mandamus quatinus de electione marinariorum seu naucheriorum et aliorum necessariorum hominum pro galeis, cum in hoc sit standum fidei et prudentie militis memorati, te nullatenus intromittas, sed cum galee quas habet ducere parate fuerint, recepto illo residuo sexaginta quatuor milium florenorum, solvat pecuniam prefatis personis juxta conventionem cum ipsis per te ac dictum militem factam, receptis ab eis cautionibus ydoneis juxta morem in talibus consuetum. Ceterum volumus et mandamus quod in computo illorum quatuor milium florenorum de quibus alias tibi mandavimus, ab eodem milite audias et recipias plenariam rationem, de quibus expensis deducas quas idem miles tam pro suis et familia sua quam pro operibus galearum docuerit se fecisse a tempore quo, pro premissis prosequendis, nostro se conspectui presentavit, satisfaciens sibi si ultra predicta aliquid se doceat expendisse; si vero minus expenderit, ab eodem recipias quod restabit ipsumque et fidejussores suos super dictis quatuor milibus florenorum, post rationem hujusmodi receptam ab eo concordatam, liberes atque quites. Dat. Avinione, idibus maii, anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, n° 784.

866 [Novembre 1318 — 19 mai 1319.]

Ademaro de Pictavia, de Flandrensium superbia et Ludovici, comitis Ebroicensis, statu cui compatitur, respondet. (Reg. 110, p. ii, fol. 77, c. 354 et 998.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario de Pictavia, primogenito comitis Valentini et Diensis.* Litteras, fili, tuas Flandrensem superbiam et statum dilecti filii nobilis viri Ludovici, clare memorie regis Francie filii, Ebroicensis comitis, nuntiantes affectione benigna nos noveris recepisse. Superbiam autem ipsorum detestamus Flandrensium admodum, ad quam dejiciendam studiosam adhibemus operam, et adhuc, si res exigat, studiosiorem intendimus adhibere, ut ipsorum, pertinacia quorum superbia ascendit continue, cornua conterantur, Dei cooperatores existere proponentes. Statui autem nobilis antedicti compatimur, cui profecto et debet compati totum regnum, velut illi qui inter mundi principes se divinis beneplacitis coaptare studuit prout humana fragilitas nosse sinit cujusque vita est et fuit cunctis presertim exemplaris. Nos autem in tali periculo sibi nequimus succurrere, quod utique, si possemus, prompto animo faceremus, sed ad illum qui vulnerat et medetur et quicquid voluerit operatur, pro ejus salute preces devotas porrigimus, ejus misericordiam humiliter implorantes quatinus ipsum vivificet et conservet, sibique annos vite presentis multiplicet, et, post hujus vite cursum, ad eterne beatitudinis gaudia ipsum feliciter pervenire concedat. Dat.[1] »

[1] Cf. Cette lettre est antérieure au 19 mai 1319, date de la mort de Louis d'Evreux (Voyez n° 738 note 2), mais les Flamands donnèrent trop souvent au pape l'occasion de se plaindre pour que nous puissions préciser autrement le moment où elle fut écrite. Peut-être faut-il y voir une allusion à ce qui se passa à Compiègne et la rapprocher de la lettre écrite au roi de France le 9 novembre 1318 (n° 761).

867 Avignon, 28 mai 1319.

Magistris Gaufrido de Plexeyo et Stephano de Borgolio, archidiacono Transligerensi in ecclesia Turonensi, ut a Gaufrido Senglerii, Johanne Bosselli, canonicis ecclesiæ sancti Martini Turonensis ac Guillelmo, presbytero, rectore ecclesiæ de Belloto, Sagiensis diocesis, executoribus testamenti magistri Aymerici Senglerii, archidiaconi de Citravada in ecclesia Bajocensi, exigant pretium domus de Malonido, in Terræ Sanctæ subsidium relictum. (Reg. 69, cur. fol. 523 v°, c. 111 et 1691.)

« *Dilectis filiis magistris Gaufrido de Plexeyo, notario nostro, cancellario, et Stephano de Borgolio, archidiacono Transligerensi, ecclesie Turonensis.* Cum sicut accepimus — Dat. Avinione, v kal. junii, anno tertio. »

868 [Avignon, 28 mai 1319.]

Eidem Gaufrido et magistro Hugoni de Bisuntio, cantori ecclesiæ Parisiensis, ut recipiant pretium de quadam domo sita in claustro ecclesiæ sancti Benedicti Parisiensis a præfato magistro Aymerico Senglerii similiter relicta. (Reg. 69, cur. fol. 523 v°, c. 111.)

« *Dilectis filiis magistris Gaufrido de Plexeyo, notario nostro, canonico, et Hugo[ni] de Bisuntio, cantori ecclesie Parisiensis.* Cum sicut accepimus. — Dat. ut in eadem[1]. »

[1] N° 867.

869 [18 septembre 1317 — mai 1319.]

Robertum, regem Siciliæ, de Johannis Baudi, Provinciæ senescalli, gestis certiorem facit. (Reg. 109, fol. 163, c. 674 r. ; — Bib. de Cambrai, ms. 496, fol. 124 v°; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 465; — Pauli, *Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano*, t. II, p. 66, n° xlvii.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri.* Per litteras tuas, fili carissime, affectu consueto receptas gaudenter accepimus qualiter trecentos equites in decem usseriis ad civitatem Janue noviter destinasti, quorum octoginta ordinasti de civitate predicta Niciam proficisci debere, abinde in partium Pedimontis subsidium concitis gressibus accessuros, super quo tue provisionis solicitudinem multipliciter commendamus, et ne credas quod dilectus filius Johannes Baudi, miles, senescallus Provincie in hiis tepeat aut dormitet que regium concernant como-

dum et honorem, scire te volumus quod senescallus ipse, diu ante receptionem litterarum ipsarum, ad partes ipsas Pedimontis, ultra gentem aliam armigeram illuc antea destinatam, miserat de nostra conscientia equites quinquaginta, et, adhibita diligentia debita procurandis quingentis equitibus in tuo ad partes Provincie habendis adventu, se jam versus Niciam contulit, facturus quicquid poterit in tuorum devotorum et fidelium auxilium et solamen. Denique placet nobis quod dilecti filii fratris Fulconis de Vilareto, magistri Hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani, adventum ad nostram presentiam adeo retardasti sub beneplaciti nostri fiducia, ut eum in tua posses ducere comitiva, et de complacentia nostra hujusmodi magistrum ipsum certum efficimus per litteras speciales. Ubi tamen ex aliqua causa differe tuum ad nos haberes accessum, non expedit quod magistrum retineas antedictum ne impediatur in prefixo sibi termino, in quo prorsus eum habere volumus presentaneum se nostro conspectui presentare, cum agenda que inter ipsum et alium qui pro electo in magistrum se gerit [1] et qui jam in partes istas advenit, expedienda incumbunt, sine dicti magistri presentia expediri nequeant aut tractari, circa que dispendiosam non intendimus apponere tarditatem. Datum ut supra [2]. »

[1] Voyez au sujet de cette affaire, n° 398.

[2] Pauli attribue à cette lettre la date : « *Avinione*, VIII *kal. junii, anno* II » (25 mai 1318), que nous ne pouvons admettre. Il la publie en effet, comme nous, d'après le registre 109 du Vatican ; or nous savons que dans ce cas la formule *ut supra* ne signifie rien, en général (Voyez n° 5, note). La lettre qui précède, dans le registre, est bien datée du VIII des kalendes de juin, sans année, mais elle est adressée à l'évêque d'Ely en Angleterre et sans aucun rapport avec celle que nous donnons. Il est, au contraire, certain que celle-ci est postérieure à la nomination de Jean Baude comme sénéchal de Provence, le 5 septembre 1317 (Voyez n° 249, note), postérieure aussi à la convocation que fit Jean XXII à sa cour du grand maître de l'Hôpital, le 18 du même mois (Voyez n° 398, note 1) et antérieure au moment où le pape eut connaissance de l'arrivée du roi Robert à Nice, dans le courant de mai 1319 (n°s 879, 880). Dans le manuscrit de Cambrai et dans la copie qui en existe à la Bibliothèque nationale il n'y a pas : *ut supra*, mais seulement : *Datum etc.*, et la lettre qui précède, adressée à l'évêque de Troyes et au prieur de saint Antonin de Rodez est datée du XIII des kalendes d'août [1317] (Voyez, sur ces personnages, n° 161, note 8).

870 [20 mars — mai 1319.]

G[aucelmo] cardinali reconciliationem B[eraldi] de Mercorio cum Philippo, rege Franciæ, et H[enrico], domino Soliaci, gratanter accepise nuntiat eumque hortatur ut dictum regem ad clementiam erga eumdem Beraldum inducat. (Reg. 110, p. I, fol. 80 v°, c. 289.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali.* Reconsiliatum carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, dilectum filium B., dominum de Mercolio, ac pacem inter eundem B. et dilectum filium H., dominum de Soliaco, buticularium Francie, utique votivam nobis admodum, non absque ingenti exultatione animi nos noveris percepisse. Verum quia, sicut audivimus, adhuc restat quod prisionem tenetur dictus B. intrare regiam et servare, certique articuli alii sunt regio arbitrio reservati, tuam providentiam monemus, rogamus et in Domino exhortamur quatinus, ut prisio non sit longa et alii articuli clementer debeant expediri, tue solicitudinis studium, sicut et cum quibus expedire videris, interponas [1]. »

[1] Cf. Cette lettre et la suivante se complètent l'une par l'autre ; elles concernent les mêmes faits et nous devons leur attribuer la même date. Or c'est en novembre 1318 que des mesures de rigueur furent prises par le roi de France contre Béraut de Mercœur (Voyez n° 746, note). Les deux lettres que nous publions ici sont donc postérieures à cette date et se rattachent évidemment à la mission dont le cardinal Gaucelme fut chargé en France par Jean XXII, le 20 mars 1319 (n° 800, 801). Elles sont, d'autre part, au plus tard du mois de mai de la même année, puisqu'au moment où le pape les écrivait, il ignorait encore l'arrivée à Nice du roi Robert de Sicile et qu'il en eut certainement connaissance dans le courant de ce mois (n°s 879, 880), mais nous voyons que le 28 juin 1319, Béraut de Mercœur vint se mettre à la disposition du roi qui lui commanda d'aller en prison au Châtelet (Voyez n° 746, note). Il faut donc supposer que Béraut, avant cette dernière date, avait manifesté son intention de se soumettre au roi de France et que la peine de l'emprisonnement ici mentionnée avait déjà été prononcée contre lui, de même que la saisie de ses terres avait été ordonnée à la fin de 1318 (*ib.*), à moins qu'on ne veuille admettre que Jean XXII mal informé ait cru trop tôt au retour du rebelle, particulièrement en ce qui concerne le sire de Sully (Voyez n°s 904-906, 910-911). Il est difficile de résoudre cette question, mais il est certain que ces deux lettres telles qu'elles figurent dans le registre du Vatican et telles que nous les reproduisons, par les éléments qu'elles renferment et les arguments

que nous en tirons ne peuvent être postérieures au mois de mai 1319. On trouvera plus loin (n° 908), une autre lettre du 20 juillet 1319 sur le même sujet.

871 [20 mars — mai 1319.]

Domino de Soliaco de eisdem scribit eique futurum regis Siciliæ ad Niciam adventum nuntiat. (Reg. 110, p. i, fol. 80 v°, c. 290.)

« *Dilecto filio nobili viro domino de Suliaco.* Gratanter audivimus inter te pacem et dilectum filium B., dominum de Mercolio, reformatam. Verum quia etc. ut supra proxime[1], sciturus quod secundum litteras quas hue recepimus, cum quibus concordant et littere mercatorum de societate Perusinorum, rex Sicilie septimana proxime preterita erat paratus in omnibus ad recessum de Janua et sperabatur quod per totum mensem preteritum deberet Niciam aplicare; cum certitudinem pleniorem habebimus, certius rescribemus. Transcriptum cedule interclusum littera tua recepimus et cito, sicut scripsisti, dante Domino, per certum nuntium faciemus[2]. De cardinali[3] tenemus indubie quod sibi comissa cum omni celeritate qua poterit exequetur. Cura, fili, nos de statu regis et omnium domus sue, quem Dominus faciat prosperum, reddere quotiens se oportunitas offeret certiores. »

[1] Pour la suite et la date, voyez la lettre précédente.

[2] Cette phrase est évidemment tronquée et ne se comprend pas.

[3] Le cardinal Gaucelme auquel est adressée la lettre qui précède.

872 [20 mars — mai 1319?]

B[eraldo] de Mercorio de reconciliatione sua cum Philippo rege et H[enrico] Soliaci congratulatur. (Reg. 110, p. ii, fol. 4 v°, c. 25 et 580.)

« *Dilecto filio B. de Mercolio* (sic). Gratias illi quas possumus agimus qui corda regum convertere novit ad subditos et in unum congregare dispersos; illum quidem cor carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ad te percepimus noviter inclinasse teque ac dilectum filium H., dominum Soliaci, buticularium Francie, conjunctos sanguine, sed hoste pacis procurante, in invicem discidentes, in unitatem spiritus pacis vinculo conjunxisse — Dat.[1]... »

[1] Cf. Nous pensons devoir rapprocher cette lettre des deux précédentes (n°s 870-871) mais, d'après ce que nous disons, on comprendra que ce n'est qu'avec les plus grandes réserves que nous lui attribuons la même date.

873 [26 mars — 31 mai 1319.]

Philippo, regi Franciæ, ut concedat Flandrensibus securitatem veniendi ad præsentiam Gaucelmi cardinalis. (Reg. 110, p. i, fol. 62 v°, c. 198.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia super plenius gerendis et efficacius exequendis negotiis que dilecto filio nostro Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio, in facto Flandrensi duximus committenda, nobilis vir comes Flandrie, filii et alii nobiles et burgenses et universitates Flandrie erunt forsitan ad aliqua loca regni Francie convocandi, ne forsitan, a celsitudine tua securitate non habita, ad dicta loca ejusque cardinalis presentiam per se vel procuratores aut sindicos suos se tute non posse venire causentur, serenitatem regiam affectuose rogamus quatinus eisdem Flandrensibus veniendi ad eadem loca et presentiam cardinalis ejusdem, ibique morandi et exinde ad propria redeundi securitatem plenam concedas et liberam facultatem, ne, quod absit, processus cardinalis ejusdem occasione hujusmodi contingat aliquatenus impediri. Datum[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est postérieure à celle par laquelle Jean XXII annonça à Philippe V, le 26 mars 1319 (n° 830), l'envoi du cardinal Gaucelme. Nous savons, d'autre part, que, le 31 mai de la même année, le roi avait effectivement répondu au désir du pape en accordant au cardinal la permission de délivrer des sauf-conduits, sur toute l'étendue du royaume, aux Flamands qu'il voudrait faire venir en sa présence (Arch. nat., J. 562^B, n° 35 *bis*; — J. 563^A, n° 36; — JJ. 55, fol. 68 v°, n° 150; fol. 59, n° 151).

874 [Avril-mai 1319.]

[Guillelmo], Meldensi episcopo, de felici sibi et collegis suis commissarum expeditione gratias agit. (Reg. 110, p. i, fol. 18, c. 63.)

« *Venerabili fratri P*[1]., *Meldensi episcopo*. Letanter accepimus te prosecutum iter ceptum una cum collegis tuis prospere, ad terminum feliciter pervenisse, ubi veritas fortes pugiles et justitia deffensores reperiunt ydoneos, justum judicem equitatis et justitie zelatorem, qui labores tuos et collegarum tuorum prudenter considerans et examinans diligenter, preter opinionem multorum et forsan contra desiderium, illos duxit coronandos provide gloria et honore, pro quibus illi non indigne gratiarum quas valemus actiones exsolvimus cui est honor et gloria in secula seculorum[2]. »

[1] Cette initiale ne pourrait répondre qu'au nom de Pierre de Moussy qui fut évêque de Meaux depuis le 27 février 1321 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 349). Cette lettre serait donc la seule, dans les registres 109 et 110, postérieure à la quatrième année du pontificat de Jean XXII, mais il n'en est rien; on verra par la note ci-dessous qu'il y a eu une erreur de la part du scribe et qu'il s'agit certainement ici de Guillaume de Brosse, prédécesseur de Pierre de Moussy sur le siège de Meaux.

[2] Cf. Cette lettre et les quatre suivantes (nos 875-878) également dépourvues de dates, doivent être rapprochées. Elles concernent en effet la même affaire et ont été certainement écrites au même moment. Elles se rapportent à l'ambassade dont furent chargés l'évêque de Meaux, Simon d'Archiac, doyen de Saintes, Jean Cherchemont, doyen de Poitiers, et Henri de Sully auprès du pape, au début de novembre 1319 (Voyez n° 830, note 1). Cette ambassade, ainsi que nous l'avons fait remarquer plus haut (n° 861, note 3), peut être considérée comme terminée au mois de mars 1319 (Voyez aussi n° 1198, note 1). Toutefois le sire de Sully se trouvant encore à Toulouse le 17 mars 1319 (Voyez n° 830, note 1), le pape n'a guère pu le féliciter, ainsi que ses collègues, du succès des négociations qu'il leur avait confiées, avant le mois d'avril (Voyez aussi n° 860). Nous pensons donc que ces lettres, postérieures à celles que nous publions plus haut (nos 861-863), sont au plus tôt du mois d'avril 1319 (Voyez aussi nos 877, 878). Elles ne sont pas postérieures au mois de mai puisque, dans le courant de ce mois, Jean XXII eut connaissance de l'arrivée du roi Robert de Sicile à Naples (nos 879, 880), arrivée qu'il ignorait certainement, on le voit, au moment où il les a écrites.

875 [Avril-mai 1319.]

Simonem, Xanctonensem decanum, similiter de diligentia et fidelitate commendat. (Reg. 110, p. 1, fol. 18, c. 64.)

« *Dilecto filio Symoni, decano Xanctonensi, capellano nostro*. Leta manu recepimus litteras quas misisti, quarum tenor nos letiores reddidit evidenter quo nobis innotuit quam plene, quam solicite, quam prudenter imposita tibi et incumbentia, nil obmisso de contingentibus, fueris executus, regalemque animum constanter in devotione matris sue sacrosancte Romane Ecclesie solita perdurare; pro quibus tuam non indigne fidelitatem et diligentiam in Domino commendantes, nosse te volumus apostolicam gratiam habundantius meruisse. Dat. Avinione[1]. »

[1] Cf. n° 874.

876 [Avril-mai 1319.]

Johannem, decanum Pictavensem, de eisdem commendat. (Reg. 118, p. 1, fol. 18, c. 65.)

« *Dilecto filio Johanni, decano Pictavensi*. Series litterarum dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, buticularii Francie, novissime transmissarum, nobis innotuit evidenter quam provide, quam prudenter per te et collegas tuos gesta in Romana curia, tam super facto Flandrensi quam super divisione certorum episcopatuum per nos facta, regie celsitudini tam secrete quam in presentia magni regii consilii sint relata, ac quam patienter a regia excellentia ipsa relatio audita fuerit et plenius intellecta, quamque prompte et indilate ordina[ta] per nos super Flandrensi negotio et cedula per te et collegas tuos presentata super facto divisionum episcopatuum predictorum acceptata fuerint per regiam magnificentiam et gratanter admissa, pro quibus tuam et collegarum tuorum prudentiam, fidelitatem et providentiam multipliciter commendantes, nos tibi et ipsis profitemur obnoxios et tibi et ipsis ad grata offerimus loco et tempore nos paratos[1]. »

[1] Cf. n° 874.

877 [Avril-mai 1319.]

Henrico, domino Soliaci, simili modo de felici sibi commissarum expeditione congratulatur. (Reg. 110, p. 1, fol. 18, c. 66.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Suliaci, buticulario Francie*. Grata nobis admodum tuarum, fili, litterarum exhibitarum novissime series reseravit

quam plene, quam provide, quam prudenter per te et collegas tuos gesta in Romana curia, tam super facto Flandrensi quam, super divisione certorum episcopatuum per nos facta, quam super quibusdam aliis que extra curiam pro nonnullis nobis conjunctis [1] egeras, regie celsitudini tam secrete quam in presentia magni consilii regii [sint relata] quamque patienter ac quam benigne a regia excellentia ipsa relatio audita fuerit et plenius intellecta, quamque prompte quamque indilate ordinata per nos super Flandrensi negotio et cedula per te et collegas tuos presentata super facto divisionum episcopatuum predictorum acceptata fuerint per regiam magnificentiam et gratanter admissa, ac gesta per te pro prefatis nobis conjunctis approbata et liberaliter confirmata, pro quibus tuam et collegarum tuorum prudentiam, fidelitatem et providentiam multipliciter commendantes, nos tibi et ipsis profitemur obnoxios, et ad tibi et ipsis grata offerimus loco et tempore nos paratos. Dat. Avinione [2]. »

[1] Peut-être Bernard de Comminges et Bernard Jourdain de l'Isle pour lesquels le pape avait écrit à Philippe V une lettre que l'on trouvera plus haut (n° 857). Simon d'Archiac en était chargé et devait la présenter au roi après avoir pris l'avis du sire de Sully (Voyez n° 860). Comme, le 29 avril 1319 (*ib.*), Jean XXII n'avait pas encore eu de réponse à ce sujet, la lettre que nous publions et celles auxquelles nous la rattachons (n°s 874-876, 878) seraient, dans ce cas, postérieures à cette date. Au sujet des parents de Jean XXII, voyez n° 1016, note 2.

[2] Cf. n° 874.

878 [Avril-mai 1319.]

Philippo, regi Franciæ, de ordinatione super negotio Flandriæ necnon de divisionis episcopatuum acceptatione gratias agit, eique nonnulla de proximo regis Siciliæ adventu et de episcopi Mimatensis facto notificat. (Reg. 110, p. II, fol. 2 v°, c. 16 et 571.)

« *Carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Regalis celsitudinis litteras nobis novissime destinatas, gratitudinis utique recognitione plenas ac devotionis et caritatis ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam expressione non vacuas, non indigne gratanter accepimus et merito multipliciter acceptamus; ipsarum namque series seriosius reseravit et regalium solemnium nuntiorum de curia transmigrantium ad regalem presentiam reditum, et, ad referendum que in curia ipsi nuntii egerant, tam secrete quam in presentia magni consilii regii provide prestitum et prudenter benignum auditum, et quam benivole, quam placide ordinata per nos super Flandrensi negotio et cedula per nuntios ipsos super facto divisionum episcopatum presentata, fuerint acceptata et gratanter admissa, necnon quam prompte quedam nonnullos nobis conjunctos tangentia [1] approbata fuerint et liberaliter confirmata, oblatione illa omni laude, omni memoria ac omni gratiarum actione dignissima facta sepius non obmissa, nec gratiarum actione, prohiis que per nos super Flandrensi negotio acta fuerant, interjecta. Profecto, fili carissime, ex hiis de tua magnificentia spem conceptam, super eo videlicet quod, christianissimorum progenitorum tuorum imitando vestigia, Romanam Ecclesiam filiali devotione venerareris ut matrem, faveres ecclesiis et personas ecclesiasticas confoveres, nec ab hiis sussuronum susurria te retraherent nec eorum perversa consilia revocarent, in rem jam percepimus transivisse, (desiderio) in hiis desideramus et quesumus (?), fili carissime, te perstare; hec quidem tibi thronum firmabunt regium et a gratie et glorie largitore impetrabunt tibi in presenti gratiam et gloriam inenarrabilem in futuro. Nos enim, quantum in nobis erit, servare hec immobiliter cupimus et nutrire ac quecumque illis derogare valentia summopere fugere ac studiosa solicitudine devitare. Fratri Petro de Palude ostendi[mus] pium ac benignum erga ipsum regium animum quomodo culpam omnem, quatenus tangebat eum, remittebat [2], et quam instanter instabat apud nos ut et nos similiter faceremus. De rege Sicilie hec recepimus litteras quod rauba sua et eorum qui cum eo ad curiam sunt venturi erat in vasis reposita et sperabatur quod per totum mensem preteritum debeat ad Provinciam applicare [3], et in hoc mercatorum de Perusio littere concordabant; cum tamen pleniorem habebimus certitudinem, certius ipsius adventum curabimus intimare. De facto autem Mimatensis episcopi scribimus [4] excellentie regie cito, dante Domino, plenius que scripsimus vel nuntiis diximus observando. Pro hiis, fili, profitemur nos tue excellentie novo obli-

gationis vinculo ad ea que tuum respiciunt honorem et comodum nos astrictos, pro hiis magnificentie regie uberes gratiarum actiones referimus quas valemus. Datum[5]. »

[1] Voyez ci-dessus n° 877.
[2] Voyez n° 706.
[3] Voyez n° 480, note.
[4] Peut-être s'agit-il ici de la lettre du 10 avril 1319 (n° 850). Celle que nous publions ici pourrait, dans ce cas, être attribuée au même mois, car l'emploi du présent ne suffit pas à prouver, comme on peut le constater ailleurs dans les registres, que les deux documents aient été sûrement écrits le même jour. Toutefois ce n'est là qu'une hypothèse et la remarque faite précédemment (n° 877, note 1), ne nous permet de rien affirmer. Au sujet de l'évêque de Mende, voyez n° 775, note 5.
[5] Cf. Cette lettre se date comme les précédentes (n[os] 875-877). D'après les notes ci-dessus, on voit qu'elle est postérieure à la disgrâce de l'évêque de Mende, c'est-à-dire au début de mai 1318 (Voyez n° 775, note 5); postérieure aussi à l'enquête faite en juillet de la même année contre Pierre de la Palu (Voyez n° 706, note) et que, par conséquent, l'ambassade mentionnée est bien celle de novembre 1318 (Voyez n° 830, note 1).

879 [2-31 mai 1319.]

Eidem regi, de quarumdam litterarum missione et adventu Roberti, regis Siciliæ. (Reg. 110, p. II, fol. 46, c. 208 et 763.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Ecce, fili carissime, quod excellentie regie patentes mittimus apostolicas litteras, tenorem illius continentes cedule, serenitatem regiam attentius deprecantes ut tam prelatis, quos dicte tangunt littere quam officialibus regiis litteras mittat super hoc oportunas. Ac hec noverit regia celsitudo carissimum filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, secunda die mensis hujus maii Niciam advenisse. Dat. etc.[1] »

[1] Cf. Nous savons que le roi Robert de Naples qui était arrivé à Gênes le 21 juillet 1318, s'y trouvait encore le 21 avril 1319; nous constatons, d'autre part, sa présence à Avignon, le 23 juillet suivant (Voyez n° 480, note). Sa venue à Nice se plaçant nécessairement entre ces deux dates sera du 2 mai 1319. La lettre que nous publions ici, postérieure à cette date, a été écrite, on le voit, dans le courant du même mois.

880 [2-31 mai 1319.]

H[enrico] Soliaci, de eodem cum clausula episcopum Vivariensem tangente. (Reg. 110, p. II, fol. 46, c. 209 et 764.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie*. Celsitudini regie patentes apostolicas mittimus litteras tenorem continentes cedule tuis nobis missis litteris intercluse, tuam providentiam fiducialiter exhortantes ut et tu procures tam nobis quam prelatis quos tangunt dicte littere ac officialibus regiis oportunas litteras regias destinari, sciturus indubie quod carissimus filius noster Robertus, Sicilie rex illustris, secunda die presentis mensis maii Niciam applicavit. Miramur quod de ecclesia Vivariensi et quibusdam aliis de quibus in recessu tuo colloquium habuimus[1] nil scripsisti. Dat. etc.[2] »

[1] Lors de la seconde ambassade de Henri de Sully à Avignon (Voyez n° 830, note 1). Nous n'avons pu déterminer quelle est l'affaire relative à l'église de Viviers dont le pape fait ici mention; peut-être s'agissait-il d'y nommer un titulaire, on sait que Guillaume de Flavacourt en devint évêque, le 9 juillet 1319 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 565; voyez aussi plus haut, n° 789).
[2] Cf. n° 879.

881 [Vers mai 1319?]

Gaucelmo cardinali quomodo duplicibus litteris sibi missis uti debeat significat eumque hortatur ut, in negotio domini de Mercorio et Radulphi de Perellis, juxta formam datam procedat statumque domus regie notificet. (Reg. 110, p. I, fol. 63, c. 202.)

« *Eidem*[1]. [*Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio*]. Sicut nostrum invalitudo, fili, tua contristaverat animum, sic iterum profecto convalescentia per tuas nobis reserata litteras jocundavit. Licet autem circa celerem tibi missorum expeditionem indubie te solicitum supponamus, quia tamen ipsa cordi nobis est admodum solicita, ut fias solici[ti]or, nuntiationis nostre stimulum juxta illud poeticum non nocet emisso subdere calcar equo, duximus adhibendum. Ceterum quia, sicut per litteras carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ac nonnul-

lorum ipsius nuntiorum solemnium huc dudum missorum percepimus quod cedula, te presente[2], nuntiis ipsis exhibita, admissa fuerat liberaliter et recepta, litteras duplices super contentis in ipsa cedula apertas tibi mittimus, bulla apostolica communitas, quarum has et illas exhibeas de quibus tue prudentie visum fuerit potius expedire; licet enim signata per A. nobis sufficientior videatur, quia tamen in alia magis continue texuntur verba cedule, si querentibus pilum in ovo ipsa forsitan non placeret, aliam duximus ordinandam[3]. Super hoc tamen prius cum nuntiis ipsis qui presentes inibi fuerint deliberare poteris et juxta illorum ordinationem facere, quia ipsos viros supponimus providos et fideles. In negotio domini de Mercorio ac magistri Radulphi de Perellis[4] procedas juxta in recessu tuo traditam tibi formam, certificaturus nos plenius de regio et totius domus regie statu ac tuo et aliis de quibus videris expedire. Datum[5]. »

[1] Cette adresse est à l'encre noire et non en rubrique.

[2] Le cardinal Gaucelme, revenant d'Angleterre, était entré à Avignon le 5 novembre 1318 (Voyez n° 424, note 6). Il reçut le 20 mars 1319, une nouvelle mission au sujet du rétablissement de la paix entre la France et la Flandre (n°s 800, 801). Il s'était donc trouvé, dans l'intervalle, avec les ambassadeurs envoyés par Philippe V à la cour pontificale en novembre 1318 (Voyez n° 830, note 1).

[3] Il est difficile de déterminer quelle est l'affaire dont parle le Pape et quelles sont les deux lettres qu'il dit envoyer au cardinal. Dans tous les cas, nous avons là une mention précise de ces lettres *in forma diversa* dont nous avons relevé de si nombreux exemples (Voyez n° 76, note 1).

[4] Reg. : *Mercusio*. Au sujet de Béraut de Mercœur et de Raoul de Pereaus, voyez n°s 1031, 1091, 1116; voyez aussi la note générale donnée à la suite du n° 746.

[5] Cf. Le pape félicite le cardinal Gaucelme de sa guérison, or nous avons vu que la fièvre dont ce prélat souffrit au mois d'avril 1319 (n° 854), retarda son arrivée auprès du roi de France et nous savons également qu'avant la fin de mai 1319 il s'était déjà entretenu avec ce prince, comme nous le constatons par le rapport même qu'il fit de sa mission et par les lettres qu'il obtint le 31 mai 1319 (Arch. nat., J. 563^A, n° 36, voyez aussi ci-après n° 912). Il semble, mais nous n'osons l'affirmer, que le document publié ci-dessus puisse se placer entre ces deux dates.

882 Avignon, 1er juin [1318-1319].

Philippo, regi Franciæ, respondet quod preces suas pro fratre Riccardo, monacho monasterii sancti Dionysii, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, in abbatem monasterii sancti Geremari Flaviacensis, Belvacensis diocesis, promovendo, admittere non potuit, eique Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, ejusdem Riccardi consanguineum, commendat. (Reg. 109, fol. 223 v°, c. 816; — Reg. 110, p. II, fol. 37 v°, c. 169 et 725; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 143, n° 89.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Dilectum filium magistrum Guillelmum de Flavacuria, archidiaconum Rothomagensem, suis exigentibus meritis et tue presertim recomendationis obtentu, favore benivolo prosequentes, que pro dilecto filio fratre Ricardo, monacho monasterii sancti Dionisii, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, consanguineo suo, in abbatem monasterii sancti Geremarii Flavacensis, Belvacensis diocesis, promovendo scripsisti, ad exauditionis admisissemus gratiam, contemplatione scribentis, si non obstitisset electio celebrata per conventum ipsius monasterii de abbate, que reservationem nostram ad instantiam tui factam de ipsius monasterii provisione precessit. Preces autem tuas pro monacho predicto directas, memoriter retinentes, ad votivum effectum suo tempore producendas, prefatum archidiaconum per te nobis, ut predicitur, commendatum, celsitudini tue versavice recomendare providimus, presertim cum ipsum ad fovendam et conservandam inter te et dilectum filium nobilem virum Carolum, comitem Marchie, fratrem tuum, mutuam caritatem et benivolentiam, sicut utilem sic et promptum et voluntarium supponamus. Dat. Avinione, kalendis junii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est postérieure à la réconciliation de Philippe V avec son frère, le 15 mai 1318 (n° 603) et antérieure à la nomination de Guillaume de Flavacourt comme évêque, le 9 juillet 1319 (Voyez n° 880, note 1). La date de 1319 peut être comme l'indique M. Guérard (*op. cit.*, p. 139, note 2) la plus admissible, mais rien ne permet de l'affirmer.

883 4 juin [1318-1319].

Garsiam Arnaldi, dominum de Navaliis, iterum hortatur ut viam intimatam in negotio Margaritæ, comitissæ Fuxensis, sequi velit. (Reg. 109, fol. 137 v°, c. 565; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 144, n° 90.)

« *Dilecto filio nobili viro Garcie Arnaldi, militi, domino de Novaliis.* Que, fili, per tuas litteras nobis noviter presentatas super negotio te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Margaritam, comitissam Fuxensem, contingente scripsisti, pleno collegimus intellectu, et certe pro partis utriusque comodo et honore placuisset nobis quod nostris beneplacitis te circa negotium ipsum largius inclinasses, et credimus quod id ipsum a carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, voluntate benivola minime discreparet. Adhuc igitur si viam per nos tibi alias intimatam[1] sequi volueris, parati erimus voluntarios labores assumere, ut tuis et dicte comitisse possimus providere compendiis et dispendiis precavere. Dat. II nonas junii[2]. »

[1] Nos 744, 745.

[2] Cf. Cette lettre postérieure, on le voit, à celles qui sont indiquées dans la note précédente et que Jean XXII avait écrites le 31 octobre 1317 au plus tôt, est antérieure au décès de Marguerite de Foix qui était déjà connu à Avignon le 17 juin 1319, (no 890) M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 144, note 2) déterminant la date de cette lettre par une autre lettre qu'il attribue au printemps de 1319, mais qui doit être identifiée, comme nous le montrons (no 745, note 2) avec celle du 31 octobre déjà mentionnée (no 744), ne donne que la date de 1319. Au sujet de la même affaire, voyez aussi no 742.

884 Avignon, 12 juin 1319.

Matham, comitissam Armaniaci, de comitis Armaniaci, filii sui, morte consolatur. (Reg. 110, p. I, fol. 81 vo, c. 296; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 144, no 91.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mate, comitisse Armaniaci.* Si recti censura — Datum Avinione, II idus junii, anno tertio. »

885 Avignon, 12 juin 1319.

Petro de Comitissa, fratri Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, ut Matheo de Varennis, Philippi regis Franciæ militi, in passagio transmarino faciendo adhæreat eique consilium et auxilium præstet. (Reg. 69, cur. fol. 525, c. 120.)

« *Dilecto filio Petro de Comitissa, fratri Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani.* Prudentiam tuam latere — Dat. Avinione, II idus junii, anno tertio. »

886 Avignon, 12 juin 1319.

Magistro Berengario de Olargiis ut a præfato Matheo de Varennis, de certa florenorum summa pro galeis commissa[1], rationem exigat a nona die mensis augusti, anni millesimi tricentesimi decimi octavi. (Reg. 69, cur. fol. 527 vo, c. 136.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensis, capellano nostro etc.* Meminimus tibi dudum — Dat. Avinione, II idus junii, anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, no 784.

887-888 Avignon, 12 juin 1319.

Durando Ouleti et quibusdam aliis mercatoribus ut quamdam florenorum summam prædictis Berengario et Matheo assignent[1]. (Reg. 69, cur. fol. 528, c. 137; — Reg. Avin, t. XI, fol. 492 vo, c. 137.)

« *Dilectis filiis Durando Ouleti, Durando Chistelli, Johanni Bandeti et Johanni Palmerii, de Montepesulano, mercatoribus, Magalonensis diocesis etc.* Cum de pecunia decime que, de mandato carissimi in Christo filii nostri.., regis Francorum illustris, ad mandatum nostrum solvenda, vobis extitit assignata, nobis adhuc viginti octo milia florenorum auri solvere teneamini, volumus quod eandem viginti octo milium florenorum summam et quicquid ultra restat de dicta pecunia forsitan ad solvendum, dilectis filiis magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensis, capellano nostro, et Matheo de Varennis, militi, exhibitoribus presentium, nomine nostro et Ecclesie Romane integraliter persolvatis. Nos enim thesaurario ac militi supradictis petendi et recipiendi a vobis dictam florenorum summam, et quicquid plus restat forsitan de dicta pecunia, ut predicitur, ad solvendum, et vos de illis quitandi et etiam absolvendi plenam concedimus tenore presentium potestatem. Dat. Avinione, II idus junii, anno tertio. »

[1] On trouvera plus haut (no 784) une lettre qui se rapporte évidemment au même sujet.

889 [11 mai 1318 — 17 juin 1319.]

Margaritam, comitissam Fuxensem, de ipsius statu certiorem facit eamque iterum hortatur ut pro concordia

cum sorore et nepotibus suis habenda nuntios idoneos et plene instructos mittat. (Reg. 109, fol. 145 v°, c. 589; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 77, n° 54.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Margarite, comitisse Fuxensi.* Supponentes indubie quod — De hiis autem que acta sunt circa tua negotia, per procuratores tuos nuper a nostra presentia recedentes, qui exinde plene sunt conscii, poteris seriosius informari. Porro si super facto te, sororem ac nepotes tuos contingente, ad nos sicut tibi sepe suasimus, aliquos destinare decreveris, nobilitatem tuam solicitamus attente ut tales mittas qui sint viri pacifici et discreti, plenam a te potestatem habentes, omnesque cautelas, rationes et instrumenta ferentes que ad tuam justitiam faciant et qui per omnia tue conscii voluntatis existant, ut cum illis et per te expeditionem ipsius negotii, assistente Domino, utiliter aggredi valeamus. Dat. ut supra[1]. »

[1] V *kal. julii* (27 juin), dans une lettre qui n'a pas de rapport avec celle que nous publions aussi sans refuser absolument cette date, nous ne nous croyons pas, par ce que nous savons de la constitution des registres 109 et 110, autorisés à en tenir compte (Voyez n° 5, note). Il s'agit ici de la réconciliation que Jean XXII voulait amener entre les maisons de Foix et d'Armagnac. Il résulte du texte même de sa lettre qu'il avait déjà écrit à plusieurs reprises aux parties : *sepe suasimus* et on trouve en effet des conseils analogues à ceux qu'il donne ici, adressés à Marguerite de Foix le 21 mars (n° 508), le 15 avril (n° 565) et le 11 mai 1318 (n° 592). D'autre part, cette dernière n'étant plus en vie le 17 juin 1319 (Voyez n°s 890, 892), on peut conclure que notre lettre est comprise entre ces deux dates.

890 [20 mars — 17 juin 1319.]

Gastonem, comitem Fuxensem, de Margaritæ, comitissæ Fuxensis, aviæ suæ, morte consolatur favoremque ei pro se et suis ac nonnullis clericis qui commendati fuerant promittit. (Reg. 110, p. 1, fol. 81 v°, c. 294; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 146, n° 92.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi.* Nobilitatis tue litteras per quas bone memorie quondam Margarite, comitisse Fuxensis, avie tue, obitum intimabas tuasque nobis recommendabas personam et terras, illo compassionis et dilectionis affectu percepimus quo ad te et domum tuam benivolentia afficimur speciali. Sane, fili, licet vita comitisse predicte nobis foret desiderabilis admodum et accepta ipsamque adhuc domui sue fore perutilem putaremus, quia tamen ei qui vite spiritum cunctis ab Adam prodeuntibus misericorditer et mirabiliter usque ad suum beneplacitum elargitur[1], spiritum vite quem in eam creaverat ad se placuit revocare, ejus nos beneplacitis coaptantes, ejus obitum equanimiter toleramus, ymmo revocanti gratiarum actiones exolvimus quia ei tamdiu dedit laudabiliter vivere et ante finem[2] dignatus est ipsam adeo sepius visitare quod se potuit et debuit, quod et eam fecisse credimus, taliter preparare quod Deo acceptabilem redderet spiritum qui creaverat illum; quod et tu, fili et omnes cari ejus debetis similiter et exsolvere et portare. Optamus autem, fili, ut et tu hoc, scilicet quod mori (non) habes, quando autem, ubi, qualiter et in quo statu ignoras, ante tue mentis occulos jugiter teneas, sciturus quod talium memoria te ab illicitis retrahet et animabit[3] ad licita et tuo Creatori accepta. Ceterum personam et terras tuas, cum ad te et omnes de domo tua specialem gesserimus et geramus dilect[i]onis affectum, habere disponimus precipue commendatos, volentes ut ad nos cum omni fiducia et securitate recurras in hiis que tibi oportuna fuerint, cum habundantia paterne dulcedinis, quantum cum Deo poterimus, percepturus. Clericos autem pro quibus scripsisti recomendatos habebimus, prout dilectus filius magister Manaldus, capellanus noster, nuntius tuus, lator presentium, tibi refferre poterit oraculo vive vocis. Datum[4]... »

[1] Reg. : *elargiter.*
[2] Reg. : *fidem.*
[3] Reg. : *animabis.*
[4] Cf. Cette lettre est antérieure au 17 juin 1319, puisqu'à ce moment la mort de Marguerite de Béarn, comtesse de Foix, était connue à Avignon (Voyez n° 892). On sait, d'autre part, que cette dernière avait fait son testament le 20 mars de la même année (Arch. des Basses Pyrénées, E. 296; — *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IX, p. 385, note 5; — L. Guérard, *op. cit.*, p. 146, note 1, et p. 147, note 3, où l'éditeur cherche à préciser la date de la lettre que nous publions ici. Voyez aussi ci-après n°s 994 et 1117).

891 [20 mars — 17 juin 1319.]

Arnaldo Guillelmi, domino de « Lescure », de eisdem scribit hortaturque eum ut in executione ejusdem Mar-

garitæ, sororis suæ, testamenti, se fidelem et sollicitum exhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 82 v°, c. 295; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 147, n° 93.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo Guillelmi de Bearnio, domino de Lescure.* Litteras tuas recepimus — Datum[1]. »

[1] Cf. n° 890.

892 Avignon, 17 juin 1319.

Matham, comitissam Armaniaci, ad pacem cum Rogerio, comite Fuxensi, faciendam hortatur, cum treugæ prius initæ, in festo beati Johannis Baptistæ proxime venturo finituræ sint. (Reg. 110, p. I, fol. 82, c. 297; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 149, n° 94.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Mate, comitisse Armaniaci.* Illa te tuamque domum dilectionis sinceritate prosequimur ut, tuum et ipsius statum pacificum et tranquillum paternis desiderantes affectibus, ad preservationem illius, quantum cum Deo possumus, intendamus. Nosti siquidem, filia, quod treuge dudum inter te et quondam comitem Armaniaci, filium[1], ac dilectum filium nobilem virum Rogerium, comitem, pronepotem tuos et quondam comitissam Fuxenses, aviam ejusdem comitis Fuxensis[2], dum viveret inite, in festo beati Johannis Baptiste venturo[3] proxime finientur[4] et ideo tue ac subditorum tuorum salutis et quietis expedit comodis ut attenta circumspectione provideas ne desolationis pejorum guerrarum incurras miserabilia recidiva. Quanta etenim ex concordia inter te dictumque comitem, si votis nostris annueret Dominus, reformanda, provenire posset utilitas, ipsa dispendiorum, que jam ex perniciosa commotione guerrarum inter te ac comitem et comitissam predictos retroactis temporibus emerserunt, consideratio manifestat. Sopiret equidem lenitas pacis mala que guerrarum ipsarum calamitas introduxit, detrimentis animarum occurreret, obviaret personarum periculis et, preter multa scandala que sedaret, bonorum dispendiis et aliis innumeris finem imponeret nocumentis. Cum igitur ad hoc nostra suspiret intentio et ad hoc nostra desideria dirigantur, ut inter te dictumque comitem solide pacis et grate concordie stabilitas reformetur, nobilitatem tuam rogamus, monemus et hortamur in Domino tibique paterno et sano consilio suademus quatinus, premissis et aliis periculis infinitis que guerrarum hujusmodi producerent recidiva ac negotii circumstantiis universis diligenti consideratione prospectis, ejus obtentu qui pacis est actor, animum tuum ad pacem inclines, a bellicis conflictibus abstinens, jus tuum per viam justitie vel tractatus amicabiles prosequaris, aliquos bonos et ydoneos viros, pacis et concordie zelatores, qui una cum electis a dicto comite, cui super hoc scribimus[5], nec non et nobilibus et comunitatibus Bearnii tractatus pacificos prosequantur et, dirigente Domino, terminent, eligendo. Quod si forsan super hoc convenire non possent, nos parati sumus pro reformatione pacis hujusmodi, quamvis assidue curis immensis et arduis negotiis distrahamur, quantum cum Deo possumus, solicite laborare. Quapropter volumus et sano tibi consilio suademus ut, si dicti comes ac nobiles et comunitates in hiis consenserint, tu, quantum ad te pertinet, id idem facere non omittas. Super hiis igitur sic nostris precibus, monitis et exhortationibus acquiescas quod tuis et ipsius comitis communibus occuratur periculis et communibus utilitatibus consulatur, tuque, velut pacis filia, divinam misericordiam tibi magis proinde sentias propitiam et benignam. Dat. Avinione, xv kal. julii, anno tertio. »

[1] On trouvera plus haut (n° 884) la lettre que Jean XXII écrivit, le 12 juin 1319, au sujet de la mort de Bernard d'Armagnac.

[2] Voyez ce que nous disons ci-dessus, n° 890, note 4, et, au sujet du nom de Roger, n° 893, note 1.

[3] Reg. : *venturum*.

[4] Au sujet des trèves fixées entre les maisons de Foix et d'Armagnac, voyez nos 588-596, 678-680.

[5] N° 893.

893 [Avignon, 17 juin 1319.]

Rogerio, comiti Fuxensi, de eodem. (Reg. 110, p. I, fol. 82, c. 298; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 151, n° 95, non publié.)

« *Dilecto filio nobili viro Rogerio, comiti Fuxensi*[1]. Illa te tuamque — Datum ut supra[2]. »

[1] Ce comte de Foix est généralement connu, ainsi que le fait remarquer M. Guérard (*op. cit.*, p. 151, note 1), sous le nom de Gaston. C'est à lui que Gaston, premier du nom, son père, laissa par testament tous ses domaines (ARCHIVES DES BASSES PYRÉNÉES, E. 402, cf. *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IX, p. 352). Il aurait porté deux noms, comme son frère Roger Bernard, à moins que le pape ne l'ait confondu avec ce dernier (Voyez, sur un cas analogue, n° 177, note 1).

[2] N° 892.

894 [Avignon, 17 juin 1319.]

Gastoni, vicecomiti Fezensaguelli, ut ad eamdem pacem procurandam partes sollicitudinis suæ apud præfatam Matham, comitissam Armaniaci, matrem suam, interponat. (REG. 110, p. I, fol. 82, c. 299; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 151, n° 96.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, vicecomiti de Fensaghesio* (sic). Nosti, fili, et adhuc tue credimus insidere memorie quod treuge dudum inter dilectum filium nobilem virum comitem, et quondam comitissam Fuxenses, dum adhuc viveret, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam, matrem, et quondam comitem Armaniaci, fratrem tuos, tunc viventem, ex altera inite, in festo beati Johannis Baptiste venturo proxime finientur, propter quod eadem comitissa Armaniaci, ei periculosis animarum, corporum et bonorum dispendiis que dudum guerrarum calamitas introduxit et que ipsa et homines terre sue ex recidivis guerrarum hujusmodi possent incurrere, multorumque bonorum comodis que illis pacis germinaret amenitas per litteras nostras super hoc directas eidem diligenter ostensis, per easdem litteras rogamus, monemus et hortamur attentius in Domino Jhesu Christo ut ipsa, hiis et negotii circumstantiis universis diligenti consideratione prospectis, et a bellicis conflictibus abstinens, jus suum per viam justitie vel tractatus amicabiles prosequatur, aliquos bonos et ydoneos viros, pacis et concordie zelatores, qui una cum electis a dicto comite, cui super hoc scribimus, nec non nobilibus et communitatibus Bearnii, tractatus pacificos prosequantur et, dirigente Domino, terminent, eligendo. Quod si forsan super hoc convenire non possent, nos parati sumus pro reformatione pacis hujusmodi, quamvis assidue curis immensis et arduis negotiis distrahamur, quantum cum Deo possumus solicite, laborare; propter quod eidem comitisse sano consilio suademus ut, si dicti comes, nobiles et comunitates Bearnii in hiis juxta instantiam exhortationis nostre consenserint, ipsa, quantum ad eam pertinet, id facere non obmittat. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, prudenter considerans quod ejusdem matris tue comoda te contingunt et expers dispendiorum ipsius esse non potes, quod ipsa hujusmodi nostris precibus, monitis et hortationibus acquiescat, ad hoc modis et viis utilibus exquisitis, partes tue solicitudinis apud eam efficaciter interponas[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme les précédentes (n[os] 892, 893).

895 [Avignon, 17 juin 1319.]

Pontio de Omelacio, militi, de eadem pace procuranda. (REG. 110, p. I, fol. 82 v°, c. 300; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 151, n° 97.)

« *Dilecto filio Poncio de Omelacio, militi.* Tue credimus insidere memorie quod treuge dudum inter dilectum filium nobilem virum Rogerium, comitem, et quondam comitissam Fuxenses, dum adhuc viveret, ex parte una — Cum igitur te de ipsius comitis statu pacifico et tranquillo attentior, ut credimus, cura solicitet, discretionem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, quod idem comes hujusmodi nostris precibus, monitis et exhortationibus acquiescat, ad hoc modis et viis utilibus exquisitis, efficaciter apud eum partes tue solicitudinis interponas[1]. »

[1] Cf. n° 892.

896 [Avignon, 17 juin 1319.]

Arnaldo de « Lascurra » ut, juxta tractatum cum electo Vaurensi habito, studium ad prædictam pacem procurandam adhibeat. (REG. 110, p. I, fol. 82 v°, c. 301; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 152, n° 98.)

« *Dilecto filio nobili viro Arnaldo Guillelmi, domino de Lascurra.* Propter deffectum procuratorum dilecti filii nobilis viri.., comitis Fuxensis, ac nobilium et comunitatum Bearnii qui ad nostram presentiam non

venerunt, pacem inter eundem comitem et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Matham, comitissam Armaniaci, tractare nequivimus nec comode indicere treugas vel etiam procurare, presertim cum idem comes sit impubes ac per consequens aliquatenus ligari non posset; propterea specialem habuimus cum dilecto filio electo Vaurensi tractatum quod eandem comitissam, matrem suam, solerter induceret ut, jus suum per viam justitie vel tractatus amicabilis prosequendo, a conflictibus bellicis abstineret, et nichilominus aliquos bonos viros, pacis et concordie zelatores eligeret, qui, una cum electis a comite ac nobilibus et comunitatibus antedictis, prosequerentur tractatus pacificos, et, dirigente Domino, terminarent. Quod si forsan ipsi super hoc convenire non possent, nos parati sumus pro reformatione pacis hujusmodi, quamvis assidue curis immensis et arduis negotiis distrahamur, quantum cum Deo possumus, solicite laborare. Quare volumus et tibi sano consilio suademus ut, si dicta comitissa, cui etiam super hoc scribimus per litteras nostras, super hiis consenserit, tu id idem, quantum ad te pertinet, facere non omittas, ac nobiles et comunitates predictos ad illud faciendum et servandum inducas sicut efficacius videris expedire[1]. »

[1] Cf. Cette lettre n'est pas datée, mais elle se rapporte évidemment à la même affaire que les quatre lettres qui précèdent (nos 892-895), ainsi que le prouvent le texte même et l'analyse donnée par l'index du registre : « *Arnaldo de Lascurre* (sic) *super eodem* ». Elle est postérieure au décès de Marguerite de Béarn, comtesse de Foix (Voyez no 890), et la lettre à laquelle le pape fait allusion est celle qui est reproduite sous le no 892.

897 Avignon, 22 juin 1319.

Thomæ, decano Andegavensi et collegis ejus, ut Johannem dictum de Capella, quem magister Reginaldus de Melleto, cantor ecclesiæ Cenomanensis, sui testamenti executorem constituerat, ad solvendum summam quadringentorum nonaginta octo florenorum auri compellant, ratione decimæ ecclesiarum civitatis Cenomanensis. (Reg. 69, cur. fol. 529, c. 140 et 1721.)

« *Dilectis filiis Thome, decano Andegavensis, ac.., preposito Claromontensis et Symoni, scolastico ejusdem Andegavensis ecclesiarum.* Dudum ad felicis — Dat. Avinione, x kal. julii, anno tertio. »

898 23 juin [1317-1319].

Philippo, regi Franciæ, de sollicitudine sua regratiatur et ab eo de negotio Flandriæ certiorem fieri petit. (Reg. 109, fol. 172, c. 667 et 679[6]; — Reg. 110, p. i, fol. 68, c. 232.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Evidenter, carissime fili, cognoscimus quod latere non potest regalis ad nostram personam affectus, audivimus et enim gratitudine benigna referimus qualiter, ad te cujuspiam assertione perducto quod nos fueramus a Domino egritudinis visitati molestiis, licet idem nos attingere convalescentie terminos misericorditer indulsisset, tu, de scienda patris continentia filiali devotione et interna caritate solicitus, ad nonnullos ex tuis fidelibus litteras invectivas per specialem nuntium destinasti, eos graviter increpans quod circa significationem status nostri in cujus prosperitate vel adversitate valde curialiter participare te asseris, non curarant apud te solicite solertiam cujusvis alterius prevenire, illis nichilominus instanter injungens ut tuum adhuc hesitantem circa id animum celeri responsiva solidum redderent atque certum. Nos igitur, amantissime fili, pro tanti affectus plenitudine, condigna gratiarum actione premissa, quia de hiis que circa nos aguntur loqui certius ceteris possumus, celsitudini regie veraciter intimamus quod quicquid mendax cujusquam assertio tuo instillavit auditui, a tempore quo tui nuntii de curia dicesserunt a nostre promotionis initio[1], nullius morbi nulliusve discrasie notabilis afflicti fuimus tediis, auctore protegente salutis, immo Deus ipse per sui gratiam hucusque prospere custodivit introitum nostrum et exitum, et de illius misericordia ac pia fidelium intercessione confidimus quod, quamvis id merita nostra non exigant, custodiet in futurum. Denique, dilectissime fili, de statu tuo utinam semper ut cupimus prospero et jocundo, ac negotiorum Flandrie que ad votivum exitum et felicem perducat Altissimus, ut optamus, quamprimum oportunitas et certitudo se offerrent, nos velis quesumus reddere certiores. Dat. ix. kal. julii[2]. »

[1] On ne peut déterminer quels furent ces envoyés. S'il s'agissait de l'ambassade solennelle de 1317-1318 (Voyez no 330, note 2), cette lettre serait au plus tôt de 1318.

[2] Cf. Cette lettre est, semble-t-il, antérieure à d'autres lettres du 11 septembre 1319 (nos 930-940) par laquelle Jean XXII se félicite de l'heureuse issue des affaires de Flandre, bien qu'à ce moment la paix ne fut pas pleinement confirmée.

899 Avignon, 27 juin 1319.

Ludovicum de Petragrossa, civem Avinionensem, in omnibus causis Ecclesiæ Romanæ ejusque officialium procuratorem constituit. (Reg. 69, cur. fol. 527 v°, c. 135.)

« *Dilecto filio Ludovico de Petragrossa, civi Avinionensi.* De fidelitate ac — Dat. Avinione, v. kal. julii, anno tertio. »

900 Avignon, 30 juin 1319.

Guillelmo Gironcle, Hugoni de Engolisma, Petro Ricani et Hugoni Giffredi, ut in Arelatensi et Aquensi provinciis exigant et recipiant pecuniam decimæ olim a Clemente V per sex annos in concilio Viennensi pro Terræ Sanctæ subsidio impositæ. (Reg. 110, p. II, fol. 52, c. 252 et 807; — Reg. 69, cur. fol. 527 v°, c. 134.)

« *Dilecto filio Guillelmo Gironcle, decano Avinionensis et Hugoni de Engolisma, preposito Claromontensis, ac Petro Ricani ejusdem Avinionensis ecclesiarum sacriste et Hugoni Giffredi, civi Avinionensi.* De vestre circumspectionis — Dat. Avinione, II kal. julii, anno tertio ».

901 Avignon, 30 juin 1319.

Eisdem ut pecuniam ejusdem decimæ in Arelatensi, Lugdunensi et Viennensi, Aquensi, Ebredunensi, Bisuntina et Tarantasiensi provinciis collectam percipiant. (Reg. 69, cur. fol. 532 v°, c. 155.)

« *Dilectis filiis Guillelmo Gironcle, decano Avinionensis et Hugoni de Engolisma, preposito Claromontensis ac Petro Ricani, ejusdem Avinionensis ecclesiarum sacriste etc.* De vestre circumspectionis — Dat. Avinione, II kal. julii, anno tertio. »

902 Avignon, 12 juillet 1319.

Præfato Hugoni de Engolisma, quid agere debeat ratione diversorum articulorum tam per Odonem, Carpentoratensem electum, contra Fulconem de Veiraco, vicarium secularis curiæ Carpentoratensis, quam per eumdem Fulconem contra officiales ejusdem episcopi propositorum. (Reg. 69, cur. fol. 548, c. 200.)

« *Dilecto filio Hugoni de Engolisma, preposito ecclesie Claromontensis.* Cum nuper diversis articulis tam per venerabilem fratrem Oddonem episcopum, tunc electum Carpentoratensem, contra Fulconem de Veiraco, vicario secularis curie Carpentoratensis, quam per eumdem Fulconem contra officiales ejusdem episcopi propositis super nonnullis injuriis, violentiis et excessibus per eundem Fulconem et suos ac officiales eosdem, ut asserebatur, commissis, informationem juxta formam mandati nostri sub certa forma super hoc tibi directi duxeris faciendam ac per informationem eandem apparere noscantur contra dictum Fulconem ac Rostagnum Malisanguinis, tunc officialem, Bernardum de Maloleone, Bernardum de Ponte, tunc vicarios, et Johannem de Casamara, buticularium ejusdem episcopi, talia fuisse comperta quod ea non decet oculis conniventibus pertransire, discretioni tue de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatinus, super contentis in articulis tibi per dilectum filium Petrum, abbatem monasterii sancti Saturnini Tholosani, ordinis sancti Augustini, sancte Romane Ecclesie vicecancellarium, exhibendis, vocatis qui fuerint evocandi et auditis rationibus et defensionibus quorum intererit, ex officio inquiras et audias auctoritate nostra cum ejusdem vicecancellarii consilio, exacta diligentia, veritatem, et ipsos prout qualitas culpe ipsorum poposcerit, cum prefato consilio punias et debita animadversione castiges. Preterea cum per prefatam informationem appareat contra Hugonem Larnavel, diaconum, Raymundum et Sicfredum de Masano, Petrum Nicolai, Bertrandum Geraldi, clericos, notarios Carpentoratenses, Durandum del Vernh et Guillelmum Elisiarii, campsorem, Guillelmum Elisarii, sartorem, Ramundum et Sicfredum Gonterii de Carpentorate ac Ramundum Garro, alias de Insula de Paternis, qui in ipsa infor-

matione deposuisse noscuntur, ipsorum aliquos de se fuisse confessos, aliquos in serie sui testimonii et alias deliquisse, et aliquos de nonnullis excessibus vehementer esse suspectos, tibi mandamus insuper quatinus auctoritate prefata contra ipsos, juxta comperta per informationem jamdictam, ex officio procedendo, eos punire prout singulorum excessus exegerint cum memorato consilio non omittas, et si quos de predictis reperis innocentes, absolvas eosdem, super premissis omnibus et singulis summarie et de plano absque judiciorum strepitu et figura procedens. Dat. Avinione, IIII idus julii, anno tertio. »

903 Avignon, 15 juillet 1319.

Magistro Rigaldo de Asserio, rectori ecclesiæ sancti Stephani Tolosani, ut exigat certam pecuniæ summam ab executoribus Johannis quondam episcopi Wintoniensis. (Reg. 69, cur. fol. 527 v°, c. 135.)

« *Dilecto filio magistro Rigaldo de Asserio, rectori parrochialis ecclesie sancti Stephani Tholosani, capellano nostro.* Cum sicut nuper — Dat. Avinione, idus julii, anno tertio. »

904 [20 mars — 20 juillet 1319.]

Beraldum, dominum de Mercolio, iterum hortatur ut Philippum regem placare studeat. (Reg. 110, p. I, fol. 80, c. 285.)

« *Dilecto filio nobili viro Beraudo, domino de Mercolio.* Tibi, fili, nunc verbo et nunc litteris[1] meminimus suasisse ut regiam procurares tibi restitui gratiam, et iram ejus quam sapiens fore mortis meritum asserit declinares, sed quia parum adhuc profuisse percipimus, eadem repetimus, et ut ea, omni animositate deposita, compleas, sano tibi consilio suademus, nobilitatem tuam exhortantes in Domino et rogantes, quatinus tuum sic inclinare cures animum ad ea que ad reconsiliationem et pacem hujusmodi faciunt, quod ad optatum perducantur effectum, attente precogitans quanta dispendia comitantur discordiam et quot bona mutuam amicitiam et benivolentiam amplexantur[2]. »

[1] Voyez nos 746, note et 777.

[2] Cette lettre et les deux suivantes, postérieures au 20 mars 1319, date de la mission du cardinal Gaucelme (nos 800, 801), sont antérieures au 20 juillet de la même année, puisqu'à ce moment Jean XXII savait que Béraut de Mercœur s'était soumis au roi de France (n° 908). Elles ont précédé peut-être d'autres lettres que nous publions ci-dessus sur le même sujet (nos 870-872); mais, étant données les réserves que nous avons faites à ce propos, nous ne pouvons l'affirmer.

905 [20 mars — 20 juillet 1319.]

Gaucelmum cardinalem similiter hortatur ut ad pacem inter dictum Beraldum et eumdem regem procurandam zelum, sicut incepit, adhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 80, c. 286.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali.* Cum reconsiliari excellentie regie dominum de Mercolio, ac inter eumdem et dominum de Soliaco pacis federa reformari, attentis comodis que ex hiis sequi poterunt et dispendiis que ex contrario subsequi formidamus, intensis desideriis affectemus, tuam solicitudinem et diligentiam attente providimus excitandam quatinus, ut hiis que circa premissa cepisti prudenter agere finis votivus correspondeat incessanter, studeas laborare[1]. »

[1] Cf. n° 904.

906 [20 mars — 20 juillet 1319.]

H[ugoni][1] de Burgundia de eisdem scribit eique respondet quod preces suas pro magistro de Argileriis porrectas exaudire nequivit. (Reg. 110, p. I. fol. 80. v°, c. 287.)

Dilecto filio nobili viro H. de Burgundia, militi. Cesserunt nobis ad gaudium et exultationis multe materiam que de te, fili, hiis diebus nobis fidelium testimonia retulerunt. Habet quidem eorum nobis grata relatio quod tu, velut pacis angelus, laborem reconciliandi virum nobilem Beraudum, dominum de Mercolio, militem, carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, ac inter eumdem B. et virum nobilem Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, inter quos pacis hostis et zizanie semi-

nator odii sparserat semina, pacis reformande federa ultroneus assumpsisti. Hec, fili, procul dubio illi soli credimus ascribenda qui ubi vult spirat et corda quorumlibet ad nutum sue voluntatis inclinat. O fili, si prudenter consideres hujus propositi exitum, si fructum operis mediteris, procul dubio sicut speramus firmiter, zelus tuus adeo accendetur quod tibi molestiam ingeret propositi ejusdem quecunque dilatio, et desiderantis affectibus presentabit ipsa quasi celeritas tarditatem. Provide itaque, fili, ne tua tam salubris dispositio more cujusquam dispendium patiatur, quia multe sunt insidie hostis pacis, provide ut ex[c]itatum in te a Domino spiritum ne[c] extinguas nec a quibuscunque te a tam salubri proposito retrahere volentibus patiaris extingui, sed persta in ceptis jugiter quousque, dicto efficiente et te cohoperante, finem Deo gratum, angelis festivum, ac tibi meritorium et exemplarem ceteris consequaris, ad nos et Romanam curiam in hiis que tibi oportuna fuerint recursum cum omni securitate et fiducia, quantum cum Deo poterimus, habiturus. Ad hec preces quas nobis pro dilecto filio magistro Johanne de A[r]gileriis[2] porrexisti, certis ex causis probabilibus nequivimus exaudire, sed ipsum carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustris, cujus familiaris existit, ac tuarum precum intuitu et sue probitatis obtentu, procul dubio habere intendimus oportuno tempore propensius evidentia operis comendatum[3]. »

[1] D'après l'index du registre.
[2] Voyez, au sujet de ce personnage, nos 952, 1128, 1129.
[3] Cf. no 904.

907 Avignon, 20 juillet 1319.

Gaucelmo cardinali mandat ut se informet et secrete rescribat an, vacante Rothomagensi ecclesia durantibusque regalibus, præbendarum collatio ad regem Franciæ pertinere consueverit. (Reg. 110, p. i, fol. 63 v°, c. 203.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Habet aliquorum relatio nobis facta quod in ecclesia Rothomagensi, cum ipsam pastore vacare contingit, etiam durantibus regalibus, ad regem Francie qui est, collatio non pertinet prebendarum, licet a nonnullis qui regalia jura deffendunt contrarium asseratur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus plane ac simpliciter et sine omni scriptura publica, secreto te debeas informare an, durantibus dictis regalibus, in eadem ecclesia prebendarum collatio ad ipsum regem consueverit pertinere, et quicquid super hiis inveneris nobis per tuas litteras quamtocius studeas intimare. Dat. Avinione, xiii kal. augusti, anno tertio. »

908 Avignon, 20 juillet 1319.

Philippo, regi Franciæ, de submissione Beraldi, domini Mercorii, congratulatur eumque hortatur ut in justitia eidem Beraldo exhibenda se clementem præbeat. (Reg. 110, p. i, fol. 81, c. 291; p. ii, fol. 7, c. 43.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Exultavit cor nostrum in Domino, fide digna relatione percepto quod dilectus filius nobilis vir Beraldus, dominus Mercolii, miles, saniori usus consilio, ad clementiam redierat regiam, eidem totaliter et ejus beneplacitis se submisit, quodque regia celsitudo se mitem et mansuetam evidenter ostendens, submissionem hujusmodi clementer admisit, super quo, de submittentis obedientia exultantes in Domino, recipientis clementiam multipliciter comendamus, illi gratiarum actiones uberes refferentes qui, nos instruens, obedientiam usque ad mortem ignominiosam utique servare studuit, et misericordiam qua omnes egere noscimur cum omnes offendamus in multis, misericordibus repromisit. Sane quia sicut mora gratie detrahit, sic eidem celeritas adicit, serenitatem regiam exhortamur ut arresto in quo teneri dictus nobilis dicitur[1], finem celerem tribuat et super aliis matura justitiam clementia temperatam, que firmat solia regia et, subditos assecurans, ipsos ad fidelitatem suorum superiorum animat et ad ipsorum devotionem constantem inclinat, eidem non differat diutius exhibere; per hec enim regem regum qui tarda nescit molimina imitabis aliosque ut ad sinum tue misericordie fiducialiter redeant invitabis, nosque quibus

hoc acceptum erit admodum, ad tua beneplacita fortius astringemur. Dat. Avinione, XIII kal. augusti, anno tertio. »

[1] On a vu que Béraut de Mercœur était venu se mettre, le 28 juin, à la disposition du roi et qu'il fut envoyé en prison (Voyez n° 746, note).

909 21 juillet [1319?]

Carolum, comitem Valesii, rogat ut attemptata a gentibus suis in abbatis et monasterii sanctorum Sergii et Bacchi juxta Andegavis præjudicium corrigi faciat (Reg. 110, p. I, fol. 50 v°, c. 164.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* De tua, fili, sinceritate supponimus ut a progenitorum tuorum semitis non declinans, set eorum clara vestigia laudabiliter prosequens, rectitudine fidei et devotionis integritate ad Deum et ecclesias ferveas, ipsas et personas ecclesiasticas religionis presertim cultui dedicatas, bona et libertates earum protegas tue potentie clipeo et, absque usurpationis seu occupationis injuste dispendio, favorabiliter jura tuearis ipsarum. Propter quod, si quando per officiales tuos in ecclesiarum vel personarum ipsarum injuriam vel gravamen aliquid attemptetur novitatis indebite, preces tibi ea fidentius super hujusmodi novitatis reformatione dirigimus, quo te promptiorem in talibus reperire speramus. Cum itaque, sicut ad nostrum pervenit auditum, baylivus tuus in Andegavia pridem monasterium sanctorum Sergii et Bachi juxta Andegaviam, bona et res ipsius, in hac ultima sua vacatione sub gardia tua de novo posuerit, cum tamen nunquam alias, sicut asseritur, sub tua fuerit gardia nec persone cujuslibet secularis, nec hiis contentus, set nitens in vetitum, adhibitis sibi complicibus, quendam fratrem G., infirmarium monasterii supradicti, cui imponebat infra monasterium ipsum falsam fabricasse monetam, de ipso monasterio violenter abstraxerit, cum quo libuit captum ducens, et nichilominus bona ipsius monasterii et dilecti filii Petri, quem ipsi monasterio, suis exigentibus meritis, prefecimus in abbatem, ad manum tuam posuerit et saysiverit minus juste, libertatem et immunitatem ecclesiasticam temerariis ausibus violans et infringens, nobilitatem tuam monemus et rogamus attente, tibi nichilominus in remissionem peccaminum injungentes quatinus, consideranter attento quod ecclesiasticorum deffensio jurium a te quasi debitum hereditarium in tuam personam quodam modo inclita progenitorum tuorum successione transfusum exigitur, per quod claritati non expedit fame tue ut in contrarium per tuos ministeriales agatur, quicquid circa hujus[modi] gardiam et abstractionem violentam ac captionem infirmarii memorati et saysinam bonorum ipsorum attemptatum est per baylivum ipsum et complices in ipsorum abbatis et monasterii prejudicium atque dampnum et in injuriam ecclesiastice libertatis, sic ob divinam et apostolice Sedis reverentiam atque nostram reformari et corrigi mandes et facias cum effectu, sicque in hiis et aliis eidem abbati quem benivola benignitate prosequimur te favorabilem prebeas et benignum, quod non solum proinde in exhibitione justitie justo judici placeas, per quod ab eo tibi vendices premium in executionis promptitudinem [sed etiam] prefato abbati favoris plenitudinem quam de te speramus exolvas, per quod attolli possit dignis in Domino laudibus nomen tuum. Dat. XII kal. augusti[1]. »

[1] Cf. D'après une lettre adressée le 23 août 1319 (n° 919) à l'évêque d'Angers au sujet des faits qui sont exposés dans le document publié ci-dessus, il y a tout lieu de croire que ce document appartient à la même année. Notons que Pierre, abbé, mentionné ici et dans la lettre du 23 août 1319, fut nommé le 31 octobre 1316 (Reg. avin., t. II, fol. 477), et cependant dans le livre de Guillaume le Maire publié par M. C. Port (*Mélanges historiques*, t. II, *Collection des documents inédits sur l'histoire de France*, 1877, p. 525), ce monastère est représenté comme privé d'abbé à la date du 1er février 1317 n. s.

910 [20-24 juillet 1319?]

Beraldo, domino Mercorii, congratulatur quod dictum Philippum, intercessione Johannæ reginæ, ad pacem pronum invenerit eumque hortatur ut etiam cum Henrico Soliaci concordiam habeat. (Reg. 110, p. I, fol. 76, c. 269.)

« *Dilecto filio nobili viro Beraldo, domino Mercorii.* Habes, fili, si que verbo ac scripto nobis insi-

nuare curasti diligenter attenderis, unde humiliato spiritu gratias uberes tu referas Creatori. Unde hoc tibi, fili, quod carissimus filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, qui nudius tertius tanquam leo rugiens contra te stridebat dentibus, velut agnus mansuetissimus subito sit effectus? Profecto non ex operibus justitie que tu feceris, sed secundum illius misericordiam in cujus manu corda regum consistunt et quo voluerit vertit ea. Unde hoc tibi quod carissima in Christo filia nostra Johanna, regina Francie et Navarre, tuum negotium sic efficaciter erga regem offensum adeo interposuerit partes suas? Unde hoc tibi quod ille nobilis vir Dei, non vocatus nec per te requisitus, sic viriliter, sic operose se reconsiliatorem interposuerit et sic efficaciter prosequatur, nisi ab illo qui delectatur in multitudine pacis? Hec, fili, scribe in tabulis cordis tui, hec de tua memoria non recedant, ne per ingratitudinem abrogetur quod per divinam clementiam misericorditer est concessum. Accelera, fili, ne pericliteris pacem sectare quam tibi virtute divina pietas preparavit, revertere ad Dominum tuum et humilia te sub manibus suis; indignationem suam placare stude, scriptum est etenim quod indignatio regis nuntius est mortis, et vir sapiens placabit eum; festina, ne tardaveris, quia multe sunt insidie hostis pacis et a mane usque ad vesperam temporum curavimus (!) inmutari[1], pacem quoque cum viro nobili Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie, diligenter perquire si Dei pacem habere appetis, quam quis nequit sine pace proximi adipisci, per quamque utriusque potentia reddetur fortior, cum virtus unica fortior sit [quam] si dispersa[2]. »

[1] Passage altéré; peut-être faudrait-il lire : *a mane usque ad vesperam tempus cernimus immutari*, suivant ce texte de l'Ecclésiastique (cap. XVIII, v. 26) : *A mane usque ad vesperam immutabitur tempus*, dont Jean XXII s'est évidemment inspiré.

[2] Cf. Ce qui est dit ici du bon accueil que Philippe V fit à Béraut de Mercœur, nous engage à rapprocher cette lettre de celle qui précède (n° 908) et d'une autre lettre que Jean XXII écrivit, le 24 juillet 1319 (n° 911), à ce seigneur pour l'exhorter à la paix avec Henri de Sully. Elle est sûrement antérieure au 7 juin 1320, puisqu'à ce moment une sentence que Jean XXII jugeait trop sévère et qu'il chercha à faire adoucir avait été rendue contre le sire de Mercœur (n°s 1081-1086; voyez aussi la note générale publiée à la suite du n° 746).

911 Avignon, 24 juillet 1319.

Eumdem B[eraldum] ad pacem cum dicto domino Soliaci reformandam hortatur. (Reg. 110, p. I, fol. 80 v°, c. 288; p. II, fol. 8, c. 49 et 605.)

« *Dilecto filio nobili viro B., domino de Mercolio, militi.* Utinam, fili, consideranter attenderes quam gravibus periculis te tui effrenis impetus animi diebus preteritis adduxere. Profecto, si ea deduxeris et diligenter examinaveris in consistorio rationis, reperies unde imposterum freno rationis, ne prolabaris ad similia, tales impetus studeas cohibere ne tibi, quod absit, contingat quod de talibus sapiens ait : stultorum prosperitas perdet eos; tales enim se semel considerantes in periculis liberatos, ad similia, sperantes liberari similiter, redeunt, in quibus tamen corruunt nec resurgunt. Sane quia pax Dei sine pace proximi non habetur, inquire, quesumus, cum dilecto filio nobili viro domino Soliaci, militi, cui injuste juxta magnorum testimonium detraxisti, pacis federa reformare, nec queras inde honorem alium quam illum forsan qui penitenti et satisfacienti noscitur debitus unde confusionem et penam nosceris meruisse. Dat. Avinione, IX kal. augusti, anno tertio. »

912 [Vers mai-juillet 1319.]

Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, de adventu suo apud regem et reginam Franciæ necnon de gestis cum eis gratias agit eumque de Bertrandi, [tituli sancti Marcelli] presbyteri cardinalis, ad partes Italiæ missione certiorem facit. (Reg. 110, p. I, fol. 63, c. 201.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio*[1]. Geminas tuas, fili, litteras nos hiis diebus successive preteritis noveris recepisse, quarum primarum series te pervenisse Parisius, secundarum Pontisaram nuntiabat, seriosius exprimens que tam super principali negotio, quam super aliis per nos tue commissis providentie, carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, ac carissime filie Johanne, regine Francie et Navarre, pro parte nostra studuisti exponere ac que illis ad proposita placuit respondere. Quibus diligenter attentis,

et tuam diligentiam providam merito commendamus, et eorum benivolentiam prosequentes...[2] actionibus gratiarum, tuam nichilominus solicitudinem exhortantes quatinus, ut premissa votivum consequantur effectum, studeas operosum studium et studiosam operam adhibere, sciturus quod dilectum filium nostrum Bertrandum, tituli [sancti Marcelli] presbyterum cardinalem, de fratrum nostrorum consilio legatum ad partes Ytalie duximus ordinandum. In confectione presentium vivebamus Dei misericordia sospiter nos et fratres. Datum[3]. »

[1] Dans le registre il y a simplement *eidem* et cette adresse n'est pas en rubrique.

[2] Un blanc.

[3] Cf. Cette lettre est postérieure au 20 mars 1319, puisque c'est de ce moment que date la mission du cardinal Gaucelme en France (nos 800, 801). D'autre part, le cardinal Bertrand du Pouget, du titre de saint Marcel, fut envoyé en Lombardie durant la troisième année du pontificat de Jean XXII, c'est-à-dire entre le 5 septembre 1318 et le 4 septembre 1319, suivant une lettre de ce pape (Reg. vat. 70, cur. fol. 46, c. 145; S. Riezler, *Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern*, p. 73, n° 121) qui ne renferme aucune date plus précise, mais qui est du 23 juillet au plus tard. En effet la mission de ce légat qui reçut à ce moment les pouvoirs nécessaires, était déjà décidée ainsi que le prouvent les paroles de Jean XXII : *Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato. Cum te ad Lombardie et alias partes destinemus...* (Reg. vat. 69, cur. fol. 548, c. 201; — S. Riezler, *op. cit.*, p. 94, n° 170). Le document que nous publions ici pourrait donc avoir été écrit vers cette époque; mais, comme le pape a pu manifester son intention avant cette date, comme le départ de Bertrand du Pouget avait été, semble-t-il, retardé (Voyez n° 1040), qu'on peut se demander enfin s'il n'est pas fait allusion ici à la première entrevue qu'aurait eue, vers mai 1319 (Voyez n° 881, note 5), le cardinal Gaucelme avec le roi et la reine de France dont nous constatons la présence à Pontoise en mai et en juillet de la même année (Hist. de France t. XXI, pp. 479 M; 480 J); nous n'osons point préciser autrement la date que nous donnons.

913 Avignon, 1er août 1319.

Guillelmo, præposito ecclesiæ Magalonensis, ut census Ecclesiæ Romanæ debitos in civitate, diocesi et provincia Narbonensi exigat. (Reg. 69, cur. fol. 529 v°, c. 141.)

« *Dilecto filio Guillelmo, preposito ecclesie Magalonensis.* Cum nonnulli ecclesiarum — Dat. Avinione, kalendis augusti, anno tertio. »

914 [Avignon, 4 août 1319.]

Philippo, regi Franciæ, nonnulla episcopi Mimatensis et Bernardi Deliciosi facta tangentia rescribit hortaturque eum ut erga Carolum, comitem Marchiæ, ratione matrimonii ejus se liberalem exhibeat. (Reg. 110, p. II, fol. 3, c. 18 et 573.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras regias pro Mimatensi episcopo per dilectum filium Bertrandum de Rocanegata, militem regium[1], nobis noviter presentatas, affectione recepimus solita, ipsarumque tenorem et que idem miles ex parte regia referre voluit intelleximus diligenter, ad que excellentie regie respondemus quod de ipsa tenemus indubie ad nullum ipsam sic affici, sic cujusvis appetere gloriam seu honorem, quod ex hiis offensa divina aut nostra seu Sedis hujus confusio indebite sequi posset. In negotio autem memorati episcopi adeo est processum quod profecto absque premissorum sequela sic prefatum nequit extingui negotium, sicut ipse forsan episcopus suggerit regie magestati, sed ecce, fili carissime, nostri fuit et est propositi, sicut nonnullis ex tuis nuntiis meminimus expressisse, enquesta completa, cujus complementum per procuratores dicti episcopi hactenus extitit impeditum, ejusque relatione audita, super contentis in ea magnificentiam regiam informare, qua informatione diligenter attenta, regia providentia consultius videre poterit quid nos facere quidve ipsam super expeditione ipsius negotii deceat postulare. De fratre autem Bernardo Deliciosi, juxta votum regium, ante adventum dicti militis, fuerat ordinatum[2]. Ad hoc, carissime fili, quia gratum Deo existere credimus ac regie clementie convenire quod statui dilecti fili viri nobilis Caroli, comitis Marchie, germani tui, desolatione non vacuo, compassionis adaperiens viscera, ut de viribus illius matrimonii cognoscatur simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, ejus desiderio condescendas, celsitudinem regiam affectu quo possumus, exoramus, eidem nichilominus sano consilio suadentes ut super hoc se dicto nobili exhibeat liberalem. Si etiam matrimonium contingat reperiri invalidum, tam sibi quam consorti ejus secundum hoc putative poterit utique salubriter provideri. Si autem inventum legitimum fuerit, hoc

sequetur quod de te, fili carissime, dictus germanus tuus juste non poterit conqueri, ymo si gratus fuerit, habebit unde se tibi obnoxium reputet et gratiarum exhibeat uberes actiones. Datum[3]. »

[1] Bertrand de Roquenegade qui figura comme procureur du roi de France dans l'accord conclu avec les Flamands, le 4 novembre 1317 (Voyez n° 441, note 5), est encore mentionné dans d'autres lettres pontificales (nos 915, 990, 1179).

[2] Il a déjà été question de l'enquête faite contre l'évêque de Mende dans des lettres des 13 et 19 décembre 1318 et du 10 avril 1319 (nos 775, 778, 849, 850). Les envoyés royaux mentionnés ici sont ceux qui furent envoyés à Avignon au début de novembre 1318 (Voyez n° 830, note 1). Nous avons vu qu'ils s'occupèrent de cette affaire qui n'était pas encore terminée le 6 février 1320, comme le prouve la pièce publiée ci-dessous (note 3). On sait qu'une enquête fut ordonnée contre Bernard Délicieux, le 16 juillet 1319, et que la sentence prononcée contre lui, le 8 décembre suivant, fut aggravée le 25 février 1320 (Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 341-365, n° LIII; — P. a Limborch, *Historia inquisitionis, liber sententiarum inquisitionis Tholosanæ*, 1692, in 4°, pp. 268-273; — B. Haureau, *Bernard Délicieux et l'inquisition Albigeoise*, 1877, in-8, pp. 198-218, pièce justificative n° VIII; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 171, n° 372; p. 780, n° 388).

[3] Cf. Cette lettre et la suivante traitant des mêmes questions et étant confiées au même envoyé, sont, selon nous, de la même date. Or elles sont postérieures, d'après la note ci-dessus, au 10 avril 1319 et antérieures au 28 janvier 1320, puisque Pierre Bertrand fut alors nommé évêque de Nevers. (Voyez n° 799, note 3). Nous croyons donc pouvoir les identifier avec celles dont parle le pape dans sa lettre à Charles de la Marche (n° 916) et les attribuer au même moment. Enfin nous devons reproduire ici une autre lettre de Jean XXII qui ne figure pas dans les registres des secrètes ou des curiales, mais dont l'original se trouve aux Archives nationales et précise ce que nous disons au sujet de l'évêque de Mende, de Pierre Bertrand et de Charles de la Marche. Relativement à la question du mariage de ce dernier voyez nos 601, 603, 1178, 1179.

Avignon, 6 février 1320.

Petitionibus Philippi, regis Franciæ, a Simone, Viennensi archiepiscopo, et Petro, Nivernensi electo, præsentatis negotia Caroli, comitis Marchiæ, transmarini Passagii, Trecensis et Mimatensis episcoporum nonnullaque alia tangentibus, respondet. (Arch. nat., J. 705, n° 209, orig. scellé sur chanvre.)

« *Johannes episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem.* Ut quid responsum propositis per dilectos filios Symonem, Viennensis, et Petrum, tunc archidiaconum Biliomi in ecclesia Claromontensi, nunc Nivernensis ecclesiarum electos, nuntios regios, quibus littere regie per ipsos nobis oblate petebant super hiis que ex parte regia proponerent fidem credulam adhiberi, quidve super hiis provisum et ordinatum per nos fuerit celsitudo regia non ignoret, succinctus sermo auribus regiis, agravatis sermonibus pluribus, reserabit succincte. In primis enim super eo quod per ipsos provideri certo modo super quadam dispensatione petitum extitit, peramplius profecto et perfectius quam per ipsos petitum fuerit, juxta nostrum et ipsorum judicium, curavimus providere. Negotium autem dilecti filii Caroli, comitis Marchie, nobis per ipsos ex parte regia comendatum, certis personis neutri parti, ut putamus, suspectis, examinandum sub certa forma comisimus, nobis ipsius diffinitione retenta. Super negotio autem passagii transmarini alias nos excellentie regie scripsisse meminimus, super quo ad presens non occurit nobis aliud respondendum, nisi quod votum regium multipliciter comendamus, dummodo tempus et modus oportuni in dicti ordinatione negotii per regiam providentiam observentur. Super eo autem quod per ipsos nuntios petitum extitit ut contra violatores pacis illius deberent in personis eorum et terris excommunicationis et interdicti sententie promulgari, alias electo Viennensi predicto hoc ipsum petenti, cum certis ex fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus deliberatione prehabita diligenti, respondisse meminimus ipsumque responsionem ipsam ad regiam notitiam incunctanter supponimus produxisse, circa quam nichil occurrit nobis presentialiter inmutandum. Super illo autem quod benivolentie regie ad transferendum nos et curiam ad civitatem regni Francie aliquam, motivis premissis probabilibus, nos, prout ipsorum nuntiorum assertio habuit, placuit invitare, gratiarum eidem refferimus uberes actiones, super quo latius cito scribere intendimus, Domino concedente. Instrumentum autem illud publicum per nuntios prefatos nobis exibitum super facto Trecensis quondam episcopi vidimus, per quod satis evidenter excusatur cujuslibet facti predicti delatoris calumpnia, licet personarum defferentium excellentia illam evidentius vacuaret. De facto autem Mimatensis episcopi nobis per ipsos nuntios ex parte regia comendati, celeriter, dante Domino, intendimus celsitudinem regiam plenius informare. Personas autem nobis per ipsos nuntios ex parte regia comendatas, licet ipse prius nobis, eorum exigentibus meritis, fuerint commendate, ex nunc habere regie interventionis obtentu intentiori et propensiori affectu intendimus comendatas. Demum petitionibus regiis pro certis nobis personis oblatis respondere curavimus, nos quantum potuimus, attento regni predicti ecclesiarum expectantium onere, votis regiis conformantes. Dat. Avinione, VIII idus februarii, pontificatus nostri anno quarto. »

L'évêque de Troyes mentionné ici est sans doute Guichard, dont le procès a été publié par M. A. Rigault (*Le procès de Guichard, évêque de Troyes*, Paris, 1896, in-8°, dans les *Mémoires et documents publiés par la Société de l'Ecole des Chartes*).

915 [Avignon, 4 août 1319.]

Johannæ, reginæ Franciæ, nonnulla de ejusdem Mimatensis episcopi negotio, de magistri Petri Bertrandi

promotione, de germanæ suæ statu et de dicti Caroli, comitis Marchiæ, matrimonio notificat. (Reg. 110, p. II, fol. 4, c. 22 et 577.)

Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre. Ex serie tuarum, filia carissima, litterarum nobis per dilectum filium Bertrandum de Rocanecata, militem regium, noviter oblatarum, te percepimus affici ad expeditionem negotii episcopi Mimatensis, indubie supponentes quod sic sit, sicut et decet, ratione affectus hujusmodi regulatum quod, exclusis offensa divina et confusione nostra, ad expeditionem hujusmodi regale desiderium refferatur. Sane in negotio ipso adeo est processum quod, juxta id quod episcopus ipse tue forsan magnificentie suggerit, nequit absque premissorum sequela negotium hujusmodi expediri; sed ecce nostri fuit et est propositi, enquesta completa, cujus complementum est per procuratores dicti episcopi hactenus retardatum, et ejus relatione audita, de contentis in ea Philippum, regem Francie et Navarre, filium nostrum carissimum, informare, qua informatione diligenter attenta, tua et regia providentia consultius videre poterit quid nos facere quidve excellentiam vestram super expeditionem hujusmodi deceat postulare. De dilecto filio magistro Petro Bertrandi, tuo cancellario, de quo in tue celsitudinis litteris et credentie dicti militis mentio habeatur, respondemus sicut et alias meminimus respondisse quod ipsum recomendatum habere volumus et habemus et, Domino concedente, circa ejus promotionem loco et tempore intendemus [1]. Postremo negotium miserabilis germane tue, licet recomendatum ex te habere debeas, ex superhabundanti sperantes quod nostra recomendatio aliquid tue... adiciet (*sic*), affectu quo possumus commendamus, tue providentie sano consilio suadentes ut, cum dilecti filii, nobilis viri Caroli, regis Francie filii, comitis Marchie, concurrens desiderio, instes quod de viribus illius matrimonii cognoscatur simpliciter et de plano, absque strepitu judicii et figura, et hoc profecto duorum alterum subsequetur vel quod, si matrimonium ipsum reperiatur invalidum, utrique eorum possit salubriter provideri, vel si validum sit repertum, non supersit comiti predicto de te conquerendi materia, sed potius si gratus fuerit, gratias uberes referendi. Datum [2]. »

[1] Peut-être s'agit-il ici de la lettre que l'on trouvera plus loin (nº 991) et dont nous n'avons pu préciser la date. Pierre Bertrand avait été l'objet de nombreuses recommandations (Voyez nº 952).

[2] Au sujet des affaires mentionnées dans cette lettre et de la date qu'il faut lui attribuer, voyez nº 914.

916 Avignon, 4 août 1319.

Carolo, comiti Marchiæ, quid in negotio conjugii sui agendum sit intimat. (Reg. 110, p. II, fol. 8, c. 48.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Marchie.* Fili, firmiter credimus et indubitanter speramus quod carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre, germano tuo, ac carissime filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre, tuo compatientibus statui, anxietate, periculo ac desolatione utique non experti, erit gratum pariter et acceptum quod de viribus illius matrimonii cognoscatur simpliciter ac super eo mature ministretur justitie complementum. Hoc enim ab ore regis lucidum percepimus et a regina intelleximus hiis diebus. Esto igitur vigilans et istud negotium quod te tangit adeo, dum tempus habes, una cum ipsis prosequere diligenter, ne forsan si, dum potes, neglexeris, tibi, dum volueris, posse desit. Super hoc et regi scribimus et regine [1]. Dat. Avinione, II nonas augusti, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] Voyez nos 914, 915.

917 Avignon, 19 août [1317-1319].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut omnia bona temporalia fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in ducatu Normanniæ sistentia quæ officiales regii, prætextu cujusdam nominationis in ecclesia sancti Petri de Guinofossa, Bajocensis diocesis, factæ, cum juris patronatus cognitio in illis partibus eidem regi pertinere dicatur, occuparunt, dictis fratribus restitui mandet. (Reg. 109, fol. 97 vº, c. 412.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navare illustri.* Ad corrigenda gravamina que domui Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani a tuis officialibus inferuntur indebite, tanto promptiorem te

confidimus invenire, quanto te sincerius ad domum eandem credimus affici, veluti quam nobis alias efficacibus precibus recommendare curasti. Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod cum jus patronatus ecclesie sancti Petri de Guinofossa, Bajocensis diocesis, ad ordinem quondam Templi legitime pertinens, devenisset ad fratres et ordinem Hospitalis quibus bona dicti quondam ordinis Templi in regno Francie per apostolicam Sedem concessa fuerunt, fratres ipsi ad eandem ecclesiam per liberam resignationem Guiardi de Bruticuria, olim rectoris ipsius ecclesie, tunc vacantem, tanquam veri illius patroni, dilectum filium Berengarium de Alvernia, clericum tuum, venerabili fratri nostro episcopo Bajocensi canonice presentarunt, qui presentationem admittere pro libito renuens, magistrum Petrum Giffardi, officialem suum, ad presentationem Guillelmi de Domibus, militis, falso asserentis ipsius ecclesie se fore patronum, cum ejus pater prefatum jus patronatus dicto quondam ordini Templi donasset, [in rectorem] de facto instituit in ecclesia memorata, non obstante quod predicti miles et officialis majori erant auctoritate apostolica excommunicatione nodati; propter quod ad Sedem apostolicam extitit appellatum et in appellationis causa concessus auditor qui causam ipsam pronuntiavit ad Sedem eandem fore devolutam. Porro officiales tui ad instigationem iniquam, ut fertur, episcopi, officialis et militis predictorum, cuidam consuetudini, qua in illis partibus ad te ponitur pertinere juris patronatus cognitio, innitentes, in ipsos fratres Hospitalis qui congnitionem hujusmodi in curie Romane judicium, non absque consuetudinis prejudicio memorate, deduxerunt, insurgere moliuntur et jam bona omnia temporalia dicti Hospitalis et quondam ordinis Templi in Normannie ducatu sistentia ad manum regie curie posuerunt, cum Hospitalis ejusdem grandi gravamine et intollerabili lesione. Quia igitur, fili carissime, premissa in juris injuriam evidenter presumpta noscuntur, presertim cum non principaliter de jure patronatus, sed de eo quod episcopus antedictus presentationem dicti clerici admittere renuit et presentatum per militem antedictum priusquam sibi aliquando de jure illius [liqueret], et eo non obstante quod presentans et presentatus inhabiles dicebantur, admisit, et de simonia etiam que fertur in hujusmodi presentatione et institutione commissa, litigium vertatur in curia memorata, celsitudinem regiam affectuose requirimus et obnixe rogamus quatinus, compatienter attento quantum eidem domui paratur ex hujusmodi temporalitatis occupatione dispendium, bona predicta temporalia per tuos, ut premittitur, occupata ministros, ob divine reverentiam majestatis, et nostre, si placet, intercessionis obtentum, fratribus ipsis restitui mandes et facias indilate, cum, et si juris patronatus cognitio ad te forte pertineat et super illa fratres ipsi ad aliquid displicibile tibi processerint, non tamen propterea debent ad temporalitatem eorum de qua non agitur manus occupatrices extendi. Sic itaque nostris super hoc obtemperes precibus, quod Deo reddaris acceptior, apostolice Sedi complaceas, et mereatur extolli dignis in Domino laudibus nomen tuum. Dat. Avinione, XIII kal. septembris [1]. »

[1] Pour la date, voyez la lettre suivante.

918 Avignon, 19 août [1317-1319].

Guillelmo, Bajocensi episcopo, mandat ut præfatos excessus contra dictam domum Hospitalis sic commissos, quantum in se fuerit, reformari procuret. (Reg. 109, fol. 98, c. 413.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, Bajocensi episcopo.* Si ea que scribimus diligentia qua debes attendas, gravi te debes in recte considerationis examine reprehensione ferire, cum te nedum nos et apostolicam Sedem non leviter contempsisse, sed et ipsum Deum in sibi obsequentibus offendisse, si consonent facta relatibus, comprehendas. Et quidem ad nostrum pervenit auditum quod, cum jus patronatus ecclesie sancti Petri de Guinofossa ad ordinem quondam Templi legitime pertinens, ad dilectos filios fratres ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, una cum ceteris bonis dicti quondam ordinis Templi per Sedem apostolicam sibi concessis in regno Francie debite pervenisset, dicti fratres ad predictam ecclesiam per resignationem Guiardi de Bruticuria, olim rectóris ejusdem ecclesie, tunc vacantem, tanquam veri illius patroni, in cujus etiam juris patronatus possessione curatores

bonorum prefati quondam ordinis fuerant, dilectum filium Berengarium de Alvernia, clericum carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, tibi canonice presentarunt, quem tu admittere pro libito renuens, magistrum Petrum Giffardi, officialem tuum, per Guillelmum de Domibus, militem, falso asserentem ipsius ecclesie se fore patronum, cum pater ejus jus patronatus ejusdem ecclesie memorato quondam ordini Templi liberaliter donavisset, in rectorem ecclesie predicte instituere presumpsisti, quamvis nec tibi de ipsius militis jure in hac parte liqueret, et quamvis etiam tam ipse quam officialis predictus auctoritate apostolica forent majori excommunicatione ligati. Et quia super hiis gravaminibus per te, ut prefertur, illatis, fuit ad Sedem apostolicam appellatum, tu, hujusmodi appellationi non deferens, pretextu cujusdam consuetudinis qua juris patronatus cognitio ponitur ad dictum regem in ducatu Normannie pertinere, bona omnia temporalia dicti Hospitalis ac quondam ordinis Templi in dicto ducatu sistentia, temerariis ausibus procurasti ad regiam manum poni, quasi fratres ipsi in consuetudinis prejudicium antedicte jus regium ad examen Sedis apostolice deduxissent, cum tamen non principaliter de cognitione juris patronatus, sed de injuria per te facta et vitio simonie in officialis predicti presentatione commisse, in emissione appellationis agatur; et nichilominus ad illa verba inconsulta diceris prorupisse quod et si pro dicto Berengario apud dictam Sedem super ecclesia predicta sententia proferatur, tu tamen nunquam eum ad illam admittes; sic in predictis egisse diceris non absque notabili nostro et Sedis predicte contemptu, et cum ipsius Hospitalis enormi ac intollerabili lesione, tueque salutis discrimine ac indecentia tui status. Porro non sunt hec devote gratitudinis argumenta et grate devotionis indicia que pro receptis beneficiis Sedi deberes rependere memorate, que, nulla tibi, si recolis, ad id suffragante justitia, cum nec nominatio nec electio precessisset, te Bajocensi ecclesie prefecit de sola gratia in pastorem. Quia vero ad correctionem et salutem tuam intentio nostra fertur, fraternitatem tuam monemus et hortamur in Domino Jhesu Christo per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, si premissa veritate nitantur, sic corrigere studeas precedentis indevotionis errata, sic reverenter ex nunc emissis ad Sedem eandem appellationibus deferas, sicque personas religionis cultui dedicatas, et presertim fratres Hospitalis ipsius, jura et libertates eorum, illius cui famulantur intuitu, prosequaris humane ac debite tuearis, quod in oblivionem veniat quicquid commotionis potuerat, si premissis adsit veritas, non injuste venisse. In hujusmodi autem correctionis et devotionis evidens argumentum, volumus quod quicquid circa presentationes predictas per te inordinate factum est vel (ob) commissum, in statum debitum reformes et revoces, et ut temporalitas fratrum ipsorum per officiales regios, ut premittitur, occupata indilate, liberetur et expediatur eisdem, quantum in te fuerit studiose procures, sic te in hiis laudabiliter habiturus quod, in tui defectu, non oporteat in illis manum apostolice correctionis apponi. Dat. Avinione (x)xiiii kal. septembris[2]. »

[1] Reg. : *ad*.

[2] Cf. Cette lettre est antérieure à une autre lettre qui, datée du 18 janvier, est au plus tard de 1320 (n° 986) et par laquelle nous voyons que l'évêque de Bayeux s'était soumis aux observations du pape.

919 Avignon, 23 août 1319.

Episcopo Andegavensi ut Guidonem, infirmarium monasterii sanctorum Sergii et Bacchi juxta Andegavis, qui a ballivo Caroli, comitis Valesii, de ipso monasterio violenter extractus, officiali dicti episcopi traditus erat et ab eodem officiali ad perpetuum carcerem condempnatus, præfato abbati cum bonis captis restituat, alioquin in curia apostolica de hiis responsurus certo die compareat. (Reg. 110, p. i, fol. 71 v°, c. 62; — Reg. Avin. t. XI, fol. 275.)

« *Venerabili fratri nostro Andegavensi episcopo.* Si moleste gerimus injurias ecclesiis et monasteriis illatas a laycis, illas equidem molestius portare debemus que a clericis inferuntur eisdem, illis precipue qui nedum ab injuriis illarum abstinere[1] debent, quin potius tenerentur adversus injuriari nitentes ex ratione favere. Habet siquidem dilecti filii nostri Petri, abbatis monasterii sanctorum Sergii et Bachi juxta Andegavis, gravis ad nos prolata querela quod, cum pridem baylivus dilecti filii nobilis viri Caroli,

clare memorie regis Francie filii, comitis Valesii et Andegavie, certis adhibitis sibi complicibus, quendam fratrem Guidonem, infirmarium monasterii antedicti, quem dicebat in ipso monasterio falsam fabricasse monetam, de ipso monasterio, ejus immunitatem et libertatem ecclesiasticam violare non veritus, per violentiam extraxisset, eum officiali tuo tradidit puniendum. Qui etiam officialis succedens in spoliationis hujusmodi vitium, licet pro parte abbatis predicti debite requisitus ut infirmarium ipsum cum bonis multis que tunc habebat, ut dicitur, et qui res et bona quam plura dictorum abbatis et monasterii ministrarat de quibus nondum reddiderat rationem et quo per potentiam laycalem dictum monasterium fuerat spoliatum, eidem abbati vel suis restitueret, per abbatem, si esset culpabilis puniendum, cum ad ipsum ejus punitio pertineret, si, ut dicebatur, infra septa monasterii deliquisset, eum tamen restituere et bona que habebat noluit, nec eum exhibere ut de amministratis redderet rationem, non infra paucos dies ad perpetuum carcerem condempnavit, de facto eum adhuc sic detinens condempnatum et bona restituere contradicens, et, quod gravius est, propter asperitatem carceris, ibidem ante dies debitos dicitur expirasse. Cum igitur hec, si vera sint et proinde cum injuriosa sint, displicibilia nostris accedant affectibus, te sustinere non decet, fraternitati tue per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus infirmarium ipsum cum bonis que habebat, quibus propter delictum persone abbas et monasterium sepefati privari non debent, et quibus monasterium ipsum sic extitit spoliatum et per id libertas et immunitas monasterii et ecclesie violate, statim, absque dilationis obstaculo, eidem abbati vel gentibus suis, presertim cum in monasterio deliquisse dicatur, restitui mandes et facias, vel si jam decessit, ut dicitur, talem restitutionem eidem facias quod sit de cetero tibi et aliis in exemplum, et taliter convenias cum eodem quod ad aures nostras de cetero non veniat factum istud et jus monasterii et ecclesie libertas et immunitas remaneant illibata, nisi forsan causam credas rationabilem te et officialem habere quare hoc minime facere tenearis, ad quam per te et officialem vel procuratores sufficientes allegandam et probandam, et recepturos justitie complementum super predictis et omnibus tangentibus et dependentibus ex eisdem, diem vicesimum post receptionem presentium coram nobis aut deputato a nobis, peremptorium tibi et officiali predicto assignamus, diem autem receptionis presentium et quicquid egeris in premissis per tuas litteras formam hujusmodi continentes fideliter nobis studeas intimare. Dat. Avinione, x kal. augusti, anno tertio[1]. »

[1] Cette date est donnée par le registre d'Avignon. Dans le registre du Vatican on lit seulement : *Dat. etc.* Voyez, au sujet de la même affaire, n[os] 909, 1231.

920 [Avignon, 23 août 1319.]

In e. m. Gaspari (*sic*) de Grimaldis. (Reg. 110, p. I, fol. 18, p. c. 62.)

921 Avignon, 26 août [1319].

B[ernardo], comiti Convenarum, de diligentia regratiatur eique respondet quod promotio pro fratre suo petita concedi non possit. (Reg. 110, p. II, fol. 4 v°, c. 26 et 581; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 155, n° 100.)

« *Dilecto filio nobili viro B., comiti Convenarum.* Diligentiam tuam, fili, circa felicem expeditionem negotiorum nostrorum percepimus, super quo nobilitati tue exsolventes gratiarum uberes actiones, diligentiam tuam in Domino commendamus, que usque nunc sunt dilate, quia cum aliis super hoc scripsimus, apud nos te accessisse in Flandriam dicebatur. Super precibus nobis pro uno fratrum tuorum porrectis, miramur admodum quod sic sint aliqui soliciti de prelatione viventis[1] (*sic*), nec sufficimus admirari quod tu, fili, et qui te diligunt aliquem de tuis fratribus plebi quam non intelliget nec ab ea intelligi poterit, prefici postuletis; quem enim fructum pastor surdus et preco mutus gregi dominico poterit procurare? Profecto rudiculosa (*sic*) esset talis provisio admodum, Deoque displicabilis (!) ac nobis, pastori tali et sibi creditis ovibus animarum grande periculum allatura. Et ideo noli, fili, pro tam dampnabili provisione insistere, quia non intendimus talibus cujusvis acquiescere precibus, per quas lederemus sic proximum et tam graviter

offenderemus divine regulas majestatis; sed ipsis, loco et tempore, juxta divinum beneplacitum, curabimus, dante Domino, providere. In confectione presentium eramus incolumes divina misericordia, nos et nostri. Dat. Avinione, VII kal. septembris[2]. »

[1] Selon M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 155, note 3), il faut voir ici un nom propre, celui du frère du comte de Comminges.
[2] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante.

922 Avignon, 26 août 1319.

Bernardo, domino de Insula, de eodem et de diversis aliis provisionibus pro nonnullis petitis respondet moramque ejus excusat. (REG. 110, p. II, fol. 4 v°, c. 27 et 582; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 156, n° 101.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, domino de Insula.* Diversas, fili, tuas super diversis recepimus litteras, ad quarum contenta usque nunc responcio dilata presentibus exhibetur. Et in primis super excusatione, recomendatione et nominatione ad prelationes excelsas illius infelicis hominis prioris de Monte Falconis[1] breviter respondentes, scire te volumus quod factum ejus, super quo ipsum niteris excusare, tam per confessionem illius apostate Arnaldi de Calhavello, quem noster carcer tenet inclusum, quam aliorum, cum exceptione majorum, est adeo nobis notum quod ipsum, quantum ad illud, prorsus inexcusabilem reputamus. Quod autem ipsum ad tam preclaras ecclesias duxeris nominandum mirari non sufficimus, cum ipsum hiis que obtinet indignum merito reputemus. Desideras ut sic nobis notus existeret sicut tibi; nos vero desideranter appetimus ut sic ejus tibi pateret insufficientia sicut est nobis et aliis manifesta. Profecto, fili, indubitanter supponimus quod si hoc fieret, ipsum a tua familiaritate et consortio elongares. De archidiaconatu Agennensi, quem obtinet electus Vaurensis, cum vacabit intendimus, dante Domino, celsitudinem regiam tuumque desiderium contentare. Ad hoc tuam circumspectionem non credimus in dubium revocare quin dilectum filium nobilem virum comitem Convenarum ejusque fratres diligamus sinceriter; verum sic ipsos et quosvis alios intendimus diligere ut debemus, quod Dei honor preferatur in omnibus et ejus offensa studiosius evitetur. Miramur admodum quod adeo tu et alii sitis soliciti de prelatione viventis[2] (*sic*), nec sufficimus admirari quod tu vel quisvis alius nobis suggerat surdum prelatum et elinguem preconem preficere tanto gregi. Hoc profecto pastori esset non indigne inplacidum nobisque in die tremendi judicii merito formidandum. Magistrum Guillelmum de Cunhio tresque alios recomendatos habemus utique, quod opere intendemus, dante Domino, loco et tempore demonstrare. In confectione presentium fruebamur divina clementia, sospitate corporis nos et nostri. Quod autem, fili, in obsequiis carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, remanere preelegeris quam ad nos huc redire, gratum et acceptum est nobis admodum et tuam fidelitatem super hoc merito commendamus, cum ipsi, Flandrensium exigente malitia, sit tua quam nobis presentia amplius oportuna. Dat. Avinione, VII° kal. septembris, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] Il a été déjà question de ce personnage, n° 860.
[2] Voyez n° 921, note 1.

923 28 août [1317-1319].

Philippo, regi Franciæ, ut cessare faciat gravamina quæ ab officialibus suis officialibus et subditis Eduardi, regis Angliæ, in Vasconia in causis appellationum et aliis inferuntur. (REG. 109, fol. 188, c. 713; — REG. 110, p. II, fol. 39 v°, c. 184 et 740; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 207, n° 134.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quam sit orbi — sicut displicenter audivimus, officiales tui, tuis juribus non contenti, officiales et subditos dicti regis in Vasconie partibus multipliciter aggravant et, ad illicita manus injuste laxantes, que ad te non pertinent pro libito voluntatis usurpant; appellantibus etiam ab ipsius regis auditorio faveri nimis in curia tua dicitur, sic quod interdum frustratorie et legitime appellantis debita distinctio non habetur — Dat. V kal. septembris[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, mentionnée dans une autre lettre de Jean XXII qui est au plus tard du 19 décembre 1319 (n° 978), se trouve être antérieure à cette dernière date. D'autre part, le 28 août 1318, le pape écrivit à plusieurs prélats de respecter les droits du roi d'Angleterre dans leurs diocèses (nos 682-695). On pourrait croire que sa lettre au roi de France, datée du même jour, est de la même année, mais on ne peut l'affirmer, puisque les excès dont Edouard II s'était déjà plaint le 8 février 1318 (Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 146) continuèrent dans la suite, comme en font preuve d'autres lettres de ce prince du 30 mars, des 25 et 26 août 1318 et du 4 décembre 1319 (Rymer, *op. cit.*, pp. 148, 159, 188; — Dumont, *Corps universel dipl.*, t., I par. II, p. 42, n° LXX).

924 Avignon, 29 août 1319.

Guillelmo, præposito ecclesiæ Magalonensis, mandat ut ordinet cum aliquibus mercatoribus de Montepessulano, per modum cambii, de pecunia collecta a magistro Hugone de Mirabello, præposito Mimatensi, et Geraldo d'Anglars, rectore ecclesiæ de Blumaco, Carcassonensis diocesis, ad Terraconensem et Cesaraugustanam provincias apostolicæ Sedis nuntiis. (Reg. 69, cur. fol. 545 v°, c. 194 et 1776.)

« *Dilecto filio Guillelmo, preposito ecclesie Magalonensis.* Cum dilecti filii — Dat. Avinione, IIII kal. septembris, anno tertio. »

925 Avignon, 29 août 1319.

Eidem Guillelmo ut inveniat aliquos fideles mercatores de Montepessulano qui, recepta pecunia a dictis nuntiis collecta, eam apostolicæ cameræ assignent. (Reg. 69, cur. fol. 47 v°, c. 199.)

« *Dilecto filio Guillelmo, preposito ecclesie Magalonensis, etc.* Cum dilecti filii — Dat. Avinione, IIII kal. septembris, anno tertio. »

926 [12 juin — 30 août 1319.]

Domino Soliaci nuntiat se Matheum de Varennis, de expensis pro armata decem galearum factis ratione habita, ad regem Franciæ remittere. (Reg. 110, p. II, fol. 14 v°, c. 82.)

« *Domino Soliaci.* Dilectum filium nobilem virum Matheum de Varenis, militem regium ac familiarem nostrum, ad presentiam remittimus regiam, quem tandiu huc oportuit remanere quia nec sibi, nec nobis erat expediens quod recederet, de expensis pro armata decem galearum factis clara non habita ratione, ad quod utique noscebatur sua presentia nimium oportuna, nec ante perfecte haberi potuit, sed jam habetur plene, particulariter et distincte, quamque serenitati intendimus regie e vestigio destinare. Nostre autem intentionis existit, si hoc placeat celsitudini regie supradicte, quod galearum predictarum capitaneus remaneat, quomodovis ipsas armari contingat, nobilis antedictus[1]. »

[1] Cf. Les *Computa pro fabrica et emptione decem galearum* qui figurent aux Archives du Vatican (*Introitus et Exitus*, n° 28; — J. de Loye, *les Archives de la Chambre apostolique au* XIVe *siècle*, p. 12) nous ont conservé le compte de Mathieu de Varennes. Ce compte, qui part du 9 août 1318 (Arch. vat., *Int. et Exit.*, n° 28, fol. 112), avait été réclamé par Jean XXII le 12 juin de l'année suivante (n° 886). La lettre que nous publions ici est évidemment postérieure à cette date. Elle est antérieure, d'autre part, au 30 août 1319, puisqu'à ce moment les galères furent remises au vice-amiral du royaume de Sicile pour le roi Robert (Voyez nos 927, 928) et que Mathieu de Varennes avait donné le compte demandé par le pape (Voyez n° 983). Au sujet de cette flotte et de ce projet d'expédition, voyez aussi n° 784 et : Ch. Bourel de la Roncière, *une Escadre franco-papale*, dans les *Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'Ecole française de Rome*, 1893, pp. 397-418.

927 Avignon, 30 août 1319.

Matheo de Varennis ut decem galeas ad ultramarinas partes prius destinatas, Roberto, regi Siciliæ, sub certis conditionibus assignet. (Reg. 110, p. II, fol. 8 v°, c. 52 et 608.)

« *Dilecto filio nobili viro Matheo de Varenis, militi carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris.* Nuper considerantes attentius quod ille decem galee quas nos et carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francorum illustris, ad partes ultramarinas, te ipsarum capitaneo constituto, providimus destinandas[1], propter ineptitudinem appropinquantis temporis yemalis quod navigandi possibilitatem omnimodam interdicit, per sue navigationis incessum nullum poterant comodum vel utilitatem afferre, eas de fratrum nostrorum consilio ab hujusmodi navigationis itinere providimus revo-

candas. Demum vero, cum carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie illustris, galeis indigeret eisdem, nobis cum instantia supplicavit ut sibi galeas ipsas concedere dignaremur; nos igitur diligentius attendentes quod eedem galee remanendo in portu putrefierent et devastarentur omnino, non absque Terre Sancte dispendio, sine fructu, ejusdem regis Sicilie supplicationibus inclinati, dictas galeas, ipsius Terre in hoc utilitate pensata, prefato regi duximus concedendas, ita tamen quod idem rex totidem galeas eque bonas, armis et aliis necessariis bene munitas, infra mensem martii proximo venturum ac stipendia galearum ipsarum gentibus persoluta, nobis vel illi seu illis quem vel quos ad id duxerimus deputandum vel etiam deputandos, nostro et Ecclesie Romane ac ipsius regis Francie nomine, plene restituere teneatur; ad quod dictus Robertus rex se specialiter obligavit. Quare nobilitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus easdem galeas, prius de omnibus que sunt ad galearum ipsarum munitionem quomodolibet deputata facto inventario diligenti, cum omni munitione, garnimentis, armis et hominibus, dilectis filiis Ademario dicto de Scalea, militi, viceamirato regni Sicilie, et Petro Medici de Tholono, ipsius regis familiaribus et nuntiis, prout in ejusdem regis litteris eisdem nuntiis super hoc concessis, quas penes te volumus remanere, poteris intueri, ipsius regis nomine recipientibus vel eorum alteri, sine cujusvis obstaculo more vel difficultatis, assignes, faciens de dicto inventario duo et de assignatione hujusmodi duo alia fieri publica consimilia instrumenta, quorum duobus, videlicet altero de prefato inventario et altero de hujusmodi assignatione, confectis instrumentis penes te retentis, reliqua duo nobis quamtocius per fidelem nuntium destinare procures. Volumus insuper quod attente provideas ne scuta que in dictis galeis ad armaturam dicti regis Francie deferuntur, cum galeis transmittantur eisdem, set ea studeas conservare, nisi forte de ipsis eadem posset armatura taliter amoveri quod ejus nequaquam in eis vestigium appareret. Dat. Avinione, III kal. septembris, pontificatus nostri anno tertio. »

[1] Voyez, à ce sujet, n° 784.

928 Avignon, 30 août 1319.

Hugoni, præposito ecclesiæ Claromontensis, et præfato Matheo de Varennis ut dictas decem galeas cum inventario munitionum earum recipiant. (Reg. 110, p. II, fol. 8 v°, c. 53 et 609.)

« *Dilectis filiis magistro Hugoni, preposito ecclesie Claromontensis, ac Matheo de Varenis, militi, salutem et apostolicam benedictionem.* Intendentes quod ille decem galee quas nos et carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francorum illustris, in subsidium Terre Sancte emi fecimus ac etiam fabricari, ad manus vestras perveniant, volumus et discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus tam galeas ipsas cum omnibus munitionibus et garnimentis ipsarum in quibuscumque consistant, quam etiam de ipsis munitionibus et garnimentis computum et rationem recipere studeatis de illis, eos a quibus ipsa receperitis, super quibus omnibus plenam vobis potestatem presentium tenore concedimus, quitantes et etiam absolventes. Dat. Avinione, III kal. septembris, pontificatus nostri anno tertio. »

929 Avignon, 8 septembre [1317-1319].

Philippo, regi Franciæ, respondet quod decanatus ecclesiæ Carnotensis reservatio fieri utile non videtur. (Reg. 109, fol. 86, c. 366; — Reg. 110, p. I, fol. 7 v°, c. 17.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus, fili carissime — Non ergo, quesumus, geras implacidum quod circa reservationem decanatus ecclesie Carnotensis et collationem illius faciendam dilecto filio magistro Reginaldo de Escronis, Carnotensi canonico, clerico tuo, non annuimus votis tuis. Cum enim inter ceteras ecclesias regni tui, immo pre ceteris ecclesiam gravaverimus Carnotensem[1], incongruum reputamus et indecens gravaminibus ejus adicere, in eo presertim in quo suum principalius tangitur interesse, videlicet in electione decani, quam auferre capitulo prejudiciale nimis existeret cum decanus ibi sit caput predicti capituli ipsumque capitulum ejusque negotia habebunt per decani solertiam gubernari; unde multum conveniens videtur et utile,

quod illi sibi decanum eligant, cujus tenentur gubernationi subesse. Dat. Avinione, sexto idus septembris[2]. »

[1] Il s'agit sans doute ici des concessions faites le 11 septembre 1316 à Charles de Valois (nº 26; voyez aussi nºs 446-447).

[2] Cf. Cette lettre du 8 septembre ne peut être de 1316, puisqu'elle est datée d'Avignon et que Philippe V y porte le titre de roi (Voyez nºs 1, note; 81, note).

930 Avignon, 11 septembre 1319.

Eumdem regem ad inviolabiliter observandam pacem nuper cum Flandrensibus initam hortatur. (Reg. 110, p. i, fol. 64, c. 207.)

« *Carissimo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quoniam sicut te, fili carissime, nosse non ambigimus, non minori virtuti ascribitur laboriose quesita servare sedule quam circa ipsa querenda diligentiam sedulam adhibere, providentiam regiam hortamur in Domino et paterno rogamus affectu, eidem nichilominus sano consilio suadentes, quatinus circa stabiliendam et inviolabiliter observandam pacem dudum inter te et Flandrenses initam ac noviter, sicut habet grata nobis admodum dilecti filii Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyteri cardinalis, insinuatio, juxta nostrarum litterarum continentiam, roboratam[1], vigilanti studio intendere providentia regia non ommittat, queque hec promoventia prompte et solicite prosequendo et adversantia viriliter respuendo, de talibus officialibus ipsis Flandrensibus provisurus qui Deum timeant, honorem regium et subditorum pacem diligant et sua comoda in alienis dispendiis non perquirant, ne, si forsan contingeret alios ordinari, pericula que ex talibus secuta dicuntur vel subsequi, quod absit, possent probabiliter formidari. Datum Avinione, iii idus septembris, pontificatus nostri anno quarto. »

[1] C'est le 20 août 1319, à saint Léger de Tournai, que le comte de Flandre promit entre les mains du cardinal Gaucelme d'observer les conditions de la paix, ce dernier reçut aussi, jusqu'au 25 suivant, à saint Martin de Tournai, le même serment de la part des procureurs des villes flamandes (Arch. nat., J. 563 A, nº 36 4, rapport original du cardinal, scellé). On verra (nº 1049, note) que cette paix ne fut définitive que le 5 mai 1320.

931 Avignon, 11 septembre 1319.

Johannæ reginæ ut ad prædictam pacem conservandam studium adhibeat. (Reg. 110, p. i, fol. 64, c. 208.)

« *Carissime filie Johanne, regine Francie et Navarre.* Pacem te intense diligere, filia benedictionis et gratie, te appetere, ac guerrarum execrari dissidia indubie supponentes, tibi que pacis sunt et ad pacis perseverantiam pertinent curamus fiducialiter suadere. Cum itaque pax dudum inter carissimum filium Philippum, illustrem Francie et Navarre regem, tunc regna predicta regentem, ac comitem Flandrie et ejus subditos initam sit noviter certis hinc inde datis securitatibus roborata, considerantes parum esse bene agere inchoare nisi in ceptis faciens perseveret, cum non facienti sed perseveranti sit corona glorie repromissa, excellentiam regiam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus, ut pax ipsa inviolata permaneat, partes tuorum consilii, favoris et auxilii efficaciter interponas oportune, importune apud providentiam regiam insistendo ut queque obfutura illi constanter respuat et profutura clementer admittat, quodque de talibus ipsis Flandrensibus studeat officialibus providere qui. Deum timentes, honorem regium et subditorum pacem diligant suaque lucra in alienis dispendiis non perquirant, ne, si forsan alii preferantur, sequantur, quod absit, inconvenientia que per similia creduntur alias subsecuta. Dat. Avinione, iii idus septembris, pontificatus anno quarto. »

932 Avignon, 11 septembre 1319.

Carolo, comiti Valesii, ut ad eamdem pacem stabiliendam et fulciendam zelum adhibeat. (Reg. 110, p. i, fol. 64, c. 209.)

« *Dilecto filio Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Nosse, fili, magistra — Ad hec autem inter cetera unum necessarium arbitramur, videlicet quod ipsis Flandrensibus de talibus officiali-

bus provideat regia celsitudo qui Deum timeant, honorem regium et subditorum comodum diligant et sua lucra in alienis dispendiis non perquirant, alioquin esset probabiliter formidandum quod que per talia secuta creduntur alias, denuo sequerentur, quod absit. Dat. Avinione, III idus septembris, pontificatus anno quarto. »

933 Avignon, 11 septembre 1319.

Henrico, domino Soliaci, simili modo ut ad eamdem pacem conservandam sollicitus sit. (Reg. 110, p. I, fol. 64 v°, c. 210.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino de Suliaco, militi, buticulario Francie.* Quanto zelo quantoque — Dat. Avinione, III idus septembris, pontificatus anno quarto. »

934 Avignon, 11 septembre 1319.

Gaucelmum cardinalem ut ad conservandam prædictam pacem studium adhibeat hortatur eique mortem Guiltelmi, sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, nuntiat. (Reg. 110, p. I, fol. 64 v°, c. 211.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Actori pacis et gratie largitori qui Flandrenses hiis diebus ad lucem de tenebris et ad viam salutis et pacis pie ab invio dissidii revocans, ipsorum animos ad pacem jam dudum inter carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem illustrem Francie et Navarre, tunc regna predicta regentem, et ipsos initam, securitatibus certis hinc inde receptis et prestitis roborandam, sicut nobis tue innotuerunt littere, emolivit, gratias exhibemus, licet tanto muneri impares, quas valemus. Sane quia pax est laboriose aliquid querere, si illud adeptum qui[s]neglexerit observare, vigilandum est utique et summopere precavendum ne pacis hostis et dissidiorum amicus, cui premissa infesta sunt utique ac molesta, nequitie sue virus possit diffundere per que possit pacem ipsam inficere seu ei in aliquo derogare, tu ergo, fili, circa hoc vigila et totis nisibus, sicut bonus miles Christi Jhesus, tuum implens contra ejus insidias ministerium, elabora, instans oportune [et] importune, ut partes ipse obfutura queque paci predicte respuant, et profutura querere ac inventa prompte admittere non obmittant, ad que profecto complenda solicitudo, dante Domino, aderit apostolica, si et quotiens visa fuerit oportuna. Et ecce comiti et quatuor communitatibus Flandrie nostras ex[c]itatorias litteras[1] ad perseverandum in pace predicta ipsamque tenaciter observandam, tibi exhibendas et per te mittendas ipsis quibus illas dirigimus, per latorem presentium destinamus, sciturus quod in confectione presentium eramus incolumes nos et fratres, salvo quod in crastinum Nativitatis Domini nostri, post longam infirmitatem, bone memorie Guillelmus, sancti Nicholai in Carcere Tulliano quondam diaconus cardinalis, extremum sicut Domino placuit diem clausit, qui in crastinum fuit traditus ecclesiastice sepulture. Datum Avinione, III idus septembris, pontificatus anno quarto. »

[1] Nos 935-940.

935 Avignon, 11 septembre 1319.

Roberto, comiti Flandriæ, de pace cum Philippo, rege Franciæ, facta congratulatur eumque hortatur ut dictam pacem conservet. (Reg. 110, p. I, fol. 64 v°, c. 212; — de Limburg Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 333, n° 325.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto, comiti Flandrie.* Exultavit noster in Deo salutari nostro pre gaudio spiritus, dilecti filii Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyteri cardinalis, apostolice Sedis, nuntii, grata nobis admodum insinuatione percepto quod tu, velut princeps catholicus et devotus sancte matris Ecclesie filius, timoris concepto laudabiliter spiritu, ne per nostras sententias a sacramentorum perceptione et comunione fidelium te contingeret separari, pacem dudum inter carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre, tunc regna predicta regentem, et te ac tuos subditos initam, nostris monitis utique salutaribus acquiescens, roborare certis hinc inde datis et receptis securitati-

bus studuisti, pro quo devotionem tuam multipliciter in Domino commendantes, illi qui ubi vult spirat et ad que vult corda principum habilitat, et inclinat, exhibemus gratias quas valemus. Sane, fili, quia sola inter virtutes meretur perseverantia coronari, hortamur te in Domino et paterno rogamus affectu quatenus, intra cordis archana comoda cogitans et recogitans diligenter que ex predicta pacis perseverantia, et incomoda que ex ejus possent dissolutione, quam avertat Dominus, provenire, circa ejus stabilimentum et fulcimentum instare sedule non obmittas, queque ad hec profutura amplectens avide et obfutura constanter respuens et repellens, ad que utique promptius exequenda non deerit solicitudo apostolica, sed prompte, dante Domino, aderit, si et quotiens opus erit. Dat. Avinione, III(I)[1] idus septembris, pontificatus anno quarto. »

[1] La date III *idus* est donnée par l'acte que publie M. de Limburg-Stirum d'après les chartes des comtes de Flandre, nº 1367. Cette date concorde d'ailleurs avec celles des autres pièces qui accompagnent celles-ci dans le registre du Vatican (nºs 930-934; 936-940), c'est pourquoi nous n'hésitons pas à faire cette correction (Voyez, au sujet de ces erreurs, nº 173, note 2).

936 Avignon, 11 septembre 1319.

Communitati villæ Brugensis de eadem pace gratulatur, eosque ut ad ejus conservationem vigiles sint hortatur. (Reg. 110, p. I, fol. 65, c. 213.)

« *Dilectis filiis communitati ville Burgensis* (sic). Sicut nos et — Datum Avinione, III idus septembris, pontificatus anno quarto. »

937 (Avignon, 11 septembre 1319.)

In e. m. communitati villæ de Gandavo. (Reg. 110, p. I, fol. 65, p. c. 213.)

938 (Avignon, 11 septembre 1319.)

In e. m. communitati villæ Yprensis. (Reg. 110, p. I, fol. 65, p. c. 213.)

939 (Avignon, 11 septembre 1319.)

In e. m. communitati villæ Dixmudensis. (Reg. 110, p. I, fol. 65, p. c. 213.)

940 Avignon, 11 septembre 1319.

Communitati prædictæ villæ Dixmudensi de ejusdem pacis conservandæ oportunitate et necessitate (Reg. 110, p. I, fol 65, c. 214[1].)

Dilectis filiis communitati ville Dixmudensis. Sicut nos sepe — Datum Avinione, III idus septembris, pontificatus anno quarto. »

[1] Cette seconde lettre n'est pas mentionnée dans l'index du registre.

941 Avignon, 11 septembre 1319.

Philippo, regi Franciæ, Simonis, decani Xanctonensis, consiliarii regii, in archiepiscopum ecclesiæ Viennensis apostolicæ Sedi reservatæ promotionem significat eumque dicto regi commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 6, c. 38 et 594.)

« *Carissimo filio Philippo, regi Francie et Navarre.* Ad pacem Ecclesie — Dat. Avinione, III idus septembris, anno quarto. »

942 Avignon, 13 septembre (1317-1319).

Eidem regi de quibusdam certum negotium tangentibus ab Hugone Geraldi, milite, expositis respondet. (Reg. 109, fol. 85, c. 362; — Reg. 110, p. I, fol. 66, c. 225.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Tuas, fili carissime, de credentia litteras per dilectum filium nobilem virum Hugonem Geraldi, militem, nuntium tuum, nobis nuper presentatas, affectione consueta recepimus et que idem nuntius juxta commissam sibi per te credentiam exponere voluit, audivimus diligenter. Sane, fili, circumstantiis negotii per eumdem nuntium facunde nobis et prudenter expositi attente pensatis, non

videtur nobis in illo precipitanter agendum, nec reputamus expediens quod in consistorio proponatur ad presens, quia forte ex propositione hujusmodi posset animus ipsum negotium prosequentium gravius irritari. Expectandum est igitur nostro judicio, an prosequentes dictum negotium, interim, pendente termino, ducti forte consilio saniori velint ab illius prosecutione desistere, ad quod nos opem et operam, scribendo eis super hoc, efficaciter intendimus indilate prebere; et si, quod absit, in inceptis persistere videantur, tu nobis ante adventum prefixe diei tuum super propositione dicti negotii beneplacitum poteris scribere, et ad propositionem illius alicui de tuis hic vel illis existentibus ordinare — Dat. Avinione, idibus septembris[1]. »

[1] L'impossibilité de préciser l'affaire dont il est ici question nous empêche d'attribuer à cette lettre une date certaine. Nous pouvons seulement affirmer qu'elle n'est pas de l'année 1316, puisqu'elle est datée d'Avignon et adressée à Philippe, roi de France (Voyez nos 1, note; 81, note).

943 Avignon, 13 septembre [1317-1319].

Eumdem regem hortatur ut nuntios universitatis Montispessulani benigne recipiat dictæque universitati de justis officialibus provideat. (Reg. 109, fol. 86 v°, c. 370; — Reg. 110, p. ii, fol. 35 v°, c. 160 et 716.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Inducit nos illa singularis affectio qua te et christianissimum regnum tuum in quadam specialitate prosequimur, ea tibi affectu paterno suggerere per que regi regum reddaris acceptior et carior subditis habearis. Ecce, fili carissime, universitas Montispesulani ambassiatores suos ad presentiam tuam mittit, nonnulla contingentia bonum statum eorum atque pacificum a regia celsitudine suppliciter petituros. Tuorum igitur honoris ac utilitatis obtentu tueque nichilominus salutis intuitu, regalem excellentiam rogamus attente quatinus ambassiatores eosdem benigne recipias et petitiones eorum, ex quibus augeri debeat universitatis ipsius ad te devota fidelitas, quantum decuerit et licuerit, clementer admittas; in hiis presertim te prompte flexibilem prebiturus, quod illis de talibus justitiariis, judicibus et officialibus consulta ordinatione provideas, qui puras habentes manus, Deum timentes ac diligentes ex corde justitiam, sine personarum acceptione jus reddant, a gravaminibus subjectorum abstineant, sinistram odii aut dexteram favoris ignorent, suoque laudando et suavi regimine subditos in regia devotione nutriant et conservent. Et si forte inter officiales nunc inibi consistentes sit aliquis minus placidus incolis dicti loci, licet apud te fidelis et sufficiens alias censeatur, expediens credimus quod, illo ad locum alium ubi se utiliter et placide valeat exercere translato, alium inibi subroges, qui eisdem incolis possit ad honorem et fidelitatem tuam utile et grate preesse, ut per subrogationem hujusmodi precidatur in multis materia conquerendi, per id enim justo placebis judici, dominium tuum solidius in loco predicto stabilies et humane preconium commendationis acquires. Dat. Avinione, idibus septembris[1]. »

[1] Cf. Pour la date de cette lettre, voyez ce que nous disons ci-dessus, n° 942, note.

944 18 septembre [1316-1319].

Episcopo Aurasicensi mandat ut hastiludia seu torneamenta in civitate sua sub pœna excommunicationis fieri prohibeat. (Reg. 110, p. i, fol. 112, c. 409.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Aurayçensi* (sic). Cum sicut ad nostrum assertio fide digna perduxit auditum nonnulli nobiles hastiludia seu torneamenta facere in civitate Auraycensi vel ejus territorio disponentes, ea jam fecerunt publice proclamari, nos paterna consideratione pensantes quod nedum ex hastiludiis seu torneamentis hujusmodi facultatum lapsus, corporum strages et animarum pericula persepe proveniunt, quin etiam rancores concipiuntur et odia, et preconcepti nutriuntur aut periculose frequenter educuntur in partum, et proinde volentes adversus hujusmodi dispendia providere, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus quatinus, receptis presentibus, tam in predicta civitate quam etiam[1] alibi ubi

videris expedire, per te vel alium seu alios, sub excommunicationis pena in quam contravenientes incidant ipso facto, nobilibus ipsis et aliis quibuscunque auctoritate nostra districte prohibeas ne ad hastiludia seu torneamenta hujusmodi sub quovis colore procedant, alioquin eos qui contrarium fecerint, excommunicatos publice nunties et facias nuntiari. Datum XIIII kal. octobris[2]. »

[1] Ce mot a été barré dans le registre.

[2] Les sentences d'excommunication prononcées par Clément V dans les cas prévus ici avaient été révoquées par Jean XXII à la demande du régent, le 16 septembre 1316 (ARCH. NAT., J. 705, n° 194, orig. scellé sur soie; — CORPUS JURIS CANONICI, *Extravag. Joh.*, XXII, tit. IX, c. 1.) La lettre que nous donnons revient, au contraire, sur cette décision, mais elle ne renferme aucun élément chronologique qui permette d'en préciser la date.

945 Avignon, 21 septembre 1319.

Philippo, regi Franciæ, se ratione Terræ Sanctæ negotio proxime responsurum promittit. (REG. 110, p. II, fol. 5, c. 29 et 584.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Serenitatis regie litteris super Terre Sancte negotio nobis novissime destinatis disposueramus per latorem presentium plenius respondere, sed occupatio multiplex se ingerens importune, super illis ad plenum intendere non permisit, ideoque, ne de mora ulteriori nuntii celsitudo regia miraretur, ipsum cum presentibus duximus remittendum, certum in proximis missuri, dante Domino, nuntium per quem, pleniori deliberatione super premissis habita, contentis in prefatis regiis litteris curabimus certius respondere. Dat. Avinione, XI kal. octobris, pontificatus nostri anno quarto[1]. »

[1] Voyez, au sujet de la réponse promise ici par le pape, n°s 1091, 1227.

946 Avignon, 21 septembre 1319.

H[enrico] Soliaci de eodem. (REG. 110, p. II, fol. 5, c. 30 et 585.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino de Suliaco, buticulario Francie, salutem et apostolicam benedictionem.* Litteris regiis et tuis tangentibus negotium Terre Sancte respondere credebamus ad plenum, set hoc supervenientia negotia varia non sinerunt, ideoque exhibitorem litterarum ipsarum cum presentibus remittimus, ne de prolixiori mora ejusdem nuntii possit celsitudo regia admirari. Datum Avinione, XI kal. octobris, pontificatus nostri anno quarto. »

947 Avignon, 23 septembre [1317-1319]

Philippo, regi Franciæ, ne gerat implacidum si procurationes in absentia magistro Philippo Conversi, archidiacono de Augo in ecclesia Rothomagensi, propter onera grandia ecclesias regni gravantia, concedi non potuerint. (REG. 109, fol. 108 v°, c. 454; — REG. 110, p. I, fol. 7, c. 14.)

Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri. Si tibi, fili carissime, innotuisset illa efficax ratio que nos a concedendis procurationibus in absentia retrahit, nequaquam, ut credimus, pro dilecto filio magistro Philippo Conversi, archidiacono de Augo in ecclesia Rothomagensi, consiliario tuo, preces super hoc iterasses. Attendimus et enim attendere debemus indubie quod ecclesie regni tui gravate sunt tam decimarum quam diversorum oneribus nuntiorum; attendimus etiam quod procurationum perceptio per debite visitationis officium a sacris canonibus toleratur, unde dignum est ut procurationibus careat qui debite visitare non curat; consideramus insuper quod si tua seu regni tui utilitas hoc ipsum exegerit, onera forte non levia oneribus adicere oportebit. Ut igitur in aliquo sic gravatis gravandisque, si casus emerserit, pareamus ecclesiis, in concedenda perceptione procurationum hujusmodi nos adeo difficiles a nostro promotionis auspiciis hucusque prebuimus ut nulli archidiacono, nisi dumtaxat cardinalibus et uni forsan regis filio, nos eas concessisse, quantumvis infestati fuerimus, memoremur, nec adhuc propter causas predictas intendimus nos ad concedendum illas reddere faciles ne, si uni eas concesserimus, materiam petendi simile pluribus prebeamus. Quare si tuis pro archidiacono predicto non annuimus

precibus, mansuetudo regia, quesumus, non gerat implacidum, set consideranter advertat et gratanter acceptet premissarum rationum effectum. Dat. Avinione, IX° kal. octobris[1]. »

[1] Cf. Comme nous l'avons déjà fait remarquer ailleurs (n° 929, note 2), cette lettre du 23 septembre étant datée d'Avignon et adressée à Philippe, roi de France, ne peut être de 1316.

948 [11 septembre 1318 — 30 septembre 1319.]

Eidem regi ut cessare faciat gravamina a Johanne Marchi, Guiardi Guidonis senescalli Tolosani locum tenente, ecclesiæ Auxitanæ occasione bonorum quorumdam hæreticorum illata. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 236 et 791; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 158, n° 102.)

« *Eidem regi*. Suam ad nos dilecti filii.. prepositus et capitulum ecclesie Auxitane querimoniam destinarunt quod Johannes Marchi, dilecti filii nobilis viri Guiardi Guidonis senescalli Tholosani locum tenens, ad invasionem bonorum personarum illarum que delate super crimine heresis coram commissariis ad hoc per dilectos filios.. vicarios ejusdem ecclesie ipsosque (*sic*) capitulum, tunc eadem ecclesia vacante sicut adhuc vacare dinoscitur, deputatis, extiterant, quamvis incursa non essent, contra rationem aspirans, eosdem vicarios requisivit ac officiali et judici ipsius ecclesie super excessibus constituto, tunc presenti pro deffensione jurium ejusdem ecclesie, coram ipso mandavit ut nomina personarum ipsarum magistro Germano de Miravalle, procuratori tuo super incursibus in senescallia Tholosana specialiter deputato, tradere procurarent, duobus servientibus tuis ibidem presentibus injungendo quod, si dicti vicarii, officialis et judex hujusmodi mandatis acquiescere forsitan non curarent, temporalitatem ejusdem ecclesie Auxitane tenendam quousque iidem officialis et judex personarum revelarent nomina predictarum, ad manum regiam ponere non differrent. Et licet pro parte prepositi, capituli, vicariorum, officialis et judicis predictorum fuisset coram eodem locum tenente propositum quod, cum ad executionem contra dictarum personarum bona vel occupationem ipsorum [vel] aliquem actum qui executionem vel occupationem hujusmodi separaret, antequam iidem delati super ipso crimine convicti et condempnati fuissent, non posset nec deberet procedi de jure, sed potius talis processus prohiberetur expresse, quodque, per traditionem nominum eorundem, officio inquisitionis contra eosdem hereticos diversimode posset in gravem nostri Redemptoris offensam et catholice fidei enorme dispendium derogari, et propter hoc idem locum tenens qui dictorum vicariorum, officialis et judicis in hac parte judex non erat et, ex certis aliis justis et rationabilibus causis propositis coram eo, dictos vicarios, officialem et judicem ad hoc compellere non poterat nec debebat, idem tamen locum tenens, hujusmodi rationibus omnino contemptis, predictam temporalitatem per servientes eosdem fecit et contra justitiam occupari, propter quod memorati prepositus et capitulum, vicarii, officialis et judex super hoc ad apostolicam Sedem habendo recursum, humiliter supplicarunt sibi et eidem ecclesie de oportuno in hac parte remedio subveniri. Cum igitur, dilectissime fili, tam dispendiosum ejusdem ecclesie Auxitane gravamen celsitudinem regiam tolerare non deceat, sed potius prefatum locum tenentem a tam injurioso processu, prout saluti regie magnitudinis convenit, in favorem ejusdem fidei cohibere, magnificentiam regiam paterno rogamus et hortamur affectu quatenus, premissis benigna consideratione pensatis, manum tuam a temperalitate predicta, pro divina et apostolice Sedis ac nostra reverentia, absque difficultate facias amoveri, senescallo et locum tenenti predictis et aliis officialibus tuis illarum partium districtius inhibendo ne de cetero prefatam ecclesiam, prepositum, capitulum, vicarios, officialem et judicem supradictos per se vel per alios molestare hujusmodi occasione presumant. Sic, igitur, amantissime fili, hujusmodi precibus et hortationibus nostris tua sublimitas acquiescat, quod regi regum, qui justus est in omnibus viis suis, per fructum justitie reddaris acceptus, tibi salutis et laudis cumulus augeatur et nos, qui ad extirpandam pestem heretice pravitatis de fidelium finibus ferventer intendimus, clementiam regiam, quam semper ad opera pietatis promptam invenire speramus, dignis valeamus in Domino laudibus comendare[1]. »

[1] Cf. Le 30 septembre 1319, les inquisiteurs condamnèrent solennellement à Toulouse, dans un « sermon public », des hérétiques dont plusieurs étaient du diocèse d'Auch (P. a Limborch, *Historia inquisitionis; liber sententiarum inquisitionis Tholosanæ*, p. 208 et sq.). Il est vraisemblable, ainsi que l'indique M. L. Guérard auquel nous devons cette indication (*op. cit.*, p. 159, note 2), qu'il s'agit, dans la lettre du pape, de ces derniers, et, comme aucune sentence n'a encore été prononcée au moment où il l'écrivit, on peut conclure qu'elle est antérieure au 30 septembre 1319. D'autre part, le siège d'Auch étant vacant, elle est postérieure au 11 septembre 1318, date du décès de l'évêque, Amanieu d'Armagnac (Voyez n° 682, note).

948 *bis* [11 sept. 1318 — 30 sept. 1319.]

In e. m, senescallo Tolosano. (Reg. 110, p. ii, fol. 49, p. c. 236 et 791; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I p. 161.)

949 [11 sept. 1318 — 30 sept. 1319.]

Henrico Soliaci ut pro eisdem apud Philippum, regem Franciæ, insistat. (Reg. 110, p. ii, fol. 49, c. 237 et 792; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 161, n° 103.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci.* Cum Johannes Marchi — immerito valeamus[1]. »

[1] Cf. Pour la date, voyez n° 948.

950 [Septembre 1319.]

Archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis a quibus Philippus, rex Franciæ, subsidium pro exercitu contra Flandrenses faciendo petierat, respondet se ex litteris G[aucelmi] cardinalis pacem reformatam esse accepisse et ideo dictæ petitioni insistere inutile censet. (Reg. 110, p. ii, fol. 52, c. 251 et 806.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Narbonensis et ejus suffraganeis.* Venientes ad presentiam nostram venerabilis frater noster Bartholomeus, episcopus Electensis, et dilectus filius Bernardus de Vilari, archidiaconus Agatensis ac canonicus Narbonensis, capellanus noster, nuntii ad Sedem apostolicam per vos missi, vestras nobis super facto petiti a vobis subsidii pro parte carissimi in Christo filii nostri Philippi, illustris regis Francie ac Navarre, pro exercitu contra Flandrenses per regem faciendo predictum, litteras presentarunt, quas et ea que iidem nuntii ex parte vestra dicere voluerunt nos et fratres nostri vidimus et intelleximus diligenter. Sane super eo quod de responsione per vos facienda gentibus dicti regis subsidium petentibus memoratum, nos duxit vestra fraternitas consulendos, providentiam vestram plurimum in Domino comendamus; verum quia, sicut per litteras dilecti filii G., tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis, pro reformanda pace et tractanda concordia inter regem et Flandrenses eosdem nuper ad partes Francie ac Flandrie per nos missi, et quorundam aliorum accepimus, pax est inter regem et Flandrenses reformata predictos, de quo in intimis exultantes devote laudis jubilum refferimus Domino Deo nostro, credimus regem ipsum, cum, cessante causa dicti exercitus faciendi per reformationem pacis predicte, cause ipsius digne cesset effectus, nolle petitioni insistere subsidii antefati, et ideo gentibus regis ejusdem apud vos pro subsidio instantibus supradicto, quanto poterit curialius, provida responsione ac placida vestra fraternitas se excuset[1]. »

[1] Cf. C'est du 20 au 25 août 1319, à saint Léger et à saint Martin de Tournai, que le cardinal Gaucelme reçut du comte et des villes de Flandre leur promesse d'observer les conditions de la paix (Voyez n° 930, note). Jean XXII n'a guère pu connaître avant le mois de septembre (Voyez n° 63, note) cet événement dont il félicita le roi le 11 (n° 930). Nous pensons pouvoir attribuer sa lettre au même mois. Le clergé de la province de Bourges voulut, lui aussi, demander l'avis du pape au sujet de ce subside. Philippe V, par deux lettres du 5 et du 14 septembre 1319, déclara que cette démarche était inutile et que, la paix n'ayant pas mis fin à ses dépenses, il maintenait la demande qu'il avait faite (Arch. nat., JJ. 58, fol. 46, nos 428, 429 et aussi fol. 45 v°, n° 427; fol. 47, nos 431, 432).

951 Avignon, 6 octobre [1316-1319].

Amanevo de Lebreto de expositis a fratre Arnaldo Aymerici, ordinis Minorum, responsionem mittit. (Reg. 109, fol. 225, c. 823; — Reg. 110, p. ii, fol. 72 v°, c. 333 et 977; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 29, n° 22; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 127, n° 288, non publié.)

« *Dilecto filio nobili viro Amanevo, domino de Lebreto, militi.* Presentatas nobis per dilectum filium fratrem Arnaldum Aymerici de ordine fratrum Minorum, lectorem Tholosani conventus, tuas de credentia litteras benigne recepimus et que lector ipse pro parte tua nobis juxta impositam sibi credentiam exponere voluit audivimus diligenter, ad que sibi respondimus prout ex ipsius de quo, ut credimus, fiduciam plenam geris, relatione fideli poteris plene scire. Dat. Avinione, II nonas octobris[1]. »

[1] M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 29, note 1) attribue ce document à l'année 1317 parce qu'il suit, dans le registre 110, une lettre du 18 septembre 1317 adressée à Bertrand de Got et à Amanieu d'Albret (n° 382). C. Eubel, qui cite seulement la pièce, donne la même date. Dans le registre 109, la lettre que nous publions est précédée d'une autre lettre adressée à la reine Clémence (n° 1172) et, d'après ce que nous savons de la constitution de ces registres, l'argument présenté par M. L. Guérard ne nous permet point de donner comme certaine la date, fort admissible d'ailleurs, de 1317 (Voyez n° 5, note).

952 Avignon, 11 octobre 1319.

Johannæ, reginæ Franciæ, litteris a Petro de Fretis præsentatis respondens, nonnulla ei de quadam permutatione cum fratribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani facienda et de P[etri] Bertrandi ac Johanne de Argileriis recommendatione scribit. (Reg. 110 p. II, fol. 5, c. 33 et 588).

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Regie serenitatis benignitate solita recepimus litteras nobis novissime presentatas et que dilectus filius magister Petrus de Fretis, familiarius tuus, cui credi in eisdem petiisti litteris, proponere voluit, benigne audivimus et intelleximus diligenter; quibus utique responsa dedimus, vota nostra regalibus quantum decenter potuimus conformantes, prout prefatus magister Petrus latius exponere poterit cujusque nota fidelitas credentiam apud excellentiam regiam impetrabit. Pro illa autem permutatione facienda cum fratribus Hospitalis sancti Johannis Jehrosolimitani (*sic*) nobis videtur expediens quod tantum ex parte regia in redditibus assignetur quam salinis (?); dilectos autem filios magistrum P. Bertrandi[1] et Johannem de Argileriis[2], tuos familiares consiliarios ac cancellarium, regie interventionis obtentu et eorum probitatis intuitu, recomendatos habere intendimus loco et tempore oportunis, pro quibus magister P. predictus nunc et alias nedum diligenter et oportune instare studuit, sed revera nos super hoc importune sepe et sepius molestare. Dat. Avinione, V idus octobris, anno quarto. »

[1] Voyez, au sujet de ce personnage, n° 799, note 3.
[2] Voyez n°s 906, 1128, 1129.

953 Avignon, 15 octobre [1317-1319].

Confessori prædictæ Johannæ reginæ potestatem eam ab omnibus peccatis suis de quibus infra triennium confessa fuerit absolvendi concedit. (Reg. 110, p. II, fol. 45, c. 204 et 760.)

« *Dilecto filio confessori carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustris.* Ferventis devotionis affectum — Dat. Avinione, idus octobris[1]. »

[1] Cf. Philippe V n'a pu avoir le titre de roi et sa femme, Jeanne, celui de reine, avant la mort de Jean Ier, connue à Avignon le 28 novembre 1316 (n° 81). La lettre de Jean XXII est donc postérieure à cette date.

954 Avignon, 15 octobre 1319.

Arelatensi et Aquensi archiepiscopis ut procedant in causa Gregorii, abbatis monasterii Yssiodori, ordinis sancti Benedicti, Claromontensis diocesis, et ut faciant ministrari expensas Johanni Rocheti[1], monacho ejusdem monasterii, pro dictæ causæ prosecutione. (Reg. 70, cur. fol. 8, c. 21.)

« *Venerabilibus fratribus.., Arelatensi et.., Aquensi archiepiscopis.* Ad puniendos subditorum — Dat. Avinione, idibus octobris, anno quarto. »

[1] Index : *Rochei.*

955 Avignon, [16 octobre [1316-1319].

Clementiæ reginæ de venatione quam ipsi transmiserat regratiatur. (Reg. 109, fol. 9 v°, c. 49.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri.* Grande venationis exenium — Dat. Avinione, xvii kal. novembris. »

956 Avignon, 18 octobre [1316-1319].

Eduardum, regem Angliæ, rogat ut Guillelmo, domino de Cavomonte, alias litteras regales negotium castri de Gontaldo tangentes, in forma debita confectas mandare velit. (Reg. 109, fol. 89 v°, c. 381 ; — Reg. 110, p. i, fol. 100 v°, c. 374 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 162, n° 104.)

« *Carissimo in Christo filio Eduardo, regi Anglie illustri.* Ea nobis est — Habet siquidem expositio dilecti filii nobilis viri Guillelmi, domini Cavimontis noviter facta nobis quod, licet dudum ei de regia liberalitate concesseris generose ut medietatem castri de Gontaldo, diocesis Agennensis, spectantem olim ad Indiam de Insula, matrem suam, quam clare memorie Eduardus, rex Anglie, pater tuus, venditionis titulo, pretio trium milium librarum arnaldensium acquisivit, posset predictum tibi restituendo pretium rehabere, quodque sibi partem illam quam habes in castro de Blogonio, diocesis Vasatensis, dato tibi exinde per eum competenti excambio, restitui et dimitti volebas, prout in confectis super hoc regalibus litteris tuo parvo sigillo munitis plenius dicitur contineri; quia tamen litteris ipsis non fuit sigillum regie majestatis appensum, [cum] cum eo tunc existens in Francie partibus pro inclite memorie Ludovici, regis Navarre, ac germanorum suorum solemnizanda militia, illud penes te ut dicitur non haberes, predicte gratie eidem nobili redduntur inutiles, quas propter ipsius magni sigilli defectum officiales tui ad executionem adducere renituntur; propter quod nobilis ipse nobis supplicavit humiliter ut super hoc preces nostras, de quarum effectu fructuoso confidit, celsitudini tue dirigere dignaremur — Dat. Avinione, xv kal. novembris. »

957 [Avignon, 18 octobre 1316-1319.]

J[ohanni], Wintoniensi episcopo, ut dictum regem ad præmissa inducat. (Reg. 109, fol. 89 v°, c. 382 ; — Reg. 110, p. i, fol. 100 v°, c. 375 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 164, n° 105.)

« *Venerabili fratri J., Wintoniensi episcopo, carissimi in Christo filii nostri Eduardi, regis Anglie illustris, cancellario.* Ea nobis est — Datum ut supra [1]. »

[1] N° 956. L'évêque de Winchester dont il est ici question, élu le 16 juillet 1316, aurait reçu son temporel le 23 septembre, d'après Le Neve (*Fasti ecclesiæ Anglicanæ*, éd. Hardy, Oxford, 1854, t. III, pp. 12 et 13). Il était déjà consacré à la date du 31 octobre 1316, suivant C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 562) qui ne fait que reproduire, dans ce cas, l'opinion de Gams. Nous le trouvons avec le titre d'*episcopus* dans une lettre d'Edouard II du 10 janvier 1317. Il n'était plus chancelier le 26 octobre 1319, et il était certainement mort à la date du 2 novembre de la même année (Rymer, *Fœdera*, éd., 1739, t. II, par. i, pp. 111, 180, 182, 183). Il était remplacé le 12 décembre 1319 (Voyez n° 1229, note).

958 Avignon, 18 octobre [1316-1319].

Petro, episcopo Carcassonensi, ut cum B[ernardo], comite Convenarum, de quorumdam bonorum, quæ in ejusdem comitis præjudicium detinet, restitutione conveniat. (Reg. 109, fol. 92, c. 393 ; — Reg. 110, p. i, fol. 47, c. 153 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 212, n° 136.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Carcassonensi.* Cum sis, frater, custos in vineis positus, de tue custodia vinee debes esse potissimum curiosus, ut videlicet, cum custodis nomen ad corrigendum aliorum excessus acceperis, quod excedas, in alium juste reprehendi non possis. Habet siquidem dilecti filii nobilis viri B., comitis Convenarum, expositio noviter facta nobis quod, licet avus et pater sui, post solennem emancipationem ipsius, sibi de toto comitatu Convenarum et pertinentiarum ejusdem donationem puram et simplicem legitime fecerint, tu tamen, post emancipationem et donationem hujusmodi, medietatem castri Podii Lauzici, existentem in comitatu jamdicto et ad eundem comitem, donationis predicte virtute, rationabiliter pertinentem, donari tibi per patrem ipsius, in evidens sui prejudicium, procurasti, quam medietatem in juris injuriam et comitis predicti jacturam diceris tenuisse diutius et ex ea percepisse fructus indebite, et adhuc pro libito detines, nolens eam comiti restituere memorato nec de perceptis fructibus respondere. Quia igitur si est ita, pontificalis essentie puritati non

leviter detrahis, cum ridiculum sit in prelato preesse populis et reprehensibilibus actibus subjacere, fraternitatem tuam hortamur attente, tibi nichilominus per apostolica scripta mandantes quatenus, si premissis veritas suffragatur, cum eodem comite circa restitutionem medietatis castri predicti ac fructuum per te inde hactenus perceptorum, omni sublato diffugio, sic convenire sicque pacificare procures quod ex nunc super hoc nulla de te justa querelandi resultet occasio, propter quam nos qui singulis in justitia debitores existimus, eidem comiti de alio oportuno super hoc providere remedio compellamur. Dat. Avinione, xv kal. novembris. »

959 Avignon, 23 octobre [1317-1319].

Carolo, comiti Valesii, de sollicitudine sua erga Philippum, regem Franciæ gratias agit eumque hortatur ut dictum regem dirigat nec ab ejus comitiva se subducat. (Reg. 109, fol. 91, c. 387; — Reg. 110, p. i, fol. 55, c. 181.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Quanto diligentie studio, quam ferventi zelo quantove caritatis instinctu erga te duxerimus insistendum ut carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, revereteris ut dominum et diligeres ut nepotem, directurus, tanquam vir inter ceteros de domo regia prodeuntes maturioris etatis et circumspectionis experte, dicti regis et regni negotia, teque notabiliter non elongaturus a regii lateris comitiva, non est subductum nostre memorie idque apostolice littere tuis sensibus imprimere debuerunt a nobis totiens tibi misse. Propter quod perlata noviter ad nos insinuatio fide digna, tanquam bonus nuntius de terra longinqua, de tuo nunc in hiis gestu laudabili animum nostrum eo nimirum majori alacritate perfudit quanto solet haberi gratius et precarius reputari quod anxie queritur et laboriosius invenitur. Habuit namque ipsius insinuationis placide series quod tu, ductus consilio saniori, versaris circa regem ipsum instantius solito, quod tuam consiliis suis presentiam exhibes, quod, prout tui laudabilis propositi prosecutio verisimiliter continuanda promittit, ex nunc te promptum directorem regalium agendorum ac promotorem solicitum devote prebebis. Hec, fili, pro rei publice commodo et nichilominus tui honoris ac utilitatis obtentu, hactenus expectavimus anxii, hec desideravimus anxia expectatione diutius; in hiis utique promovendis solicitudo nostra non defuit de contingentibus nil omittens; unde quod nostris in hac parte satisfactum esse desideriis creditur, illi qui talem tibi spiritum inspiravit, sacrificium laudis exolvimus, suppliciter postulantes ab eo ut te in hac zeli rectitudine, in hac sinceritate fidei et in hujus devotionis ad regem ipsum et ejus agenda inextinguibili ardore conservet. Ex hoc namque nedum dicti regis et tua, set et alia utique pia et presertim Terre Sancte negotia prosperari supponimus, sperantes indubie quod et tu in necessitatibus tuis semper favore regio fulcieris, et agenda dicti regis et regni per tue magnitudinis assistentiam efficacem salubrius dirigentur, per quod habilius poterit ultramarini passagii assumptioni vacare, ad quam ferventer anelare se dicit. Quesumus itaque, fili, et per Salvatoris tui mansuetudinem obtestamur quatinus excitatum in te a Domino spiritum non extingu[u]as nec a quibuscunque te a tam salubri proposito retrahere forte volentibus patiaris extingui, sed attente considerans quantum per hec acquiris tue glorie titulum, quantum tue fame consulis, quantum tue prosperitati provides, quante statui tuo procuras soliditatis augmentum et quam evidenter tue potentie virtutem exaltas, susurronibus que sua sunt querentibus et qui libenter forsan inter regem ipsum et te discordiam seminarent, desiderantes in mari turbato piscari, resistas viriliter, et, ut non impinguet peccatoris oleum caput tuum, nequaquam talium adulationibus acquiescas, quin potius in ipsarum exordio magnanimi constantia confutes easdem, per indefessam continuationem devotionis hujusmodi regiis beneplacitis pro viribus te coaptans ac invariabili voto in eorum prosecutione persistens. Et si forte rex ipse interdum aliqua faciat que contraria tuis accedant affectibus, non rumpas propter hoc nec te ab illius comitiva subducas, set in omni lenitate et reverentia que arguenda videris arguas, et, quantum in te fuerit, illum in viam rectam devota manuductione reducas;

quod si fieri per te non poterit, equanimiter dissimulare procura, id nobis secreto per fidum significaturus nuntium aut tuis litteris descripturus. Nos etenim super hoc apud regem eundem curabimus sic caute persuasoris partes assumere, quod minime perpendere poterit quod id ad nostram videatur ex tua insinuatione notitiam pervenisse; et speramus in eo in cujus manu regum corda consistunt, quod sic in hiis nostris persuasibus annuet quod tibi placidum et acceptum accedet. Dat. Avinione, x kal. novembris [1]. »

[1] Cf. La mention de Philippe, roi de France, nous indique que cette lettre ne peut être de 1316 (Voyez n° 81, note). Il est difficile, d'après ce que nous savons des relations de ce dernier avec Charles de Valois (Voyez n° 174, note 7), d'en préciser autrement la date.

960 Avignon, 12 novembre 1319.

Petro de Rocha, decano ecclesiæ de Capdroto, Sarlatensis diocesis, ut vasa argentea, pecunias, animalia, bladum, frumentum, victualia et bona quondam Petri, patriarchæ Jerosolimitani, tunc episcopi Ruthenensis, quæ ad manus capituli Ruthenensis et quorumdam aliorum pervenisse noscuntur, sibi faciat assignari. (Reg. 70, cur. fol. 5, c. 15.)

« *Dilecto filio magistro Petro de Rocha, decano ecclesie de Capdroto, Sarlatensis diocesis.* Cum sicut nuper — Dat. Avinione, ii idus novembris, anno quarto. »

961 Avignon, 13 novembre 1319.

Processus contra illos qui spoliaverunt curiales, tempore vacationis, in civitate Carpentoratensi [1]. (Reg. 70, cur. fol. 7, c. 19; — Baluze, *Vitæ paparum Avenionensium*, t. II, col. 388, n° lix.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Clamores validos et — Dat. Avinione, idus novembris, anno quarto. »

[1] Voyez sur le même sujet, n° 1035.

962 Avignon, 15 novembre 1319.

Gaucelmo cardinali nonnulla pro reformatione Aurelianensis studii cujus privilegia confirmat, committit, litteris Philippi, regis Franciæ, responsionem viii idus junii, pontificatus anno secundo, factam [1] inserens. (Reg. 110, p. ii, fol. 10 v°, c. 60 et 616; — M. Fournier, *les statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 46, n° 55.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri, presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Dudum zizaniarum satore — Dat. Avinione, xvii kal. decembris, anno quarto. »

[1] N° 615.

963 15 novembre [1317-1319]

Cum ex relatione Raynaldi de societate Bardorum de Florentia percepisset officiales Philippi, regis Franciæ, Bencivennam et Franciscum, mercatores de societate prædicta, absque causa rationabili cepisse, præfatum regem rogat ut eosdem mercatores liberari faciat. (Reg. 110, p. ii, fol. 36, c. 161 et 717.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum sis, fili — Dat. xvii kal. decembris [1]. »

[1] Cf. Philippe V étant désigné ici comme roi de France, cette lettre datée du 15 novembre ne peut être de 1316, d'après ce que nous avons dit au sujet de la mort de Jean Ier (Voyez n° 81, note).

964 15 novembre [1317-1319].

Clementiam, reginam Franciæ, hortatur ut quamdam pecuniæ summam sociis de societate Bardorum de Florentia debitam eisdem solvat. (Reg. 110, p. ii, fol. 36, c. 162 et 718.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francie et Navarre illustri.* Ecce, carissima filia, dilecti filii socii de societate Bardorum de Florentia, quibus in certa pecunie quantitate tibi, ut asserunt, in tuis necessitatibus mutuata teneris, de dilata nimis satisfactione queruntur, nec tacent se, ad nostram instantiam, ab ipsius exactione debiti non absque grandi suo et societatis incommodo diutius quievisse, sub-

juncto se nec velle nec posse ulterius ab illius exactione cessare, propter quod nobis instantius supplicarunt ut de satisfaciendo inde sibi te so[l]licitare vellemus. Quia igitur rationabile censetur et decens ut mercatoribus satisfacias antedictis, celsitudini tue paterno suademus affectu quatinus mercatores ipsos circa satisfactionem hujusmodi sic contentare procures, quod alias eos in tuis oportunitatibus promptiores debeas invenire. Et ut facilius adsit tibi satisfaciendi facultas quo minorum sumptuum fueris gravata protluviis, consulimus bona fide, sicut et alias consuluisse meminimus[1], ut eam servare cures in expendendo modestiam, quod aliquid tibi possit superesse residui quod mercatoribus eisdem exsolvas, fiatque ut, postquam eis fuerit plenarie satisfactum, in ipsorum et aliorum creditorum retiaculum te, tibi hujusmodi sufficiente residuo, incidere non contingat. Dat. XVII kalendas decembris[2]. »

[1] 17 mai et 9 juillet 1317 (nos 232 et 293).

[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celles que nous indiquons dans la note précédente, a peut-être été, comme elles, écrite avant le 30 avril 1318, mais nous n'osons l'affirmer. Voyez sur le même sujet, no 232, note 3.

965 Avignon, 17 novembre 1319.

Dispensationem pro matrimonio inter Philippum, nunc regem Franciæ, et Johannam, quondam Othonis comitis Burgundiæ filiam, contrahendo, olim a Clemente papa V per litteras cujus tenor presentibus inseritur, concessam confirmat. (Reg. 110, p. II, fol. 9 v°, c. 57 et 613.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Sedes apostolica non indigne, etiam ex suo officio circa illa consuevit et merito debet vigilanter intendere per que domui Francie cui Dominus benedixit quamque in suis necessitatibus singulare refugium Sedes ipsa indeficienter reperit et contra sibi adversantia stabile firmamentum, provideatur salubriter, et per que obloquentium contra illam ora obstrui valeant, curiosorum ac pertinacium tollatur disputatio et status illius indubitata veritas propaletur. Hinc est quod, licet olim felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, ut carissimus in Christo filius noster Philippus, nunc rex Francie et Navarre illustris, adhuc tunc clare memorie Philippo, rege Francie, ejus progenitore vivente, ac carissima in Christo filia Johanna, nunc dictorum regnorum regina, quondam Othonis comitis Burgundie filia, non obstantibus tertio ex parte inclite regine Johanne, quondam regine Francie, matris dicti Philippi regis qui nunc est, et quarto ex parte prefati Philippi, progenitoris ejusdem, consanguinitatis gradibus quibus sibi ad invicem attinebant, seu publice honestatis justitia, si qua esset, possent copulari matrimonialiter licite, de speciali gratia et de plenitudine potestatis, ut in ejusdem predecessoris litteris non cancellatis, non abolitis, nec abrasis seu in aliquo vitiatis, vera bulla in serico pendenti bullatis, quarum tenor de verbo ad verbum subtus annectitur, plenius contineri vidimus, duxerit dispensandum, nos ad tranquillitatem et pacem domus prefate, dicti regis et suorum predecessorum claris exigentibus meritis, intensis desideriis an[h]elantes, ex habundanti, cum nil in predicta dispensatione noverimus nec quoquomodo percepimus pretermissum per quod ipsa possit dispensatio impugnari, contra garritus obloquentium, disputationes curiosorum, astutias et malitias illorum qui pacem execrantur, concordie invident et in dissensionibus delectantur, providere volentes, dispensationem predictam ex certa scientia confirmamus, ac ex superhabundanti super quibuscumque impedimentis aliis a[c] premissis, si que essent vel reperirentur imposterum, ex consanguinitate vel affinitate sive ex parte utriusque parentis seu alterius eorundem ex utroque latere, respectu comunis stipitis in eodem gradu seu ex uno latere in uno, ex altero in alio seu ex publice honestatis justitia, sive ex uno latere sive ex pluribus provenientibus seu provenire valentibus, super quibus consuevit Sedes apostolica presertim cum personis sublimibus dispensare, ex certa scientia et de potestatis plenitudine dispensamus, volentes quod prefata nostra dispensatio perinde ac si impedimenta ipsa, si qua reperiri contingeret, forent distincte ac specialiter expressata, robur obtineat perpetue firmitatis, prolem insuper susceptam et suscipiendam ex prefato matrimonio legitimam declarantes. Tenor vero litterarum prefati predecessoris sequitur in hunc modum.

« Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Philippo, secundo genito carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, et dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, nate quondam Othonis, comitis Burgundie, salutem et apostolicam benedictionem. Regis eterni mira benignitas qui eterna providentia celestia pariter et terrena disponit, honore multiplici sponsam suam Romanam Ecclesiam insignivit, statuens in ea sumi Sedem apostolatus in qua Romanum pontificem suum voluit consedere ministrum, illi tradito in personam beati Petri apostolorum principis, clavigeri regni celestis, ligandi pontificio et solvendi. Quare ipsius pontificis precellens auctoritas, qualitates negotiorum et merita personarum diligenti meditatione prospiciens, nonnulla interdum certis personis, que alias forent illicita, concedit pro loco et tempore de sue plenitudine potestatis, tunc in illis rigorem justitie mansuetudine temperans et, quod negant jura, de gratia benignitatis indulgens. Sane petitio carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, patris tui, fili Philippe, nuper nobis pro vobis exhibita continebat quod, ex diversis causis et considerationibus plurimis, expedire multipliciter dinoscatur ut proles ipsius regis et quondam Othonis, comitis Burgundie, patris tui, filia Johanna, reducatur ad strictioris et indissolubilis vinculi unitatem, desideratis admodum ad invicem matrimonialiter copulari; sed quia obsistentibus vobis tertio ex parte inclite recordationis Johanne, regine Francie, uxoris dicti regis, matris tue, di[lec]te Philippe, et quarto ex parte regis predicti consanguinitatis gradibus quibus vobis ad invicem attinetis, seu publice honestatis justitia, si qua subsit, ex eo videlicet si forsan, sicut aliqui falso dicuntur asserere, inter dilectum filium nobilem virum Ludovicum, primogenitum dicti regis, fratrem tuum, Philippe predicte, ac te, Johanna, sponsalia contracta fuerunt, id non potest absque dispensatione Sedis apostolice provenire, fuit nobis humiliter supplicatum ut providere super hoc de oportune dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur causas et considerationes hujusmodi benignius attendentes, et considerantes quod vos a stipite traxistis originem Deo et Ecclesie Romane devoto et laudabilium ac strenuorum meritorum claritate fulgenti, firma quoque ducti fiducia [quod] per hujusmodi matrimonium, si fiat, multa bona, utilitates et comoda hinc et inde poterunt provenire, votis ipsius regis, et vestris super hoc benigne providimus annuendum. Quare prefati regis et vestris supplicationibus inclinati, vobiscum, ut impedimentis predictis vel aliquo eorundem nequaquam obstantibus, matrimonium invicem licite contrahere ac in eo remanere libere valeatis, auctoritate apostolica, de speciali gratia dispensamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. apud Vignandraldum, VII idus januarii, pontificatus nostri anno secundo[1]. »

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, dispensationis, voluntatis et declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Avinione, XV kal. decembris, pontificatus nostri anno quarto. »

[1] Clément V annonça, à la même date, à Philippe IV la concession de cette dispense (Arch. Nat., J. 703, nº 158, orig., la bulle manque).

966 26 novembre [1317-1319].

Prædicto Philippo, regi Franciæ, de venationibus, caseis et allecibus missis regratiatur. (Reg. 109, fol. 226, c. 883; — Reg. 110, p. I, fol. 15, c. 50.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Libenter vidimus et gratanter solito more recepimus venationes pulcras, pingues caseos et allecia sapida que dilectus filius Stephanus Cocus, familiaris noster et tuus, nuper nobis in habundantia tuo nomine presentavit, pro quibus liberalitatem regiam eo uberiori gratiarum actione prosequimur, quo eam pluries nos sensisse in similibus memoramus. Datum VI kal. decembris[1]. »

[1] Cf. Philippe V n'ayant pu prendre le titre de roi qu'après le décès de Jean I[er], connu à Avignon le 28 novembre 1316 (Voyez nº 81, note), la lettre que nous publions ici n'est pas antérieure à cette date.

967 30 novembre [1316-1319].

Eidem regi respondet quod obtinentes gratiam a Sede apostolica præferri debent illis qui exspectant ex privilegio regi concesso. (Reg. 109, fol. 230 vº, c. 861; — Reg. 110, p. i, fol. 77 vº, c. 275.)

« *Eidem.* Per tuas nobis, fili carissime, litteras significare curasti quod dudum, ad tue supplicationis instantiam, certis executoribus concessimus potestatem omnia beneficia cum cura vel sine cura octo clericorum tuorum de quibus magis velles, quocunque modo vacantia, personis per te nominandis idoneis conferendi, et licet tam dilecto filio nostro J. de sancto Justo, clerico tuo, de canonicatu et prebenda ecclesie Belvacensis per obitum quondam magistri Ricardi de Tiboutot, clerici tui, quam nonnullis aliis tuis clericis de certis canonicatibus et prebendis in quibusdam ecclesiis per mortem vel resignationem aliorum clericorum tuorum de ipso octonario numero existentium vacantibus, libere per executores ipsos ad nominationem tuam fuerit ex premisse potestatis vigore provisum, aliqui tamen, quibus post concessionem potestatis ejusdem in quibusdam ecclesiis de canonicatibus providimus et prebendis, dicunt se in canonicatibus et prebendis, tempore provisionis sibi facte vel post illam, per mortem vel resignationem dictorum clericorum tuorum vaccantibus, de jure debere preferri. Unde cum ipsi clerici tui super collatis sibi, commissionis auctoritate predicte, canonicatibus et prebendis, per eos quibus providimus impediantur, supplicasti nobis humiliter ut predictam comissionem pro tuis interpretari clericis, aut defectus, si qui forent in ea, supplere vellemus de plenitudine potestatis; ad que, fili, scire te volumus quod, etsi memoratis executoribus predictam concesserimus potestatem, penes nos tamen remansit nichilominus major potestas, licet eadem in predictis, preter quod cum (?) nostra in hiis in quibus eandem preoccupavimus potestatem potior debeat esse conditio eo presertim quod per speciem generi derogatur quamquam de genere in speciei derogatione mentio nulla fiat, et hiis et aliis rationibus jure cautis illi quibus providimus esse debent in hoc casu in hujusmodi beneficiis tuis clericis potiores. Si ergo supplicationem tuam, que alieni juris enervationem continet evidenter, nequaquam admittimus, tua quesumus sublimitas moleste non ferat; quamvis enim juribus non ligemur humanis, lege tamen stringimur conscientie qua juri cujuspiam retrahimur derogare; set in aliis, regie contemplationis intuitu, absque cujusvis injuria ipsis tuis libenter recompensabimus clericis loco et tempore oportunis. Dat. II kal. decembris[1]. »

[1] L'impossibilité de retrouver la date de la concession mentionnée au début de cette lettre ne nous a pas permis de l'attribuer à une année déterminée.

968 6 décembre [1316-1319].

Eidem regi se litteras ejus recepisse nuntiat eique se responsurum promittit. (Reg. 110, p. i, fol. 66, c. 223.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas, fili carissime, per dilectos filios nobiles viros Girardum de Meriaco et Johannem d'Aygrevile, milites tuos, nobis noviter presentatas, leta manu suscepimus et tam ea que continebantur in eis et quodam rotulo sigillato nobis exhibito, quam que iidem milites juxta commissam sibi per te credentiam exponere voluerunt, audivimus diligenter; super quibus nondum plene deliberare potuimus, sed cito congrua deliberatione prehabita, celsitudini regie super illis curabimus plenius respondere. Dat. VIII idus decembris. »

969 [6 décembre 1316-1319.]

Johannæ reginæ de eodem. (Reg. 110, p. i, fol. 66, c. 224.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Litteras tuas per dilectos filios etc. ut supra usque continebantur in eis quamque iidem etc. usque prehabita, super illis curabimus etc. Dat. etc. »

970 Avignon, 10 décembre [1316-1319].

Guillelmum, abbatem monasterii Virziliacensis, ordinis sancti Benediciti, ad monasterium Molismense transfert. (Reg. 109, fol. 103, c. 433.)

« *Dilecto filio Guillelmo, quondam monasterii Virziliacensis, nunc monasterii Molismensis, ordinis sancti Benedicti, Eduensis et Lingonensis diocesum, abbati*. Vacante dudum monasterio Molismensi, ordinis sancti Benedicti, diocesis Lingonensis, per obitum quondam Guidonis, abbatis ejusdem, duo ex ipsius monasterii monachi, videlicet Alexander et Johannes, nunc abbas monasterii Virziliacensis, ordinis predicti, diocesis Eduensis, in ejusdem monasterii Molismensis abbates electi fuerunt. Et demum hujusmodi electionis sic in discordia celebrate negotio ad Sedem apostolicam per appellationem legitime devoluto, cum iidem electi Sedem petiissent eandem, prosecuturi jus suum, primo Alexander ipse obiit inibi, et deinde prefatus Johannes juri, si quod competebat ex electione prefata, libere ac spontanee in manibus nostris cessit et nos cessionem hujusmodi duximus admittendam, per quod monasterium ipsum apud Sedem dinoscitur vacavisse prefatam. Ne igitur ipsum monasterium diutine vacationis incomodis remaneret expositum, nos de utili gubernatione ipsius salubriter cogitantes, attento quod de illius provisione nullus preter nos se intromittere poterat pro eo quod nos, ante vacationem hujusmodi, provisiones ecclesiarum ac monasteriorum que apud Sedem predictam toto pontificatus nostri tempore vacare contingeret, dispositioni nostre ac Sedis ejusdem pridem duximus reservandas [1], decernentes ex tunc irritum et inane si secus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter continge[re]t attemptari, personam sollicita investigatione quesivimus ipsius monasterii honori et oneri juxta nostrum desiderium congruentem; et demum in persona tua — proficiant incrementis. Dat. Avinione, III idus decembris [2]. »

[1] Voyez Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. I, tit. III, c. 4.

[2] Guillaume, abbé de Molesme, est déjà cité en août 1318, d'après les archives de Montieramey; mais comme, selon les auteurs de la *Gallia Christiana* auxquels nous empruntons ce renseignement, il aurait obtenu cette dignité une première fois déjà, avant d'être transféré à Vezelay et que l'ordre de succession des abbés n'est point clairement établi pour cette période (Gallia Christiana, t. IV, col. 473, 474, 738, 739), nous ne pouvons pas par là préciser la date de la lettre de Jean XXII.

971 Avignon, 10 décembre 1319.

Gaucelmo cardinali mandat ut, quamprimum Aurelianense studium reformatum fuerit, excommunicationis sententiam ab ejusdem studii privilegiorum conservatoribus latam non tenere decernat. (Reg. 110, p. II, fol. 10 v°, c. 59 et 615; — Reg. 70, cur. fol. 10 v°, c. 32; — M. Fournier, *les Statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 48, n° 56.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio*. Ad reformationem et — Dat. Avinione, III idus decembris, anno quarto [1]. »

[1] La date qui ne se retrouve pas dans le registre 110 est donnée par le registre 70.

972 Avignon, 10 décembre 1319.

Episcopo Aurelianensi absolvendi scholares Aurelianenses qui, contra contenta in ejusdem studii modificationibus veniendo vel arma deferendo, excommunicationis sententiam incurrerint, facultatem concedit. (Reg. 110, p. II, fol. 12, c. 61 et 617; — Reg. 70, cur. fol. 10, c. 31.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Aurelianensi*. Ad reformationem et reintegrationem studii Aurelianensis, olim zizaniorum satore ac incentore malorum omnium procurante, inter scolares ejusdem studii et cives Aurelianenses orta discordia intercisi vel verius dissipati, nostris plurimum insidentem affectibus, instante ad hoc carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri, gratis desideriis intendentes, universitatem ejusdem studii per quedam oportuna remedia modificandam providimus et etiam reformandam, prout in aliis nostris litteris quas super hoc dilecto filio nostro Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio mittimus [1], plenius continetur; verum

quia inter alia contenta in modificationibus prelibatis cavetur expresse quod qui contra ea vel aliquod predictorum attemptaverit et scolares qui in civitate predicta arma portaverint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, nos attendentes quod sensus hominis proni ab adolescentia sunt in malum quodque scolares, presertim in juvenili constituti etate, in excessus faciliter prolabuntur, et quod non expedit eisdem scolaribus, si quos in prohibitis casibus excedentes predicte excommunicationis sententia contingeret[2] innodari, apostolicam Sedem adire pro absolutionis beneficio obtinendo, ne per discursum hujusmodi contingat eorum studium interrumpi, volentes super hoc eisdem studentibus de benignitate Sedis apostolice salubriter providere, fraternitati tue absolvendi auctoritate apostolica illos qui, contra predicta contenta in eisdem modificationibus vel eorum aliquod attemptando, nec non scolares qui deferendo arma sententiam excommunicationis incurrerint, juxta formam Ecclesie plenam concedimus usque ad apostolice Sedis beneplacitum tenore presentium facultatem. Dat. Avinione, IIII idus decembris, anno quarto[3]. »

[1] N° 971 ; voyez aussi n° 962.
[2] Reg. 110 : *contigerit*.
[3] La date ne se trouve que dans le registre 70.

973 Avignon, 13 décembre [1316-1319].

Carolo, comiti Valesii, se quasdam ejus excusationes de elongatione a Philippi, regis Franciæ, comitiva recepisse nuntiat, eum hortatur ut eidem regi assistat nonnullaque de provisione Roberto Brionni, clerico suo, facta significat. (Reg. 109, fol. 97 v°, c. 411 ; — Reg. 110, p. I, fol. 12, c. 31.)

« *Dilecto in Christo filio Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Litteras tuas, fili, nobis noviter presentatas leta manu recepimus, et que circa excusationem tue elongationis a comitiva carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, nepotis tui, continebantur in illis, affectu benigno percepimus et intelleximus diligenter. Sane, fili, quia circa elongationem hujusmodi alias excusationis causas per dilectum filium cancellarium tuum quem ad nostram propterea presentiam destinas, te significare scripsisti, nil aliud ad presens inde tibi rescribimus, ipsius cancellarii expectantes adventum ut, eo ad plenum audito, super omnibus tibi responsionem plenariam remittamus. Super eo vero quod pro dilecto filio Roberto Brionni, canonico Ebroicensi, clerico tuo, nobis supplicare curasti, scire te facimus nos eidem, tui intuitu, concessisse quod ecclesiam beate Marie de Charny, diocesis Cenomanensis, cui cura imminet animarum, usque ad triennum tenere licite valeat, absque hoc quod, illius pretextu, interim in presbyterum ordinare aut in ea residentiam facere teneatur, provisuri sibi, contemplatione tui, dum in hoc temporis intervallo se facultatis oportunitas offeret, de competenti beneficio non curato, cujus possessionem cum adeptus pacifice fuerit, ecclesia predicta vacabit per nos alteri conferenda. Ceterum te iterum sollicitare nequaquam omittimus ut regio lateri jugiter assistere debeas et agenda dirigere regia, ea efficaciter prosequi ac promovere fideliter non omittas. Speramus enim quod rex ipse tuis necessitatibus manum liberalitatis aperiet, ad quod et nos quasi ex nobis eum licet, ut credimus, ad id sincere paratum, paternis suasionibus inducemus. Dat. Avinione, idibus decembris[1]. »

[1] Jean de Cherchemont, chancelier de Charles de Valois (Voyez n° 503), vint à la cour pontificale en novembre 1318 avec l'évêque de Meaux, Henri de Sully et Simon d'Archiac (Voyez n° 830, note 1); mais il a pu y être envoyé à d'autres moments, et cet indice chronologique n'est point suffisant pour permettre de préciser la date de la lettre que nous donnons ici. Nous savons bien aussi que, le 15 mai 1319, Philippe V donna au comte de Valois, son oncle, cent mille livres en échange de ses monnaies et pour les services qu'il lui avait rendus (Brussel, *Nouvel examen de l'usage général des fiefs*, t. I, p. 210, note *a* ; J. Petit, *Essai de restitution des plus anciens mémoriaux de la Chambre des Comptes de Paris*, p. 103, n° 575); mais cette donation n'empêcha pas le pape de faire, en juin 1320, de nouvelles demandes en faveur de ce dernier (n[os] 1092-1096). Au sujet de l'église de Charnay ou Charné (Mayenne) voyez ci-après n° 1186.

974 13 décembre [1318-1319].

Magistro Hugoni de « Colubreriis » mandat ut omnia quæ juxta depositionem jocalium reginæ Clementiæ

tanquam pignus pro societate Bardorum de Florentia in monasterio beatæ Mariæ de Nazaret de Aquis conventa sunt, observari faciat. (Reg. 109, fol. 232 v°, c. 875.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Colubreriis*[1], *sacriste Aquensi*. Scire te volumus ac expresso consensu carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie illustris, ac dilectorum filiorum Philippi et Johannis Bartholi, fratrum, ac Raynaldi Lotaringi, sociorum de societate Bardorum de Florentia, duximus ordinandum quod jocalia omnia et singula ipsius regine que in monasterio beate Marie de Nazaret de Aquis facit, ut dicit, in deposito custodiri, facto de illis in tua presentia sub manu publica inventario duplicato, quorum unum regine predicte et aliud tradatur sociis eisdem, in una archa includantur sub trium clausura clavium diversarum, quarum una per reginam ipsam, alia per te nomine nostro, et tertia per socios ipsos servari debebit, nec non sub ipsius regine, tuo et sociorum ipsorum sigillis pariter consingnentur, sicque inclusa et consignata deponantur penes dilectum filium priorem et dilectam in Christo filiam priorissam et conventum monasterii supradicti tanquam pingnus speciale obligatum sociis et societati predictis pro quatuordecim milibus nongentis septem libris, decem solidis et quatuor denariis parvorum turonensium, in quibus eadem regina ipsis teneri dicitur sociis, infra unum annum ab instanti festo Nativitatis dominice continue numerandum in antea persolvendis; qui equidem prior, priorissa et conventus promittere ac e[f]ficaciter se obligare debebunt quod fideliter conservabunt jocalia ipsa sic deposita penes eos eaque seu ex eis aliqua ante dictum terminum nulli restituent nec ea amoveri seu extrahi ab inde permittent, nisi in subscriptis casibus vel altero eorundem. Elapso namque dicto termino et nulla vel forte particulari tantum satisfactione de qua constabit priori, priorisse et conventui antedictis, facta dictis sociis de debito memorato, archa ipsa, partibus ipsis et te presentibus, dissigillabitur et aperietur, et predicta jocalia in ea contenta per duos probos viros, aut unum per reginam ipsam et alios duos vel unum expertos in talibus per socios ipsos vel eorum aliquem deputandos, extimari debebunt extimatione comuni, et sic extimata ipsis assignari sociis per priorem, priorissam et conventum eosdem pro rata debiti non soluti, reliquis jocalibus, si qua, hujusmodi assignatione facta, supererint, restituendis regine predicte. Quandocunque autem de ipso debito fuerit ipsis sociis infra dictum terminum totaliter satisfactum, dicti prior, priorissa et conventus, postquam eis sufficienter de ipsa totali satisfactione constiterit, archam ipsam cum eisdem jocalibus omnibus et singulis in illa depositis, eidem regine vel certo suo mandato restituere sine difficultate debebunt. Ubi vero infra terminum ipsum ipsa regina pro parte tantum satisfecerit de debito sepedicto, dicti prior, priorissa et conventus eam partem dictorum jocalium quam ipsa regina magis habere voluerit usque ad ratam seu summam soluti debiti sibi tradere ac restituere tenebuntur, reliqua tamen parte jocalium que communi extimatione, ut predicitur, facienda residuo debiti non soluti equipollere valeat, remansura in deposito, ut prefertur, in archa ipsa, in forma que prescribitur, includenda et etiam consingnanda, quam ipsi prior, priorissa et conventus, quandocunque infra ipsum terminum constabit eisdem de satisfactione dicti residui sociis ipsis facta, restituere debebunt regine prefate; set, elapso termino, pro ea summa que solvenda restabit, pars ipsa jocalium predictorum extimabitur, ut prefertur, sociis ipsis in solidum pro rata debiti assignanda, reliquisque jocalibus, si que forsan superfuerint, dicte regine penitus liberandis. Cum itaque premissa omnia et singula, ut prescribuntur, perfici et impleri velimus, discretioni tue de qua fiduciam gerimus in Domino specialem, presentium tenore comittimus et mandamus quatinus ea omnia, prout inde nostro nomine tangeris, prudenter adimplens, ipsos priorem, priorissam atque conventum ad implendum et servandum ordinationem nostram predictam circa hujusmodi depositum instanter inducas, eisque, pro habundantioris cautele suffragio, promittendi predicta et ad ea et eorum quelibet, ut preferuntur implenda, se, successores suos efficaciter obligandi per tuas patentes litteras ordinationem hujusmodi continentes, auctoritate apostolica plenam licentiam largiaris. Et quia nil magis humane congruit fidei quam promissa et conventa gratuito servari, subjungendo mandamus ut, postquam ipsi prior, priorissa et conventus depositum receperint supradictum et ad

observandum dictam ordinationem nostram editam circa illud se obligaverint, ut prefertur, tu ex tunc, si contrarium fecerint, excommunicationis in personas, suspensionis in conventum et interdicti sententias in monasterium antedictos quas ipso facto incurrant, eadem auctoritate promulges. Nos enim tibi predicta omnia et singula, et alia que circa id oportuna fuerint faciendi, non obstante si eisdem priori, priorisse et conventui a Sede apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi vel eorum monasterium interdici non valeant per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia prefate Sedis indulgentia generali vel speciali per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam etc. plenam et liberam concedimus facultatem. Dat. idibus decembris[2]. »

[1] Nous avons trouvé plus haut (nº 99) la forme *Columberiis*.

[2] Cf. On a vu, le 17 mai 1317, que les marchands florentins déclaraient ne pas pouvoir prolonger le terme de paiement accordé à la reine (nº 232) et que, le 18 janvier 1318, ils n'avaient renoncé à des mesures de rigueur contre elle qu'à la suite de l'intervention du pape (nº 477). La lettre que nous publions ci-dessus est postérieure certainement à la première de ces dates, et peut-être aussi à la seconde. Elle coïnciderait dans ce cas avec la retraite de la souveraine au monastère de Notre Dame de Nazareth d'Aix (20 décembre 1318, nº 779), mais c'est là une date que nous ne pouvons donner avec certitude.

975 [13 décembre 1318-1319.]

Eidem de eodem in forma diversa. (Reg. 110, p. II, fol. 43, c. 198 et 754.)

« *Dilecto filio*[1] [*magistro Hugoni de Colubreriis, sacriste Aquensi*]. Nosse te volumus quod de voluntate ac expresso consensu carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie, ac dilectorum filiorum Johannis Bartholi, Philippi [Bartholi] et Raynaldi Lotheringi, sociorum de societate Bardorum de Florentia, duximus ordinandum ut jocalia omnia et singula ipsius regine que in monasterio beate Marie de Nazareth de Aquis fecit in deposito custodiri, facto de illis inventario, in una archa includantur et consignentur, sicque inclusa — in antea persolvendis, quodque prior, priorissa et conventus predicti promittere ac efficaciter obligare se debeant sub penis excommunicationis in personas, suspensionis in conventum et interdicti in monasterium antedictos, quas si contra suprascripta venerint ipso facto incurrant, quod ipsa jocalia sic penes ipsos deposita fideliter conservabunt eaque seu ex eis aliqua ante dictum terminum nulli restituent nec ea levari seu extrahi inde permittent, nisi in subscriptis casibus vel altero eorundem. Elapso namque dicto termino et nulla vel forte particulari tantum satisfactione facta dictis sociis de debito memorato, archa ipsa aperietur et predicta jocalia in ea contenta per duos probos viros expertos in talibus, unum videlicet ad id per ipsam dictam reginam et alium per socios ipsos vel eorum aliquem deputandum, extimari debebunt — pro rata debiti non soluti, reliquis jocalibus eidem domine regine libere resignandis. Quandocumque autem — discretioni tue de qua fiduciam in Domino gerimus specialem presentium tenore committimus et mandamus quatinus eisdem priori, priorisse atque conventui, pro habundantioris cautele suffragio, promittendi predicta et ad ea et eorum quelibet, ut preferuntur, implenda, se et successores suos ac predictum monasterium efficaciter sub penis obligandi predictis, licentiam apostolica auctoritate concedere, ac illos et eorum quemlibet, si post obligationem hujusmodi prestitam contrarium facientes penis ipsis subjacere voluerint, ipso facto premissas excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias incurrisse ex nunc eadem auctoritate decernere, et alia que circa id fuerint oportuna facere valeas; non obstante si eisdem priori — non insertam etc. (plenam et liberam tibi concedimus tenore presentium facultatem)[2]. »

[1] L'adresse ne renferme que ces deux mots, mais il s'agit évidemment du même personnage que dans le numéro précédent. L'index du registre porte simplement : *judici*. Les passages supprimés ici correspondent aux passages analogues de la lettre précédente. La date sera la même (Voyez, au sujet des lettres de ce genre, nº 76, note 1).

[2] Tout ce passage, depuis *non obstante*, se retrouve textuellement dans la lettre précédente, mais il est évident qu'ici la dernière proposition, après *etc.*, a été reproduite par erreur dans le registre et doit être supprimée, comme nous l'indiquons par des parenthèses.

976 Avignon, 16 décembre [1316-1319].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut diem assignatam Sancio, regi Majoricarum, ad comparendum Parisius in Parlamento, ratione negotii Montispessulani, prorogare dictumque negotium per viam concordiæ terminare velit. (Reg. 109, fol. 109 v°, c. 456; — Reg. 110, p. II, fol. 35, c. 155 et 711.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum soleat nota principum unio guerris indicere terminum, pacem inducere subditis, et quietem ac securitatem publicam preparare, nostris valde gratum erit affectibus si inter te et carissimum in Christo filium nostrum Sancium, regem Majoricarum illustrem, consanguineum tuum, omnem materiam scandali omnemque causam dissensionis, quantum in te fuerit, cures abscidere, in hiis presertim que juri sunt consona, quanquam ad alia que gratiam saperent te sibi deceat facilem exhibere. Ad nostrum siquidem noviter pervenit auditum quod, cum rex ipse pridem fuisset clare memorie regi inclito, genitori tuo, super certis gravaminibus et injuriis que per officiales regios inferebantur eidem in villa Montispesulani conquestus, genitor ipse tuus ad reformationem hujusmodi gravaminum et injuriarum intendens, certos commissarios deputavit qui se curarent de illis informare summarie, informationem inde faciendam fideliter relaturi. Porro illi, mandati formam transgredientes improvide, non de gravaminibus et injuriis antedictis, sed de juribus omnibus que idem rex Majoricarum habebat in villa predicta se in ipsius regis absentia informarunt, informationem super hoc habitam ad dicti genitoris tui curiam deferentes. Licet autem rex ipse super decisione dicte informationis ad dies plurium parlamentorum regalium vocatus extiterit, dies tamen hujusmodi de parlamento in parlamentum fuerunt hactenus prorogate, sed ecce nunc instat dies parlamenti presentis in quo rex ipse habebit, nisi fiat prorogatio, comparere. Quia itaque decens nec minus expediens reputamus ut nedum hec sed et alie quelibet questiones, quas tu et rex ipse habetis et habere potestis ad invicem, non dirimantur per litigiorum anfractus qui nonnunquam odia pariunt, sed per vias pacificas et amicabiles sopiantur, celsitudinem tuam rogamus instantius tibique consulimus bona fide quatinus, ad pacificandum de omnibus hujusmodi questionibus cum rege predicto animum tuum, ut condecet, libenter habilitans, diem predictam usque ad tempus de quo tibi videbitur expedire liberaliter proroges sub spe pacis per communes amicos concorditer eligendos interim, auctore Domino, reformande. Nos enim regem ipsum ad id voluntarium credimus, et nichilominus ad hoc efficaciter ipsum inducere nullatenus omittemus. Sic ergo, fili, te in hiis promptum exhibeas quod pacis merearis filius nominari, patris quoque tibi expedientia sollicite promoventis letifices animum, teque pacis consilia ineuntem votiva gaudia subsequantur, tuque ac dictus rex, prout exigit necessitudo sanguinis, jungamini mutuo indissolubili vinculo caritatis. Ut autem de tuo beneplacito in premissis regem possimus informare predictum, tue quesumus, per latorem presentium nobis inde rescribere non omittas voluntatis intentum. Datum Avinione, XVII kalendas januarii[1]. »

[1] Cf. Les difficultés entre le roi de France et le roi de Majorque au sujet de Montpellier duraient, on le voit, depuis longtemps. Selon Lecoy de la Marche (*les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, pp. 375 et 376), un accord provisoire qui devait durer deux ans aurait été signé en janvier 1317 n. s. Nous constatons en effet qu'au mois de juin suivant Philippe V fit à Sanche plusieurs concessions gracieuses (Arch. nat., J. 340, n°s 37^3 et 37^4; — JJ. 53, fol. 95, n. 225; — JJ. 54A; fol. 41, n° 543; voy. Lecoy de la Marche, *loc. cit.*); il ajoutait : « *Ceterum si dictus rex Majoricarum aut gentes sue fortassis credant in predictis jus pinguius se habere et coram nobis voluerint judicialiter experiri, parati sumus eis exhibere celeriter et de plano justitie complementum, in quo casu dictam ordinationem decernimus et volumus nullius existere firmitatis, cum per nos favorabiliter extra judicium, sub spe quod idem consanguineus noster contentari debeat, facta fuit ordinatio memorata* » : (J. 340, n° 37^4 *1, 4, 5, 8, 15*). La lettre de Jean XXII est-elle antérieure à ces concessions? Nous ne pouvons l'assurer; le 13 avril 1321 n. s. l'affaire en question n'était pas encore terminée (Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 355, n° 6367).

977 16 décembre [1316-1319].

Eidem respondet quod reservationes quas de Meldensi ecclesia fieri petierat, concedi non possunt. (Reg. 109, fol. 110, c. 457; — Reg. 110, p. I, fol. 7 v°, c. 16.)

« *Eidem.* Nosti, fili carissime, quam solicite, quam paterne exhortationibus apud te crebris institimus, nec adhuc instare cessamus quod, tue salutis obtentu et ob illius per quem regis et regnas intuitum, a tuorum abstineas gravaminibus subjectorum, nec ignoras quod necesse est ut munda sit manus que sordes diluit alienas. Qua ergo fronte suadere tibi abstinentiam ab hujusmodi gravaminibus possumus, si subjectis nobis ecclesiis inculcare gravamina convincamur? Ecce, fili, in novitate nostra, juxta opinionem plurium, ecclesias regni tui gravavimus provisionum quasi quadam immoderata frequentia, quam tamen ex nunc raritate compensare disponimus ordinata. Quod si reservationum onera ecclesiis ipsis velimus passim adicere, quid aliud facimus nisi quia quod improbamus in aliis, approbare videmur in nobis? Profecto, dilectissime fili, de hujusmodi reservationibus audivimus in Viennensi concilio graves ingeminari querelas; licet enim Romanus pontifex cui solicitudo omnium ecclesiarum generaliter est commissa, consueverit certis ex causis interdum ecclesias reservare ut earum comoditati propter hoc consulat, aut eis providendo celeriter, aut de ydoneitate probatam preficiendo personam, capitula tamen earum grave procul dubio nimis gerunt quod per reservationes ipsas jus eligendi sibi subtrahitur, et quod illis habent necessario subici quorum non sunt merita et mores experti. Quesumus itaque, fili, ut prudentie tue mansuetudo moleste non ferat si premissis ex causis non facimus de Meldensi ecclesia quod petisti, reservationes namque sine causis utilitatem suadentibus evidentem, hiis temporibus continuare nequaquam intendimus ne afflictionem afflictis addamus. Dat. Avinione, XVII kal. januarii[1]. »

[1] Au sujet des réserves faites par Jean XXII, voyez CORPUS JURIS CAN., *Extravag. com.*, lib. I, tit. III, c. 4.

978 19 décembre [1317-1319].

Eumdem regem iterum rogat ut excessus qui, ratione appellationum ab Eduardi, regis Angliæ, auditorio in ducatu Aquitaniæ ad curiam suam factarum, committuntur, reformare studeat. (REG. 109, fol. 234 v°, c. 882; — REG. 110, p. I, fol. 16, c. 55; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 213, n° 137.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cupientes, fili carissime, inter te et carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, tanta tibi consanguinitate et affinitatis propinquitate conjunctum, omnem occasionem provocationis odiose precidi omnemque submoveri materiam per quam inter te et ipsum regem posset dissensionis scandalum suscitari, pridem tibi per apostolicas litteras scripsisse meminimus[1] ut, cum ad tuam curiam appellantibus ab ipsius regis auditorio in ducatu Aquitanie nimis in ipsa tua curia faveri dicatur, sicque sequatur per ipsam tuam curiam passim appellationes admitti, quod interdum frustratorie vel legitime appellantis debita distinctio non habetur, unde illud absurdum evenit quod, etsi appellationis remedium ad relevandum oppressos, non opprimendum innoxios, sit inductum, appellans tamen, per appellationis objectum, se interim exemptum quoad omnia a jurisdictione reputans dicti regis, libere debaccatur, licenter opprimit proximum, turbat statum pacificum regionis, et, dum non est qui, appellatione pendente, ejus perversis conatibus obviet, cedes, rapinas, incendia et vulnera quandoque comittit, tu, consideranter attento quod talia justo judici displicent turbant patriam et dictum regem forsitan scandalizant, sic velles de appellantibus hujusmodi ordinare quod cessaret omnis favor illicitus et appellationi non defferetur minus juste, set sic fieret appellantibus ipsis complementum celeris et expedite justitie, quod per appellationis diffugium non habentes evaguari, diutius ad enormia propterea non auderent, sicut actenus, prosilire. Verum quia probabiliter dubitamus an prescripte nostre littere suasionem nostram hujusmodi continentes, ad manus regias hucusque pervenerint, ecce, cogente paterno dilectionis affectu, cooptare propensius ducimur ne inter te et regem eumdem radix amaritudinis sursum germinet, quin potius integre vigeat sinceritas caritatis, suasionem eandem, veluti salubrem et utilem, in presentibus duximus iterandam, celsitudinem tuam rogantes et obsecrantes in Domino Jhesu Christo, quatinus in predictis tue consulas puritati, sicque illa manu prompte correctionis studeas reformare quod predictis periculis et dispendiis occuratur nullaque inter te ac regem ipsum

et utriusque officiales et subditos possit discordia suscitari. Dat. XIIII kal. januarii[2]. »

[1] 28 août 1317-1319 (nº 923).
[2] Cf. Cette lettre est postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente et à laquelle Jean XXII fait allusion. Elle est, d'autre part, antérieure au 4 septembre 1320, date à laquelle s'achève la quatrième année du règne de ce pontife.

979-980 [Décembre 1316-1319, avant le 25.]

Eidem de venatione, caseis et allecibus missis regratiatur. (Reg. 109, fol. 220, c. 799; — Reg. 110, p. I, fol. 13, c. 41.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pulcrum, fili carissime, nec minus copiosum exennium tripartitum venationum videlicet, caseorum pariter et allecum, per dilectum filium Stephanum Cocum, utriusque familiarem, pro parte tua nobis nuperrime presentatum libentissime vidimus illudque, considerata grande liberalitate mittentis, grato nimirum duximus recipiendum affectu. Ceterum, secundum exigentiam presentis Adventus, usi fuimus et adhuc utimur libenter allecibus que sapida probavimus gustu, reliqua venationem et caseos in instantium festivitatum probanda solennis reservantes, de quibus omnibus magnificentie regie gratiarum refferimus actiones. Dat[1]. »

[1] Cf. Jean XXII écrit, on le voit, durant le temps de l'Avent et peu avant les fêtes de Noël (25 décembre); cette lettre sans date d'année peut donc être attribuée au mois de décembre; peut-être est-elle antérieure à une autre lettre publiée ci-dessus (nº 966) par laquelle le pape reconnaît avoir déjà reçu de semblables cadeaux et qui est au plus tard du 26 novembre 1319, mais il serait téméraire de l'affirmer.

981 Avignon, 24 décembre 1319.

H[enrico], domino Soliaci, nuntiat se eum gratanter audiisse quod quidam ipsi dilecti a nonnullis tractatibus odiosis resiluerunt (Reg. 110, p. I, fol. 18 vº, c. 69.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Sicut moleste gerimus, nec indigne, cum illos, quos speciali prerogativa gerimus in visceribus caritatis, cum excommunicatis sacrosancte Romane Ecclesie indevotis tractatus habere percepimus, presertim super illis que per illos nequeunt sed per Ecclesiam expediri, sic etiam displicenter audivimus ipsos vilis persone seduci suasionibus ac relatibus quibus nec assistit veritas nec verisimilitudo aliqua suffragatur, fidem credulam adhibere, sic profecto letanter audivimus ipsos percipientes taliter se deceptos, a ceptis sano ducti consilio resilire. Hec, fili, scribimus super certis auditis seductionibus et connectionibus subsecutis. Scire tamen te volumus quod ipsi qui vera fari nesciunt, set spem suam in mendaciis posuerunt, sicut habet fide dignorum relatio, se jactare non metuunt tractum ceptum continue hinc et inde prosequi seque gratum super illo recepisse responsum, quibus velut mendaciorum fabricatoribus, post tuas litteras fidem ullatenus voluimus, nec potuimus adhibere. Datum Avinione, IX kalendas januarii, anno quarto. »

982 Avignon, 26 décembre 1319.

Philippo, regi Franciæ, de pace cum Anglia servanda. (Reg. 110, p. II, fol. 12, c. 64 et 620).

« *Carissimo filio Philippo regi Francie et Navarre illustri.* Unionem illustrium domorum Francie ac Anglie adeo non indigne nostris affectibus insidere noverit regia celsitudo quod, que ad illam augendam seu nutriendam oportuna probabiliter crederemus, prompto exequemur animo, ac sedule vitare contraria studeremus. Dat. Avinione, VII kal. januarii, anno quarto. »

983 [Octobre-décembre 1319.]

Eidem de concessione Roberto, regi Siciliæ, facta decem galearum prius ad partes Orientales destinatarum. (Reg. 110, p. II, fol. 13 vº, c. 76 et 632.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Novit, ut credimus, regia celsitudo quod decem galee que armande fuerunt adversus eos qui prohibita defferunt Sarracenis, quibus dilectum filium nobilem virum Matheum de Varenis, militem tuum, in capitaneum regalis industria duxerat preponendum, licet per totum proximum preteritum

mensem maii, juxta ordinationem prehabitam et tractatam, ad oportunum recessum speraretur habere parate, nec in eodem, nec in sequentibus junii et julii mensibus fuerint armate, et quamvis in subsequenti preterito mense augusti, circa medietatem ipsius, quedam ex eis Narbone preparate fuissent, alie, cum sicut experie[n]tia docuit, per totum illum mensem et per magnam partem sequentis mensis septembris, non habuerunt perfectionis debite complementum. Ex multorum igitur virorum expertorum navigationis artem et partium marinarum conditiones scientium ad quas dicte galee fuerant profecture assertione percepto quod, propter vicinitatem yemis tunc instantis, viagium galearum ipsarum inutile probabiliter credebatur multisque tam corporum galearum ipsarum quam personarum euntium in eisdem gravibus periculis subjacere, ac nichilominus super hoc cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, de ipsorum omnium consilio et consulta deliberatione recepimus quod, propter yemem tunc instantem et gravia pericula supradicta, utilius et consultius erat dictas galeas per totam hyemem in portu Massilie facere yemari quam eas exponere periculis supradictis, quorum consilium tanquam utile duximus amplectendum. Subsequenter autem carissimus in Christo filius noster Robertus, rex Sicilie illustris, eisdem galeis egens plurimum, ut dicebat, penes nos institit pluries et instanter ut sibi concederemus easdem, promittens nobis tot galeas per totum mensem martii restituere eque bonas, eque armatas et paratas in omnibus sicut tunc recipiebat easdem. Nos igitur (*sic*) iterato cum eisdem fratribus super hoc deliberatione prehabita diligenti, in hoc omnium deliberatio consulta resedit quod plus expediebat dictas galeas pro dicta hyeme regi concedi predicto, restituendas in omnibus eque bonas et eque in omnibus preparatas, quam si in prefato portu quiescentis maris contagio et hy[e]malibus pluviis computre[sce]rent, cum absque magna deterioratione vasorum et armamentorum suorum non possent in dicto portu per dictam hyemem residere, et nova reparatione seu restauratione postmodum indigerent; propter quod, hujusmodi consilio pro meliori suscepto, dictas galeas regi concessimus memorato [1], remotis quibuslibet signis et insignibus regalis tue celsitudinis ab eisdem, de eque bonis, eque armatis et paratis restituendis nobis in instanti vere, cum stipendiis etiam futuri temporis solutis remigibus et marinariis, computandis a die quo dicto regi easdem galeas duximus concedendas, sufficienti promissione recepta. Quibus pactis, statim disposuimus prefatum militem cum notificatione premissorum et clara computatione omnium expensarum ad regiam excellentiam remittendum; sed propter intricationem eorum a quibus computum petebatur, usque modo ipsarum quantitas expensarum non extitit declarata, licet autem per eundem militem circa expensas ipsarum galearum, remigum, comitum et naucleriorum et cetera alia oportuna adhibitas clare reddita fuerit et in scriptis redacta [2], expensis tamen hujusmodi, si forte regalis magnificentia reputaret fuisse in eisdem excessum, non aliter stari volumus, nisi juxta moderationem quam super illis regia providentia duxerit faciendam; circa dictas [ga]leas quas sumus ab eodem rege Sicilie recepturi, pro eo quod propter guerram Januensem mare ubique gravibus vel indiscursibus (*sic*) vel offensionibus conturbatur, nichil disponimus ordinare, cum ad presens modicus posset ex eis resultare profectus et magnis exponi periculis noscerentur, sed ordinationem quam circa negotium Terre Sancte et profectionem dictarum galearum serenitas tua providerit expectamus. Circa hec faciemus que de regalis beneplaciti processerint voluntate; rationem autem quam particulariter reddidit miles predictus, et instrumentum factum super hoc indilate, dante Domino, celsitudini regie transmittemus [3]. »

[1] 30 août 1319 (nos 927, 928).

[2] Voyez no 926.

[3] Cf. Cette lettre postérieure, d'après la note précédente, au 30 août 1319, a été écrite, suivant les paroles mêmes du pape, après le mois de septembre et avant l'hiver, c'est-à-dire, au plus tard, en décembre de la même année.

981 Avignon, 18 janvier (1317-1320).

Eidem de muneribus quæ in festo Circumcisionis ipsi miserat, gratias agit. (Reg. 109, fol. 113, c. 467; fol. 219 v°, c. 798 [1]; — Reg. 110, p. i, fol. 12 v°, c. 39.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Presentata nobis nuper in festo

Circumcisionis dominice grandia tue serenitatis munera, ipsa quidem materia nec minus opere superante in plerisque materiam pretiosa, pulcros videlicet ciphos, potos atque barrilia, anulos, speculum et linguaria serpentina, affectu grato suscepimus, per quorum officiosam diversitatem tuam ad nos filialem gratanter advertimus caritatem, dum per illa non solum in hiis que ad comunem usum et ornatum pertinere noscuntur, quin etiam in illis que visui conferunt et produnt veneficorum insidiis, te nobis voluisse prospicere contemplamus, tuam exinde liberalitatem uberibus gratiarum actionibus prosequentes. Dat. Avinione, xv kal. februarii. »

[1] Non daté.

985 [Avignon, 18 janvier 1317-1320.]

Prædicto regi de eodem sub forma ampliori. (Reg. 110, p. i, fol. 14 v°, c. 47.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Presentata nobis nuper — pretiosa, affectu grato suscepimus, que singulariter sub propriis designationibus volumus presentibus exprimi, ne illa sub generalitate transcurrendo silentio, parvi pendere videremus. Recepimus etenim unum pulcrum ciphum de auro coopertum cum esmaltis, ac robinos et [s]maragdos. Item potum ad vinum de auro seminatum esmaltis et unum ciphum cum coopertorio similis materie et operis. Item unum ciphum ad tres pedes, coopertum cum esmaltis viridibus ad foliagium elevatum de argento et unum potum ad aquam, materie operis consimilis, quos quidem ciphum et potum in quamdam excellentie tue memoriam nostro statim ibidem cotidiano usui duximus deputandos. Item duo pulcra barrilia de nigro marmore, ligata circulis argenteis deauratis, ad esmalta Francie et Navarre. Item alia duo barrilia pulcra de alabaustro (*sic*) ad corrigias de sirico viridi. Recepimus etiam duos magnos smaragdos, duos pulcros robinos et duos pulcros saphiros, singulos singulis anulis decenter insertos, ac unum pulcrum speculum de calibe non parum conferens virtuti visive. Set et duo recepimus lingaria, unum videlicet de auro pulcherrimum, ad sex linguas serpentinas, artificiose seminatum in habundantia robinis, smaragdis et perllis, aliud vero antiquum de argento ad lingas magnas xi serpentinas. Per horum officiosam diversitatem — Dat. [1] »

[1] Nous avons publié cette lettre dans les *Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'École française de Rome*, 1894, p. 614. Nous n'avions pas alors connaissance de la lettre qui précède. On voit qu'elles font l'une et l'autre allusion au même fait et que par conséquent on peut leur attribuer la même date (Voyez ce que nous disons à ce sujet, n° 76, note 1). Les passages supprimés ici sont ceux qui correspondent aux passages semblables du numéro ci-dessus.

986 18 janvier [1318-1320].

G[uillelmo], Bajocensi episcopo, qui de attemptatis in fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani præjudicium ratione ecclesiæ de Guinofossa se excusarat, gratias agit eumque ad favorem eisdem fratribus exhibendum hortatur. (Reg. 109, fol. 128, c. 531.)

« *Venerabili fratri G., episcopo Bajocensi.* Auditis, frater, pridem aliquibus que nedum in prejudicium dilectorum filiorum fratrum ordinis Hospitalis ad quos utique, illius cui famulantur intuitu, benivolentiam gerimus specialem, sed et in quandam apostolice Sedis irreverentiam, occasione ecclesie de Guynofossa verbo et facto attemptasse dicebaris improvide, quamvis propterea nec nostrum erga te immutaverimus animum nec aures faciles adhibuerimus ad audita credendum, te tamen curavimus verborum virga corripere [1] ut, si imposita tibi vera forsan existerent, errata per te ipsum consulte corrigeres, aut si a falsitatis figmentis sumpsissent originem, paterna saltem increpatione correptus, a talibus abstinendo, in virtuosorum operum exercitio tue vigilantie studium solertius occupares. Nuper autem receptis tuis litteris, excusationem eisdem insertam letanter accepimus et, si a vero non discrepet, ad letitie materiam acceptam habemus; fratrum etenim et coepiscoporum nostrorum innocentia nos delectat, et ingentis exultationis rore perfundimur quando [in] personis pontificali preditis dignitate, illa que pastoralis officii puritati conveniunt invenimus. Age itaque, frater, tanquam fidelis servus et prudens super familiam Domini constitutus, quecunque ipsi Domino placitura

putaveris pro ecclesiarum juribus conservandis, protectionis strenue clippeum, cum expedierit, suscipe, personas religionis cultui dedicatas, et precipue fratres Hospitalis ejusdem qui se specialiter ad crucifixi servitium devoverunt, in sua fove justitia et in sinum precipui favoris admitte; in tuis et ecclesie tibi commisse negotiis quotiens oportunum fuerit ad nos habiturus cum fiducia fraterna recursum, cum te, tanquam honorabile membrum universalis Ecclesie, intendamus, tuis ad id occurrentibus meritis, benivole prosequi, petitiones tuas prout res exegerit ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo poterimus, admissuri. Dat. xv kal. februarii[2]. »

[1] 19 août 1317-1319 (nº 918).

[2] Cf. Cette lettre, datée de janvier et postérieure à celle que nous indiquons dans la note précédente, est au plus tôt de 1318.

987 Avignon, 18 janvier 1320.

Philippo, regi Franciæ, concedit ut liberi quondam Ludovici, comitis Ebroicensis, possint matrimonialiter copulari cum tertio et infra consanguinitatis gradu sibi conjunctis. (Reg. 110, p. ii, fol. 221, c. 776.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Etsi inter illos qui consanguinitatis linea invicem sunt connexi, sacrorum canonum instituta matrimonialem copulam interdicant, summus tamen pontifex ex plenitudine potestatis, quam non ab homine obtinet set a Deo, considerata personarum et temporum qualitate, utiliora prospiciens, nonnunquam rigorem, maxime circa personas sublimi generositate pollentes, mansuetudine temperat et, quod negat juris severitas, de gratia benignitatis indulget. Hinc est quod nos, ex certis causis pro parte tua nobis expositis que ad id nostrum animum rationabiliter induxerunt, tuis devotis supplicationibus inclinati, cum liberis utriusque sexus quondam Ludovici, comitis Ebroicensis[1], patrui tui, quod cum personis aliis, eisdem liberis tertio consanguinitatis gradu et infra conjunctis, dictisque personis quod cum liberis antedictis matrimonia libere contrahere valeant, et in sic contractis licite remanere, impedimentis que ex dicta consanguinitate proveniunt nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem ex dictis matrimoniis procreandam, legitimam decernentes. Nulli ergo, etc. Dat. Avinione, xv kal. februarii, anno quarto. »

[1] Voyez, au sujet de la mort de Louis d'Evreux, nº 738, note 2.

988 Avignon, 18 janvier 1320.

Abbati monasterii Grandissilvæ et collegis ejus ut citent Sicardum de Vauro et Johannem Milhasserii, canonicos monasterii sancti Saturnini Tolosani, ratione eorum de quibus sunt delati, correctionem canonicam recepturos. (Reg. 70, cur. fol. 7 vº, c. 20.)

« *Dilectis filiis.., abbati monasterii Grandissilve et Armondo* (sic) *de Narcesio, sancti Stephani de Tescone, ac Petro Durandi, de Castronovo decanis ecclesiarum, Tholosane, Montisalbani et sancti Papuli diocesum.* Si quorumcumque temeritas — Dat. Avinione, xv kal. februarii, anno quarto. »

989 Avignon, 18 janvier 1320.

Avinionensi et Agennensi officialibus ut executores testamenti quondam Bertrandi, episcopi Agennensis, qui quingentos florenos auri Clementi papæ V, et alios quingentos florenos auri cardinalibus reliquerat, ad dictam pecuniam solvendam compellant. (Reg. 70, cur. fol. 10 vº, c. 35.)

« *Dilectis filiis.., Avinionensi et Agennensi officialibus, etc.* Cum ad apostolatus — Dat. Avinione, xv kal. februarii, anno quarto. »

990 [28 novembre 1316 — 28 janvier 1320.]

Philippo, regi Franciæ, respondet se excusationem magistri Petri Bertrandi admisisse. (Reg. 110, p. ii, fol. 3 vº, c. 19 et 574.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quia tuis, fili carissime, quantum cum Deo possumus nos intendimus beneplacitis coaptare, excusationem dilecti filii magistri Petri Bertrandi, tui consiliarii, contentam in regiis litteris nobis presentatis noviter per dilectum filium nobilem virum Bertran-

dum de Rocanecata, militem regium[1], corde volenti admittimus eamque prompto animo acceptamus sibique, ob tuam et carissime filie nostre J., regine Francie et Navarre, cujus est cancellarius, ipsum similiter excusantis, sinum nostre gratie apperimus quam realiter, concedente Domino, sentiet loco et tempore oportunis. Dat.[2] »

[1] Nous avons déjà trouvé (n° 914) mention de ce personnage comme envoyé du roi et de la reine à la cour pontificale.

[2] Cf. Pierre Bertrand fut nommé évêque de Nevers le 28 janvier 1320 (Voyez n° 799, note 3). La lettre que nous publions ci-dessus a donc été écrite avant cette date. Elle est peut-être antérieure, ainsi que la suivante, à une lettre du 4 août 1319 que nous publions ci-dessus (n° 915), et postérieure à celle que nous donnons à la date du 20 mars 1317-1319 (n° 799), mais nous n'osons l'affirmer. Dans tous les cas, elle est au plus tôt du 28 novembre 1316 puisque Philippe V y est désigné comme roi (Voyez n° 81, note).

991 [28 novembre 1316 — 28 janvier 1320.]

J[ohannæ], reginæ Franciæ, similiter scribit se excusationem ejusdem Petri Bertrandi grataner admisisse. (Reg. 110, p. II, fol. 3 v°, c. 20 et 575.)

« *Carissime in Christo filie J., regine Francie et Navarre illustri.* Quia in corde — Dat.[1] »

[1] Cf. Pour la date, voyez la lettre précédente.

992 Avignon, 29 janvier 1320.

Carolo, comiti Marchiæ, de quibusdam pro familiaribus ejus petitis respondet. (Reg. 110, p. II, fol. 47 v°, c. 222 et 777.)

Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Marchie, regis Francie filio. Quamquam nobis grave sit et molestum gravatis ecclesiis ex expectantium multitudine in eisdem gravamina cumulare, tuis tamen et nonnullorum tuorum familiarium precibus inclinati, multis non pepercimus set in ipsis expectantibus superaddidimus expectantes. Sane quia nonnullis, pro quibus supplicaveras, ad presens, certis ex causis rationabilibus providere duximus differendum, quesumus ut super hoc tua nos habeat providentia excusatos. Dat. Avinione, XIII kal. februarii, anno quarto. »

993 [Avignon, 31 janvier 1320.]

Gastoni, comiti Fuxi, suadet ut pro concordia inter domum suam et domum Armaniaci una cum Johanna, comitissa Fuxensi prosequenda, nuntios ad curiam apostolicam mittat; hortatur insuper eum ut antiquos consiliarios et amicos retineat nec executionem ultimæ voluntatis dominæ Bearnii impediat. (Reg. 110, p. II, fol. 78 v°, c. 361 et 1011.)

Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi. Sincere caritatis affectus quem ad te gerimus nos inducit ut tibi que expedientia credimus suggeramus. Cum itaque concordiam inter domum tuam et domum de Armanhaco reputemus Deo gratam, utriusque domus cunctis desiderabilem ac ipsis domibus spiritualiter et temporaliter oportunam, suademus tibi ut pro ipsa prosequenda una cum dilecta filia Johanna, comitissa Fuxi, genitrice tua, certos ad nostram, qui pro ipsa dudum laboravimus et sumus laborare parati, cures presentiam procuratores et nuntios destinare. Rursus, quia tibi amicos fideles inter alia necessarios extimamus, consulimus ut antiquos precipue illos qui, pro inclite recordationis domina Bearnii, avia tua, et suis juribus deffendendis, spreverunt pericula et contempserunt expensas, non deseras, set illos in tua devotione retinens, novos illis studeas aggregare. Ceterum quia ingratitudinis vitium te cupimus devitare, ut executionem voluntatis ultime prefate domine Bearnii non impedias set, ut expedite fiat, executoribus assistere studeas, tuam gratitudinem exhortamur, rescripturus nobis celeriter quid super hiis ordinare disponis[1]. »

[1] Cf. Pour la date, voyez la lettre suivante écrite sur le même sujet à la comtesse de Foix.

994 Avignon, 31 janvier [1320].

Præfatæ Johannæ de eisdem scribit eique Arnaldum Guillelmi et B[ernardum] de Bearnio commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 75 v°, c. 368 et 1012.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxi.* Cordi nobis est, filia, et esse utique debet tibi quod discordia domus Bearnii et Armaniaci, que juncte sunt sanguine, fine pacifico sopiatur, ad quod, vivente domina Bearnii recordationis inclite, ope-

ram dedimus, quam mors ipsius prematura superveniens vacuavit effectu. Set, quia nichilominus minime remansit desiderium imminutum, circa hoc prout potuimus, scribendo super ipsa discordia partibus, solicitudinis studium nostre curavimus adhibere; super qua quidem concordia tractatus tecum habitus dicitur et adeo in eo fuisse processum quod pro perficiendo ipso partes certos ad nostram presentiam debebant procuratores et nuntios destinare, cujus occasione venerabilis frater noster Rogerius, episcopus Vaurensis, ad nostram se presentiam contulit, sub spe quod tu deberes, ad prefatum prosequendum et perficiendum tractatum, procuratores et nuntios mittere, qui tamen non comparuerunt, diutius expectati. Sane, filia, si diligenter discrimina que provenerunt ex prefata discordia recenseres et que, si duret, possunt imposterum verisimiliter formidari, in prosecutione utique tractatus prefate non torperes concordie, set potius estuares. Tolle igitur, filia, tolle moras, quia nocuit, ut testatur in presenti negotio magistra rerum experientia, differre paratis, et, dum tempus habes, instanter operari satage, gravis quidem est jactura que per negligentiam noscitur provenire. Ad hec displicenter audivimus quod dilectos filios nobiles viros Arnaldum Guillelmi et B. de Bearnio[1] persequeris, qui dilecto filio Gastoni, nato tuo, juncti sunt sanguine quique pro tuitione terre Bearni[i] et domus Fuxi, spretis periculis et non vitatis expensis, astiterunt, ut dicitur, et qui pre aliis prefato comiti et tibi assistere similiter sunt parati, non attendens quantum sit dictorum nobilium comiti ac tibi devotio et fidelitas oportuna. Volunt quidem prefati nobiles, ut asserunt ac sciunt et utique possunt, sibi et tibi assistere et, pro vestra tuitione et vestrorum jurium, res ac personas exponere, que utique non sunt parvi pendenda si in recte considerationis examine deducantur. Cessa igitur, filia, a persecutione hujusmodi, cessa, ipsosque tibi reconsilia (*sic*), et si qua inter te et eos exurgat questio, fac ut amicabiliter sopiatur, quod si feceris, profecto credimus quod comitis et tua utiliter res agere[s]. Insuper audivimus quod executionem ordinationis prefate domine Bearni, licet, attenta (*sic*) conditione ipsius et juribus patrimonii, non fuerit eccessiva, impedis nec in ipsa procedi permittis, ex quo, si in eo perstiteris, iram Dei mereberis, in oblocutionem vulgi incides, et quod tua dispositio executione careat poteris merito formidare. Noli igitur, filia, noli impedire executionem voluntatis hujusmodi, set insta ut compleri debeat, et executoribus assistere non desistas. Quod si forsan grave tibi in ea aliquid videatur, fac quod illud per comunes amicos debeat temperari, scitura quod, si id tale fuerit, talis (*sic*) in quo nostra sit providentia oportuna, illa non deerit, set aderit, Domino concedente; rescriptura nobis celeriter quid super hiis ordinare disponis. Dat. Avinione, II kal. februarii anno[2]... »

[1] C'étaient les exécuteurs du testament de la comtesse de Foix mentionné dans la note suivante.

[2] Cf. Le testament de Marguerite de Foix étant du 20 mars 1319 n. s. et son décès connu à Avignon au mois de juin de la même année (Voyez n° 890), la lettre que nous publions ici et à laquelle Jean XXII fait allusion dans une autre lettre du 2 juillet 1320 (n° 1117) ne peut être que de cette dernière année.

995 Avignon, 4 février 1320.

Episcopo Gratianopolitano ut Johannem Venseti, clericum suæ diocesis, qui litteris apostolicis abusus fuerat, per duos annos in carceribus poni faciat. (Reg. 70, cur. fol. 10, c. 28.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Gratianopolitano.* Johannem Venseti, clericum — Dat. Avinione, II nonas februarii, anno quarto. »

996 Avignon, 4 février 1320.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi, de Petro de Fontanis, clerico. (Reg. 70, cur. fol. 10, p. c. 28.)

997 Avignon, 4 février 1320.

Episcopo Macloviensi vel ejus vicario ut Robertum Pomeret, clericum Macloviensem, qui litteris apostolicis abusus fuerat, similiter per duos annos in carceribus poni faciat. (Reg. 70, cur. fol. 10. c. 29.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Macloviensi vel ejus vicario, etc.* Robertum Pomeret clericum — Dat. Avinione, II nonas februarii, anno quarto. »

998 Avignon, 6 février 1320.

Archiepiscopo Tolosano ut ad degradationem Johannis Philiberti, presbyteri oriundi de diocesi Bisuntina, in diocesi Auxitana habitantis et dudum in hæresi sectæ Valdensis deprehensi, juxta canonicas sanctiones procedat. (Reg. 70, cur. fol. 11 v°, c. 41; — P. a Limborch, *Historia inquisitionis; liber sententiarum inquisitionis Tholosanæ*, p. 274; — ab. Douais, *Practica inquisitionis hereticæ pravitatis, auctore Bernardo Guidonis, ordinis fratrum Prædicatorum*, p. 120; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 172, n° 113.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Tholosano.* Nuper fide digna relatione — Dat. Avinione, viii idus februarii, anno quarto. »

999 Avignon, 21 février 1320.

Magistro Petro de Rocha, decano ecclesiæ de Capdroto, Sarlatensis dioecesis, ut citet vicarios quondam Petri, patriarchæ Jerosolimitani et episcopi Ruthenensis, ac omnes non parentes sibi ratione bonorum dicti patriarchæ, et quod possit absolvere illos qui de bonis ipsis sibi assignaverint. (Reg. 70, cur. fol. 12, c. 42.)

« *Dilecto filio magistro Petro de Rocha, decano ecclesie de Capdroto, Sarlatensis diocesis.* Dudum ad audientiam — Dat. Avinione, viii kal. martii, anno quarto. »

1000 [Avignon, 24 février 1320.]

G[aucelmo] cardinali ut ad quædam, prius Henrico Soliaci exposita, procuranda diligentiam adhibeat. (Reg. 110, p. ii, fol. 1, c. 4 et 559.)

« *Dilecto filio G., sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Que cedula presentibus continet interclusa, cordi nobis esse cognoscas, ideoque circa procuranda illa et ipsa tangentia sicut videris expedire, optamus te solicitam diligentiam adhibere. Volumus autem ut prius illa dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci et buticulario Francie, cures exponere et, cum ipso super modo procedendi deliberatione prehabita, te illa secrete prosequi studiose[1]. »

[1] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante; les termes en sont trop vagues pour nous permettre de déterminer quelles sont les affaires auxquelles elle fait allusion; voyez cependant les n°s 881, 1050, 1086, 1217, 1218, 1220.

1001 Avignon, 24 février 1320.

Præfato H[enrico] Soliaci de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 1, c. 5 et 560.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Cum dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio, imposuerimus aliqua prosequenda que tibi prius habet exponere et tecum super illis conferre, nobilitatem tuam rogamus attente ut super illis secreto prosequendis, ut expedire videris, tue solicitudinis interponere partes velis. Dat. Avinione, vi kal. martii, anno quarto. »

1002 26 février 1320.

Philippo, regi Franciæ, negotia quæ cives de Montealbano in curia regia tractare habent commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 13 v°, c. 74 et 630.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie.* Cum nos sicut — Dat. v kal. martii, anno quarto. »

1003 [26 février 1320.]

H[enrico] Soliaci de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 13 v°, c. 75 et 631.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci.* Cum nos sicut — Dat. ut supra, anno quarto. »

1004 Avignon, 6 mars 1320.

Armando de Narcesio, quod jura civilia Raymundo, tituli sanctæ Mariæ in Cosmedin diacono cardinali ejusque familiaribus legere possit. (Reg. 113, fol. 197 v°, c. 1007.)

« *Dilecto filio magistro Armando de Narcesio, decano ecclesie sancti Stephani de Tescone Montisalbani, capellano nostro*[1]. Ut dilecto filio nostro Ray-

mundo, sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali, suisque familiaribus et servitoribus, jura civilia quorum professor existis, quandocunque et quotienscumque volueris, legere, felicis recordationis Honorii pape III, predecessoris nostri, edita in consilio Turonensi, et quacunque alia constitutione contraria nequaquam obstante valeas, tibi facultatem et licentiam auctoritate presentium elargimur. Datum Avinione, II nonas martii, anno quarto. »

[1] On lit, en marge, en regard de la rubrique, d'une écriture contemporaine : « *At. quia de anno quarto* ».

1005 [Avignon, 13 mars 1320.]

Philippo, regi Franciæ, de negotio principatus Achayæ scribens, rogat eum ut ducem Burgundiæ ad destinandum nuntios pro tractatu cum Roberto, rege Siciliæ, habendo inducat. (Reg. 110, p. II, fol. 13, c. 70.)

« *Eidem regi Francie.* Tua[s] litteras regias super facto principatus Achaye et etiam rotulum consilia regalis et ducalis consilii continentem, videlicet quomodo principatus predictus ad dilectum filium nobilem virum ducem Burgundie pertinebat, nos noverit celsitudo regia recepisse, quibus omnibus pleno intellectu perceptis, carissimo in Christo filio nostro Roberto, regi Sicilie illustri, persuadere curavimus que pro communi bono utrique parti expedientia videbantur; et licet consilium dicti regis non mediocriter immutatur de consilio antedicto, presertim cum, juxta assertionem ipsorum, feudum principatus predicti ad eundem regem ut ad superiorem dominum, ex multis capitibus, clare et aperte aptum fuisse noscatur, super hoc jura multa ad fundandum suum propositum inducendo, nos tamen, pacem ipsarum partium utilitati principatus predicti merito preferentes, ad semitam concordie, via juris omissa que frequenter sauciare amicitias consuevit, circa illam solicitam operam et diligentiam studuimus adhibere, cujus prosecutionem discrasia quedam dilecti filii nobilis viri Philippi, principis Tarentini, per dies, ymo per septimanas plurimas impedivit [1]. Tandem eodem principi restituto pristine sanitati, faciente pacis actore, ad hoc est finaliter res deducta quod speramus indubie ad honorem et comodum dicti ducis posse negotium hujusmodi amicabiliter terminare. Hec igitur regali celsitudini intimantes, affectuose rogamus quatinus placeat excellentie regie duci suadere predicto ut personas de quibus gerit fiduciam pleniorem, sufficienter instructas, cum pleno et sufficienti mandato pro perficiendo tractatu predicto, ad presentiam nostram quantocius studeat destinare. Supponimus enim indubie quod rex Sicilie et princeps prefati consentient tractatui supradicto, et speramus quod dux ipse hujusmodi tractatum velut sibi utilem ac honorabilem prompto animo acceptabit. De mora autem quam in rescribendo super premissis habuimus, nos habeat excellentia regia excusatos, nam viam juris prius tractatam ex qua scandala subsequi verebamur, insinuare noluimus; set viam pacis ex qua annuente Deo innumera bona secutura speramus, quamcitius potuimus serenitati regie providimus intimanda [2]. »

[1] Philippe de Tarente fit partie d'une importante ambassade qui fut envoyée, le 11 avril 1318 n. s., à Jean XXII, par le roi Robert de Sicile (Minieri Riccio, *Genealogia di Carlo II d'Angio*, dans l'*Archivio storico per le provincie Napoletane*, 1882, p. 467). Nous savons qu'il se trouvait encore à la cour pontificale le 18 avril 1320, comme le prouvent les comptes de la Chambre apostolique : « *Die* XVIII *mensis aprilis, facto computo cum magistro Guillelmo Martini, emptoris coquine, et Dominico, notario coquine domini nostri pape, de expensis infrascriptis, factis in Ponte Sorgie pro magnificis et potentibus viris dominis Karolo, comite Marchie et Bigorre, fratre domini regis Francorum, et principe Tarentino ac domino Johanne, fratribus domini regis Sicilie, cum secassibus suis, qui ad videndum edifficia illuc se contulerant* ». (Arch. Vat., *Introitus et Exitus*, n° 38, fol. 63).

[2] Cf. Cette lettre et la suivante ont évidemment la même date que celle qui fut adressée à Henri de Sully sur le même sujet (n° 1007). Voyez, pour les affaires qu'elles concernent, n° 661, note. On sait qu'aucun accord ne put être conclu (nos 1046-1048).

1006 [Avignon, 13 mars 1320.]

Duci Burgundiæ de eodem negotio et de nuntiis mittendis. (Reg. 110, p. II, fol. 13, c. 71 et 627.)

« *Dilecto filio nobili viro duci Burgundie.* Sicut qui personam tuam pleno affectu diligimus, super facto principatus Achaye cum carissimo in Christo filio nostro Roberto, rege Sicilie illustri, et dilecto filio

nobili viro Philippo, principe Tarentino, tractatum habuimus, et credimus, annuente Domino, super eo viam pacis nobilitati tue fructuosam et honorabilem invenisse, in qua speramus indubie eosdem regem et principem, et te pariter cum eidem merito consensuros. Ideoque nobilitati tue sano consilio suademus quatinus personas sufficientes de quibus plene confidas, cum pleno et sufficienti mandato ad audiendam et complendam predictam viam et faciendum omnia in premissis que fuerint oportuna, ad nos quantocius destinare procures, ut tractatus hujusmodi futurus tibi, ut premittitur, honorabilis et etiam fructuosus, debitum, annuente Deo, recipiat complementum [1]. »

[1] Cf. n° 1005, note 2.

1007 Avignon, 13 mars 1320.

H[enricum], dominum Soliaci, hortatur ut ad præmissa complenda partes suas interponat. (Reg. 110, p. II, fol. 13 v°, c. 72 et 628.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Cum super facto principatus Achaye quem dilectus filius nobilis vir dux Burgundie ad se asserit velut vassallum legitime devolutum, viam, ut indubie supponimus, habeamus per quam amicitia inter carissimum filium nostrum Robertum, Sicilie regem illustrem, et ducem predictum servari poterit ac utriusque honor et utilitas procurari, et scribamus carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre [1], ut duci prefato suadeat quod ad prosequendum et complendum tractatum predictum personas sufficientes et ydoneas, sufficienter instructas et sufficienti mandato munitas, studeat ad nostram presentiam destinare, nobilitatem tuam hortamur et attente rogamus quatinus, super premissis celeriter ordinandis et complendis, partes tue solicitudinis interponere velis. Dat. Avinione, III idus martii, anno quarto. »

[1] N° 1005.

1008 Avignon, 15 mars [1317-1320].

Philippum, regem Franciæ, hortatur ut gravem injuriam a curia regali jurisdictioni ecclesiæ civitatis Lugdunensis illatam cessare faciat. (Reg. 109, fol. 29, c. 115; — Reg. 110, p. II, fol. 24 v°, c. 124 et 680.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Sincere caritatis affectio qua personam tuam, claris ejusdem exigentibus meritis, in quadam specialitate prosequimur, merito nos inducit ut de hiis que tue salutis profectum nec non fame preconium respicere dinoscuntur, te pie sollicitare curemus. Sane, fili carissime, pridem, dum simul essemus in civitate Lugduni [1], verbo tenus tibi suasisse meminimus ut progenitorum tuorum vestigio laudabiliter imitans qui, prout refert memoria cerebri et rei evidentia manifestat, nedum ab ecclesiarum abstinuerunt injuriis, quin etiam plenis eas prosequentes favoribus, earum statum multipliciter augmentarunt, Lugdunensem ecclesiam oculo benigne respiceres, ac eam circa jurisdictionem civitatis predicte, super qua gravem injuriam per regalem curiam sibi fieri queritur, debite contentares. Verum quia contentatio hujusmodi ex tunc, sicut audivimus, secuta non extitit, nos id ipsum adhuc de tua, quam querimus, salute ac fame conservatione soliciti, eo fidentius providimus tue magnitudini suadendum, quo certius credimus ecclesiarum tibi gravamina et omne illicitum displicere. Regalem itaque celsitudinem rogamus et hortamur in Domino, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, regna tua ab illo per quem datur regnare principibus, humiliter recognoscens, ad eum a quo bona cuncta procedunt omnia tibi collata beneficia referens, tue vite progressum, quem Dominus longevum faciat et felicem, in salutaris continuatione propositi et piorum operum prosecutione sibi devoveas, et in reverentiam ejus favens ecclesiis, illis nullatenus esse velis injuriis (*sic*), sed earum libertates et jura conservans, sic erga predictam Lugdunensem ecclesiam, ad quam intuitu specialis considerationis afficimur, te gerere studeas, circa ea presertim de quibus pro jurisdictione predicta conqueritur, sic eam inde juste contentare procures quod, sublata sibi super hoc rationabilis querele materia, Christo, vero Ecclesie capiti, placeas, et nobis et apostolice Sedi commendandus occurres; inter cetera cogitans quod, cum ad negotium Terre Sancte prosequendum haneles, ut illud

prospero successu proficiat et votivo exitu consumetur, expedit fame tue, expedit et saluti, quod predictum gravamen et cetera que tuum ministerium possent ei cujus res agere [debes] reddere minus gratum, sic efficaciter corrigas, quod propter hoc ejus in te gratia cumulata de tantis laboribus, quos pro ejus amore subire disponis, te fructum optatum cum ipsius adjutorio consequi gratuleris. Dat. Avinione, idibus martii [2]. »

[1] Voyez n° 1, note.

[2] Cf. Cette lettre est antérieure au 4 avril 1320 n. s., puisqu'à cette date Philippe V avait cédé à l'archevêque et au chapitre de Lyon, afin d'éviter toute difficulté avec eux, la juridiction qu'il avait en cette ville (Arch. nat., J. 268, n° 65 [1-5], 66-68; — JJ. 58, fol. 53, n° 448; — JJ. 59, fol. 215, n° 380; voyez aussi J. 269, n° 69; — Bib. nat., ms. fr., 4425, fol. 176, 184; — Brussel, *Nouvel examen de l'usage général des fiefs*, t. i, p. 303, note; — Cabinet historique, 1858, par. ii, pp. 62, 63. — J. Petit, *Essai de restitution des plus anciens Mémoriaux de la Chambre des Comptes de Paris*, n° 662).

1009 [Avignon, 15 mars 1320.]

Philippo, regi Franciæ Ilariam de Lauria, relictam Henrici de sancto Severino, una cum Thomasio, primogenito suo, ad curiam regiam pro ejusdem primogeniti negotiis accedentem, commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 14, c. 77 et 633; — Arch. nat., J. 705, n° 210, orig., la bulle manque.)

« *Eidem regi Francie.* Cum dilecta in — benivolum largiaris [1]. »

[1] La date : *Avinione, idibus martii, pontificatus anno quarto*, est donnée par l'original qui se trouve aux Archives nationales.

1010 [Avignon, 15 mars 1320.]

Constabulario Franciæ, de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 14, c. 78 et 634.)

« *Dilecto filio nobili.., constabulario Francie* [1]. Cum dilecta in — et impendas [2]. »

[1] Gaucher de Châtillon, comte de Porcien, seigneur de Châtillon sur Marne (P. Anselme, *Hist. généal.*, t. VI, pp. 90, 91).

[2] Pour la date, voyez la lettre précédente.

1011 [Avignon, 15 mars 1320.]

In e. m. Miloni, domino de Noeriis. (Reg. 110, p. ii, fol. 14, p. c. 78 et 634.)

1012 Avignon, 17 mars 1320.

Gaucelmo cardinali terminum levandi procurationes in regno Franciæ concessas prorogat, cum negotia sibi commissa nondum suum sortita sint effectum. (Reg. 110, p. i, fol. 63 v°, c. 205; — Reg. 70, cur. fol. 13 v°, c. 51.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* Cum te dudum ad regnum Francie pro magnis et arduis negotiis duxerimus destinandum [1], nos (autem) volentes tibi, ut incumbentia expensarum onera posses facilius supportare, de oportuno subventionis auxilio providere, recipiendi, hujusmodi negotiorum tua prosecutione durante, tam in presentia tua quam in absentia, medietatem similium procurationum quas unus de cardinalibus sancte Romane Ecclesie, apostolice Sedis legatus vel nuntius in dicto regno Francie, pro suis procurationibus recipere consuevit, a venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis ac rectoribus et ecclesiasticis personis religiosis et secularibus eorumque capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Camaldulensis et sancti Guilletmi et aliorum ordinum, magistris quoque, prioribus et fratribus sancti Johannis Jherosolimitani et aliorum quorumcunque hospitalium seu domorum regni Francie predicti, nec non et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi liberam tibi concessimus per nostras litteras facultatem [2], quamvis nostre intentionis extiterit quod per unum annum duntaxat procurationes reciperes supradictas. Verum quia te pro dictis negotiis que nondum sua sortita sunt effectum adhuc oportet ad tempus in regno remanere predicto, nos, volentes tibi de expensis necessariis providere, recipiendi tam in presentia tua quam in absentia, medietatem procurationum

earundem ab archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus ac prioribus et aliis supradictis, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, non obstantibus illa quam felicis recordationis Gregorius papa X, predecessor noster, edidit in consilio Lugdunensi, ac pie memorie Bonifatii, pape VIII, predecessoris nostri, et quibuslibet aliis Sedis predicte constitutionibus seu quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis quibusvis personis, locis vel ordinibus sub quacunque forma verborum ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus plenam et expressam fieri oporteat in nostris litteris mentionem et per que hujusmodi nostre concessionis effectus impediri posset quomodolibet vel differri, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Avinione, XVI kal. aprilis, anno quarto[3]. »

[1] Voyez ce que nous disons ci-après, n° 1013, note 3.

[2] N° 826.

[3] Il n'y a aucune date dans le registre 110 ; celle que nous donnons ici se trouve dans le registre 70.

1013 Avignon, 17 mars 1320.

Eidem cardinali compellendi quoslibet prælatos et alias personas ecclesiasticas ad contribuendum in prædictis procurationibus sibi debitis facultatem concedit. (Reg. 110, p. I, fol. 63 v°, c. 206; — Reg. 70, cur. fol. 13 v°, c. 51.)

« *Eidem cardinali* [*etc.*] *usque salutem*[1]. Cum te dudum ad regnum Francie etc. ut supra in proxima[2] usque ibi : facultatem. Verum ut hujusmodi concessionis nostre debitus et plenus subsequatur effectus, quoslibet prelatos, cujuscunque preheminentie vel dignitatis extiterint, nec non rectores ac regulares Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis et aliorum ordinum, magistros quoque, priores, preceptores et fratres sancti Johannis Jherosolimitani et aliorum quorumcunque hospitalium seu domorum et alias personas ecclesiasticas cathedralium et aliarum ecclesiarum seu monasteriorum, exemptorum et non exemptorum, dicti regni Francie, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendi ad contribuendum in hujusmodi procurationibus tibi debitis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis per que in hac parte possent quomodolibet se tueri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in nostris litteris fieri mentio specialis, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Dat. Avinione, XVI kal. aprilis, anno quarto[3]. »

[1] Ces deux derniers mots ne se trouvent que dans le registre 70. Ils se rapportent à la formule de salut qui a été supprimée, comme en général toutes les autres formules.

[2] N° 1012.

[3] Le registre 110 porte *anno tertio*, ce qui est une erreur manifeste. Le cardinal Gaucelme était resté en Angleterre au moins jusqu'au 25 août 1318, il ne rentra à Avignon que le 5 novembre suivant (Voyez n° 424, note 6); sa mission en France date du 20 mars 1319 (n°s 800, 801), et la concession que les lettres ci-dessus publiées ont pour objet de proroger d'une année, est du 23 mars 1319 (n° 826). Nous savons, en effet, que la paix avec la Flandre n'avait pu être conclue durant ce laps de temps (Voyez n°s 1031, 1049-1051).

1014 Avignon, 18 mars 1320.

Petrum, abbatem monasterii sancti Saturnini Tolosani, Romanæ Ecclesiæ vicecancellarium, et Raymundum Guillelmi de Gutto, militem, Condomiensis diocesis, solutis facit de quingentis florenis auri quos cameræ apostolicæ, executorio nomine bonæ memoriæ Bertrandi, episcopi Agennensis, assignaverant. (Reg. 70, cur. fol. 43, c. 49.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii sancti Saturnini Tholosani, sancte Romane Ecclesie vicecancellario, et Raymundo Guillelmi de Cuto* (sic), *militi Condomiensis diocesis*. Cum olim bone — Dat. Avinione, XV kal. aprilis, anno quarto. »

1015 Avignon, 20 mars [1317-1320].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut excessus officialium suorum erga personas ecclesiasticas puniat eumque hortatur ut ad exemplum beati Ludovici, progenitoris sui, religiosos aliquos qui de prædictorum officialium gestibus secreto perquirant mittat[1]. (Reg. 109, fol. 122, c. 504.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Continere, fili carissime,

paterna caritate cogente, non possumus quin ea tibi sinceris affectibus suggeramus que tibi ad honorem et salutem cedere, ac in regni et subjectorum tuorum tranquillitatem et quietem noverimus redundare. Ecce, dilectissime fili, comunis querela prodit in publicum officialium tuorum enormes excessus, qui, dum avaritie sue satisfacere student, ecclesias ecclesiasticasve personas, quas tu et progenitores tui invenistis hactenas ad subveniendum vobis in oportunitate propitias, gravibus affligunt injuriis, oppressionibus multis afficiunt, earum libertatibus derogant, et ad jura et bona ipsarum manus occupatrices irreverenter extendunt; depredantur subditos pauperes, insidiantur inhumane simplicibus, fovent impios, opprimunt innocentes et, cum beati esse qui esuriunt et sitiunt justitiam describantur, ipsi, letantes cum male fecerint et in rebus pessimis exultantes, solam dicuntur esurire pecuniam et sitire. Hii sunt qui, cum per exhibitionem justitie, per ecclesiarum tuitionem et humanam compassionem ad subditos, incolas dicti regni in obedientia et devotione tuis nut[r]ire deberent, eorum corda tibi reprobis actibus subtrahunt, et verendum est ne interdum in quandam quasi desperationem adducunt. Porro scimus quod in tam diffusis regionibus quibus te prefecit Altissimus, singulorum officialium gestus et mores novisse non potes; nichilominus tamen in te culpa transfunditur, si clamores pauperum et gemitus oppressorum misericorditer et benigne non audias, si detectam tibi officialis malitiam ea pena non plectas que offenso limes appareat et aliis in similibus terrorem inducat; impunitas enim ausum parit, et ausus excessum; set et cavere debes omnimodis quod illum qui semel reprobatus et ab officio quod gerebat ignominiose amotus propter sua demerita fuerit, ad illud vel aliud officium, cujusvis inductus instantia, non reducas, ne facilitas venie tribuat incentivum deterius seviendi; quod tamen jam factum esse de nonnullis audivimus, quorum amotionem honorabilem tibi ac subditis utilem censeremus. Hec, princeps inclite, te decet diligenter attendere, ut, cum nichil adeo gloriose in principe luceat sicut amare et exhibere justitiam, tales officiales talesque ministros publici juris, quantum in te fuerit, instituere studeas qui Deum timeant, qui non sequantur retributiones et munera, qui personarum gratiam non acceptent, qui de tibi assistentium parentela, familiaritate vel amicitia fiduciam impunitatis aut audaciam non habeant delinquendi. Et ne talium excessus de tuis manibus requirantur a Domino, cum frequenter culpa populi redundet in principem, quasi de majorum negligentia minorum errata proveniant, quod in Heli legimus punito pro filiorum peccata (*sic*) suorum, valde crederemus expediens si, prout tempore confessoris egregii beatissimi Ludovici, progenitoris tui, factum audivimus frequenter, mitteres ad certas tui regni provincias religiosos aliquos, Dei, justitie et veritatis amicos, non intendentes ad questum sinistram odii, vel amoris dexteram nescientes, qui, sub alterius legationis sibi commisse colore, de gestibus officialium secreto perquirerent ac perquisita et reperta tibi fideliter reportarent, ut, ad fidelem informationem eorum, adversus malos aut mandares, justitia mediante, procedi; bonos autem in tui favoris gratia conservares. In hiis, amantissime fili, et ceteris aliis pertinentibus ad bonum regimen dicti regni, te, tui honoris intuitu et salutis obtentu, dicti confessoris vestigia prosequi desideranter optamus. Dat. Avinione, XIII kal. aprilis. »

[1] Voyez, sur le même sujet, nos 1028, 1029.

1016 21 mars [1317-1320].

Eidem de liberalitate sua erga ipsius parentes regratiatur. (Reg. 110, p. I, fol. 15, c. 49; — p. II, fol. 63, c. 299 et 944[1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pro beneficiis grandibus, dilectissime fili, nobis in fratris et nepotum nostrorum tuorumque fidelium personis nunc et alias exuberanter impensis, liberalitati tue quantas possumus grates animo grato referimus, promptum gerentes affectum tibi in quibuscumque, secundum Deum poterimus, gratanter et benivole complacendi. Datum XII kal. aprilis[2]. »

[1] On lit aussi, en marge du manuscrit, et d'une écriture contemporaine, la cote : ccc.

[2] Ce frère et ces neveux du pape, les mêmes, sans doute, que nous trouvons nommés dans une lettre du 1er avril 1318 (n° 537), Pierre Duèze, Pierre de Vie, et Arnaud de Trian, reçurent maintes fois des marques de bienveillance et de générosité de la part de Philippe V, même avant qu'il fût roi. Il suffit, pour le prouver, de mentionner celles que nous relevons, pour une période correspondant aux quatre premières années du pontificat de Jean XXII, dans les registres du Trésor des Chartes : 1316, *septembre* : Pierre Duèze, Pierre de Vie, Arnaud de Trian (JJ. 54B, fol. 8 v°, n° 17 1-3); — Pierre Duèze (*ib.*, fol. 9, n° 18); — 1317, 6 *avril* n. s. : Pierre Duèze (JJ. 54A, fol. 19,n° 274); — *avril* n. s. : Pierre Duèze (JJ. 53, fol. 63, n° 137); — *septembre* : Pierre Duèze, Pierre de Vie, Arnaud de Trian (JJ. 53, fol. 131, n° 320); — 1317-1318 : Pierre Duèze (JJ. 56, fol. 43 v°, n° 108); — 1318, février n. s. : Pierre Duèze, Pierre de Vie, Arnaud de Trian (*ib.*, fol. 43 v°, n° 109) ; — Arnaud de Trian (*ib.*, fol. 76, n° 158); — Pierre de Vie (*ib.*, fol. 76, n° 160); — *mars* n. s. : Pierre de Vie (*ib.*, fol. 54, n° 134); — 1317-1318 : Pierre Duèze (*ib.*, fol. 43 v°, n° 108); — 1319, *mai* : Pierre de Vie (JJ. 59, fol. 2, n° 6); — *novembre* : Pierre de Vie (*ib.*, fol. 55, n° 125); — 1320, *mars* n. s.: Arnaud de Trian (*ib.*, fol. 159, n° 315); — Pierre Duèze (*ib.*, fol. 164, n° 318; fol. 166, n° 319); — *mai*: Pierre de Vie (*ib.*, fol. 205, n° 365; fol. 224, n° 399); — Pierre Duèze (*ib.*, fol. 217, n° 381); — Arnaud de Trian (*ib.*, fol. 219, n° 385); — *juillet* : Pierre de Vie (*ib.*, fol. 242, n° 436). Parmi tant d'actes de dates si diverses, il est difficile de déterminer celui qui a provoqué les remerciements de Jean XXII. Peut-être est-ce celui de février 1318, dans lequel ses trois parents figurent ensemble. La lettre que nous publions serait, dans ce cas, du 21 mars 1318; on peut le supposer, mais nous n'osons l'affirmer. Nous avons déjà fait mention (n° 844, note 2), d'un autre neveu de Jean XXII, Arnaud Duèze.

1017 Avignon, 8 avril [1317-1320].

Blancham de Britannia, Philippi de Atrebato relictam, hortatur ut, sicut incepit, Clementiæ, reginæ Franciæ, assistat. (Reg. 109, fol. 35 v°, c. 146; — Reg. 110, p. II, fol. 41, c. 189 et 745.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Blanche de Britannia, relicte quondam Philippi de Artesio, militis.* Gratanter audivimus, et laudabiliter recensemus quod tu, in femineo pectore illibatum gerens Redemptoris amorem, nedum ei de te ipsa holocaustum offerre placidum satagis, sed et sibi, in carissime in Christo filie Clementie, regine Francie illustris, salubri ad eum devotione, quasi apis argumentosa deservis. Et enim sicut habet fidelis insinuatio, tu que in regine ipsius continue resides comitiva, ipsam viduam vidua consolaris, et, ut semper in dilectione Dei sit fervida, ad bonorum operum exercitium non remissa et composita decenter ad mores, eam verbis et exemplis jugiter instruis, tu suis lucerna pedibus, tu ei in desolatione solatium, in tribulatione solamen, in fluctuatione solidum munimentum et in agendorum promotione provida gubernatrix incessanter existis. Hec, filia, eo gratiora nostris accedunt affectibus quo amplius de ipsius regine salute soliciti, eam Christo vivere, illecebris hujus mundi relictis, optamus[1]. Quia igitur talia virtutum aromata de te indubitate promittit tui generis clara prosapia, talia de te spondet progenitorum tuorum recolenda memoria, a ceptis, quesumus, non desistas, quin etiam prudenter attento quod Dei perfecta sunt opera, quodque tu creatura illius, creatorem tuum in tam placidi continuatione operis pro viribus imitari teneris, quod circa gubernationem regine predicte cepisti solicite, cum omni diligentie studio prosequaris; proinde namque apud retributorem omnium bonorum, non sine laudis humane preconio et apostolici favoris augmento, accrescet tibi cumulus meritorum. Dat. Avinione, VI idus aprilis[2]. »

[1] On sait que la reine Clémence, se retira au monastère de Notre Dame de Nazareth d'Aix et que Jean XXII adressa à ce sujet à la reine de Sicile, le 20 décembre 1318 (n° 779), une lettre dont les termes rappellent celle que nous publions ci-dessus. Nous n'osons point cependant préciser par là, la date de cette dernière.

[2] Cette date ne se trouve que dans le registre 109.

1018 8 avril [1317-1320].

Philippo, regi Franciæ, ut Johannem, comitem Namurcensem, intuitu fidelitatis constantiæ quam erga regiam majestatem in adversitatibus servasse probatur, commendatum habeat. (Reg. 109, fol. 127 v°, c. 529; — Reg. 110, p. II, fol. 35, c. 157 et 713.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Decet munificentiam regiam, fili carissime, suorum dignanter aspicere merita grata fidelium, ut et merentibus provideat gratiose de premiis et hiis, qui pro fide regali servanda dispendia subiere, non subtrahat compassionis humane rependium in jacturis. Sane, fili, ad nostrum perduxit auditum nedum exterorum sed tua et tue gentis assertio, quod dilectus filius nobilis vir Johannes[1],

comes Namurcii, postquam tibi fidelis esse promisit, continuata semper fidelitate, immo aucta, continue tibi fideliter astitit, et in assumpto fidelitatis proposito constantia laudanda permansit, ita quod nulla eum pervertit adversitas temporis, nec patrie vel cognationis affectio aut evidens familiaris rei dispendium ipsum in duas partes claudicare coegit omnino. Fluctuantibus ceteris et per devia queque vagantibus, ipse a fide tua nullatenus devians et in commotione qualibet immobilis perseverans, persone periculis gravibusque rerum dampnis, ut dicitur, non pepercit. Quia itaque ex condigno debetur tam laudabilibus ejus gestibus gratitudo, magnitudinem tuam affectuose rogamus quatinus, premissis omnibus gratanter attentis, prefatum comitem pro decentie regalis honore sic commendatum velis habere, sicque ipsum prosequi gratioso favore pro meritis, quod et ipse gaudeat se tibi astitisse constanter, et assistere libentius inducatur in antea ac proinde deriventur in alios similis assistentie ac fidelitatis exempla. Dat. vi idus aprilis. »

[1] Jean, fils de Gui de Dampierre et frère utérin de Robert, comte de Flandre. Nous savons que Jean XXII lui avait écrit, le 31 mars 1319 (n° 835), d'engager son père à la paix avec le roi de France.

1019 11 avril [1317-1320].

Mauritio de Villa Pauli, inquisitori in provincia Turonensi, ut processum contra Radulphum Pinzeloti, clericum Trecorensis diocesis, ratione quorumdam criminum factum mittat nec contra dictum clericum procedat donec aliud receperit in mandatis. (Reg. 110, p. ii, fol. 56, c. 269 et 914.)

« *Dilecto filio fratri Mauricio de Villa Pauli, de ordine fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi per Sedem apostolicam deputato.* Certa suadente causa — Dat. iii idus aprilis. »

1020 Avignon, 20 avril [1317-1320].

Philippo, regi Franciæ, Paleologum Zachariæ, filium et heredem quondam Benedicti Zachariæ, civis Januensis, intuitu ejusdem Benedicti qui, tempore quo fuit admiratus Philippi, regis Franciæ, præfati Philippi patris, magna et utilia præstiterat servitia, commendat. (Reg. 109, fol. 42, c. 173; — Reg. 110, p. ii, fol. 36, c. 163 et 719.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Si personas bene meritas — Dat. Avinione, xii kal. maii. »

1021 Avignon, 20 avril [1320?]

Eidem, Guidonem de Convenis, militem, et negotia quæ in curia regia expedire habet commendat. (Reg. 109, fol. 135, c. 557; — Reg. 110, p. ii, fol. 39 v°, c. 181 et 737; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 175, n° 115.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Dilectum filium nobilem — Dat. xii kal. maii [1]. »

[1] Cf. Le 12 juin 1320, un arrêt du Parlement attribua à Guy de Comminges une partie de la seigneurie de Lombers (Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 321, n° 6100; — L. Guérard, *op. cit.*, p. 175, note 5), mettant ainsi fin aux réclamations élevées par ce dernier au sujet de la propriété de cette seigneurie après la mort de sa femme Marguerite de Monteil Adhémar. On peut croire que c'est à cette occasion qu'il vint à la cour, et que Jean XXII le recommanda à Philippe V.

1022 [Avignon, 20 avril 1320?]

Prædictum Guidonem de Convenis Henrico, domino Soliaci, commendat. (Reg. 109, fol. 135 v°, c. 558; — Reg. 110, p. ii, fol. 39 v°, c. 182 et 738; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I. p. 176, n° 116.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Pro dilecto filio — Dat. ut supra [1]. »

[1] N° 1021.

1023 24 avril [1317-1320].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut excambium inter Philippum, patrem suum, et quondam Berengarium, abbatem monasterii Figiaci, ordinis sancti Benedicti,

Caturcensis diocesis, conventum adimplere studeat et Guillelmo, ejusdem monasterii abbati, de arreragiis et redditibus debitis satisfieri faciat. (Reg. 109, fol. 221, c. 804; — Reg. 110, p. ii, fol. 24 v°, c. 123 et 679.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Gratum, carissime fili, celsitudini tue debet occurrere cum ea tibi per nostras litteras suademus que per te ipsum prompte operationis studio teneris implere. Habet siquidem dilecti filii Guillelmi, abbatis monasterii Figiaci, ordinis sancti Benedicti, diocesis Caturcensis, assertio quod clare memorie Philippus, rex Francie, pater tuus, pro jurisdictione alta et bassa ville Figiaci, olim ad dictum monasterium pertinente, quam, ex causa permutationis per quondam Berengarium, abbatis predecessorem ejusdem, facte cum eo dum vivebat[1], accepit, dare ipsi monasterio competens promisit excambium ad duarum personarum arbitrium communi eligendarum assensu, et, donec impleta foret hujusmodi excambii datio, mille libras turonensium annui redditus assignavit abbati qui pro tempore foret, percipiendas in regali thesauro. Set ecce quod abbas ipse qui nunc est, promissum excambium, licet, ut ponit, cum grandi labore et sumptuum onere persepe petitum, non potuit hactenus assequi nec etiam interim, ut deberet, gavisus est redditus perceptione predicti, quin immo, quatuor milia librarum turonensium adhuc sibi solvenda supersunt, quod nimirum cedit in suum et dicti monasterii grande nimis incomodum, cum in hiis, ut dicit, major pars suarum et ejusdem monasterii pendeat facultatum. Quia igitur, fili, irrationabile valde censetur et indecens ut monasterium ipsum excambio debito careat et dicti redditus perceptione frustretur, clementiam regiam attente rogamus et hortamur in Domino Jhesu Christo, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatinus paternum studeas adimplere promissum, pretactum excambium in forma condicta abbati predicto dari et tradi, absque more dispendio, mandes et facias, et nichilominus jubeas satisfieri sibi tam de arreragiis ipsius redditus, quam de redditu ipso in antea usque ad complementum assignationis excambii antefati; nec in hiis sinas solita procrastinatione tedia ingeri, quin immo precipias, circa illa, cum ea celeritate procedi, quod abbas ipse qui jam in prosecutione predictorum usque ad duo milia librarum turonensium se asserit expendisse, iteratis sumptuum oneribus non gravetur, tuque indempnitati prefati monasterii, ut condecet, providens, ex hoc Deo reddaris acceptior, nobis et apostolice Sedi complaceas, et apud homines titulum digne comendationis acquiras. Dat. viii kal. maii. »

[1] Février 1302 n. s. (Arch. nat., J. 342, Figeac, n°s 3$^{1-2}$; — cf. N. Valois, *Établissement et organisation du régime municipal à Figeac* dans la *Bibliothèque de l'École des Chartes*, 1879, p. 406, note 1).

1024 29 avril [1317-1320].

Eidem regi negotia quae B[ernardus], archiepiscopus Narbonensis, in curia regali expedire habet[1], commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 25 v°, c. 127 et 683.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ecclesias et personas. — Dat. iii kal. maii. »

[1] Peut-être s'agit-il ici de ce procès qui s'était élevé entre l'archevêque de Narbonne et le procureur du roi de la sénéchaussée de Carcassonne, procès qui n'était pas encore terminé le 19 mars 1321 n. s. (Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 351, n° 6330).

1025 29 avril [1318-1320].

Præfatum regem rogat ut archiepiscopum Tolosanum ejusque ecclesiam commendatos habere velit. (Reg. 109, fol. 223, c. 814; — Reg. 110, p. ii, fol. 24, c. 120 et 676.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quanto devotius affici regiam pietatem ad ecclesias ecclesiasticasve personas summi regis contemplatione supponimus, tanto fidentius eas tibi cum expedit comendamus. Tuam itaque celsitudinem rogamus ex corde quatinus venerabilem fratrem nostrum.., archiepiscopum Tholosanum, et commissam sibi Tholosanam ecclesiam nec non et illorum agenda, ob divine majestatis intuitum ac nostram et apostolice Sedis reverentiam, habere velis, prout justum fuerit et honestum, favorabiliter commendatos

ut exinde tibi a Domino proveniat meritum quod pro piis retribuit actibus, nosque devotionem tuam non immerito commendemus. Dat. III kal. maii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est, on le voit, postérieure à l'érection de Toulouse en siège archiépiscopal (25 juin 1317, n° 262) et à la nomination du premier titulaire. Cette nomination aurait eu lieu le 12 novembre 1317 suivant l'abbé Albanès (*Gallia christiana novissima*, t. I, instr. col. 388, n° XXVIII eccl. Regensis, d'après le registre 67 du Vatican, c. 192), le 13 suivant C. Eubel (*Hierarchia catholica*, p. 515, d'après le même registre, c. 345). Nous avons signalé déjà et expliqué des divergences analogues (Voyez n° 170, note 2).

1026 29 avril [1318-1320].

Eidem regi, ut blada a gentibus suis in Guillelmi, Sabinensis, episcopi, detrimentum capta, eidem episcopo restitui faciat. (Reg. 109, fol. 223 v°, c. 815; — Reg. 110, p. II, fol. 24, c. 121 et 677; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 39, n° 30.)

« *Eidem*. Preces, fili carissime, quas tenore presentium celsitudini tue porrigimus, nostro nimirum inherent affectui, set et regii culminis convenire videntur honori; ad indemnitatem etenim et quietem fratrum nostrorum cardinalium sancte Romane Ecclesie, qui, circa executionem spiritualis regiminis humeris nostris impositi, assistendo nobis operosa sedulitate laborant, exhuberanter afficimur, tibique procul dubio reputamus ad cumulum honoris accedere si fratres ipsos, tanquam precipuas et sublimes Ecclesie predicte columpnas, non sinas occupationis inquietari dispendiis in bonis et rebus que sub tua possident ditione. Cum itaque, sicut audivimus, officiales tui blada omnia tam in tritico quam avena que venerabilis frater noster Guillelmus, Sabinensis episcopus, in regno tuo, et specialiter in Campanie partibus in locis nonnullis habebat, provisionum faciendarum pro guerra Flandrie fortasse pretextu saysiverint et aliqua ex illis quo libuit asportarint, gentes cardinalis ipsius non permittentes bladis gaudere predictis, in evidens cardinalis ejusdem incomodum, cui aliunde non affluit decens habundantia facultatum, celsitudinem tuam rogamus ex corde, tibi nichilominus sinceris affectibus consulentes quatinus, prudenter attento quod ecclesiastica bona et precipue ad cardinales pertinentia, quorum auxilio et favore in oportunitatibus utiliter uti posses, sustinere non debes talium saysinarum seu ademptionum injuriis subjici per quas etiam posset offensa divine majestatis incurri, nec a tue intuitu considerationis excluso quod vix aut nunquam hujusmodi spolia prosperum exitum habuerunt, divini amoris obtentu ac pro nostra et apostolice Sedis reverentia, quecunque de bladis ipsis recepta seu asportata fuerint mandes et facias cum effectu gentibus cardinalis predicti restitui, et insuper disaysiri residuum et eisdem gentibus penitus liberari, ut de restitutis et liberatis bladis eisdem gentes ipse utilitatem dicti cardinalis, prout expedire viderint, valeant procurare. Per id namque honori tuo consules, Deo, ut credimus, et nobis indubie complacebis, et cardinalem eundem, tibi pro certo devotum, devotiorem et promptiorem efficies ad quecunque tua beneplacita exequenda. Dat. III. kal. maii[1]. »

[1] Cf. Guillaume Pierre Godin ne put devenir, nous l'avons vu, évêque de Sabine, qu'après le 12 septembre 1317 (Voyez n° 237, note). Il en résulte que cette lettre qui, malgré la mention : *anno secundo* donnée par M. L. Guérard ne renferme aucune date d'année, est au plus tôt de 1318. Elle est antérieure, d'autre part, à la paix de Flandre, qui ne fut définitive que le 5 mai 1320 (Voyez n° 1049, note); les promesses faites du 20 au 25 août 1319 par les Flamands n'avaient pas, nous le savons, empêché le roi d'exiger de nouveaux subsides (Voyez n° 950, note).

1027 Avignon, 1er mai 1320.

Compositionem inter habitatores castri de Sado, Avinionensis diocesis, et Gasbertum de Valle, archidiaconum Caturcensem, vicarium generalem, factam, cujus compositionis tenor praesentibus inseritur, confirmat. (Reg. 71, cur. fol. 14 v°, c. 56; — Reg. Avin., t. XVI, fol. 516, c. 57.)

« *Dilectis filiis universis habitatoribus castri de Sado, Avinionensis diocesis*. Exhibita nobis vestra petitio continebat quod, orta dudum inter vos, ex parte una, et.., episcopum Avinionensem qui tunc erat, super eo quod singuli vestrum terram aratro excolentes, unum sextarium, et quilibet vestrum qui bracerii nominantur singulas eminas ordei ad mensuram Uticensem, in medio augusti pro annuo censu, annis solvere

tenebamini singulis et etiam exhibere, ex altera, materia questionis, tandem cum dilecto filio Gasberto de Valle, archidiacono Caturcensi, episcopatus Avinionensis auctoritate apostolica vicario generali, ad compositionem hujusmodi devenistis, videlicet quod, in compensationem ejusdem annui census mensurarum ordei supradicti, quadraginta septem sextaria ordei censualia ad dictam mensuram Uticensem cum dimidio, in uno vel diversis locis competentibus infra diocesim Avinionensem per Avinionensem episcopum qui erit pro tempore annis singulis perpetuis percipienda temporibus, emere et assignare firmiter promisistis, et nichilominus eidem vicario, ipsius episcopatus nomine recipienti, quadraginta septem sextaria ordei eidem episcopo vel episcopatui, anno quolibet in festo beati Michaelis de mense septembris, quousque predicta quadraginta septem censualia sextaria ordei emeritis, ut prefertur, integraliter solvere et etiam assignare, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur; nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, compositionem hujusmodi ratam et gratam habentes, illam auctoritate apostolica ex certa conscientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem predicti instrumenti de verbo ad verbum presentibus inseri facientes qui talis est.

In nomine Domini, amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo ccc°xviii, die xxvii mensis januarii, indictione secunda, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina clementia pape XXII, anno tertio, noverint universi presentes pariter et futuri quod, cum inter venerabilem virum dominum Gasbertum de Valle, archidiaconum Caturcensem, vicarium generalem episcopatus Avinionensis auctoritate apostolica constitutum, nomine dicte ecclesie Avinionensis, ex parte una, et homines universitatis castri de Sado dicte Avinionensis diocesis, ex altera, orta foret materia questionis occasione census vel pensionis ordei quem vel quam homines dicti loci prestare tenebantur, ut dicebatur, annis singulis dicte ecclesie ac domino Avinionensi episcopo qui erat [et] erit pro tempore, scilicet quilibet colens terram aratro unum sextarium ordei, et quilibet brasserius unam eminam ad mensuram Ucecie, prout in documentis publicis dicebatur latius contineri, tandem predicte partes, scilicet dictus dominus vicarius nomine quo supra, ex una parte, et Raymundus Mounerii, consul, ut asserebat, dicte universitatis de Sado, nomine suo et dicti consulatus ac universitatis et singularum personarum dicti loci, ex altera, presente ibidem et volente et consentiente et autorizante nobili et potenti viro Roberto, domino Ucecie et Armazanicarum et dicti castri de Sado, in modum qui sequitur convenerunt et etiam transigerunt : videlicet quod consul, nomine quo supra et dicto Roberto consentiente et autorizante, promisit dicto domino vicario stipulanti nomine quo supra, quod universitas dicti loci de Sado emerit tot sextaria ordei censualia quot sunt modo homines in dicto loco terram aratro excolentes, et tot eminas ordei censuales quot sunt bracerii, modo in loco predicto, assignanda et assignandas, prestanda et prestandas nunc et imperpetuum domino episcopo et ecclesie Avinionensi annis singulis a medio augusti usque ad festum beati Michaelis, quas, sextaria et eminas censuales ement quam cito comode poterunt in civitate vel diocesi Avinionensi, simul vel separatim, in locis sufficientibus, in recompensationem dicti census vel pensionis quem vel quam in dicto loco prestare tenebantur, et interim donec emerint dictos census et dicte ecclesie competenter assignaverint, solvent anno quolibet infra dictum terminum tot mensuras ordei quot modo sunt cultores terrarum in dicto loco, prout superius est expressum, dicte ecclesie Avinionensi vel episcopo qui pro tempore fuerit, seu illi vel illis qui regimen habebunt dicti episcopatus, hoc salvo et expresse convento quod quicunque dictos census in toto vel in parte emerint, quod pro parte illa quam emerint et dicte ecclesie competenter et sufficienter assignaverint, sint a prestatione dicti census vel pensionis quem vel quam solvere tenebantur (sint) penitus liberati. Item fuit actum, conventum et in transactionem deductum inter partes dictas quod dictus dominus vicarius faciet et curabit cum effectu quod dictus dominus noster papa et capitulum Avinionensis ecclesie presentem conventionem et transactionem approbabunt et ex certa scientia confirmabunt. Item fuit actum et conventum inter dictas partes per pactum expressum, sollempni stipulatione vallatum, quod dictus nobilis dominus dicti castri et etiam

dictus consul facient et curabunt cum effectu, omni exactione remota, quod dicta universitas et singulares (*sic*) persone ejusdem cum debita et sufficienti solempnitate presentem conventionem et transactionem approbabunt, ratificabunt et ad complendum predicta omnia et singula se et omnia bona sua pro premissis et eorum quolibet efficaciter obligabunt. Hanc autem conventionem, transactionem et omnia et singula suprascripta dicte partes sibi ad invicem, nominibus quibus supra, per solempnem stipulationem, scilicet dictus vicarius sub obligatione bonorum Avinionensis episcopi, et dictus nobilis sub obligatione bonorum suorum, ac dictus consul sub obligatione bonorum suorum et dicte universitatis ac singularium personarum ejusdem loci de Sado, promiserunt tenere et inviolabiliter observare, renunciantes omni juri quo possent contra premissa facere vel venire, et, ad majorem securitatem habendam, dicti nobilis et consul pro posse suo attendere ad sancta Dei evangelia juraverunt et etiam dictus dominus vicarius, salvo et retento domini pape beneplacito voluntatis. Acta fuerunt hec Avinione, infra palatium domini nostri pape, in camera habitationis thesaurariorum ipsius, presentibus reverendo in Christo patre domino Armando, Dei gratia episcopo Dignensi, et venerabilibus viris dominis Ademaro Amelii, priore ecclesie Vallis Moyssine, Forojuliensis diocesis, Ludovico de Petragrossa, jurisperito, et nobili viro Gaufrido Augerii, militi, Avinionensis diocesis, Ermengaudo, domino de sancto Privato, diocesis Uticensis, domino Alfonso Rabassa, milite, de Remolinis[1], domino Gaufrido Maurini, canonico Uticensi, et religioso viro fratre Adenesio Maurini, monacho monasterii sancti Victoris Massiliensis, Jacobo Macarii, notario Uticensi, Guillelmo Maurini et Bernardo Petri, domicellis, Uticensis diocesis, testibus ad premissa vocatis; quibus anno, indictione et pontificatu predictis, videlicet die XXVIII dicti mensis januarii, prefatus dominus Gasbertus de Valle, vicarius episcopatus Avinionensis predicti in spiritualibus et temporalibus, nomine ecclesie et episcopatus predictorum, constituit principalem procuratorem, sindicum, nuntium et auctorem suum et dicte ecclesie Avinionensis, discretum virum magistrum Ludovicum de Petragrossa, jurisperitum, civem Avinionensem presentem et recipientem, ad recipiendum pro eo et nomine dicte ecclesie Avinionensis approbationem et ratificationem conventionis et transactionis factarum inter ipsum vicarium, nomine dicte ecclesie, et Raynmundum Mounerii, consulem, et nomine et vice universitatis castri de Sado supradicti, ab universitate et singularibus personis dicti castri de Sado, cum debita et sufficienti solemnitate et stipulationibus et obligationibus necessariis ac etiam cum omnibus renunciationibus et cautelis, dans et concedens eidem procuratori suo generalem, plenam et liberam potestatem et speciale mandatum dictum nobilem Robertum de Ucecia et universitatem et singulares personas dicti castri de Sado super dicta approbatione et ratificatione requirendi, obligationes eorum stipulandi et recipiendi, numerum hominum braceriorum et etiam terram aratro excolentium in dicto loco de Sado inquirendi, et demum omnia et singula super predictis et ab eis dependentibus dicendi, faciendi et procurandi que idem dominus vicarius dicere vel facere posset si personaliter presens esset, promittens idem dominus vicarius nomine quo supra se ratum et firmum perpetuo habiturum quicquid per dictum procuratorem, sindicum, nuntium vel auctorem supra premissis actum dictumve fuerit seu quomodolibet procuratum. Acta fuerunt hec Avinione in domo sacristie veteris, presentibus discretis viris dominis Guillelmo Dechosselles, presbytero, Bernardo Teneris de Magnoloco et Petro de Aula, de burgo de Dunsaco, Albiensis et Caturcensis ecclesiarum rectoribus, testibus ad premissa vocatis, et me notario infrascripto, qui premissa omnia et singula suprascripsi [et] fui ut prescripta sunt, inquisitus et de hiis etiam requisitus. Postquam anno, indictione et pontificatu quibus supra, die martis XXX[2], dicti mensis januarii, dominus Ludovicus de Petragrossa, procurator, sindicus, nuntius et actor supradictus, procuratorio nomine dicti domini vicarii ecclesie et episcopatus Avinionensium, ad dictum castrum de Sado, Avinionensis diocesis, personaliter accedens, requisierit magnificum virum et potentem virum dictum Robertum, dominum Ucecie et dicti castri de Sado, ut universitatem dicti loci congregari faceret voce preconis in publico parlamento, ad ratificandum et approbandum, si approbare

et ratificare intendebant, conventionem et transactionem factas inter dictum vicarium ex una parte, et Raymundum Mounerii, consulem et nomine universitatis dicti castri, ex altera, qui nobilis Robertus mox voce preconis, more in loco solito, universitatem dicti loci fecit ad suam presentiam convocari, et, habita collocutione et deliberatione super dictis conventione et transactione cum hominibus dicte universitatis, ad perficiendum solemnius que incumberent eis diem Mercurii crastinam assignavit, prout dicto procuratori et mihi notario infra scripto dictus nobilis retulit oraculo vive vocis. Interim autem dictus dominus Ludovicus, procuratorio, sindicatu et actorio nomine quo supra, fecit, ut dixit, diligentem inquisitionem cum domino Petro de Viridario, presbytero, et cum quibusdam aliis habitatoribus dicti loci, per quam inquisitionem invenit, ut dixit, quod in dicto castro sunt modo tot habitatores terram aratro excolentes et tot bracerii quod prestatio dicti ordei ascendit ad summam quadraginta septem sextariorum ordei ad mensuram Ucecie inter omnes; quo crastino, videlicet die Mercurii ultimo mensis januarii, anno, indictione et pontificatu quibus supra, congregata universitate hominum dicti loci de Sado voce preconis in platea et in publico parlamento, prout moris est universitatem convocari et congregari in loco, quorum nomina sunt hec : Petrus Valargas[3], Rostagnus Fornelli, Raimundus Moyner[ii], Petrus Michael, Johannes Moynerii, Pontius Rebelli[4], Petrus Nicolai, Pontius Arnulphi, Guillelmus Hugonis, Guillelmus Arnulphi, Guillelmus Hebrardi, Rostagnus Angelier, Pontius Fabre, Pontius Bruni[5], Guillelmus Fornelli, Petrus Moynerii, Raimundus Ferrati, Rostagnus Bruni, Guillelmus Broca, Stephanus Audefredi, Petrus Moynerii, Petrus Clavelli, Johannes Fabri, Hugo Arnulphi, Raimundus Capelie, Petrus Gras et Garnerius Laurens, Raimundus Verani, Bertrandus Michael, Alzeazius[6] Brocca, Bertrandus Goh, Raimundus Geli, Raimundus Moynerii, Guillelmus Teichere, Hugo Gras, Petrus Garnerii, Guillelmus Conilhi, Raimundus Clavelli, Laurentius Redon, Raimundus Garrigas[7], Bertrandus Moynerii, Raimundus Redon, Pontius Duranti, Petrus Buccabuo, Bertrandus Teichere, Guillelmus Laurens, Bertrandus Redon, Guillelmus Granerii, Geraldus Gras[8], qui dicebantur et ipsi se asserebant habitatores dicti loci de Sado, in qua congregatione erant, prout ipsimet asserebant, due partes et amplius hominum dicti loci, prefatus nobilis Robertus, cujus mandato et auctoritate fuerant congregati, fecit legi et exponi predictis hominibus, ad requisitionem dicti procuratoris, suprascriptas conventionem et transactionem factas inter dictum dominum vicarium ex una parte, et dictum consulem ex altera, quibus quidem conventione et transactione ibidem lectis et expositis, predicta universitas, et singulares persone superius nominate, deliberatione habita, ut universi et singuli nominibus suis propriis et nominibus omnium et singulorum dicti loci habitatorum presentium et futurorum, singulariter singuli et universaliter universi, supradictas et infrascriptas conventionem et transactionem et omnia et singula per dictum consulem, nomine consulatus et universitatis ac personarum dicti loci, dicta, facta promissa et conventa, ex certa scientia, tamquam utilia omnibus et singulis dicte universitatis, approbaverunt, ratificaverunt et nichilominus ut universi unanimiter de uno sub forma inferius contenta, convenerunt et promiserunt dicto domino Ludovico, procuratori, sindico, nuntio et actori presenti, stipulanti et recipienti vice et nomine dicti domini vicarii et ecclesie ac episcoporum Avinionensium qui erunt pro tempore quod ipsi emerent in civitate vel diocesi Avinionensi, in locis convenientibus, quadraginta septem sextarios ordei censuales cum directo dominio que assignabuntur cum effectu dicte ecclesie Avinionensi vel domino episcopo Avinionensi qui erit pro tempore, in recompensationem census ac pensionis ordei quem vel quam tenebantur prestare, et donec predicta quadraginta septem sexteria emerint, ut predictum est, et assignaverint, solvent et reddent, aportabunt Avinionem dicto domino episcopo Avinionensi vel regentibus dictum episcopatum ,annis singulis, a medio augusti usque ad festum beati Michaelis, dictos quadraginta septem sextarios ordei ad mensuram Ucecie pro dicto censu, et quod sint liberi de portonagio, hoc salvo quod semper pars que empta et assignata fuerit deducatur, et cum predicta quantitas totaliter empta et assignata fuerit, dicta universitas et omnes et singuli habitatores dicti loci presentes et futuri

a prestatione dictarum mensurarum ordei perpetuo sint immunes; et sic predicta omnia et singula ut universi et singuli promiserunt dicto procuratori, sindico, nuntio et actori, nomine quo supra stipulanti, et ad sancta Dei evangelia juraverunt attendere et complere sub obligatione omnium bonorum suorum presentium et etiam futurorum, supponentes et submittentes se pro predictis cohertioni cujuslibet curie ecclesiastice vel secularis, et specialiter cohertioni curie camere domini nostri pape et auditoris ejusdem, renunciantes super hiis omni juri quo possent [contra] facere vel venire. Et nichilominus, ex habundantiori cautela, prenominati homines universitatem facientes, presente et auctorisante dicto nobili Roberto, eorum domino, creaverunt et constituerunt Petrum Autran[9], domicellum, et Petrum Michaelis, sindicos et procuratores suos et dicte universitatis ad approbandum et ratificandum, nomine suo et dicte universitatis et singularium personarum ejusdem, omnia et singula supradicta, et ad petendum confirmationem domini nostri pape omnium predictorum et etiam ad emendum, nomine dicte universitatis, et assignandum dicte ecclesie Avinionensi predictos sextarios ordei censuales, prout superius est expressum, dantes et concedentes eisdem syndicis et procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam potestatem approbandi et ratificandi, confirmationem petendi, dictam universitatem et singulares personas pro predictis obligandi, et dictos quadraginta septem sextarios ordei emendi et assignandi, et omnia alia et singula dicendi et faciendi que dicta universitas diceret vel facere posset in predictis et dependentibus vel emergentibus ex eisdem; promittentes se ratum, gratum et firmum perpetuis temporibus habituros quicquid per dictos sindicos et procuratores vel eorum alterum super premissis actum dictumve fuerit seu quomodolibet procuratum, cui sindicatui et omnibus et singulis supradictis dictus nobilis Robertus, dominus dicti castri, et etiam dominus Alfonsus Rabossa, miles, judex terre dicti nobilis, sedentes pro tribunali et habita deliberatione que in talibus consuevit et debet adhiberi, causa cognita, auctoritatem suam judiciariam interposuerunt pariter et decretum. Consequenter pro habundanti cautela prenominati sindici, habitis deliberatione et tractatu super predictis, nomine suo et dicte universitatis ac singularum personarum dicti castri, omnia et singula supra et infra scripta approbaverunt et ex certa scientia ratificaverunt, et ac complendum omnia et singula supra et infra scripta et non veniendum contra, se et dictam universitatem et singulares personas ejusdem obligarunt cum omni renunciatione juris pariter et cautele, et de predictis dicte partes et earum quelibet petierunt sibi fieri unum vel plura publica instrumenta. Acta fuerunt hec apud dictum castrum de Sado, in platea communi que est ante castrum predictum, presentibus discretis viris domino Rostagno de sancto Saturnino, priore prioratus ecclesie dicti castri, religioso viro fratre Denesio Maurini, priore de Finelono, Ermengano de sancto Privato, Guillelmo Martini de sancto Remigio, dicto Cabessa, de Avinione, domicello, testibus ad premissa vocatis, et me Petro Martini, clerico Caturcensis diocesis, auctoritate apostolica publico notario, qui premissis omnibus et singulis suprascriptis presens interfui et premissa inquisivi et manu propria scripsi, publicavi et in hanc formam publicam redegi et signo meo consueto signavi rogatus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Nulli, etc. nostre confirmationis infringere etc. Dat. Avinione, kalendis maii, anno quarto. »

[1] Cette forme est évidemment préférable à la forme *Alfanco de Romolinis* que donne le registre d'Avignon.

[2] Reg. 74 : XIII qui est une erreur évidente, comme on le voit pour les autres dates du texte.

[3] Ib. : *Valorgus*.

[4] Ib. : *Robolle*.

[5] Ib. : *Brani*.

[6] Ib. : *Alasius*.

[7] Ib. : *Carrigus*.

[8] Ib. : *Cras*.

[9] Ib. : *Aneron*.

1028 2 mai [1317-1320].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut Turonensem, Andegavensem et Nannetensem ecclesias in suorum libertate jurisdictionum et jurium conservare velit. (Reg. 110, p. II, fol. 25, c. 125 et 681.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Fili carissime, illa que scribimus

dulcedine filiali recipias que de paterne mentis affectu dilectione precipua proferuntur, inter alios namque affectus nostros precipuos, ferventius cupimus ut sic te placitum beneplacitis divinis exhibeas, sic te gratum gratiarum offeras largi[t]ori, quod ejus opem in omnibus tuis actionibus sentias, et tuos in ejus beneplacito dirigendo p[ro]cessus, ab eo in cunctis tuis actibus salubriter dirigaris. Absit igitur a claro magnitudinis tue statu iniquum compendium; absit quod per alicujus inique suggestionis applausus in id regalis declinet intentio, ut pro modico caduce temporalitatis augmento, jurisdictio seu jura ecclesiastica minuantur; absit ut rex eternus qui in ecclesiis et juribus ecclesiasticis honoratur quique cunctis regibus dat regnare, per te quem in regali solio collocavit, in suorum usurpatione jurium offendatur. Hec, inclite princeps, ideo sic affectuose referimus quia per affectum (*sic*) operis in celeris exauditione justitie te promptum cupimus invenire. Habet namque fide digna relatio, immo verius ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum Turonensis, Andegavensis et Nannetensis civitatum et diocesum conquestio lacrimosa quod, licet ab antiquis longis retro temporibus quorum memoria non existit, Turonensis, Andegavensis et Nannetensis ecclesie de suis temporalitatibus superiorem recognoscere non consueverint aliquem principem secularem, nec unquam in curiis clare memorie regum Francie, progenitorum tuorum qui fuerunt pro tempore, seu aliorum principum secularium, de dictis temporali[tati]bus consueverint respondere, tamen nuper officiales tui Parisienses et nonnulli alli bajuli regii nituntur eosdem cogere ad fundandum se per procuratorem et ad respondendum super dictis temporalitatibus coram eis; et, si forte, ad aliquorum malignorum instantiam, de facto super dictis temporalitatibus ad predictas curias evocantur et coram ipsis non se fundant per procuratores nec respondent, p[ro]ut etiam ut asserunt non tenentur, destituantur de suis temporalitatibus eorumque adversarii in possessionem mittuntur earum per curias memoratas, propter quod nonnulli seculares se ad preconceptam malitiam convertentes, malitiose procurant eosdem ad dictas curias evocari, ut, eisdem per talem modum contumacibus reputatis, contra easdem ecclesias et personas in feudis et aliis bonis temporalibus earundem recipiant et habeant missionem. Cum itaque, fili carissime, ut Altissimo reddaris acceptior per quem regnas tibique honoris et glorie proveniat incrementum, deceat te libertates et immunitates ecclesiarum, in quarum possessione ab antiquis temporibus extiterunt, non minuere neque per alios cujuscunque status vel dignitatis extiterint regni tui permittere dimminui sive ledi, set ipsas pro posse in suorum libertate jurisdictionum et jurium conservare, serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, tibi in remissione peccaminum suadentes quatinus, pro divina et apostolice Sedis reverentia, ecclesias et personas predictas habens propensius commendatas, non permittas super eas illud jugum insolite oppressionis imponi quoad fundationem predictam et responsionem regie et cujuslibet alterius curie secularis, quod nunquam hactenus constat eisdem, ut asserunt, per dictos progenitores tuos fuisse impositum temporibus retroactis, faciens nichilominus omnia dampna que ecclesiis et personis predictis, ex eo quod ad predictas seculares curias evocate non se fundaverunt aut responderunt, sicut nec se fundare, nec respondere, ut asserunt, tenebantur, ratione missionis predicte vel alias quomodolibet sunt illata, integraliter emendari, ac eisdem super premissis sic provideas in futurum quod tuis, auctore Domino, claris temporibus, libertas ecclesiastica in onus non transeat servitutis, quin imo tanto magis celebrius foveatur et vigeat quanto te decet in actionum sequela bonarum dictis progenitoribus exhibere non imparem, set immitatorem per omnia efficacem; nec patiatur, quesumus, regalis benignitas ut scripta tibi apostolica super hoc iterentur. Dat. VI nonas maii[1]. »

[1] Voyez, n° 1015, une lettre plus générale sur un sujet analogue.

1029 [2 mai 1317-1320.]

Eidem de eodem in forma breviori. (Reg. 110, p. I, fol. 17 v°, c. 61.)

« *Eidem*[1]. Fili carissime, illa — in celeri exauditione justitie te propitium cupimus invenire[2]. »

[1] Comme l'indiquent l'index (c. 68) et le texte même, il s'agit du roi de France, bien que, dans le registre, les deux lettres qui précèdent celle-ci soient adressées à d'autres personnages (nos 52, 1149).

[2] Cf. Cette lettre est la reproduction du début de la lettre suivante, nous lui attribuons donc la même date (Voyez, à ce sujet, n° 76, note 1).

1030 [21 mars 1318 — 5 mai 1320.]

H[enrico], domino Soliaci, de felici sibi commissarum expeditione et de pace a Flandrensibus negata. (Reg. 110, p. i, fol. 18, c. 67.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino de Suliaco, buticulario Francie.* Ex tuarum, fili, litterarum serie percepimus evidenter te nichil ommisisse de hiis que in tuo recessu condiximus, sed illa et singula memoriter retinentem, eorum expeditionem procurasse felicem; super quo tuam diligentiam in Domino commendantes, tibi gratiarum multiplices refferimus actiones. De pace Flandrie sumus continue rumores prosperos avide prestolantes, nec mirari sufficimus quod pax tam fructuosa, Flandrensibus ipsis renitentibus, adeo differatur, occulta tamen divina judicia novimus, hunc enim indurare novit in sua malitia, hunc vero ad gratiam revocare misericorditer juxta sue beneplacitum voluntatis; suppliciter igitur ejus misericordiam imploramus ut ipsis co[r] lapideum auferens, carneum tribuat, et ad pacis bonum quod omnia superat prosequendum inducat. Dat. [1] »

[1] Cf. On voit dans cette lettre que Henry de Sully avait quitté la cour pontificale. Or nous savons qu'il y vint deux fois et que, lors de son premier voyage, il partit d'Avignon le le 21 mars 1318 (Voyez n° 330, note 2). La lettre que nous donnons ci-dessus est donc postérieure à cette date. Peut-être même, comme celles qui la précèdent dans le registre (nos 874-877), est-elle postérieure à la deuxième ambassade du sire de Sully (Voyez n° 830, note 1); nous n'osons l'affirmer, mais il est certain qu'elle est antérieure au moment où le pape put connaître la conclusion de la paix avec les Flamands, le 5 mai 1320 (Voyez nos 63, note; 1049, note).

1031 [11 février — 5 mai 1320.]

G[aucelmo] cardinali de pacis Flandriæ prosecutione, de B[eraldi] de Mercorio et Jordani de Insula ac Radulphi de Perellis negotio necnon de cujusdam abbatiæ reservatione nonnulla significat. (Reg. 110, p. ii, fol. 12, c. 65 et 621.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Innotuere nobis tue, fili, littere nuper, ac subsequenter novissime nobis misse qualiter forma securitatis concesse comiti Flandrensi reformata et dies sibi prefixa fuerant prorogata; responsum quoque dilatum diutius te recepisse, non absque spe confidentiori solito exitus prosperi negotii quod venaris, nec non et diligentiam sedulam quam circa negotia dilectorum filiorum nobilium virorum B. de Mercorio et Jordani de Insula, familiaris nostri, ac etiam magistri Radulphi de Perellis adhibere tua prudentia studuit, novissima reseravit. Que autem pro parte regia prelatis convocatis Parisius proposita fuerunt quidve responsum fuerit per prelatos, utraque littera ad nostram notitiam deducere properavit. Super quibus tuam solicitudinem comendantes, obtamus et instanter instamus ut circa prosecutionem principalis negotii tua diligentia non tepescat, sed potius continue incalescat, sciturus quod licet tua libenter presentia frueremur, fructus tamen desideratus quem ex absentia speramus subsequi, nobis ipsam absentiam reddit gratam. Persta ergo, fili, studiose in ceptis; speramus equidem in pacis actore quod, cooperante ipso et sermonem tuum confirmante, optatus exitus subsequetur sicque, ad nos cum exultatione veniens, reverteris portans pacis solide manipulos in manibus tuis; nec alia dimittas prosequi in quibus tuam diligentiam posse perceperis aliquid operari. Gratia Dei sit tecum, fili, et cum familiaribus tuis. Sani eramus in confectione presentium per Dei misericordiam, nos et fratres. De reservatione abbatie de qua nobis scripsisti omisimus scribere quia in proximo non sperabatur vacare [1]. »

[1] Cf. Le 27 septembre 1319, Philippe V ajourna Robert, comte de Flandre, pour Noël, afin de conclure définitivement la paix (Arch. nat., J. 563a, nos 44, 45; — JJ. 58, fol. 36, n° 394). Ce terme fut reculé ensuite jusqu'à l'octave de la Chandeleur (9 février 1320 n. s., JJ. 58, fol. 33 v°, n° 390) et enfin, le 11 février 1320 n. s., le comte reçut un nouveau sauf-conduit qui devait durer jusqu'à Pâques (30 mars, JJ. 58, fol. 50 v°, n° 442). Nous savons, d'autre part, que, le 7 jan-

vier 1320 n. s., au conseil du roi, l'archevêque de Reims, les évêques de Beauvais, de Noyon et de Châlons, pairs ecclésiastiques, déclarèrent, comme ils l'avaient déjà fait quelques mois plus tôt (J. 563A, nos 40 [1], [3-5]) qu'ils verraient ce qu'ils auraient à faire, à propos de la paix, lorsque les Flamands auraient, de leur côté, rempli leurs obligations (J. 563A, n° 39). C'est évidemment de ces faits que Jean XXII veut parler dans sa lettre; nous la plaçons donc entre le 11 février 1320 et le moment où le pape put être informé de la paix conclue le 5 mai avec les Flamands (Voyez nos 63, note; 1049, note). Elle est antérieure aussi à d'autres lettres que l'on trouvera ci-après (nos 1049-1051), mais qui sont elles-mêmes dépourvues de date. Au sujet de l'affaire pendante entre Béraut de Mercœur et Raoul de Pereaus, voyez n° 881, note 4.

1032 Avignon, 8 mai 1318-1320[1].

Henrico, domino Soliaci, ut Philippum, regem Franciæ, ad particulare ultramarinum passagium accelerandum inducat. (Reg. 110, p. i, fol. 54, c. 177.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Litteras tuas, fili, leta manu suscepimus, ad quarum continentiam propter festinum discessum nuntii, ad presens plene respondere nequimus, cito tamen latius, dante Domino, rescripturi. Porro cum non mediocriter insideat cordi nostro acceleratio particularis ultramarini passagii, ad cujus executionem carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Francie et Navarre illustris, scripsit nobis se duas deputasse personas, nobilitatem tuam solicitamus presentibus quatinus, in accelerando dicto passagio ac predictarum missione personarum, sicut nobis placere desideras, omnem quam poteris adhibere diligentiam non ommittas. Datum Avinione, viii idus maii[1]. »

[1] Cf. C'est lors de l'ambassade solennelle de 1317-1318 que fut décidé l'expédition préliminaire dont Louis de Bourbon fut nommé chef le 13 septembre 1318 (Voyez n° 511, note 2). Dès l'année suivante, les galères qui devaient former l'escadre d'avant-garde sous la conduite de Mathieu de Varennes furent vendues (Voyez n° 927, 928), sans qu'on eût pourtant abandonné le projet de reprendre la campagne (Arch. nat., JJ. 60, fol. 69, n° 100; — Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, t. I, p. 263, n° 1526.) Nous pouvons donc affirmer seulement que la lettre publiée ci-dessus est au plus tôt de 1318.

1033 Avignon, 8 mai 1320

Processus Johannis XXII contra occupatores et detentores cujusdam partis thesauri quondam Clementis V, prædecessoris sui, et specialiter contra Bertrandum, vicecomitem Leomaniæ et Altivillaris. Illos omnes ad restitutionem, necnon eos qui ipsis consilium præbuerunt vel aliquam de eisdem factis habuerunt notitiam, ad revelationem infra certos terminos faciendas sub excommunicationis aliisque spiritualibus temporalibusque pœnis hortatur. (Reg. 110, p. ii, fol. 79 v°, c. 372 et 1016; — Reg. 70, cur. fol. 54 v°, c. 191; — Reg. Avin., t. XLIII, fol. 185; — Arch. vat., *Arch. Avin. inventaria*, n° 467, fol. 113, ; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 94 v°, pars iv, n° 5; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 368, n° lv; — Theiner, *Codex diplomaticus dominii temporalis Sanctæ Sedis*, I[1], p. 492, n° dcliii; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 181, n° 118.)

« *Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.* Cum venerabiles fratres — Actum Avinione, viii idus maii, pontificatus nostri anno quarto. »

[1] Rome, 1861, in-fol.

1034 Avignon, 8 mai 1320.

Eumdem Bertrandum ad comparendum infra quadraginta dies, de quibusdam ex prædictis pecuniæ summis sibi a Clemente V in certos usus erogandis traditis responsurum, citat. (Reg. 110, p. ii, fol. 79, c. 371 et 1015; — Arch. vat., *Arch. Avin. inventaria*, n° 467, fol. 76; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 95 v°, pars iv, n° 6; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 374, n° lvi; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 90; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 188, n° 119.)

« *Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.* Ex injuncto nobis — Dat. Avinione, viii idus maii, pontificatus nostri anno quarto. »

[1] Voyez n° 382.

1035 Avignon, 8 mai 1320.

Processus contra illos qui bona curialium de civitate Carpentoratensi tempore præcedentis vacationis asportaverant[1]. (Reg. 70, cur. fol. 17 v°, capitulo 61, epistolæ

videlicet quæ infra sub numero 1063 reperitur, insertus; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 93 v°, pars iv, n° 4; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 178, inséré dans le n° 117.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* Dudum, sicut evidentia — Datum Avinione, viii idus maii, pontificatus nostri anno quarto. »

[1] Voyez sur le même sujet, une autre lettre du 13 novembre 1319 (n° 961).

1036 17 juin 1319 — avant le 18 mai 1320?

Gastoni, vicecomiti de Fezensaguello, ut pro pace inter domos Fuxensem et de Armaniaco reformanda, ad apostolicam Sedem accedat, cum infra octavas festivitatis Pentecostæ proxime venturæ, comitissa Fuxensis ad camdem Sedem sit ventura. (Reg. 110, p. ii, fol. 78 v°, c. 369 et 1013.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, vicecomiti de Fesensagello.* Cum reformationem pacis et concordie inter domos Fuxensem et de Armaniaco, Deo auspice, proventuram, cordi specialiter habeamus et pro illa libenter impenderemus hactenus et impendere proponamus solicitudines et labores, ac pro ipsius reformatione pacis tuam credamus presentiam multipliciter oportunam, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, quam citius comode poteris, propter hoc ad presentiam nostram accedere non postponas, cum infra octavas festivitatis Pentecostes proxime venture dilecta in Christo filia nobilis mulier.., comitissa Fuxensis, sicut pro firmo credimus, ad Sedem apostolicam sit ventura[1]. »

[1] Cf. Le 11 mai 1318, Jean XXII avait imposé des trêves aux maisons de Foix et d'Armagnac et, s'offrant comme médiateur, ainsi qu'il l'avait déjà fait le 21 mars et le 15 avril de la même année (n°s 506-509; — 562-565), il demandait aux parties d'envoyer leurs fondés de pouvoir à Avignon (n°s 588-592). Il écrivit alors à Gaston, vicomte de Fezensaguet, de le seconder dans ce but (n° 595). Le 17 juin 1319, au moment où les trêves qui avaient déjà été prolongées allaient expirer, il lui écrivit derechef dans le même sens (n° 894). Ici, au contraire, il n'est plus question de trêves ni d'envoi de fondés de pouvoir, mais de comparution personnelle. Cette lettre serait donc postérieure au 17 juin 1319 et antérieure au 18 mai, fête de la Pentecôte, 1320. On remarquera, en outre, bien que ce ne soit pas là un argument décisif, que les deux documents qui la précèdent (n° 993, 994) et celui qui la suit (n° 1117) dans le registre se rapportent à la même affaire et sont placées dans l'ordre chronologique.

1037 17 mai [1320?]

Bernardum Jordani hortatur ut ad suum consortium admittat viros probatos qui sibi utilia et honesta suadeant. (Reg. 110, p. ii, fol. 78, c. 365 et 1009.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule.* Scribere tibi hiis diebus Parisius processus certos nostros obmisimus, quia te redisse ad propria credebamus nec nunc de illis insinuamus aliquid, quia illos ad tuam notitiam pervenisse speramus. Facta tua nobis profecto non omnia complacent, set persone tue nostram benivolentiam nesciremus subtrahere nec gratiam denegare; optaremus ut ad tuum consortium viros probatos admitteres qui tibi utilia, possibilia et honesta statumque tuum decentia suaderent; sic faciendo de te possent sperari successus prosperi, aliter sunt adversi te diligentibus formidandi. Dat. xvi kal. junii[1]. »

[1] Cf. On ne peut déterminer quels sont les documents auxquels le pape fait ici allusion; peut-être s'agit-il des tentatives de réconciliation entre les maisons de Foix et d'Armagnac pour laquelle il demanda à Bernard Jourdain son concours le 5 et le 11 mai 1318 (n°s 580, 594). Toutefois, la lettre qui, dans le registre du Vatican, suit immédiatement celle que nous publions ici, portant la date : *Dat ut proxime, anno quarto* (n° 1038), nous croyons pouvoir les attribuer toutes deux à la même année, mais, d'après ce que nous avons dit (n° 5, note) avec les plus grandes réserves. Au sujet de conseils analogues donnés à Bernard Jourdain par Jean XXII voyez aussi n°s 860, 922.

1038 [17 mai 1320?]

Jordano de Insula, ne ad Deum qui eum ad præsens a morte misericorditer præservavit, converti differat. (Reg. 110, p. ii, fol. 78, c. 366 et 1010.)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano de Insula.* Visitans hiis diebus visitavit te Dominus, teque a morte ad presens misericorditer preservavit; utinam

potentiam diligenter visitantis attenderes, et preservantis a morte clementiam non sileres, illam enim considerando non extollereris in prosperis nec deficeres istam tenendo memoriter in adversis. Time ergo illius, fili, potentiam qui postquam occiderit potest animam mittere in gehennam, et cum timore spera de illius misericordia, qui miseriam nostram sumere non erubuit, ut posset nostris miseriis amplius misereri. Ne tardes, fili, nec de die in diem ad illum converti differas, ne forsan subito ira ejus in te deseviat, et penis variis te disperdat, sec fac ut cum beato Job illum possis dicere sua miseratione tuum ab insidiatoribus spiritum custodisse. Oblationem tuam non respuimus, set ea uti intendimus sicut negotia postulabunt. Dat. ut proxime, anno quarto[1]. »

[1] Pour la date, voyez ce que nous disons ci-dessus, n° 1037, note.

1039 [9 janvier 1318 — 19 mai 1320.]

Cuidam abbati cujus nomen non exprimitur mandat ut se emendet publicando, ubi necesse fuerit, contrarium omnium earum quæ in Bertrandi, tituli sancti Marcelli presbyteri cardinalis, famæ detrimentum propalaverat. (Reg. 109, fol. 100, c. 422.)

« *Dilecto filio.., abbati.* Si diligentius observasses — Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod, cum, diebus non longe preteritis, presentibus dilecto filio nostro Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, et Geraldo de sancto Genesio, de decanatu Esigiaci, olim Petragoricensis, nunc Sarlatensis diocesis, certis ex causis fieret mentio coram nobis, tuncque non occurreret nostre memorie quod eidem cardinali providissemus de decanatu predicto[1], et propterea peteremus quis decanatum tenebat eumdem, cardinali prefato respondente de illo sibi per nos fuisse provisum, idem G., non attendens quod de beneficiorum nominibus, et illarum etiam personarum quibus de illis providemus interdum, propter negotiorum multitudinem que nos multipliciter distrahit, in promptu recordari nequimus, cum etsi locum Dei teneamus in terra, cum hominibus tamen labitati memorie subjacemus, sicque interrogationem nostram in deteriorem partem minus prudenter interpretans, tuis et aliorum forsitan plurium auribus instillavit quod ipse cardinalis nullum jus habebat in decanatu predicto, immo ipsum minus canonice detinebat. Tu vero, temerariam ac plectibilem suggestionem ipsius G., quam veluti omni verisimilitudine destitutam rejecisse consultius debuisses, insipienter admittens eique inconsulta facilitate credulitatis assensum inclinans, quam ipsius cardinalis fama laudabilis et innocens conversatio confutabat, eam nedum coram bonis et gravibus, sed in locis insignibus publicare presumpsisti nunc verbo, nunc litteris in quandam ipsius cardinalis infamiam, et delendam, non colendam suggestionis predicte memoriam, per publicationis frequentiam renovasti. Quo factum est ut, ipsius innocentia cardinalis falsa impositione perculsa, super famam ipsius apud audientes quasi cujusdam caliginose nubis densitas oppandatur, tanquam rei ad se non pertinenti se immiscuisse notetur. Unde vix invenitur qui ministris ejus in dicto decanatu obediat aut velit de illius juribus, redditibus et proventibus respondere, quod in ipsius prejudicium aperte redundat. Quia itaque — remedio providere[2]. »

[1] 2 juillet 1317 (Voyez n° 266), où le bénéfice en question, Issigeac (arr. de Bergerac, Dordogne), est désigné sous la forme *Ychigiacum* (Cf. de Gourgues, *Dictionnaire topographique de la Dordogne*, p. 160). Il fut, le 7 août 1319, réuni à la mense épiscopale de Sarlat, sans préjudice du don fait au cardinal qui devait le conserver sa vie durant (Baluze, *Vitæ paparum.*, t. II, col. 339, n° lii).

[2] Cf. Cette lettre est postérieure à la délimitation du diocèse de Sarlat qui eut lieu le 9 janvier 1318 (n° 470). Nous voyons, d'autre part, que, peu de jours avant qu'elle n'ait été écrite, Bertrand du Pouget, cardinal du titre de saint Marcel, se trouvait à la cour pontificale. Comme il dut être envoyé en Lombardie, à titre de légat apostolique, vers le mois de juillet 1319 (Voyez n° 912, note 3), on pourrait croire que la lettre que nous publions ici est au plus tard de cette date; mais, son départ ayant été, semble-t-il, retardé (Voyez n° 1040), nous pouvons affirmer seulement que ce document est antérieur au 19 mai 1320; le cardinal était alors certainement en Italie (n° 1044) où il demeura fort longtemps (Voyez S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 551, n° 1614).

1040 [Mai 1319 — 19 mai 1320.]

Gaucelmum cardinalem ad sæpius rescribendum hortatur eique nuntiat quod legatus versus partes Italiæ iter suum arripere non potuit. (Reg. 110, p. i, fol. 63 v°, c. 204.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio.* De pace Flandrie nova prospera intensis desideriis prestolantes, tuam diligentiam presentibus duximus excitandum ut de hiis, cum occurrerint, non differas nos reddere certiores, sciturus quod viarum pericula varia hactenus legatum versus partes Ytalie iter suum arripere non sinerunt[1]. In confectione presentium vivebamus sospiter nos et fratres. Gratia Dei tecum sit et in tibi commissis negotiis tecum elaborare non cesset[2]. »

[1] Il s'agit évidemment ici de Bertrand du Pouget, légat en Lombardie, cité dans le document qui précède et dont Jean XXII annonçait le départ dans une lettre que l'on trouvera plus haut (n° 912).

[2] On lit, à la suite de cette lettre, qui évidemment se termine ici, après un petit espace laissé en blanc, le passage suivant : « *Ex dilecti filii magistri Johannis de Arpadella, utriusque juris professoris, Parisius nuper pro certis nostris negotiis destinati, percepimus relatione fideli studiosam etc...* » (le reste de la ligne est en blanc dans le registre). Ce fragment appartient à un autre acte que nous n'avons pu retrouver; les registres 109 et 110 nous ont offert plusieurs exemples de ce fait (Voyez nos 26; 775, note 1). Le document que nous publions ici est postérieur à la lettre (n° 912) indiquée dans la note qui précède, lettre qui est elle-même dépourvue de date, mais qui est probablement du mois de mai au plus tôt. Il est antérieur, d'autre part, au 19 mai 1320, comme nous le faisons remarquer au sujet de la lettre précédente à propos du légat du pape (n° 1039, note 2).

1041 Avignon, 19 mai 1320.

Universis archiepiscopis et episcopis per provinciam Lombardiæ constitutis intimat quod dominus Robertus, rex Siciliæ, vacante imperio, per Sedem apostolicam vicarius imperii constitutus, commisit vices suas in ipso imperio Philippo, comiti Cenomanensi, et mandat eis ut ipsi domino obediant. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, c. 62; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 101, n° 184.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis per provinciam Lombardie constitutis.* Apostolice servitutis incumbit — Dat. Avinione, xiiii kal. junii, anno quarto. »

1042 [Avignon, 19 mai 1320.]

In e. m. dilectis filiis universis marchionibus, comitibus, baronibus, magnatibus et nobilibus per provinciam Lombardiæ constitutis. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 62; — S. Riezler, *op. et loc. cit.*)

1043 [Avignon, 19 mai 1320.]

In e. m. universis potestatibus, capitaneis, rectoribus et consiliis, universitatibus quoque ac populis civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum per provinciam Lombardiæ constitutis. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 62; — S. Riezler, *op. et loc. cit.*)

1044 Avignon, 19 mai 1320.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolicæ Sedis legato[1], ut omnes prædictos prælatos, nobiles, et universitates compellat ad obedientiam dicto comiti Cenomanensi debitam. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, c. 63; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 102, n° 185, analyse.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato, etc.* Dudum felicis recordationis — Dat. Avinione, xiiii kal. junii, anno quarto. »

[1] Bertrand du Pouget; voyez n° 912, note 3.

1045 [13 mars — 24 mai 1320.]

Agnetis, ducissæ Burgundiæ, litteris de facto Achayæ respondens, nuntiat ei se partibus jam scripsisse, eamque hortatur ut, pro missione personarum idonearum ad Sedem apostolicam, apud Odonem, ducem Burgundiæ, natum suum, instet. (Reg. 110, p. ii, fol. 13 v°, c. 73 et 629.)

« *Dilecte filie nobili mulieri Agneti, beati Ludovici regis Francie filie, ducisse Burgundie.* Ad ea que tue, filia benedictionis et gratie, nobis misse continebant littere super facto principatus Achaye respondentes, magnitudinem tuam volumus non latere quod, antequam ad nos ipse littere pervenissent, que per ipsas tua providentia postulat feceramus; suaseramus equidem carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie illustri, ne dilectum filium nobilem virum Othonem, ducem Burgundie, natum tuum, in jure quod

habet, ut asserit, in predicto principatu Achaye impediret; attendentes autem quod regis ipsius consiliarii asserebant quod principatus ipse ad regem legitime ex multis capitibus fuerat devolutus, opinionem suam multis juribus et rationibus fulcientes, via juris omissa, que nonnunquam caritatem sauciat et interdum amicitias dissolvere consuevit, ad semitam concordie convertimus aciem mentis nostre, vias et modos solicite perquirentes per quos posset discordie, quam pacis emulus inter prefatos regem et ducem seminare satagit, obviari, et vera concordia stabiliri, quam, faciente pacis actore, expedientem alterutri credimus reperiisse, ad quam rex prefatus et dilectus filius nobilis vir Philippus, princeps Tarentinus, sicut indubie supponimus, condescendent, dictique ducis affectibus velut que suum non leviter honorem et comodum respiciunt, accedent grata, ut credimus, plurimum et accepta, sicut hec carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, ac duci predicto per nostras curavimus litteras intimare [1], ad cujus consummationem parati sumus intendere si dux ipse personas, potestate plenaria super hiis comunitas, ad nostram presentiam duxerit destinandas. Instet ergo tua prudentia super missione personarum hujusmodi, si, via preclusa discordie, inter regem et ducem predictos concordiam desiderat retinere [2]. »

[1] 13 mars 1320 (nos 1005, 1006).
[2] Cf. Cette lettre, postérieure à celles que nous indiquons dans la lettre précédente, est antérieure, d'autre part, à l'arrivée des envoyés du duc de Bourgogne qui avaient quitté la cour pontificale le 24 mai 1320 (Voyez no 1046).

1046 Avignon, 24 mai 1320.

Philippo, regi Franciæ, de recessu nuntiorum Odonis, ducis Burgundiæ, ratione facti Achayæ missorum, qui cum Roberto, rege Siciliæ concordare nequiverunt. (Reg. 110, p. II, fol. 14 v°, c. 83 et 639.)

« *Carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Regalis excellentie litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Guillelmum Flote, militem, presentatas leta manu recepimus, et ea que tam ipse quam nuntii dilecti filii nobilis viri Othonis, ducis Burgundie, super facto principatus Achaye tam verbo quam scripto voluerunt proponere percepimus diligenter. Verum quia super via insinuata serenitati regie per dilectum filium Petrum, tituli sancte Susanne presbyterum cardinalem, super qua prosequenda ipsos missos ad nostram presentiam credebamus, aut super aliqua alia quam super oblatis per ipsos in scriptis, ex eorum assertionibus ipsos percepimus nichil posse, cum ex responsionibus pro parte carissimi filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, nobis exhibitis et ipsarum facta copia, antedictis nuntiis apparuerit evidenter ipsum in aliqua premissarum viarum per ipsos nobis nuntios oblatarum minime concordare, nolentes frustra super hiis laborare ac ipsos nuntios inutiliter diutius detinere, a premissa prosecutione negotii desistentes, ipsis licentiam concessimus recedendi; formam autem oblatorum per prefatos nuntios ac responsiones pro parte regis prefati nobis oblatas curabimus cito, dante Domino, regali excellentie intimare [1]. Dat. Avinione, IX kal. junii, anno quarto. »

[1] Voyez no 1073, et, au sujet de la même affaire, no 661.

1047 [Avignon, 24 mai 1320.]

In e. m. Odoni, duci Burgundiæ. (Reg. 110, p. II, fol. 14 v°, p. c. 83 et 639.)

1048 [Avignon, 24 mai 1320.]

Agneti, ducissæ Burgundiæ, de eodem. (Reg. 110. p. II, fol. 14 v°, c. 84 et 640.)

« *Dilecte filie nobili mulieri Agneti, beati Ludovici regis Francie filie, ducisse Burgundie.* Nuntios dilecti filii — Dat. ut supra [1]. »

[1] No 1046.

1049 [6 mars — 26 mai 1320.]

Gaucelmo cardinali Robertum, comitem Flandriæ, Philippo, regi Franciæ, homagium præstitisse lætanter accepisse nuntiat eumdemque cardinalem hortatur ut

ad pacis confirmationem ac quorumdam articulorum secretorum executionem intendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 1, c. 6 et 561.)

« *Dilecto in Christo filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali.* Misse nuper tue duplicate littere homagium per dilectum filium nobilem virum Robertum, comitem Flandrie, carissimo filio nostro Philippo, illustri regi Francie et Navarre, prestitum nuntiantes, cor nostrum gaudio et linguam non indigne jubilo repleverunt; per hoc enim paci inter prefatos principes ordinate robur credimus adici et viam ad extirpandum vitia et vacandum liberius operibus bonis estimamus probabiliter, precipue in regno Francie, preparari. Sane quia dilatum desiderium desiderantis animum affligere consuevit, procrastinatio illorum que ad uberiorem pacis predicte soliditatem tractata fuerant non leviter nos cruciat et affligit, ad quorum accelerationem te attente optamus intendere et studiosam operam adhibere. Cedulam quoque inclusam in secundo missis litteris vidimus, certos continentem articulos super certo negotio tue commisso prudentie concordatos, quos tibi remittimus, subtractis in certis articulis dubiis que occurrerunt examinationis illorum tempore, presentibus interclusos; ad quorum declarationem te instare oportune volumus, sicut videris expedire, provisurus tamen attentius ne cuiquam spem tribuas quod illud negotium evestigio exequi intendamus, cum alias illa tibi procuranda commiserimus, sicut nosti, ut illud, eo casu, securius et liberius possemus exequi, in quo forsan illud utilitas publica suaderet, sciturus quod illos cum quibus premissa tractasti, ad te duximus remittendos; cum quibus ea tracta proinde ut secretius poteris quia et nos hec ipsa cum paucis et [quam] secretius (*sic*) possumus, pertractamus[1]. »

[1] Cf. Robert, comte de Flandre, qui avait reçu, le 11 février 1320 n. s., un sauf-conduit du roi de France (Voyez n° 1031, note), vint, ainsi qu'il avait été convenu le 20 août 1319 (Voyez n° 930, note) lui faire hommage à Paris, mais non sans avoir soulevé de nouvelles prétentions qui retardèrent la conclusion de la paix. C'est le 5 mai seulement qu'elle eut lieu, en présence du comte de Flandre, de Louis de Nevers, son fils, qui était déjà venu la veille, de la dame de Coucy et des représentants des villes flamandes. Il fut stipulé que Louis, fils aîné du comte de Nevers, épouserait Marguerite, fille de Philippe V (Arch. nat., J. 564A, nos 1, 1 *bis*, 4; — J. 564B, n° 11; — JJ. 58, fol. 65, n° 479; — Archives du Nord, B. 259 et 410). Nous ne savons à quel moment précis eut lieu la cérémonie de l'hommage; suivant les chroniques, elle paraît s'être passée avant le 5 mai. Le continuateur de Nangis et le chroniqueur de saint Denis l'attribuent à l'année 1320, c'est-à-dire après le 30 mars, étant donné qu'il s'agit du style de Pâques (*Histor. de France*, t. XX, p. 625 A-C; pp. 702, E; 703 A-C; — voyez aussi *Jean de saint Victor*, *ib.*, t. XXI, p. 670 B-K; 671 A, ainsi que la *Chronique parisienne anonyme* publiée par M. A. Hellot dans les *Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris*, t. XI, p. 44, § 41). Nous savons, d'autre part, que le sauf-conduit donné au comte de Flandre expirait au même moment (Voyez n° 1031, note). Il est donc difficile de déterminer à quelle date Jean XXII écrivit la lettre que nous publions ici; elle est, dans tous les cas, postérieure au 6 mars 1320 n. s. puisqu'en ce jour, c'est-à-dire le jeudi avant la mi-carême 1319 a. s., à Courtrai, Robert de Flandre, avant de venir en France, nomma Robert, son second fils, gouverneur du pays de Flandre pendant son absence, tant dans « la partie tenue du royaume de France que celle tenue de l'Empire, avec pouvoir de destituer, nommer et établir tous officiers de justice, capitaines, gardes, baillis, sous-baillis, etc., de recevoir hommage et féauté; de connaître, juger, pardonner et punir tous méfaits; faire grâce aux criminels; recevoir, prendre, lever et exploiter toutes amendes et exploits de justice et de seigneurie. » (Orig. en parchemin dont le scel est tombé, d'après l'inventaire de la Chambre des Comptes de Lille par Godefroy, aux Archives du Nord). Elle est certainement antérieure, d'autre part, aux dispenses que le pape accorda, le 26 mai 1320, pour le mariage mentionné plus haut (nos 1052-1054). Nous ajouterons que certains articles du traité de paix soulevèrent quelques difficultés et nécessitèrent, le 29 octobre 1320, une nouvelle entrevue avec les procureurs flamands (Arch. nat., J. 564B, n° 17; voyez P. Lehugeur, *Histoire de Philippe le Long*, p. 162). Le cardinal Gaucelme qui dut prolonger son séjour en France (Voyez nos 1012, 1013), était encore auprès du roi le 21 juillet (Arch. nat., J. 564B, n° 11).

1050 [6 mars — 26 mai 1320.]

H[enrico] Soliaci de diligentia quam in negotio sibi et præfato cardinali commisso adhibuit, gratias agit. (Reg. 110, p. ii, fol. 1 v°, c. 7 et 562.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci.* Diligentiam studiosam quam circa negotium cum dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri, presbytero cardinali, commissum ac tibi, fili, specialiter commendatum, tua studuit providentia adhibere percepimus, ipsamque in Domino multipliciter commendantes, meritis prosequimur actionibus gratiarum;

cardinalis autem predictus, cui plenius super hoc scribimus, latius prudentie tue intentionem nostram aperiet, circa quam, ut cepisti, non te pigeat, quesumus, laborare[1]. »

[1] Cette lettre, suivant l'index du registre, aurait le même objet que la précédente. Nous croyons donc devoir lui attribuer la même date. Au sujet des missions collectives confiées à Henri de Sully et au cardinal Gaucelme, voyez nos 1000, 1001.

1051 [6 mars — 26 mai 1320.]

Philippo, regi Franciæ, de convalescentia sua et de homagio a Roberto, comite Flandriæ, præstito congratulatur; de benignitate Gaucelmo cardinali exhibita gratias agit eumque hortatur ut in expensarum moderatione perseveret. (Reg. 110, p. ii, fol. 1 v°, c. 9 et 564.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Grata nostris accessit affectibus ingentique non indigno gaudio nos replevit nuper missarum regiarum series litterarum; ipsa quidem plenam nobis convalescentiam regiam ad gaudium curavit pandere et homagium per dilectum filium Robertum, comitem Flandrie, prestitum nuntiavit; per hanc circa regnorum suorum laudabile regimen providentia regia studiosius vacare poterit; per illam pax reformata inter magnificentiam regiam et Flandrenses, utique Deo grata, mundo perutilis, robur suscipit firmitatis; per hoc non solum in regno Francie, sed et in cunctis aliis que christiana professione censentur, ad extirpandum ea que divino inimica sunt nomini et que eidem sunt apta sectandum, viam supponimus preparatam. Cetera vero que habundantiorem soliditatem dicte pacis respiciunt perfici ocius avidis affectamus affectibus, horumque consummationem audire intensis desideriis prestolamus, quibus, quantum honor regius patietur, aurem ad audiendum, animum ad assentiendum et manum ad exequendum, inclinari, disponi et preparari intensius concupimus quam possit exprimi eaque sano consilio celsitudini regi suademus. Ad hoc super benivola responsione facta dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, super hiis que serenitati regie ex parte nostra duxit hiis diebus preteritis exponenda, benignitati regie gratias refferimus quas valemus, super quibus cardinali predicto mentem nostram exponimus[1] plenius, cui preberi audientiam quesumus et hiis que exponenda circa illam duxerit adhiberi fidem indubiam postulamus. Moderationes autem factas provide circa excessum ferculorum, vestium et equorum pretium intelleximus diligenter[2], quas velut Deo gratas, expedientes incolumitati corporum et saluti necessaria animorum, multipliciter in Domino comendamus. Sane, fili carissime, hec, ut serventur, precipue in sui principio diligentiam exigunt studiosam quam si cessare, quod absit, contigerit, non legislator judicaberis sed irrisor, quocirca decet providentiam regiam circa observantiam premissorum sic vigilanter intendere quod tam salubris ordinatio, exclusis fraudibus, in suo robore perseveret[3]. »

[1] Peut-être s'agit-il ici de la lettre adressée au cardinal que nous publions plus haut (n° 1049).

[2] Voyez ce que Jean XXII avait déjà écrit à Philippe V sur ce sujet, le 21 mars 1318 (n° 513).

[3] Cf. Cette lettre, comme celle que nous indiquons dans la note 1 ci-dessus, est antérieure au 26 mai 1320 et a été certainement écrite vers le même moment.

1052 Avignon, 26 mai 1320.

Ne impedimentum aliquod matrimonio inter Margaritam, Philippi Franciæ regis filiam, et Ludovicum, comitis Nivernensis primogenitum, contrahendo obstet, nuntiat eidem regi se G[aucelmo], tituli sanctorum Marcellini et Petri cardinali, dispensationis concedendæ facultatem commisisse. (Reg. 110, p. i, fol. 65 v°, c. 216.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quam molesta fuerit inter excellentiam regiam et Flandrenses reformate pacis consummatio hosti pacis, obstacula varia que contra illam curavit obicere insinuant evidenter, quamque ipsa e regione grata pacis extiterit amatori ex ejus fine colligitur manifeste; ex quo utique tuo teneris ad gratiarum actiones Creatori obnoxius, contra residuum cautius provisurus; ad quam utique solidandam prompto animo impendentes officii nostri partes, dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, apostolice Sedis nuntio, ut, super impedimentis, si qua occurrerent in matrimonio inter dilectam filiam nobilem mulierem Margaretam, natam

tuam, et Ludovicum, primogenitum dilecti filii nobilis viri comitis Nivernensis, contrahendo, valeat dispensare, sub certa forma committimus per apostolicas alias litteras vices nostras[1], circa queque alia que ad statum regium et regnorum pacificum pertinerent parati, quantum cum Deo poterimus, adhibere prompte solicitudinis nostre partes[2]. Dat. Avinione, VII kal. junii, anno quarto. »

[1] Nos 1053, 1054.
[2] Voyez, au sujet de la paix de Flandre, nº 1049, note.

1053 [Avignon, 26 mai 1320.]

Præfato G[aucelmo] dictæ dispensationis concedendæ facultatem committit. (REG. 110, p. I, fol. 65 vº, c. 217.)

« *Dilecto filio G., sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Ad reformate pacis et confirmate inter carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ex una parte, et Flandrenses, ex altera, soliditatem uberem intensis desideriis an[h]elantes, ut super impedimentis, si qua forsan matrimonium contrahendum inter dilectam filiam nobilem mulierem Margaretam, ejusdem regis filiam, et Ludovicum, primogenitum dilecti filii nobilis viri comitis Nivernensis, impedirent, valeas dispensare, discretioni tue per apostolicas alias litteras sub certa forma[1] committimus vices nostras, ad queque alia prompto animo processuri que statum regis prefati pacificum respiciant et regnorum, quantum patietur status nostri decentia et honestas. Dat. ut supra[2]. »

[1] Nº 1054.
[2] Nº 1052.

1054 Avignon [26 mai 1320].

Forma dictæ dispensationis præfato cardinali commissæ. (REG. 110, p. II, fol. 54, c. 260 et 903.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Pietatis divine summa dignatio cujus est proprium nutrire concordia, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere et virtutes ceteras perfectionis sue munimine solidare, dum nil extraneum sapiat vel confusum, aspera convertit in plana, et in manu gerens corda regum et principum, sejunctos affectus concordes efficit unito proposito voluntatum; proinde interdum rigori juris non indigne detrahitur ut bonum concordie quod divina largitas preparat, nulli[us] severitate canonis obsistente, apostolice Sedis provida indulgentia solidetur. Pro parte siquidem carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, nobis oblata petitio continebat quod, licet inter regem ipsum et clare memorie progenitores suos, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum comitem Flandrensem, ex altera, hoste humani generis procurante, graves dudum discordie viguisse noscantur, ex quibus magne commotiones guerrarum, strages hominum, depopulationes villarum insignium et aliorum locorum aliaque mala multiplicia non faciliter numeranda fuerunt, sicut est mundo notorium, subsecuta, tamen, faciente superne gratie largitore, inter regem et comitem memoratos pax laudabilis et votiva concordia sunt firmate et, ad eas perpetuo solidandas, mutuus inter ipsos habitus est tractatus quod dilecta in Christo filia nobilis mulier Margareta, nata regis ejusdem, dilecto filio nobili viro Ludovico, primogenito dilecti filii nobilis viri comitis Nivernensis, primogeniti dilecti filii nobilis viri comitis Flandrensis memorati, matrimonialiter copuletur. Verum quia inter Margaretam et Ludovicum predictos nonnulla impedimenta adesse dicuntur, propter que inter eos matrimonium intervenire non potest nisi super hiis dispensatio Sedis apostolice intercedat, pro parte regis ejusdem fuit nobis humiliter supplicatum ut cum Margareta et Ludovico predictis, quod, impedimentis prefatis nequaquam obstantibus, matrimonium invicem contrahere valeant et in sic contracto possint et debeant licite remanere, auctoritate apostolica dispensare per nos vel alium de speciali gratia curaremus. Cum igitur matrimonium predictum, si fiat, utpote glutinum precipue caritatis multa, auctore Deo, repellat incomoda, quin immo grandia rei publice comoda verisimiliter repromittat, nos quibus cunctorum fidelium est votiva tranquillitas et ad procurandum eandem libenter labores solicitos exhibemus, ad regis ipsius qui, priusquam regnorum susciperet solium, et

postmodum divine providentie munere sublimatus in regem, velut peculiaris Romane Ecclesie filius et Christi Domini predilectus, Ecclesiam ipsam predilexit et diligit, prout ipsius clara et evidentia opera manifestant, necnon et regni Francie honorem, profectus, et comoda ex eo precipue et efficaciter aspirantes quod a longis retro temporibus, constanti fide nulla varietate temporum variata, clare et recolende memorie christianissimi reges ejusdem regni Romanam Ecclesiam a multis liberarunt angustiis, protexere periculis et nunquam eidem, prout persepe experientia docuit, in suis necessitatibus deffecerunt dictumque regnum benedictum a Deo semper in ipsius devotione permansit, ab ejus devotione nullo, sicut speramus in Domino, tempore discessurum, expedire cognoscimus in premissis et quibuslibet aliis ejusdem regni et regis respicientibus comoda, quantum cum Deo fieri potest, ipsius regis desideriis annuendum. Verum licet ad concedendum premissa nostra feratur intentio et tamen de dictorum impedimentorum circumstantiis et conditionibus in talibus attendendis plenam notitiam in hiis partibus non possumus obtinere, attendentes quod tu, in partibus illis agens, de circumstantiis et conditionibus universis considerandis in talibus plenius poteris informari, de tue quoque circumspectionis industria in hiis et quibuslibet arduis maturo, prudenter et provide peragendis plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, impedimentis ipsis in tuam notitiam expressius deducendis discretione sedula ponderatis et circumstantiis aliis diligenter attentis, si et prout id nobis licere nostreque convenire decentie ejusque regis et regnorum suorum statui videris expedire, cum eisdem Margareta et Ludovico super dictis impedimentis quod, eis nequaquam obstantibus, hujusmodi matrimonium invicem contrahere valeant, robur indissolubile obtenturum, auctoritate apostolica dispensare procures, juris humani, absque offensione divini, rigorem de apostolice potestatis plenitudine quam in hac parte tibi committimus, prout decere et expedire videris, temperando. Dat. Avinione etc.[1] »

[1] Cf. Cette lettre a évidemment la même date que les deux précédentes dans lesquelles elle est citée.

1055 [Avignon, 26 mai 1320.]

Episcopo Meldensi ut ad pacem inter Philippum, Franciæ regem, et Flandrenses solidandam studium adhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 65 v°, c. 218.)

« *Venerabili fratri episcopo Meldensi.* Gaudemus in Domino non indigne cum fratres nostros coepiscopos percipimus circa ea que ad eorum officium pertinent intendere vigilanter, quod circa pacem reformatam inter carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ex una parte, et Flandrenses, ex altera, confirmandam et solidandam uberius tam ex litteris dilecti filii G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyteri cardinalis, apostolice Sedis nuntii, quam ex aliorum relatione percepimus te servasse. Super quo tuam in Domino solicitudinem commendantes, te hortamur attentius ut circa illa que tuum decent officium non torpeas, sed circa illa exequenda studiosius intendas; sciturus quod ad queque respicient statum regis prefati pacificum et regnorum, solicitudo nostra non deerit sed aderit, Domino concedente, quantum patietur status nostri decentia et honestas. Dat. ut proxime[1]. »

[1] N° 1052.

1056 [Avignon, 26 mai 1320 ?]

G[aucelmo] cardinali mandat ut usque ad ejusdem pacis inter præfatos Flandrenses et Philippum regem factæ consummationem, apud dictum regem maneat. (Reg. 110, p. I, fol. 64 v°, c. 215.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Quam sit exosa hosti pacis quamque grata pacis actori pacis confirmatio solida inter carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, et Flandrenses fuerit, et obices quos illi hostis ipse opposuit ac remedia que contra illos actor ipse pacis misericorditer inspiravit, apertius manifestant; hinc illi meror et tristitia, hinc isti laus et gloria in secula seculorum. Sane, quia usque ad consummationem eorum que ad uberiorem consolidationem pacis predicte pertinent tuam presentiam excellentie regie novimus esse gratam, volumus et mandamus ut ad hec velut

cooperator strenuus tuam cures presentiam adhibere, operosam solicitudinem impensurus ut hostis malitia circa premissa vigilanti providentia deludatur[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, comme celles que nous publions ci-devant (nos 1052-1054) est postérieure au traité du 5 mai 1320. Nous pensons devoir la rapprocher de celle qui fut écrite dans le même sens à l'évêque de Meaux (no 1055), sans affirmer toutefois, par suite des difficultés que suscita l'exécution du traité (Voyez no 1049, note) qu'elle ait rigoureusement la même date.

1057 Avignon, 26 mai 1320.

Regi Franciæ confirmationem prioris cujusdam monasterii, non expressi, quam sub certa conditione fieri petierat, concedi non posse respondet. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 235 et 790.)

« *Regi Francie.* Rem novam et insolitam[1] concedi per apostolicam Sedem, fili carissime, postulasti, dum priorem illius monasterii sic in eodem prioratu auctoritate apostolica stabiliri quod per superiorem sui ordinis qui de die in diem juxta ritum suum soliti sunt priores hujusmodi revocare, nequiret, nisi cum cause cognitione, quomodolibet amoveri; cavet siquidem ordo ille, prout est sibi possibile, laudabilia facta fratrum ejusdem ordinis publicare, set, ne ipsorum mala crescere valeant, sub diversis coloribus a suis officiis tales revocant, nec apud extrinsecos notantur aliquali infamia sic remoti, cum removeantur alii et causa extrinsecus penitus ignoretur. Veremur itaque, carissime fili, quod, licet de persona expressa in litteris regiis nichil sinistrum debeat suspicari, prefata concessio res esset perniciosi exempli, quodque conjectura in hac parte repromittit excellentie regie profuturum, magistra rerum experientia detegeret obfuturum. Sane, si hiis non obstantibus, providentia regia in petitione hujusmodi duxerit insistendum, votis regiis, prout decenter poterimus, annuemus. Dat. Avinione, VII kal. junii, anno quarto. »

[1] Reg. : *insolutam.*

1058 [8-31 mai 1320.]

Gaucelmo cardinali quosdam processus contra vicecomitem Leomaniæ habitos, Philippo, regi Franciæ, nonnullisque aliis præsentandos mittit. (Reg. 110, p. II, fol. 48, c. 230 et 785; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 110; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 192, n° 120.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Nosce te volumus certos nos processus, ante tuum utique recessum in parte, si memineris, ordinatos, de fratrum nostrorum fecisse consilio in festo Ascensionis Domini jam elapso[2]. Ut autem de ipsis certitudinem habeas pleniorem, ecce processus ipsos tibi mittimus presentibus interclusos, quos de verbo ad verbum seu ipsorum sententiam, quod forsan erit expedientius, ad carissimorum filiorum nostrorum Philippi regis et Johanne regine Francie et Navarre illustrium, ac dilectorum filiorum nobilium virorum K., regis Francie filii, comitis Valezii, et H., domini Soliaci, buticularii Francie, et aliorum notionem deducere volumus, prout videris expedire[3], provisurus ne processus ipsi per illos quos sauciant, quos ad te per litteras nostras remittimus[4], apud premissos fermentari valeant nec aliquid ab eisdem seu eorum sequacibus in eorum prejudicium impetrari. Quicquid autem super hiis feceris et perceperis nobis stude absque cunctatione qualibet per tuas litteras nuntiare — In confectione presentium valebamus Dei misericordia nos et fratres. Gratia Dei tecum semper sit et laboret[5]. »

[1] Voyez n° 382.

[2] Il s'agit de l'affaire du vicomte de Lomagne, ainsi que le prouve la mention formelle donnée par l'index du registre et la date citée ici qui correspond au 8 mai 1320, date des pièces publiées plus haut sur cette affaire (nos 1033, 1034). On sait que l'instruction en avait été commencée le 6 juin 1318 (Voyez n° 614, note 3), avant que le cardinal Gaucelme n'eût été envoyé en France, (nos 800, 801), les termes de la lettre suivante qui a été écrite près de deux ans après et qui ne forme qu'un avec celle que nous donnons ici, montrent bien que Jean XXII a en vue les documents du 8 mai 1320. Voyez aussi n° 1100.

[3] Nos 1059-1062.

[4] Il serait plus correct de lire, ainsi que le propose le P. Ehrlé (*loc. cit.*) : « *ne processus ipsi, quos ad te per litteras nostras remittimus, per illos, quos sauciant, apud premissos fermentari valeant* ».

[5] Cf. Cette lettre, comme on le voit par la note 2 ci-dessus, a été écrite après le 8 mai 1320, en même temps que

celle qui fut adressée à Philippe V et confiée au cardinal Gaucelme (n° 1059). Or cette dernière est certainement antérieure au mois de juin.

1059 [8-31 mai 1320.]

Præfato Philippo regi dictos processus ab eodem Gaucelmo præsentandos mittit. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 231 et 786; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 111; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 193, n° 121.)

« *Carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Ne narrationis varietas super certis hiis diebus per nos factis processibus[2], mentem reddant super ipsis regiam fluctuantem, plenam ipsorum veritatem dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, scribimus, injuncto sibi ut de ipsa curet serenitatem regiam reddere certiorem. Et ne nos credat excellentia regia precipitanter seu voluntarie super hiis processisse, teneat, omni scrupulo ambiguitatis amoto, quod erunt in instanti mense junii duo anni[3], quod, informatione super quantitate mille millium et septuaginta quatuor ac octogintorum florenorum cum dilectis filiis nostris Arnaldo, tituli sancte Marie in Porticu, et Raymundo, sancte Marie Nove, ac Bernardo, sancte Agate diaconis cardinalibus, prehabita in presentia octo fratrum nostrorum cardinalium diligenti ac postmodum in consistorio privato in omnium cardinalium presentia recitata, cum ex eorum depositionibus et scripturis nonnullis ab ipsis pro veris oblatis liqueret clarius de predictis, data fuerunt super processibus ipsis consilia et note etiam alique ordinate. Set nos, multis in consideratione deductis et specialiter ob reverentiam predecessoris nostri, expectantes quod tam vicecomes quam alii curarent sibi super hoc salubriter providere, non absque multorum admiratione, et forsan non sine nominis nostri nota, processus actenus duximus differendos. Nunc autem attendentes quod nostra patientia ipsos forsan reddebat, non absque divina offensa, in sua duritia amplius obstinatos, ipsis defectus suos quoad contenta in dictis processibus nuntiare curavimus, ut et de ipsorum salute, quantum erat in nobis, essemus soliciti, et ne circa nostram desides videremur[4]. »

[1] Voyez n° 382.

[2] 8 mai 1320 (n° 1033). L'index du registre, aussi bien que le texte, prouvent que cette lettre a le même objet que la précédente.

[3] Voyez ci-dessus, n° 1058, note 2. On voit que Jean XXII écrit avant le mois de juin.

[4] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

1060 [8-31 mai 1320.]

Reginæ Franciæ de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 234 et 789; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 194, n° 122.)

« *Regi[ne]*[1] *Francie.* Quia forsan varia diversorum narratio super certis processibus noviter per nos factis de ipsorum veritate mentem redderet regiam esitantem, ecce plenam veritatem ipsorum dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, scribimus excellentie regie referendam[2]. »

[1] On verra plus haut (n° 1058) qu'il faut lire *regine*. La lettre adressée au roi se trouve sous le n° 1059.

[2] Cf. n° 1058.

1061 [8-31 mai 1320.]

Carolo Valesii de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 232 et 787; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 194, n° 123.)

« *Dilecto filio magnifico Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Ut de certis hiis diebus processibus per nos factis — reddere certiorem[1]. »

[1] Cf. n° 1058.

1062 [8-31 mai 1320.]

Domino Soliaci de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 48 v°, c. 233 et 788; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 195 n° 124.)

« *Domino Soliaci.* Ut de certis — reddere certiorem[1]. »

[1] Cf. n° 1058.

1063 [8-31 mai 1320.]

Archiepiscopo Burdegalensi processus Avinione nuper, VIII videlicet idus maii, pontificatus anno quarto, factos

contra illos qui bona curialium, tempore præcedentis vacationis, de civitate Carpentoratensi asportaverunt[1] intimat eique mandat ut dictum processum cujus tenor præsentibus inseritur, per totam provinciam suam publicari faciat. (Reg. 70, cur. fol. 17 v°, c. 61; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 176, n° 117.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Burdegalensi, et cetera.* Nuper infrascriptos processus — Dat. Avinione[2]. »

[1] 8 mai 1320 (n° 1035).

[2] La date manque. On lit en marge, d'une écriture contemporaine : *at sine data*. Cette lettre semble de peu postérieure, on le voit, au 8 mai 1320, et nous croyons devoir l'attribuer au même mois.

1064 [8-31 mai 1320.]

In e. m. eidem archiepiscopo ut supra per totum. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1065 [8-31 mai 1320.]

In e. m. episcopo Agennensi. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1066 [8-31 mai 1320.]

In e. m. archiepiscopo Tolosano. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1067 [8-31 mai 1320.]

In e. m. archiepiscopo Narbonensi. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1068 [8-31 mai 1320.]

In e. m. episcopo Lectorensi. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1069 [8-31 mai 1320.]

In e. m. episcopo Albiensi. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1070 [8-31 mai 1320.]

In e. m. episcopo Vasatensi. (Reg. 70, cur. fol. 18 v°, p. c. 61; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1071 Avignon, 1er juin 1320.

Guillelmum Rufi, hebdomadariume cclesiæ Mimatensis subrogat Johanni Pauleti, clerico, in inquisitione bonorum Arnaldi Pascalis, canonici Xanctonensis, in carcere detenti. (Reg. 70, cur. fol. 17 v°, c. 65.)

« *Dilecto filio Guillelmo Rufi, ebdomagdario* (sic) *ecclesie Mimatensis.* Dum de bonis — Dat. Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

1072 Avignon, 1er juin 1320.

Johanni, duci Britanniæ, ceterisque dominis temporalibus et officialibus regni Franciæ ut eidem Guillelmo Rufi, ad Lemovicenses, Caturcenses, Tolosanas, Petragoricenses, Pictavenses et Xanctonenses civitates et dioceses ceterasque partes regni Franciæ nuntio, de securo conductu provideant. (Reg. 70, cur. fol. 20, c. 66.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britanie, necnon et universis s[en]escalis, vicariis, ballivis, prepositis, justitiariis ac ceteris officialibus et dominis temporalibus eorumque loca tenentibus per Lemovicenses, Caturcenses, Tholosanas, Pictavenses et Xanctonenses civitates et dioceses et alias partes regni Francie constitutis, ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos dilectum — Dat. Avinione, kalendis junii, anno quarto. »

1073 5 juin 1320.

Regem Franciæ de his quæ ratione negotii principatus Achayæ in curia apostolica acta sunt certiorem facit. (Reg. 110, p. II, fol. 15, cur. 85.)

« *Regi Francie.* Ut de viis per regios et ducales nuntios super facto principatus Achaye nobis nuper oblatis ac responsionibus ad illas pro parte carissimi filii nostri Roberti, illustris regis Sicilie, subsecutis, regalis excellentie circumspectio plenius informetur, illarum seriem plene reserabit eidem cedula presen-

tibus interclusa; quibus auditis, cum prefati nuntii super quacunque via alia se assererent nichil posse, cessavimus, non absque grandi displicentia, in dicto negotio cujus finis pacificus profecto fuerat, est et erit plurimum nobis cordi, cum persona cum qua possemus deficeret, sicut et alias serenitati regie scripsisse meminimus[1], ulterius inaniter laborare. Dat. nonis junii, anno quarto. »

[1] N° 1046.

1074 6 juin [1317-1320.]

Mariæ, reginæ Franciæ, de quatuor scarleti petiis a decano Carnotensi præsentatis regratiatur supplicationesque ejus se exauditurum promittit. (Reg. 110, p. i, fol. 15, c. 51.)

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Francie illustri.* Quatuor petias scarleti pulcherrimi per dilectum filium decanum Carnotensem, consiliarium tuum, nobis noviter tuo presentatas nomine, licet ab initio eas crediderimus remittendas, demum tamen considerata devotione mittentis et ne tuam magnitudinem per repulse provocaremus objectum, duximus retinendas, tue inde munificentie grates uberes referentes tuamque intendentes in oportunitatibus tuis, prout cum Deo licebit, commendatam habere personam. Petitiones autem tuas nobis per subdecanum (*sic*) eumdem oblatas gratanter audivimus et, prout cum Deo licuit et consideratis ecclesiarum gravaminibus, nostre decentie potuit convenire, ad exauditionis gratiam duximus admittendas. Dat. viii idus junii. »

1075 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

Philippo, regi Franciæ, qui B[eraldum], dominum de Mercorio, ad eum cum spiritu subjectionis venientem benigne receperat gratias agit eumque hortatur ut dictum dominum de arresto relaxet et ad pacem cum Henrico, domino Soliaci, reformandam inducat. (Reg. 110, p. i, fol. 81, c. 292; — p. ii, fol. 6, c. 36.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Potest, fili carissime, ex multis exemplis regia celsitudino percipere quam longe majoris sit opus prudentie inpaccatos ad pacem revocare clementia quam sevitia provocare, quam sit certior regnantibus in mansuetudinis lenitate securitas que cum dilectionis affectu ad plenam obedientiam provocat animos subditorum, quam in atrocitate vindicte que, licet paucorum odium reprimat, multorum causam irritat, et ideo gratanter audivimus quod dilectus filius nobilis vir B., dominus de Mercolio, miles, ad perhibendum perfecte obeditionis indicia, ad regie magnitudinis presentiam cum spiritu plene subjectionis accessit et majestatis regie arbitrio se submisit[1]. Sed gratantior nobis occurrit circa benignam receptionem ipsius innate tibi clementie plenitudo, ex qua quorumlibet animos quavis inobedientia [h]actenus declinantes in devium, sub fiducia plene venie consequende, ad parendum mandatis tuis, qualibet causa timoris vel suspitionis exclusa, reddis exemplo laudabili promptiores. Hec, fili, mansuetudinis gratia, hec concessio venie, pro vindicta videlicet ignoscere delinquenti, regna firmat et facit esse perpetua, et regnantes reddit plena securitate securos. Rogamus igitur celsitudinem regiam et hortamur attente quatinus, divine miserationis intuitu et nostrorum precaminum interventu, eumdem nobilem quem fecit tua magnificentia arrestari, de dicto arresto relaxes, ut ingenita regalis clementia benignitatem quam in receptione ejus adhibuit, post, plena liberatione ipsius, uberius manifestet; et, quia subditorum tuorum concordia ad obsequia regia concordes et promptas exhibet voluntates, quod inter dictum nobilem et dilectum filium nobilem virum[2] H., dominum Soliaci, buticularium Francie, consanguineum ejus, cujuslibet discordie rancore sublato, pax et concordia reformentur, sublimitas regia adhibeat quos expedire cognoverit oportune solicitudinis interventus, ita quod dicti nobiles pleno dilectionis glutino unientur. Dat. etc.[3] »

[1] Voyez n° 908.

[2] Il y a, en cet endroit, un blanc dans le cap. 36, p. ii, du registre 110, les cinq mots qui suivent ayant été omis. L'index, au contraire, mentionne le sire de Sully.

[3] Cf. Cette lettre et les deux suivantes se datent, pour les termes extrêmes, comme celle que l'on trouvera ci-après, n° 1078, mais elles semblent l'avoir précédée.

1076 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

Carolo, comiti Valesii, ut præfatum regem ad clementiam erga eumdem Beraldum inducat et ad pacem inter eum et Henricum Soliaci reformandam studium adhibeat. (Reg. 110, p. I, fol. 81, c. 293.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Ad nostram audientiam — concordie zelatorem[1]. »

[1] Cf. n° 1078.

1077 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

In e. m. reginæ Franciæ; comiti Marchiæ; comitisse Atrebatensi ac comiti Claromontensi. (Reg. 110, p. I, fol. 81 v°, p. c. 293.)

1078 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

Beraldo de Mercorio de reconciliatione cum rege Franciæ habita congratulatur eique nuntiat se, ad negotium ejus cum dicto rege expediendum, G[aucelmo] cardinali et Carolo, comiti Valesii, scripsisse. (Reg. 110, p. II, fol. 1, c. 1 et 556.)

« *Dilecto filio nobili viro Berando, domino Mercorii.* Leti, fili, percepimus te votis regiis, quamquam forsan interdum tibi gravia viderentur et aspera, patienter et humiliter coaptasse. In hiis te persistere cupimus, ab hiis ne discedas aliquatenus suademus, scientes quod humilitati debetur gratia, quodque patientia ira lenitur principis et turbatio mitigatur; et ecce pro tua expeditione cujus celeritatem appetimus, dilectis filiis G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, ac nobili viro Carolo, comiti Valesii, sicut expedire vidimus, dirigimus scripta nostra[1]. »

[1] Cf. Dans des lettres qui sont au plus tard du mois de mai 1319 (n°s 870, 871) Jean XXII parle déjà de la réconciliation de Béraut de Mercœur avec Philippe V et Henri de Sully comme accomplie. Nous constatons cependant que si, comme l'écrit encore le pape le 20 juillet 1319 (n° 908) le sire de Mercœur s'était mis à la complète disposition du roi, il n'avait pas à ce moment (n°s 910-911) fait la paix avec le sire de Sully. Nous pensons donc que les lettres publiées ici (n°s 1075-1080), postérieures à celles que nous citons au début de cette note et coïncidant avec l'ambassade du cardinal Gaucelme (Voyez n°s 800, 801), sont au plus tôt du 20 juillet 1319. Elles sont, d'autre part, antérieures au 7 juin 1320, puisqu'à cette époque une sentence avait été prononcée par le roi contre Béraut et que même Jean XXII demandait au sire de Sully d'en faire atténuer la rigueur (n°s 1081-1086). De plus, le pape ne mentionnant que deux lettres adressées, l'une au cardinal Gaucelme et l'autre à Charles de Valois, nous pouvons conclure que tout ce second groupe (n°s 1078-1080) n'a pas été écrit au même moment que le premier (n°s 1075-1077) et lui est probablement postérieur (Voyez n° 1080, note 1).

1079 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

Præfato Gaucelmo ut ad felicem exitum eorum quæ dictus B[eraldus] cum rege expedire habet procurandum necnon ad pacem inter eum et Henricum, dominum Soliaci, reformandam zelum adhibeat. (Reg. 110, p. II, fol. 1, c. 2 et 557.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Felicem exitum eorum que dilectus filius nobilis vir B., dominus Mercorii, habet cum excellentia regia expedire ac pacis reformationem inter prefatum B. et dilectum filium Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, intensis desideriis affectantes, sepe tibi, fili, scripsisse meminimus[1] ut circa ista intenderes, et ut, fierent, studiosam operam adhiberes. Sane quia hec hucusque pertracta percepimus et infecta, a[t]tendentes illa fore pacis actori placida et justitie zelatori accepta, regem prefatum decentia ac ipsis nobilibus eorumque amicis et subditis plurimum oportuna, a premissis non desistimus, sed instanter instantias instantiis cumulamus, tuam prudentiam exhortantes ut, premissis diligenter attentis, vigilanter instare studeas ut premissa celeriter desideratum exitum consequantur[2]. »

[1] N°s 870, 905.
[2] Cf. n° 1078.

1080 [20 juillet 1319 — 7 juin 1320.]

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 110, p. II, fol. 1, c. 3 et 558.)

« *Dilecto filio Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Sepe, fili, magnitudinem tuam precibus pul-

sasse meminimus et exhortationibus ex[c]itasse[1] ut, quod dilecto filio nobili viro B., domino Mercorii, super hiis que habet cum celsitudine regia expedire ministraretur justitia clementia temperata, quodque inter prefatum B. et dilectum filium nobilem virum H., dominum Soliaci, buticularium Francie, reformarentur pacis federa, quos conjunctos sanguine hostis pacis zizaniorum sparso semine separavit, solerter intenderes et operosum studium adhiberes. Sane quia hec hucusque dilata percepimus et infecta, a premissis utpote Deo gratis, decentibus excellentiam regiam ac ipsis nobilibus plurimum oportunis, non desistimus, sed preces adicimus precibus et exhortationes exhortationibus cumulamus, tuam prudentiam eo affectuosius quo frequentius exhortantes et etiam deprecantes quatinus, ut premissa celeriter effectui mancipentur, indefesso studio elabores, sciturus quod per hec actori pacis et justitie zelatori redderis acceptior, honorem procurabis regium, ipsosque nobiles ad tua obsequia nosque ad tua reddes beneplacita promptiores[2]. »

[1] N° 751 et peut-être aussi n° 1076, ce qui prouverait la priorité, en date, des lettres n°s 1075-1077, sur celle-ci et celles qui l'accompagnent (n°s 1078, 1079) ainsi que nous le faisons remarquer plus haut (n° 1078, note). Il n'est point permis de se prononcer avec certitude sur ce sujet, puisque les lettres auxquelles le pape fait allusion ont pu ne pas nous parvenir.

[2] Cf. n° 1078.

1081 [Avignon, 7 juin 1320.]

Philippum, regem Franciæ, ad mitigandam sententiam contra Beraldum de Mercorio latam hortatur. (Reg. 110, p. II, fol. 1 v°, c. 8 et 563.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Aures serenitatis regie dudum pulsasse meminimus pro justitia temperata clementia dilecto filio nobili viro Berando, domino Mercorii, super hiis que cum excellentia regia habebat agere ministranda[1]. Nunc autem fide digna relatione percepto fuisse contra prefatum nobilem sententiam promulgatam, ad instandum pro clementia eidem comiti indulgenda stilum nostrum convertimus, serenitatem regiam obnoxius deprecantes quatenus, gratis servitiis ab eodem nobili domui regie prompte dudum impensis, et que potest et utique desiderat in futurum impendere, in consideratione deductis, attento insuper quod, sicut alias celsitudini regie scripsimus, traditionem castrorum que tenet a magestate regia non contumaci animo seu rebelli facere distulit, sed quia mandatum primum regium se ad hoc non extendere peritorum consilio intellexit, secunda tamen regia jussione percepta que circa traditionem castrorum beneplacitum regium clarius exprimebat, coram nobis et multis ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus prompte, baylivo Gavaldesii regio presenti, ipsa tradere obtulit se paratum, predicens insuper et protestans expresse quod si, post prefatum secundum mandatum regium, aliqua resistentia genti regie circa occupationem seu traditionem dictorum castrorum facta fuerat, hanc non avoabat nec ratam habebat, ymo reprobabat et deavoabat expresse, tam circa amotionem seu depositionem portarum castrorum prefati nobilis quam circa hoc quod possit regnum Francie et comitatum Burgundie ingredi libere et in ipsis morari, impensurus gratum magnificentie regie famulatum, dignetur sinum regalis clementie aperire. Per hoc enim prefatus nobilis ad obsequendum devotius fortius astringetur, invitabuntur alii ut ad obedientiam confidenter redeant regiam et ejus misericordie promptius se supponant, nosterque affectus benivolus quem ad personam gerimus regiam, ex hoc profecto non leve suscipiet incrementum, presertim cum nobis ascribamus impensum quicquid circa premissa prefato nobili benivolentia regia duxerit impendendum[2]. »

[1] N°s 746, 747, 749, 758, 908, 1075.

[2] Cette lettre, conçue dans les mêmes termes que celle qui fût écrite à la reine sur le même sujet (n° 1082), a évidemment la même date, comme le prouve d'ailleurs la note suivante, intéressante à noter au point de vue du mode d'enregistrement des actes et qui figure au folio 1 v°, sous le double cap. 10 et 565 : « *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri. Aures serenitatis regie etc., queratur supra immediate ante proximam precedentem* (cap. 9 et 564, n° 1051) *cum diu ante ordinata fuerit, nec putabatur quod sequentes* (cap. 11 et 566 — 15 et 570, n°s 1082-1086) *procederent.* »

1082 Avignon, 7 juin 1320.

Johannæ, reginæ Franciæ, ut apud præfatum regem pro mitigatione ejusdem sententiæ intercedet. (Reg. 110, p. II, fol. 2, c. 11 et 566.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Preces dudum excellentie tue regie meminimus obtulisse[1] ut apud carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, dignaretur instare pro justitia temp[er]ata clementia dilecto filio nobili viro B., domino Mercorii, super hiis que habebat expedire cum celsitudine regia ministranda. Nunc autem multorum relatione percepto contra ipsum fuisse super illis sententiam per curiam regiam promulgatam, preces nostras ad impetrandum sibi per tuam clementiam super contentis in dicta sententia misericordem gratiam duximus convertendas, clementiam regiam obnoxius deprecantes ut, tam circa depositionem portarum quorumdam castrorum prefati nobilis que sunt juxta formam dicte sententie deponende quam circa hoc quod possit idem nobilis regnum Francie ac comitatum Burgundie ingredi libere ac in ipsis moram trahere, quod prefata sibi sententia usque ad beneplacitum regium interdici[t], dignetur eidem nobili, contemplatione servitiorum dudum ab eodem domui regie impensorum ac que potest et utique impendere desiderat in futurum nostreque interventionis obtentu, gratiam impetrare. Per hoc enim prefatus nobilis ad obsequia regia fortius astringetur, invitabuntur alii ut ad obedientiam regiam confidentius redeant ejusque misericordie promptius se supponant; nos quoque quibus hoc gratum erit admodum et acceptum, ad tua et beneplacita regia fortius astringemur. Dat. Avinione, vii idus junii, anno quarto. »

[1] Nos 750, 1077.

1083 [Avignon, 7 juin 1320.]

Carolo, comiti Valesii, de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 2, c. 12 et 567.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Sepe dudum providentiam — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 1082.

1084 [Avignon, 7 juin 1320.]

Carolo, comiti Marchiæ, de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 2, c. 13 et 568.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Marchie.* Pro gratia obtinenda — Dat. ut supra[1]. »

[1] No 1082.

1085 [Avignon, 7 juin 1320.]

H[enrico] Soliaci de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 2, c. 14 et 569.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci.* Ad ea que Deo grata, utilia proximo et facienti honorifica, qualia pietatis opera novimus, caros nostros fiducialiter invitamus. Sane dudum preces nostras apud excellentiam regiam pro justitia clementia temperata dilecto filio nobili viro B., domino Mercorii, ministranda super hiis que cum eadem habebat expedire idem nobilis, meminimus obtulisse[1]. Nunc autem percepto contra prefatum nobilem sententiam super hiis promulgatam, ad sibi misericordiam impetrandam tam super depositione portarum quorundam castrorum dicti nobilis que sunt juxta formam sententie deponende quam super hoc quod ad regnum Francie et comitatum Burgundie redire valeat et morari, quod sibi dicta sententia interdicit, convertimus preces nostras, et quia ad hoc obtinendum intercessionis tue suffragium non ambigimus plurimum oportunum, nobilitatem tuam affectione qua possumus deprecamur quatinus pro premissa gratia dicto nobili qui pro certo, secundum ea que ab ejus ore frequenter audivimus, tibi desiderat complacere, apud celsitudinem regiam tua non desit instantia, sed adsit potius, et in hoc nobis efficax cohoperator existas, ut proinde premium cunctis utique desiderabile merearis assequi quod misericordibus veritas repromittit. Datum ut supra[1]. »

[1] No 1082.

1086 [Avignon, 7 juin 1320.]

G[aucelmum] cardinalem, nuntium apostolicum, de diligentia in executione sibi commissorum exhibita commendat eumque hortatur ut, ad mitigationem præfatæ sententiæ contra dictum Beraldum latæ procu-

randam, zelum adhibeat. (Reg. 110. p. ii, fol. 2 v°, c. 15 et 570; — M. Fournier, *les Statuts et privilèges des Universités françaises*, t. I, p. 61, n° 70.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Solicitam diligentiam et solicitudinem diligentem quam in exequendo que tibi per nostras comiseramus litteras circa processus certos per nos habitos his diebus, ac in insinuando grata responsa illorum quibus super hoc scripseramus, tua providentia studuit adhibere, reformationem quoque Aurelianensis studii admodum nobis gratam litterarum tuarum ac cedularum in ipsis inclusarum nobis series evidentius reseravit; super quo et merito tuam diligentiam in Domino comendamus. Ad hec scire te volumus quod carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, ut tam super depositione portarum quorumdam castrorum dilecti filii nobilis viri B., domini Mercorii, facienda juxta formam sententie contra ipsum nobilem per curiam regiam promulgate, quam super hoc quod possit redire prefatus nobilis ad regnum Francie et comitatum Burgundie libere et morari, quod prefata sibi sententia interdicit, dignetur sinum regalis aperire clementie, porriginus preces nostras[1], te operosum optamus studium adhibere, sciturus quod et super hoc carissime filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustri, ac dilectis filiis nobilibus viris Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii ac Carolo, comiti Marchie, et H., domino Soliaci, buticulario Francie, scripta nostra dirigimus[2], que ipsis facies presentari. Volumus autem quod super hoc loquaris cum domino Soliaci antequam loquaris cum rege; cum aliis autem si facultas optulerit et videris expedire. Dat. ut supra[3]. »

[1] N° 1081.
[2] N°s 1082-1085.
[3] N° 1082.

1087 Avignon, 7 juin 1320.

Philippo, regi Franciæ, responsum ejus de processibus contra vicecomitem Leomaniæ[1] factos se recepisse nuntiat eique gratias agit. (Reg. 110, p. ii, fol. 49 v°, c. 238 et 793; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 195, n° 125.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Super certis per nos factis processibus hiis diebus, relatione fide digna responsum percepimus regium, admodum et utique merito nobis gratum, set et litteras perlegimus regias pro nobis Bellicadri senescallo directas, quarum tenor nobis innotuit ipsas emanasse de pectore regio igne caritatis ad nos et apostolicam Sedem vehementer accenso; pro hiis, fili carissime, ad gratiarum tibi quas valemus actiones assurgimus — Dat. Avinione, vii idus junii, anno quarto. »

[1] Cette indication est donnée par l'index du registre. Voyez à ce sujet n°s 1033, 1058, 1100.

1088 [Avignon, 7 juin 1320.]

H[enrico], Soliaci, de studio quod ad informandum prædictum regem de eisdem processibus adhibuit, regratiatur. (Reg. 110, p. ii, fol. 49 v°, c. 239 et 794; — F. Ehrle, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 112, extrait; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 196, n° 126.)

« *H., domino Soliaci.* Operosum studium quod adhibere circa informandam mentem regiam super certis processibus hiis diebus preteritis publice per nos factis, ne possent deformari per emulos, studuisti ac studiosam operam per quam certis obviare periculis vigilasti, fide digna relatio ad nos perduxit; pro quibus nobilitatis tue solicitudinem merito comendantes, tib gratiarum offerimus uberes actiones — Dat. ut proxime[2]. »

[1] Voyez n° 382.
[2] N° 1087.

1089 [20 mars 1319 — 14 juin 1320.]

Gaucelmo cardinali, nuntio apostolico, ut ad reconciliationem inter magistrum Radulphum de Perellis et Johannem de Arrableyo ejusque filios procurandam partes suas interponat. (Reg. 110, p. ii, fol. 47 v°, c. 223 et 778.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Sepe, fili, tibi exposuisse meminimus quanto desiderio dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, reconsiliari (*sic*) dilecto filio Johanni de Arreblayo, militi, ejusque filiis ac eorum sequacibus affectemus ; set quia nondum suum est effectum nostrum desiderium assecutum, a ceptis non desistimus, set instamus instantius ut, quod desiderium ipsum compleri debeat, partes tuas efficaciter interponas[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être antérieure à l'envoi du cardinal Gaucelme en France, c'est-à-dire au 20 mars 1319 (n[os] 800, 801) ; elle est d'autre part antérieure au 14 juin 1320, puisqu'à ce moment une entente était intervenue entre Raoul de Pereaus et les sires d'Arrablay (n[os] 1096-1099, voyez aussi les deux lettres qui suivent, n[os] 1090, 1091).

1090 [20 mars 1319 — 14 juin 1320.]

Fratri P[etro] de Palude ut ad eamdem pacem obtinendam zelum adhibeat. (Reg. 110, p. II, fol. 47 v°, c. 224 et 779.)

« *Dilecto filio fratri P. de Palude, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistro*[1]. Pro pace reformanda inter dilectum filium Johannem de Arreblayo, militem, et ejus filios ac dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, ipsumque magistrum Radulphum reconsiliando (*sic*) eisdem te audivimus cepisse laudabiliter laborare ; set quia nondum labor tuus effectum assequi potuit, tuam solicitudinem in Domino exhortamur ut a ceptis non resilias quousque quod cepisti laudabili fine concludas[2]. »

[1] Au sujet de ce personnage, voyez n[os] 538, 706.
[2] Cf. Cette lettre, on le voit, a été écrite en même temps que la précédente.

1091 [15 juin 1319 — 14 juin 1320.]

G[aucelmo] cardinali, nuntio apostolico, mandat ut ad pacem perficiendam cum comite Flandriæ remaneat eique nonnulla de passagio ultramarino, de concordia inter H[enricum] Soliaci et B[eraldum] Mercorii dominos necnon inter magistrum Radulphum de Perellis et dominos de Arrablayo procuranda, notificat. (Reg. 110, p. II, fol. 9 v°, c. 56 et 612.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Litteras tuas leta manu recepimus et que continebantur in ipsis ac in duabus cedulis interclusis litteris intelleximus diligenter, et quia nobis pacis Flandrensis stabilitas admodum est votiva, gaudemus in Domino quod id ipsum comes Flandrensis desiderare se asserit et volumus ut, quamdiu ad id procurandum presentiam tuam videris oportunam, ipsam nequaquam subtrahas, sed eam ad ipsa promovenda exhibeas sedulam et intentam, quo peracto vel spe faciendi substracta, ad nostram presentiam tuam cum beneplacito regio conferas utique nobis gratam. Ad hec carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre, super Terre Sancte negotio responsivas mittimus litteras[1] quarum tenorem continet cedula presentibus interclusa, quam te diligenter intelligere volumus, ut super illo loqui possis certius et suadere que super illo expedientia videris et negotio oportuna. Nosti, fili, quantum reformatio pacis inter dilectos filios nobiles viros H., dominum Soliaci, et B., dominum Mercolii, ac felix ejusdem B. expeditio super hiis que habet expedire cum magestate regia insideant cordi nostro ; ideoque tuam prudentiam rogamus et hortamur in Domino ut super horum expeditione celeri cures cum quibus expedire videris curam solicitam adhibere. Obtaremus quoque quod magister Radulphus de Pratellis[2] pacem haberet cum illis de Reblayo (*sic*), super quo cardinali locuti fuimus qui nobis respondit curialiter, et hoc per suas litteras patri debuit et fratribus suadere, super qua procuranda te pigritare nolumus sed solicitam operam, sicut expedire videris, adhibere. Prefatum magistrum Radulphum carissimis filio et fil[i]e nostris, regi videlicet et regine affectuosius recommendas nec pretermittas apud ipsos instare oportuno loco et tempore ut, ex quo insons de sibi impositis est repertus, ad suum officium debeat revocari, super hiis autem omnibus placet et volumus quod cum domino Soliaci, si presens fuerit, colloquium habeas et tractatum. Datum etc.[3] »

[1] Il est difficile de déterminer, parmi les lettres que Philippe V et Jean XXII échangèrent au sujet de la croisade, quelles sont celles que le pape mentionne ici. Il n'est pas sûr d'ailleurs qu'elles figurent toutes dans les registres 109 et 110.

Peut-être s'agit-il du document que nous donnons plus loin (nº 1227), ce qui pourrait ramener au 21 septembre 1319 le premier terme de la date de la pièce ci-dessus, mais l'hypothèse est trop vague pour permettre aucune affirmation.

[2] *Sic*, il faut évidemment *Perellis*, comme on le voit dans les autres lettres (nos 1089, 1090, 1096-1099; voyez aussi nº 72, note 1).

[3] Cf. Le cardinal Gaucelme, dans une lettre du 15 juin, témoigna à Robert, comte de Flandre, sa joie de le voir disposé à faire la paix avec le roi de France et demanda un sauf-conduit pour les délégués qui en devaient traiter (Archives du Nord, Trésor des Chartes, nº 5239, anc. B. 554, nouv. B. 259). Cette dernière lettre est évidement de 1319 puisqu'elle est postérieure à la mission du cardinal, qui date du 20 mars 1319 (nos 800, 801), et antérieure à l'entrevue de saint Léger de Tournai, le 20 août de la même année (Voyez nº 930, note). Ce que Jean XXII dit, dans la lettre que nous publions ici, des bonnes dispositions du comte de Flandre pour la paix, semblerait devoir se rapporter au même moment. D'autre part, le traité du 5 mai 1320 (Voyez nº 1049, note) n'ayant pas mis fin à toutes les difficultés, nous ne pouvons assurer que notre document soit antérieur à cette dernière date, mais il a été certainement écrit avant l'entente qui eut lieu entre Raoul de Pereaus et les sires d'Arrablay, c'est-à-dire avant le 14 juin 1320, comme nous le faisons remarquer plus haut (nº 1089, note). Le cardinal mentionné ici est évidemment Pierre d'Arrablay, cardinal du titre de sainte Suzanne (Voyez nº 112, note 2). Au sujet des difficultés survenues entre Henri de Sully et Béraut de Mercœur, voyez nos 870-872, 910, 911 et aussi la note générale publiée à la suite du nº 746.

1092 [Peu avant le 14 juin 1320.]

Philippum, regem Franciæ, ad subveniendum Carolo, comiti Valesii, debitorum mole oppresso, hortatur. (Reg. 110, p. II, fol. 46 vº, c. 210 et 769.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Nosti, fili carissime, nos dilectum filium nobilem virum Carolum, comitem Valesii, tibi sicut sanguine jungitur, sic jungi caritatis et devotionis glutino intensis desideriis affectasse, quod jam impletum, illo faciente qui facit concordiam in sublimibus suis, letanter percepimus et gaudenter audimus; et quia unionis hujusmodi utique Deo grate, mutuo utilis ac amabilis utrinsque fidelibus et devotis perseverantiam cum ipsius incremento continuo intensius concupimus, ea que hec possunt efficere satagimus excellentie regie fiducialiter suadere. Noscere autem excellentiam non ambigimus regiam quin caritatis virtus ex subventionibus oportunis nutriatur et crescat, ideoque excellentiam regiam exhortantes duximus deprecandam ut, prefato comiti quem percepimus mole debitorum contractorum propter guerrarum fremitus qui in regno Francie retroactis temporibus emerserunt, in quibus domui regie astitit magnifice et potenter, ac continuationem curie regie, in qua juxta sui status magnificentiam nequirat expensarum proluvia devitare, nec non et propter dotes immensas quas ipsum pro filiabus suis juxta suam et ipsorum quibus eas tradidit magnificentiam decuit assignare [oppressum], dignetur celsitudo regia manum porrigere adjutricem, ut ex hoc de devoto idem comes efficiatur devotior, et de prompto reddatur promptior ad regia obsequia et beneplacita indefesso studio merito exequenda[1]. »

[1] Cf. A la date du 14 juin 1320 (nº 1096), le pape mentionne textuellement cette lettre et déclare l'avoir expédiée depuis peu (*novissime*).

1093 [Avignon, 14 juin 1320.]

J[ohannæ], reginæ Franciæ, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 46 vº, c. 215 et 770.)

« *Carissime in Christo filie J., regine Francie et Navarre illustri.* Ad ea que Deo grata, tuis affectibus placida et a[c]comoda reipublice credimus, excellentiam tuam, filia benedictionis et gratie, fiducialiter invitamus; et quia talem devotionem dilecti filii Caroli, comitis Valesii, ad carissimum filium nostrum Philippum, illustrem regem Francie et Navarre, procul dubio estimamus, pro[vi]dentiam regiam deprecamur ut, ad ea que ipsam nutrire valeant et per que optata ab utrinsque fidelibus suscipere valeat incrementa, solicite velit intendere et operosum studium oportuno tempore adhibere[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ainsi que la suivante furent écrites au même moment qu'une autre lettre datée du 14 juin 1320 (nº 1096) dans laquelle elles se trouvent mentionnées et où l'on voit qu'elles sont postérieures à celle que nous publions ci-devant (nº 1092).

1094 [Avignon, 14 juin 1320.]

Henrico Soliaci ut pro eodem apud Philippum regem insistat. (Reg. 110, p. II, fol. 46 v°, c. 216 et 771.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Quanto, fili, dudum affectu desideravimus dilectum filium nobilem virum Carolum, comitem Valesii, carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, sincere caritatis glutino ac debite devotionis conjungi obsequio, tanto profecto desiderio presentialiter affectamus ut, quod impletum letanter percipimus, cum incremento continuo absque intermissionis obstaculo, perseveret. Ideoque tibi quem id ipsum optasse et desiderare non ambigimus, que ad hec oportuna credimus fiducialiter suademus; et quia, sicut nosti, ex convenientibus obsequiis mutuis et subventionibus in necessitatibus oportunis amor nutritur et crescit, tuam providentiam exhortamur, eidem nichilominus suadentes, ut apud regem prefatum oportune cures insistere quod ad supportandum gravia onera debitorum que ex guerris in regno Francie retroactis temporibus diutius ingruentibus dicitur incurrisse, in quibus, spretis periculis et expensis contemptis, domui regie magnifice astitit et potenter, ac ex continuatione regie curie in qua nequirat expensarum profluvia devitare, nec non ex immensis dotibus quas pro suis filiabus juxta suam et ipsorum quibus ipsas tradidit magnificentiam ipsum oportuit assignare, velit manum porrigere adjutricem. Et quia regem ipsum propter varia onera que sui regiminis tempore occurrerunt satis putamus exaustum, hoc posse fieri comodius videretur de hiis que Flandrenses tenentur eidem regi solvere si pacem firmatam, sicut desideramus et credimus, curaverint adimplere[1]. »

[1] Cf. n° 1093.

1095 [Avignon, 14 juin 1320.]

Litteris Caroli Valesii a magistro Radulpho de Perellis super nonnullis præsentatis respondet eique præfatum Radulphum commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 47, c. 217 et 772.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regi Francie filio, comiti Valesii.* Ex tue, fili, magnitudinis serie litterarum nobis per dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis noviter oblatarum, desiderium tuum benivolum ut de statu nostro sepius reddaris certior percepimus evidenter oblationemque qua ad nostra te offers paratum beneplacita, omni utique laude et gratiarum actione condignam, quodque eidem magistro Radulpho super hiis que ex parte tua nobis proponeret fidem adhibere vellemus nec non et illa que idem magister Radulphus proponere voluit intelleximus diligenter. Ut autem, fili, de statu nostro de quo te reddit benignitas interna solicitum, tuis desideriis satisfiat, scire te volumus in confectione presentium corporali nos perfrui sospitate, corporali utique dicimus, quia mens nostra propter mala que ubique, oculos levantes in circuitu, excercere (*sic*) cernimus, quibus ut desideramus non valemus occurere, multipliciter anxiatur; set in hiis omnibus illius misericordia qui mala non sineret perpeti nisi ex illis elicere sciret bona, multipliciter consolatur, prestolantes avide, ut bona que ex hiis malis decrevit elicere, intueri clarius mereamur. Pro oblatione autem prefata nos tibi astrictos antea, strictiori caritatis et benivolentie vinculo non indigne nos reputamus astrictos, pro qua tue magnificentie nichilominus exhibemus gratiarum uberes actiones. Ad ea vero que idem magister Radulphus pro parte tua nobis proposuit, breviter respondemus quod in dispensationis per nos tibi dudum concesse prejudicium nichil intendimus attemptare. Pro illo vero subsidio procurando quod nobis exposuit, illis scribimus de quibus et prout expediens extimamus[1]. Petitionibus insuper pro certis clericis pro parte tua ab eodem magistro Radulpho nobis oblatis respondimus, nos tuis beneplacitis, sicut potuimus attento gravamine ecclesiarum, conformantes, prout idem magister Radulphus fidelis utique tuus servulus quem toto cordis affectu tue benivolentie commendamus, tue poterit magnitudini seriosius explicare[2]. »

[1] Voyez ci-dessus les n°s 1092-1094. On lit d'ailleurs, en marge du registre, en regard de l'acte que nous publions ici et d'une main contemporaine : « *super eodem negotio.* »

[2] Cf. D'après la note ci-dessus, nous pouvons attribuer à cette lettre la même date qu'aux deux précédentes (nos 1093; 1094, voyez aussi plus bas, no 1099).

1096 Avignon, 14 juin 1320.

G[aucelmum] cardinalem rogat ut Philippum, regem Franciæ, ad subveniendum prædicto Carolo, comiti Valesii, inducat, eumque de conventionibus inter Johannem de Arrablayo liberosque ejus et Radulphum de Perellis habitis certiorem facit. (Reg. 110, p. II, fol. 47 v°, c. 225 et 780.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali.* Attendentes quod superiorum liberalis munificentia obsequiositatem sibi vendicat subditorum quodque devota subditorum obsequiositas ad se munificentiam superiorum inclinat, hec inter cunctos devotos Ecclesie observari tenaciter concupimus, set inter illos precipue quorum unanimitate ampliora comoda rei publice mittuntur et discordantia (*sic*) graviora pericula cominantur. Hec dudum carissimo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, ac nobili viro dilecto filio Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, velut Deo grata, rei publice non parum acomoda, ac honori et utilitati alterutrius convenientia meminimus sepius suasisse [1] ac regi prefato exhortatorias apostolicas litteras novissime transmisisse [2] ut comiti prefato, qui regis ipsius obsequiis humiliter et vigilanter insistit, gravi mole debitorum oppresso que contraxisse dicitur, tum propter [guerras] que in regno prefato noscuntur diutius viguisse in quibus domui astitit regie viriliter et potenter, tum propter continuationem curie regie in qua nequivit expensarum protluvia secundum sui status decentiam devitare, nec non et propter immensas dotes quas pro suis filiabus juxta suam et ipsorum quibus ipsa[s] nubtui tradidit magnificentiam ipsum oportuit assignare, velit sue magnificentie dexteram porrigere adjutricem. Verum quia vox viva efficacius imprimit quam scriptura, volumus tuamque prudentiam requirimus et rogamus ut ad hec oportuno tempore cures oportune regalem animum inclinare, ut ex hoc comes ipse devotus efficiatur devotior, promptusque reddatur promptior ad regia obsequia et beneplacita indefesso studio merito exequenda. Sane quia regis erarium propter varia onera que sui regiminis tempore occurrerunt satis putamus exhaustum, hoc posse fieri comodius videretur de hiis que Flandrenses tenentur regi solvere, sicut regia magnificentia viderit expedire ; super hiis autem carissime filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustri, et dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie, dirigimus scripta nostra [3]. Ad hec noveris quod de facto dilecti filii nobilis viri Johannis de Arreblayo, militis, et liberorum ejus, et magistri Radulphi de Perellis [4] sic extitit in nostra presentia ordinatum, quod magister Radulphus predictus pure et simpliciter ordinationi carissime filie Johanne, regine Francie, se supponit, quem tibi affectione qua possumus comendamus. Dat. Avinione, XVIII kal. julii, anno quarto. »

[1] Voyez no 174, note 7.
[2] No 1092.
[3] Nos 1093-1094.
[4] Voyez, à ce sujet, nos 1089-1091, 1097-1099.

1097 [Avignon, 14 juin 1320.]

Johannæ, reginæ Franciæ, de convalescentia a tertiana gratulatur eamque hortatur ut ad concordiam inter præfatos Johannem et Radulphum procurandam studium adhibeat. (Reg. 110, p. II, fol. 47 v°, c. 226 et 781.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Visitans, carissima filia, visitavit te levi tertiana Dominus, sicut audivimus, hiis diebus, quod profecto tibi debet ad gaudium cedere, cum quos diligit consuevit visitare. Age ergo tanto visitatori gratias, qui, cum vult, novit febres immittere ac ab hiis, prout expedit, liberare ; stude et illi humiliter obsequi, qui scit, vult et potest in via humiles exaltare per gratiam, et per gloriam in patria sublimare. Convertatur in bonum tibi hec visitatio quesumus, ut possis cum beato Job dicere visitationem hujusmodi tuum spiritum custodisse ; stude plus solito visitanti obsequium devotionis impendere, ne possit de ingratitudine te mordere; nos autem illi preces devotas offerimus, ut te in via dignetur preservare a noxiis

ac bonis omnibus facere habundare et, post ejus decursum, beatorum agminibus sociare. Ad hec, filia carissima, si quantum ipsi visitatori sit accepta concordia consideranter adverteris, profecto pro ipsa procuranda labores voluntarios sustinebis, ipse quidem pro illa nobis miseris procuranda, de sinu patris descendit in uterum Virginis, seque exinaniens, servi formam accepit, ac demum mortem subire turpissimam non expavit. Imitare itaque ipsum, carissima filia, inter dilectum filium nobilem virum Johannem de Arreblayo, militem, ejusque liberos ex una parte, et devotum tuum servulum Radulphum de Perellis, ex altera, qui simpliciter excellentie tue beneplacito se submittere in nostra presentia promiserunt, concordiam reformando, nec laborem hujusmodi, quesumus, recusa suscipere per quem utique tuo visitatori ac proximo poteris complacere. Dat. ut supra proxime[1]. »

[1] N° 1096.

1098 [Avignon, 14 juin 1320.]

Litteris comitissæ Atrebatensis a dicto magistro Radulpho de Perellis præsentatis respondens, eam de conventionibus inter eumdem magistrum, quem commendat, et Johannem de Arrablayo habitis certiorem facit. (Reg. 110, p. II, fol. 48, c. 227 et 782.)

« *Dilecte filie nobili mulieri.., comitisse Atrebatensi.* Intellectu pleno percepimus tam que continebant tue magnitudinis littere, nobis per dilectum nostrum devotum magistrum Radulphum de Perellis servulum presentate, quam que idem magister R. ex parte tua nobis exponere voluit oraculo vive vocis, nostramque tue super illis, quantum decenter potuimus, conformare studuimus voluntatem, prout et ipsius magistri relatio et littere apostolice super illis confecte clarius tue benivolentie innotescent. Ad hec tuam excellentiam volumus non latere quod idem magister R. promisit, nobis presentibus et dilecto filio nobili viro Johanne de Arreblayo pro se et suis liberis ad id consentiente expresse, super omnibus querelis dicto nobili ejusque liberis competentibus contra ipsum, ordinationi carissime filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre, se submittere absque conditione aliqua ipsamque inviolabiliter observare, quem tue gratie comendamus. Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 1096.

1099 [Avignon, 14 juin 1320.]

Litteris Caroli Valesii ab eodem magistro Radulpho præsentatis respondet eique prædicta notificat. (Reg. 110, p. II, fol. 48, c. 227 et 782.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Leta manu magnitudinis tue litteras recepimus nobis per magistrum Rad[ulphum] de Perellis, tuum devotum servulum, presentatas, ac tam que continebant dicte littere, quam que nobis ex parte tua idem magister exponere voluit intelleximus diligenter ipsaque, prout decentia et possibilitas permisisset, prompte curavimus exaudire prout idem magister R. tibi refferre poterit et per litteras apostolicas super illis confectas clarius apparebit. De grata autem responsione facta exponenti certos nostros processus nostrasque litteras presentanti, tue benivolentie gratias referimus quas valemus. Ad hec magister Radulphus promisit, presente dilecto filio nobili viro Johanne de Arreblayo et pro se et suis liberis consentiente expresse, super omnibus querelis dictis nobili et liberis ejus contra ipsum competentibus se submittere infra octabas festi Magdalene ordinationi carissime filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre illustris, ipsiusque ordinationem inviolabiliter observare, quem tue gratie comendamus. Dat. ut supra[1]. »

[1] N° 1096. Nous avons déjà donné plus haut (n° 1095) une réponse de Jean XXII aux lettres de Charles de Valois présentées par Raoul de Pereaus et à laquelle nous attribuons la même date, voyez à ce propos, la remarque que nous faisons n° 76, note 1.

1100 Avignon, 16 juin 1320.

Terminum ad comparendum infra quadraginta dies post citationem in festo Ascensionis proxime præterito edictam[1], Bertrando vicecomiti Leomaniæ datum, ad octo dies a data præsentium, cum prædictus vicecomes jam iter arripuerit, prorogat. (Reg. 110, p. II, fol. 81, c. 373 et 1017 ; — Reg. 70, cur. fol. 29, c. 78 ; — Arch.

VAT., *Arch. Avin. inventaria*, n° 467, fol. 80; — BIB. NAT., ms. lat. 4114, fol. 96 v°, pars IV, n° 7; — BALUZE, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 378, n° LVII; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 196, n° 127.)

« *Universis ad quos presentes littere pervenerint.* Pridem dilectum filium — Dat. Avinione, XVI kal. julii, anno quarto[2] ».

[1] 8 mai 1320 (n° 1034).
[2] La date de l'année ne figure pas dans le registre 110.

1101 [16 juin 1317-1320.]

Philippo, regi Franciæ, Hugonem de Castronovo, ipsius nepotem, præsentium latorem, qui nonnulla in regali curia agenda expedire habet, commendat. (REG. 109, fol. 148, c. 596 : — REG. 110, p. II, fol. 38, c. 172 et 728.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Pro familiaribus nostris, fili carissime, illisque presertim de quorum obsequiosa sedulitate facit nos affinitatis propinquitas fiduciam pleniorem habere, apud te diffusis non curamus insistere precibus, cum regiam benivolentiam ad illos extendi probabiliter supponamus. Hinc igitur dilectum filium nobilem virum Hugonem de Castronovo, nepotem nostrum, exhibitorem presentium, pro certis suis expediendis agendis regie celsitudinis presentiam adeuntem, succincte set affectuose tue magnitudini commendantes, eandem rogamus ex corde quatinus ipsum ob rogantis, si placet, intuitum, sic habere velis in expeditione celeri commendatum, quod ad nostra cito possit redire servitia, in quibus ejus assistentiam habemus acceptam, et nos proinde regie devotionis promptitudinem dignis gratiarum actionibus prosequamur. Dat. XVI kal. julii[1]. »

[1] La date manque dans le registre 110. On verra plus loin (n° 1112) que, le 23 juin 1320, Hugues de Castelnau n'était pas à Avignon.

1102 [17 juin 1317-1320.]

Henrico Soliaci ut eumdem Hugonem de Castronovo dicto regi commendet. (REG. 109, fol. 142 v°, c. 582 ; — REG. 110, p. II, fol. 39 v°, c. 180 et 736 ; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, p. 223, n° 140.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Pro familiaribus nostris — Dat. XV kal. julii. »

1103 Avignon, 18 juin [1317-1320].

Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano, ut Bernardum de Castronovo, domicellum, commendatum habens, mandatum regium pro restitutione bonorum quondam Jordani de Rapistagno eidem Bernardo facienda, celeriter et favorabiliter exequatur. (REG. 109, fol. 68 v°, c. 302 ; — REG. 110, p. I, fol. 14, c. 46 ; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 224, n° 141, analyse.)

« *Dilecto filio nobili viro Guiardo Guidonis, militi, senescallo Tholosano.* Licet credamus indubie — Cum itaque pro dilecto filio nobili viro Bernardo de Castronovo, domicello, familiari nostro, qui quedam bona ad eum, ut asserit, ex testamentaria dispositione quondam Jordani de Rapistagno, consanguinei sui, legitime pertinentia, per sorores dicti quondam Jordani, eodem Bernardo nostris insistente servitiis, queritur indebite occupata fuisse, regales tibi littere directe ferantur ut eidem Bernardo sic occupata restitui facias, justitia mediante, ecce qui Bernardum ipsum a gratis nobis impensis per eum obsequiis nec non et certis aliis considerationibus benigno favore prosequimur, ipsum tibi in jure suo propensius commendamus, nobilitatem tuam requirentes et rogantes attente quatinus mandatum regium tibi, ut premittitur, pro ipso directum, sic favorabiliter sicque celeriter, absque tamen justitie lesione, juxta illius continentiam, nostri presertim intuitu, exequaris, quod justo judici, quod justum est exequendo, merito placeas, dictoque Bernardo speratum ex nostra intercessione reportante compendium, tu proinde nobis commendandus et in tuis oportunitatibus benivole prosequendus occurras. Dat. Avinione, XIIII kal. julii. »

1104 Avignon, 19 juin 1320.

Archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis mandat ut motus Pastorellorum coherceant. (REG. 110, p. II,

fol. 50 v°, c. 247 et 802 : — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 197, n° 128.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Narbonensi ejusque suffraganeis.* Cum difficile procul dubio fore noscatur quod ordinato peragantur exitu que inordinato sunt inchoata principio, indicit nobis apostolice servitutis officium ut talium inordinationum processibus, presertim cum ex eis suboriri scandala formidantur, oportune provisionis remediis occurramus. Habet siquidem multorum fide digna relatio quod nonnulli porcorum et omnium aliorumque custodes animalium rusticani qui se nominant Pastorellos, ignorantes tramitem rationis ac transfretare se velle in Terre Sancte subsidium pretendentes, congregationes varias in div[er]sis partibus ordinare, impuberibus ad hoc et mulieribus imprudenter assumptis, tam indiscrete quam improvide moliuntur, nonnullis aliis successivis diebus ad congregationes accedentibus supradictas, quorum multi armis carent necessariis ad bellandum et quidam ex eis insufficienter armis necessariis sunt muniti omnesque ad transfretandum destituti pariter quolibet apparatu, nullum sequi ducem nullumque sibi supponere capitaneum et nullum noverunt assumere directorem, et, quod est in eis gravius detestandum, ad impietatis opera laxantes crudeliter manus suas, quamplures inmaniter gladiis trucidarunt, diversorum tam clericorum quam laycorum et etiam Judeorum bona, temporis oportunitate captata, violenta predatione subripiunt, et ea in usus proprios non sine grandi nostri Redemptoris offensa et proprie salutis dispendio convertentes, pluribus diversorum principum et magnatum officialibus graves et enormes injurias irrogarunt. Non enim hominum tam imprudentum obsequia, qui per improbos actus ostendunt devotione se steriles, redduntur in occulis divine magestatis accepta, nec eorum Terra predicta subsidio, cum sint viribus et facultatibus impotentes, in suis potest necessitatibus adjuvari. Cum igitur ad ipsius Terre passagium quod specialiter insidet cordi nostro, cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie illustri, qui, signo vivifice crucis assumpto, ad ipsius Terre subsidium et succursum desideranter aspirat, et super hoc diversa jam dudum et utilia exquirendo consilia laboravit et indeffessis non cessat studiis laborare, promptis desideriis intendamus, et multis scandalis variisque periculis que frequenter in diversis partibus ex tam inordinatis congregationibus, sicut manifeste docet magistra rerum experientia, provenerunt, in scrutinio debite considerationis adductis, et ne similia contingant imposterum paterne diligentie studiis prospicere cupientes, fraternitati vestre de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos et singuli vestrum, per vos vel per alios, omnes et singulos qui nominantur ut predicitur Pastorelli, et quosvis alios de congregationibus antedictis, quocunque nomine censeantur qui, ut predicitur, se velle asserunt transfretare, tam clericos quam laycos, per singulas vestras civitates et dioceses constitutos, ex parte nostra monere et inducere studeatis ut a premissis, donec de prefato negotio, Deo dirigente, fuerit ordinatum, desistere ac resilire procurent, ipsos ad hoc si opus fuerit per censuram ecclesiasticam, nec non et eos in quos temporalem jurisdictionem habetis per temporales penas de quibus expedire videritis, appellatione postposita, compellendo. Dat. Avinione, XIII kal. julii, anno quarto. »

1105 [Avignon, 19 juin 1320.]

In e. m. archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis. (Reg. 110, p. II, fol. 51, p. c. 247 et 802 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1106 Avignon [19 juin] 1320.

Omnibus officialibus comitatus Venayssini aliarumque terrarum ad Sedem apostolicam pertinentium, ne Judæos ad fidem christianam conversos in possessionibus bonisque suis perturbari permittant. (Reg. 110, p. II, fol. 51 v°, c. 250 et 805 ; — C. Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t. III, par. II, p. 181, n° XXVII.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum sit absurdum, juri contrarium et obvium rationi judeos, Domino inspirante, ad fidem christianam conversos, propter hoc bonis privare que antea possidebant ipsosque mendicitati exponere qui, existentes in perfidia judaica, habundabant, omnibus officialibus et singulis comita-

tus Venessini qui ad Sedem apostolicam pleno jure noscitur pertinere aliorumque comitatuum et terrarum ad eandem Sedem pertinentium districte precipimus et mandamus quatinus sic conversos et in posterum convertendos, in possessionibus et bonis aliis quocumque nomine censeantur que concessionis tempore obtinebant in terris et comitatibus antedictis, occasione predicta non perturbent vel impediant nec permittant ab aliis molestari, set ipsis se favorabiles exhibentes ipsos(que) ab injuriis et violentiis protegant et deffendant. Datum Avinione, anno quarto[1]. »

[1] La date complète : *tertio decimo kalendas julii, anno* IV, se trouve dans la pièce publiée par Cocquelines. Une lettre analogue, mais de termes différents, figure dans le *Corpus juris canonici* (Extravag. com. lib. V, tit. II, c. 2), sous la date du 23 juillet 1320, et dans le registre du Vatican, sous la date du 22 (Voyez ci-après, n° 1131).

1107 Avignon, 19 juin 1320.

Archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis de Pastorellorum motu in e. m. ac senescallo Bellicadri (vide infra, n° 1113) scribit. *Dat. Avinione*, XIII *kal. julii, anno quarto.* (Reg. 70, cur. fol. 27 v°, p. c. 73; — J. H. Albanès et U. Chevalier, *Gallia christiana novissima*, t. III, col. 605, n° 1504.)

1108 Avignon, 21 juin [1317-1320].

B[ernardo], archiepiscopo Narbonensi, ut Johanni Ferrerii, clerico suæ diocesis, qui iterum ex causa fidem tangente captus erat, terminum ad comparendum in curia apostolica prætigat, alioquin si causa detentionis aliud exigat, eumdem clericum sub honesta custodia transmittat. (Reg. 109, fol. 146 v°, c. 594; — Reg. 110, p. II, fol. 56, c. 270 et 915.)

« *Venerabili fratri B., archiepiscopo Narbonensi.* Ad nostrum pervenit — Dat. Avinione, XI kal. julii. »

1109 Avignon, 22 juin 1320.

Aymerico de Cros, senescallo Carcassonensi, ut quemdam presbyterum quem pro quodam scelere captivum detinet, cum ejus complicibus, Galhardo de Mazarolis et Petro de Penna, ad hoc specialiter destinatis, remittat ad curiam transferendos. (Reg. 110, p. I, fol. 57 v°, c. 190.)

« *Dilecto filio nobili viro Aymerico de Cros, senescallo Carcassonensi.* Operosum studium quod circa investigandum detestabile scelus illud de quo in tuis litteris mentio habebatur, ac studiosam operam quam circa illud nobis insinuandum ocius adhibere curasti, multipliciter in Domino comendantes, arbitramur expediens presbyterum illum notatum de illo cumine, qui detineri dicitur in carceribus Carcassone, cum suis complicibus, si qui sint, qui haberi valeant et processu super hoc habito, ad nostram presentiam sub fida custodia destinari. Quocirca nobilitatem tuam duximus requirendam quatinus prefatum presbyterum cum complicibus et processu ad nostram cures presentiam per dilectos filios Galhardum de Mazarolis et Petrum de Penna, familiares nostros, exhibitores presentium, quos ad hoc specialiter destinamus, cum fida ac sufficienti custodia destinari. Nos enim ut impedimentum aliquod circa hoc non occurrat, venerabili fratri nostro Petro, Carcassonensi episcopo, ac dilecto filio inquisitori heretice pravitatis in illis partibus a Sede apostolica deputato, super hoc dirigimus scripta nostra[1], illam circa hoc diligentiam impensurus quod proinde nostram et apostolice Sedis gratiam uberius assequi merearis. Dat. Avinione, x kal. julii, anno quarto. »

[1] N° 1110.

1110 Avignon, 22 juin 1320.

P[etro], episcopo Carcassonensi, et inquisitori hereticæ pravitatis in partibus Tolosana et Carcassonensi ut eumdem presbyterum captivum præfatis familiaribus remittant. (Reg. 110, p. I, fol. 57 v°, c. 191.)

« *Venerabili fratri P., Carcassonensi episcopo, et dilecto filio inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosana et Carcassonensi a Sede apostolica deputato.* Presbyterum illum de certis ymaginibus in cimiterio leprosorum Carcassonensi inventis ad nostram deduci presentiam expediens arbitrantes, vobis et vestrum cuilibet precipimus et mandamus quatinus ipsum qui mancipatus carceribus Carcassone, dicitur detineri, una cum suis complicibus, si qui sint, et processu super hoc habito, sub fida et sufficienti cus-

todia per dilectos filios Galhardum de Mazarolis et Petrum de Penna, familiares nostros, exhibitores presentium quos et eorum quemlibet ad hoc specialiter destinamus, ad nostram presentiam mittere, sublata cunctatione qualibet, studeatis. Ut autem hoc promptius et absque obstaculo aliquo exequi valeatis, ecce quod dilecto filio nobili viro senescallo Carcassonensi super hoc dirigimus scripta nostra. Datum ut supra [1]. »

[1] N° 1109.

1111 Avignon, 22 juin 1320.

Vicario episcopatus Avinionensis de Pastorellorum motu in e. m. ac senescallo Bellicadri (vide infra, n° 1113) scribit : *Dat. Avinione, x kal. julii, anno quarto.* (Reg. 70, cur. fol. 27 v°, p. c. 73.)

1112 Avignon, 23 juin 1320.

Hugonem de Castronovo de absentia excusat eique de quadam pace prosequenda scribit. (Reg. 110, p. i, fol. 80, c. 284.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni, domino Castrinovi, nepoti nostro.* Tuam habentes excusatam absentiam, pacem, concordiam et dilectionem sinceram te habuisse jam dudum cum illo de quo scripsisti nobili optavimus, sicut te nosse credimus et optamus, unde ut illam, velut Deo gratam et expedientem alterutri. acceptare, ymo et prosequi debeas, sano tibi consilio suademus. Dat. Avinione, ix kal. julii, anno quarto [1]. »

[1] Dans l'index, l'analyse de cet acte (c. 347, correspondant au c. 284 du texte) est ainsi conçue : « *Eidem* (Hugoni) *quod pacem diu tractatam cum domino de Teminis acceptet.* » La lettre publiée ici pourrait avoir alors le même objet que celles dont elle est précédée à un numéro d'intervalle (n° 1187) dans le registre (n°s 1121-1124). Dans ce cas c'est le neveu du pape, Hugues de Castelnau, frère de Bernard, ainsi que le fait déjà remarquer M. Guérard (*Doc. pont.*, I, p. 224, note 1; voyez ci-dessus n°s 1101-1103), qui aurait eu un démêlé avec le seigneur deThémines, et c'est à lui aussi qu'aurait été adressée la lettre qui précède immédiatement celle-ci dans le registre et que nous donnons plus loin (n° 1187; voyez aussi à ce propos G. Lacoste, *Histoire générale de la province de Quercy*, t. III, p. 292).

1113 Avignon, 29 juin 1320.

Senescallo Bellicadri ut omnes illos in sua jurisdictione consistentes qui se nominant Pastorellos et qui velle se asserunt tranfretare, ad desistendum a talibus inducat donec ab apostolica Sede fuerit aliter ordinatum. (Reg. 70, cur. fol. 27. c. 73; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1320, § xxii.)

« *Dilecto filio nobili viro.., senescallo Bellicadri, et cetera.* Cum difficile procul dubio — Dat. Avinione, iii kal. julii, anno quarto. »

1114 [Juin 1320, après le 19.]

Archiepiscopo Tolosano quomodo contra prafatos Pastorellos agendum sit respondet. (Reg. 110, p. ii, fol. 51, c. 248 et 803.)

« *Item super eodem.., archiepiscopo Tholosano.* Per tuas litteras quas recepimus noviter illorum excessus qui se nominant Pastorellos quique velle se asserunt transfretare in subsidium Terre Sancte, in personas et bona Judeorum de partibus ipsis temeraria presumptione commissos nobis intimare curasti, adiciens in litteris supradictis quod ab aliquibus ut, tam contra eos quam contra fautores, adjutores et receptatores eorum procederes, extiteras requisitus. Tu vero, que tibi et ecclesie tue dispendia in personis et bonis ex hujusmodi processu poterant provenire considerans, ab eodem abstinere processu proinde studuisti, nos quid agendum a te super hoc existeret per dictas litteras consulendo. Super quo tuam nolumus ignorare notitiam quod nos, per aliquos dies ante receptionem litterarum hujusmodi, dictorum Pastorellorum auditis excessibus et demum cum fratribus nostris deliberatione prehabita, tibi (*sic*) ac suffraganeis tuis et nonnullis aliis prelatis nec non et universis senescallis et officialibus aliis ac nobilibus regni Francie, de fratrum ipsorum consilio, per litteras nostras quas tibi videlicet et suffraganeis antedictis duximus dirigendas [1], ad te jam credimus pervenisse, rogandos (*sic*) duximus attentius et hortandos, tibi nichilominus et dictis suffraganeis ac prelatis mandantes expresse ut, cum ad ipsius Terre passagium quod specialiter insidet cordi nostro, cum carissimo in Christo filio nostro Philippo, rege Francie

illustri, qui, signo vivifice crucis assumpto, ad ipsius Terre subsidium et succursum desideranter aspirat et super hoc diversa jam dudum et utilia perquirendo consilia laboravit et indefessis non cessat studiis laborare, nostra suspiraret intentio, ac multis scandalis variisque periculis que frequenter in diversis partibus ex inordinatis congregationibus talium, sicut manifeste docet magistra rerum experientia, provenerunt, in scrutinio debite considerationis adductis, et ne similia contingerent in futurum paterne diligentie studiis prospicere cupientes, tu et ipsi, per vos vel per alios, omnes et singulos qui nominantur, ut predicitur Pastorelli, et quosvis alios de congregationibus eorundem, quocunque nomine censerentur qui se velle dicerent transfretare, tam clericos quam laycos per vestras civitates et dioceses constitutos, videlicet singuli vestrum in singulis vestris civitatibus et diocesibus, ex parte nostra monere et inducere curaretis ut a premissis, donec de prefato passagio, Deo dirigente, contingeret ordinari, desistere ac resilire curarent, ipsos ad hoc, si opus foret, per censuram ecclesiasticam, nec non et eos in quos jurisdictionem obtin[u]eritis forsitan temporalem, ipsique senescalli, officiales et nobiles, eosdem Pastorellos et alios de congregationibus antedictis per jurisdictionem in terras consistentes ipsorum, laycos tamen per temporales penas de quibus videretur expediens, cohibendo. Verum ut contra Pastorellos eosdem congruum possit in tuis civitate ac diocesi remedium adhiberi, consultationi tue duximus respondendum quod, cum actibus non sit datum humanis in eodem statu persistere, set juxta varietates temporum conditiones varientur etiam agendorum, per te dictorum Pastorellorum processibus et hujus negotii circumstantiis universis, quos tanquam tuis in eisdem civitate ac diocesi Tholosanis subjectos conspectibus plenius intueri poteris et palpare, provida circumspectione prospectis, aliquos populares de quolibet vico civitatis Tholosane de quibus tue fraternitati videbitur, ad tuam facias presentiam evocari, et eis periculis que possent eisdem et universitati civitatis ipsius nedum ex favore Pastorellis impenso predictis, set ex ipsorum tolerantia sola perferri diligenter ostensis, ipsos nunc secrete, nunc publice, nunc specialiter illos de quibus credideris expedire, efficacis persuasionis instantia, nunc generaliter universos verbo publice predicationis monendo, exhortando et etiam increpando, nunc per spiritualium penarum comminationem et inflictionem debitam, nunc per publice preconisationis edictum, in locis presertim in quibus jurisdictionem obtines temporalem, et alia congrua et oportuna remedia de quibus secundum dispositionem temporis, qualitatem, conditionem et statum negotii videris expedire, omnes et singulos tam de civitate predicta quam alios de tua diocesi Tholosana, ac predictis congregationibus et quolibet Pastorellorum ipsorum favore studeas revocare, nobis per litteras tuas quicquid feceris in premissis et qualiter dicti Pastorelli et congregationes disponuntur ipsorum sepius rescripturus[2]. »

[1] N° 1105, voyez aussi n°s 1104, 1107, 1111, 1113, 1115, 1116.

[2] Cf. On voit, par la troisième phrase de cette lettre, qu'elle fut écrite peu de jours après une première lettre du 19 juin (n° 1105) adressée à l'archevêque de Toulouse sur le même sujet, nous ne pensons donc pas qu'elle soit postérieure au dernier jour de ce mois.

1115 [Juin 1320, après le 19.]

Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano, de eisdem. (Reg. 110, p. II, fol. 51 v°, c. 249 et 804; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 199, n° 129.)

« *Dilecto filio nobili viro Guiardo Guidonis, senescallo Tolosano.* Significasti nobis per litteras tuas graves et enormes excessus per illos qui se nominant Pastorellos in personas et bona Judeorum ipsarum partium non absque carissimi in Christo filii nostr[i] Philippi, regis Francie illustris, injuria perpetratos, petens contra eos per providentiam apostolice Sedis de congruo remedio provideri. Ad quod tibi duximus respondendum quod, per aliquos dies ante receptionem hujusmodi litterarum, dictorum Pastorellorum auditis excessibus, diversos prelatos ac te et alios senescallos et officiales ac nobiles regni Francie per nostras litteras[1] rogandos duximus attentius et hortandos, prelatis mandantes eisdem, ut ipsi per spirituales, tu vero ac senescalli, officiales et nobiles supradicti per temporales penas curaretis Pastorellos eosdem ab eorum

congregationibus cohibere. Verum ut contra Pastorellos ipsos congruum possit in partibus illis remedium adhiberi, venerabili fratri nostro.., archiepiscopo Tholosano qui nos per litteras suas super excessibus consuluerat antedictis, duximus respondendum [2] qualiter contra Pastorellos eosdem habeat providere prout in litteris responsionis hujus poteris intueri [3]. »

[1] Nos 1104, 1105, 1107, 1111, 1113.
[2] No 1114.
[3] Cf. Cette lettre, ainsi que le prouve la dernière phrase, a été écrite vers le même moment que celle qui précède. Elle est donc postérieure au 19 juin, contrairement à la date donnée par M. L. Guérard (*op. et loc. cit.*).

1116 Avignon, 1er juillet 1320.

G[aucelmo] cardinali nonnulla de quibusdam processibus, de proximo adventu vicecomitis Leomaniæ necnon de facto B[eraldi], domini de Mercorio, et de Pastorellorum excessibus significat. (Reg. 110, p. II, fol. 49 v°, c. 240 et 795; — F. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 112, extrait; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 200, n° 130.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri diacono* (sic) *cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Nosce, fili, te volumus nos hiis diebus preteritis super responsionibus illorum quibus certos processus per nos in festo Ascensionis Domini factos solenniter [2] curaveramus per nostras litteras intimare, tuas litteras cum interclusis cedulis recepisse; set et nunc noviter recepimus alias cum interclusis cedulis eadem necnon et responsionem dilecti filii nobilis viri Caroli, regis Francie filii, comitis Marchie, cui tu provide insinuare processus prefatos curaveras, ac responsiones super certis articulis illius negotii continentes. Vicecomes Leumanie autem dicitur esse in procinctu itineris ad curiam veniendi, curiam infra biduum intraturus. Super facto dilecti filii nobilis viri B., domini de Mercolio, ac dilecti filii nostri magistri R. de Perellis [3] tibi scripsimus hiis diebus, quos tue prudentie affectione qua possumus commendamus. Miramur quod providentia regia scandalosis excessibus et perniciosis exemplo illorum qui se Pastorellos nominant, qui utique lupi rapaces et homicide potius possunt dici, omittat occurrere, cum processus eorum offendant divine magestatis occulos, honori regio non leviter detrahant, ac toti regno graviora quam possit exprimi, si processerint, pericula cominentur. Sani eramus, Dei misericordia, in confectione presentium nos et fratres, salvo quod nonnulli passionibus veteribus, et aliqui disgratiis levibus molestantur. Gratia Dei, fili, sit tecum. Dat. Avinione, kalendis julii, anno quarto. »

[1] Voyez n° 382.
[2] 8 mai 1320 (n° 1033). Il s'agit, en effet, de la succession de Clément V et des démarches faites par Jean XXII spécialement contre Bertrand, vicomte de Lomagne, pour la recouvrer (Voyez aussi nos 1034, 1058, 1087, 1100).
[3] Voyez à ce sujet nos 881, 1031.

1117 Avignon, 2 juillet 1320.

Comitissæ Fuxensi ut Arnaldum Guillelmi et B[ernardum] de Bearnio, executores ultimæ voluntatis quondam dominæ Bearnii, commendatos habeat, juxta tractatus prius facti tenorem. (Reg. 110, p. II, fol. 79, c. 370 et 1014; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 202, n° 131.)

« *Dilecte filie nobili mulieri comitisse Fuxensi.* Ex tuarum serie litterarum percepimus hiis diebus discordiam inter te et dilectos filios nobiles viros Arnaldum Guilhelmi ac B. de Bearnio, executores dispositionis domine Bearnii, recordationis inclite [1], occasione executionis dispositionis domine predicte subortam, fuisse tractatu amicabili terminatam. Set quia displicenter te a determinatione hujus[modi] resilire audivimus, subsequenter nobilitati tue, sicut et alias [2], suademus ut nobiles ipsos, velut tibi et tuis liberis multipliciter oportunos, recomendatos habeas et tractes favorabiliter, sicut utique eorum gesta laudabilia intelleximus meruisse, et executionem dispositionis predicte non impedias, si iram Dei [et] oblocutionem vulgi vitare tuamque dispositionem executione desideras non carere, set ut fiat libere, juxta formam dispositionis ejusdem, vel saltem juxta prefatum tractatum amicabilem, velis studium adhibere nec expectes compulsa facere quod te deceat liberaliter adimplere. Dat. Avinione, VI nonas julii, anno quarto. »

[1] Voyez n° 890, note 4.
[2] N° 994.

1118 Avignon, 7 juillet [1317-1320].

Universis personis ecclesiasticis et justitiariis ac dominis temporalibus per Italiam ac Provinciæ et Forcalquerii comitatus constitutis ut portatoribus quorumdam librorum et ornamentorum capellæ ad cameram apostolicam pertinentium ab episcopo Paduano mandatis de securo conductu provideant, præsentibus per quatuor menses valituris. (Reg. 109, fol. 72 v°, c. 319.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, officialibus, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis eorumque capitulis et conventibus, ac ceteris personis ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cluniacensis, Cisterciencis, Grandimontensis, Premostratensis et aliorum quorumcumque ordinum ac magistris et preceptoribus sancti Johannis Jerosolimitani et sancte Marie Theotonicorum necnon nobilibus viris ducibus, comitibus, baronibus, potestatibus, capitanis ceterisque justitiariis ac dominis temporalibus per Italiam et comitatus Provincie ac Forcalquerii constitutis et aliis etiam ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc.* Cum venerabilis frater — Dat. Avinione, nonis julii. »

1119 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Augerio, abbati monasterii Moysiacensis, ut cum Bernardo Gervasii, majore judice senescalliæ Petragoricensis et Caturcensis, ad concordiam inter Aymericum de Gordonio, militem, dominum de Petrilia et Raterium, domicellum, dominum de Castronovo, procurandam laborent, et, si ad votivum effectum labor eorum perduci nequiret, quod præfatos Aymericum et Raterium ad comparendum in præsentiam apostolicam hortentur. (Reg. 109, fol. 78 v°, c. 336; — Reg. 110 p. i, fol. 78, c. 277; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 224, n° 142.)

« *Dilecto filio Augerio, abbati monasterii Moysiacensis, ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis.* Cum simus pacifici regis vicarii, licet immeriti, ut commisse vicis exequamur officium, pacem et unitatem in omnibus desideranter appetimus, sed inter dilectos filios nobiles viros Aymericum de Gordonio, militem, de Petrilia, et Raterium, domicellum, familiarem nostrum ejusque nepotem, de Castronovo dominos, eas tanto desideramus ardentius quanto sincerius utrumque diligimus quantoque fore novimus indecentius eos tanta sanguinis propinquitate conjunctos, animorum contrarietate disjungi vel ab invicem dissidere, presertim quia et Aymericus ipse eidem Raterio loco patris, et idem Raterius illi loco filii deberent existere, et effecti quasi cor unum et anima una, se invicem fulcire oportunis auxiliis et promiscue alter alterius onera supportare. Licet autem, consideratione premissa, ad pacificandum eos, quantum in nobis est, parati libenter essemus, si eorum haberemus in promptu presentiam, quia tamen ipsorum nobis subtrahitur copia, tractatum pacificationis hujusmodi, tibi, quem veluti eorum utrique conjunctum credimus admodum inter ipsos desiderare concordiam, ac dilecto filio Bernardo Gervasii, judici majori senescallie Petragoricensis et Caturcensis, in cujus ditione res de quibus inter illos controversia vertitur sistere dinoscuntur, vel vestrum alteri providimus fiducialiter imponendum. Cum itaque prefatos Aymericum et Raterium per alias nostras litteras efficaciter exhortemur ut, prudenter attento quod pax Domini sine pace proximi non habetur, quodque res est nimis incongrua et non levis plena periculi ipsos mente dividi, occasione precipue alicujus comodi temporalis, cui debent jura sanguinis prevalere, ad pacis unitatem solide, submotis impedimentis quibuslibet, invicem reformandam, animum suum sic habilitent, sic coaptent quod inter eos, tuo et judicis predicti vel vestrum alterius ministerio, rancoris cujuslibet scintilla Deo cooperante sublata, concordia desiderata proveniat, communibus occurratur periculis, et communibus etiam utilitatibus consulatur, devotionem tuam monemus, rogamus et hortamur in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, tecum adhibens predictum, si haberi comode poterit, judicem, cui exinde similiter scribimus, alioquin per te ipsum, prefatos Aymericum et Raterium personaliter adeas vel eos ad tuam presentiam evoces, prout decentius et expedientius tibi videbitur, et, presentatis nostris eorum cuilibet litteris, tibi vel predicto judici per latorem presentium assignandis, laboris tam pii, tam utilis

onus libenter assumens et nostrum circa premissa beneplacitum, quod non solum religionis tue debito congruit sed et adjacet, ut credimus, votis tuis, solicite prosequens, per omnes vias et modos quos tua circumspectio cogitare melius poterit, ad precidendam pace vel judicio omnem discordie materiam inter eos et ipsos caritate mutua solidandos, vice nostra laborare procures. Proinde namque non solum nobis qui memoratos Aymericum et Raterium affectione paterna prosequimur et unanimitatem ipsorum multipliciter affectamus, per tam fructuosi laboris exercitium servies et pleniorem tibi nostri favoris habundantiam vendicabis, quin etiam ipsi pacis actori in hoc gratum prestabis obsequium et eosdem Aymericum et Raterium quibus, ut prefertur, astringeris, tibi fortius obligabis. Et si forte, quod absit, labor per te et judicem predictum vel vestrum alterum super hoc assumendus, ad votivum perduci nequiret effectum, volumus ut tu et judex ipse vel alter vestrum informationem plenam ipsius tractatus atque negotii, ac omnia et singula que ad pacificacionem eorum videritis oportuna, sub vestris sigillis inclusa fideliter nobis mittere, vel tu ipse, si comode possis, deferre procures; ex parte nostra tu et ipse judex prefatos Aymericum et Raterium requirentes ut, certa die sibi per vos vel vestrum alterum designanda, studeant ad nostram presentiam se conferre. Nos enim parati erimus, ad uniendum et concordandum eosdem, voluntarios labores assumere ac opem et operam adhibere, sperantes in Domino quod si, ut supponimus, se conformare voluerint judicio rationis, inter eos efficacia nostre solicitudinis reformabitur plena concordia, utrique utilis, Deo grata. Quicquid autem faciendum duxeris in premissis per tuas nobis rescribere litteras continentes presentium seriem non omittas. Dat. Avinione, VIII idus julii[1]. »

[1] Les lettres que l'on trouvera plus loin (nos 1184, 1185) concernent probablement la même affaire que celle-ci.

1120 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Eidem Bernardo Gervasii ut ad dictam concordiam inter præfatos nobiles procurandam studium adhibeat. (Reg. 109, fol. 79, c. 337; — Reg. 110, p. I, fol. 78, c. 278; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 227, n° 143, analyse.)

« *Dilecto filio Bernardo Gervasii, majori judici senescallie Petragoricensis et Caturcensis.* Cum simus etc. — Dat. Avinione, VIII idus julii. »

1121 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Gilbertum de Teminis, militem, de conditionibus concordiæ cum Hugone et Bernardo de Castronovo ac Garino, domino de Gramato, reformandæ certiorem facit eumque hortatur ut Augerio, abbati Moysiacensi, cui hujus tractatus perfectio commissa est, fidem adhibeat. (Reg. 109, fol. 79, c. 338; — Reg. 110, p. I, fol. 78 v°, c. 279; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 227, n° 144.)

« *Dilecto filio nobili viro Girberto de Teminis, militi, domino in parte Guordonii.* Nosti, fili, qualiter nos, more pii patris quem non pretereunt comoda et incomoda filiorum, scandalis et periculis que rancor ille inter te, ex una parte, et dilectos filios nobiles viros Hugonem, Castrinovi, et Garinum, de Gramato dominos, ex altera, occasione cujusdam cervi cum roncino dicti Hugonis ad locum tuum de Cagnaco per certos homines violenter abducti, hostis antiqui faciente nequitia, suscitatus, producere posset si radices altius ageret, occurrere cupientes, et animarum saluti que sine pace proximi obtineri non potest, salubriter providere, ut inter vos, quos sicut conjungit connexio sanguinis sic et unire debet vinculum caritatis, plena reconciliatio vigeat, tractatum libenter assumpsimus. In quo quidem illud expresse devenit ut, ad placandum ipsorum nobilium animos, tu, certa die tibi super hoc assignanda, associatis tibi decem viris nobilibus, apud Castrumnovum te personaliter conferas, et ad tui excusationem firmiter asseveres, in Hugonis et Guerini presentia predictorum, te nunquam mandasse aut precepisse verbo vel nutu dictis hominibus aut quibuslibet aliis quod roncinum predictum caperent, aut illi cervum imponerent, vel illum facerent asportari aut aliquid aliud in hiis agerent vel etiam attemptarent, nec ratum habuisti quod factum extitit in hac parte, nec in aliqua culpa circa id extitisti, immo quam primum pervenit ad tui notitiam, multum tibi displicuit, et adhuc etiam est tibi displicibile ac ingratum; homines preterea qui in premissis culpabiles extiterunt, tu cum prefato roncino

vel equivalenti alio, nec non cum uno cervo mittes et accedere facies apud Castrumnovum, certa die super hoc prefigenda, representaturos se Hugoni predicto, ac pro commissis facturos et completuros voluntatem illius. Cum itaque perfectionem tractatus hujusmodi dilecto filio Augerio, abbati Moysiacensi, utriusque partis amico, per nostras certi tenoris litteras duxerimus committendam, nobilitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum injungentes quatinus, prudenter attento quam indecens censeatur te et prefatos nobiles tanta propinquitate conjunctos, presertim ex tam levi causa animorum contrarietate disjungi vel ab invicem dissidere, quamque tibi et illis utile possit esse vivere in unanimitate votorum, et incumbentia vobis agenda tractare domestice ac vestra vestrorumque onera communi auxilio supportare, premissa omnia, in nostra tractata et oblata presentia, pro bono pacis et reconciliationis mutue, ad requisitionem abbatis ipsius, diebus tibi per ipsum super hoc assignandis, prompte perficere et effectualiter complere procures. Nos enim Hugoni et Guerino prefatis mandamus expresse[1] ut, recipientes benivole, tam pro se quam pro dilecto filio nobili viro Bernardo de Castronovo, fratre Hugonis ejusdem[2], cujus eisdem Hugoni et Guerino sibi procuratorium sufficiens super hoc destinatur, omnem conceptum occasione premissa rancorem liberaliter tibi remittere debeant, pacem firmam plenamque concordiam tecum ex nunc, ut condecet, habituri. Scribimus etiam eidem Hugoni quod hominibus predictis cum roncino et cervo ejus presentiam petituris, liberum et tutum prestet aditum et regressum. In hiis ergo, fili, te, quesumus, sic laudabiliter habeas quod a pacis actore tibi vendices premium et a nobis acquiras uberioris favoris augmentum. Dat. VIII idus julii. »

[1] Nos 1122, 1123.
[2] Voyez, au sujet de ces personnages, n° 1112, note.

1122 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Præfato Hugoni ad eamdem pacem cum dicto Gilberto habendam hortatur. (Reg. 109, fol. 79 v°, c. 339; — Reg. 110, p. I, fol. 79, c. 280; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 229, n° 145.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni, domino Castrinovi.* Ecce, fili, more pii patris — inter te et dilectos filios nobiles viros Garinum, dominum de Gramato, et Bernardum, fratrem tuum, ex una parte — Dat. Avinione, VIII idus julii. »

1123 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Præfato Garino ad eamdem pacem hortatur. (Reg. 109, fol. 79 v°, c. 340; — Reg. 110, p. I, fol. 79, c. 281; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I. p. 230, n° 146).

« *Dilecto filio nobili viro Garino de Castronovo, domino de Gramato.* Nosti, fili, qualiter — Dat. Avinione, VIII idus julii. »

1124 Avignon, 8 juillet [1317-1320].

Augerio, abbati monasterii Moysiacensis, ut litteras apostolicas eisdem nobilibus præsentet eosque ad pacem juxta ordinationem datam inducat. (Reg. 109, fol. 80, c. 341; — Reg. 110, p. I, fol. 79, c. 282; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 231, n° 147, analyse.)

« *Dilecto filio Augerio, abbati monasterii Moysiacensis, ordinis Cluniacensis, Caturcensis diocesis.* Ad hoc perfida — Dat. Avinione, VIII idus julii. »

1125 Avignon, 11 juillet [1319-1320].

Andreæ Porcherii de quadam pecuniæ summa ex redditibus mensæ quondam episcopi Tolosani proveniente quam cameræ apostolicæ assignaverat solutum facit. (Reg. 110, p. II, fol. 22, c. 113.)

« *Dilecto filio Andree Porcherii, clerico, jurisperito, receptori fructuum, redditunm atque proventuum mense quondam.., episcopi Tholosani.* Significasti nobis quod de fructibus, redditibus, juribus et proventibus mense quondam episcopi Tholosani, dispositioni nostre ac Sedis apostolice reservatis tibique per venerabilem fratrum nostrum Bartholomeum, tunc abbatem, nunc episcopum Electensem, et dilectos filios magistros Berengarium de Olargiis, canonicum Narbonensem, et Raimbaldum de Rechignevoysin, Avalonensem in ecclesia Eduensi, capellanos nostros,

ac Eychelinum, Engolismensem archidiaconos, nuntios nostros et Sedis ejusdem, ad exigendum, recipiendum et colligendum nostro nomine commissis, duodecim milia ducentas sexaginta sex libras et tresdecim denarios turonensium parvorum nostro et camere nostre nomine exigere, colligere et recipere curavisti; cumque predictos duodecim milia ducentas sexaginta sex libras et tresdecim denarios turonensium eidem camere de mandato nostro integraliter assignaris, supplicasti nobis humiliter ut, ne tu aut heredes vel successores tui super dictis pecuniarum summis, ut predicitur, assignatis, possitis imposterum impeti (*sic*) seu etiam molestari, providere inde tibi de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque — Dat. Avinione, v idus julii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est postérieure à la mission qui fut confiée le 5 septembre 1318 (nos 698, 699, 701, 702) à André le Porcher pour la levée des revenus du diocèse de Toulouse. Nous savons d'ailleurs, comme nous le faisons remarquer ci-dessous (no 1126, note), qu'à la date du 15 avril 1318, l'évêque d'Alet ne portait encore que le titre d'*electus*.

1126 15 juillet [1318-1320].

Philippo, regi Franciæ, ut super injuriis Bartholomeo, Electensi episcopo, a senescallo Carcassonensi illatis, justitiam ministrari faciat. (Reg. 109, fol. 178 v°, c. 687; — Reg. 110, p. ii, fol. 24, c. 122 et 678.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Est de celsitudine — Ad nostrum siquidem pervenit auditum quod, diebus non longe preteritis, venerabili fratre nostro Bartholomeo, Electensi episcopo, extra suam dyocesem nostris et Ecclesie Romane vaccante servitiis, officialis senescallie Carcassonensis inter villam de Limoso et castrum de Cornanello quod est Electensis ecclesie et in quo ad eandem ecclesiam omnimoda juridictio alta et bassa dicitur pertinere, in quodam loco sito infra territorium et districtum castri de Cornanello predicti, gentibus ejusdem episcopi reclamantibus invitis, de novo furcas justitiabiles erexerunt in juris injuriam et ipsius ecclesie prejudicium et jacturam — Dat. idus julii[1]. »

[1] Cf. Cette lettre est postérieure au 15 avril 1318, puisqu'à cette date le nouvel évêque d'Alet n'était pas encore consacré et portait seulement le titre d'*electus* (no 566); il ne l'avait plus le 5 septembre suivant (no 698).

1127 Avignon, 15 juillet 1320.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolicæ Sedis legato, ut injungat quibuscumque religiosis infra Lombardiæ provinciam constitutis quod pareant Philippo, comiti Cenomanensi, in hiis quæ ad sui vicariatus prosecutionem fuerint oportuna. (Reg. 70, cur. fol. 37 v°, c. 108; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 108, no 203, extrait.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato.* Cum carissimus in — Dat. Avinione, idibus julii, anno quarto. »

[1] Bertrand du Pouget (Voyez no 912, note 3).

1128 Avignon, 16 juillet [1320].

Johannæ, reginæ Franciæ nonnulla de Johannis de Argileriis promotione, de Arnaldi Dueza missione necnon de germanæ suæ statu significat. (Reg. 110, p. ii, fol. 4, c. 25 et 578.)

« *Carissime in Christo filie nostre Johanne, regine Francie et Navarre.* Dilectus filius magister Petrus de Fretis[1] ad nostram presentiam veniens hiis diebus, nobis certis tue celsitudinis litteris super recomendatione dilecti filii magistri Johannis de Argilleriis, capellani et familiaris tui, et super missione ad tuam celsitudinem Arnaldi Dueza, nepotis nostri, et quibusdam aliis presentatis, de tua tuorumque incolumitate et statu nobis prospera referens, immenso nimirum gaudio nos replevit. Sane de prefato magistro Johanne scire tuam magnificentiam volumus quod ipsum, sicut et alias nos scripsisse meminimus, regie interventionis intuitu et sue probitatis obtentu, intendimus favorabiliter prosequi et circa suam promotionem intendere cum se facultas offeret, que ad presens abesse noscitur, sicut prefatus magister P. latius vive vocis oraculo poterit explicare. De hoc autem quod de nepote nostro predicto dignata est cel-

situdo regia solicitudinem gerere, gratias uberes eidem non obmittimus exhibere; ad presens tamen certis ex causis ipsum nequimus mittere, sed hoc curabimus, Deo dante, oportuno tempore adimplere. Factum germane tue[2] in gravi miseria constitute recommendamus excellentie regie et, ut concorditer curet tua providentia incohari negotium antedictum, tuum desiderium presentibus duximus stimulandum. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit tecum, filia carissima. Datum Avinione, XVII kal. augusti[3]. »

[1] Voyez, au sujet de ce personnage, n° 1176, note 1.

[2] Blanche de Bourgogne, femme de Charles de la Marche, frère de Philippe V et qui lui succéda. Il était question d'annuler son mariage (Voyez n°s 601-603, 914, 1179).

[3] Cf. Jean XXII, en rappelant qu'il a promis de se montrer favorable envers le protégé de la reine, fait sans doute allusion à ce qu'il avait déjà dit le 11 octobre 1319 (n° 952). La lettre que nous publions ici est donc postérieure à cette date. (Voyez aussi n°s 906, 1129).

1129 Avignon, 16 juillet [1320].

Hugoni de Burgundia, de ejusdem Johannis de Argileriis promotione. (Reg. 110, p. II, fol. 8 v°, c. 51 et 607.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Burgundie.* Super recomendatione dilecti filii magistri Johannis de Argileriis in tuis contenta litteris nobis per dilectum filium magistrum Petrum de Fretis novissime presentatis, tue, fili, nobilitati breviter respondemus quod, dum habilitas aderit, que abesse, sicut idem magister Petrus de Fretis tibi refferre plenius poterit, dinoscitur in presenti, suorum meritorum intuitu ac tue interventionis obtentu, circa ejus promotionem volenti animo, dante Domino, intendemus. Dat. Avinione, XVII kal. augusti[1]. »

[1] Cf. Les rapports de cette lettre avec celle que nous publions ci-devant (n° 1128) et le fait qu'elle a été écrite le même jour, nous permettent de croire qu'elle est de la même année; au sujet des personnages qu'elle concerne, voyez ib. notes 1 et 3.

1130 Avignon, 18 juillet [1319-1320].

Johanni, comiti Foresii, nuntiat se quibusdam litteris et inquestis a Guiardo Guidonis, senescallo Tolosæ, præsentatis respondisse. (Reg. 110, p. II, fol. 4 v°, c. 24 et 579.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Foresii, ad partes lingue Occitane per carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, pro reformatione patrie destinato.* Veniens ad presentiam nostram dilectus filius vir nobilis Guiardus Guidonis, miles, senescallus Tholose, ex parte tua nobis certas litteras de credentia sibi commissa necnon et quasdam alias, quas per senescallum Carcassonensem super eodem negotio mittere destinaras, cum quibusdam inquestis super certo crimine dudum factis per curiam Carcassonensem regiam presentavit, quarum tenore et ejus credentie intellectu plene collecto, super illis respondimus et fecimus sicut senescallus predictus tibi refferre poterit oraculo vive vocis. Dat. Avinione, XV kal. augusti[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ne peut être antérieure au 13 août 1318, puisque c'est à cette date que le comte de Forez fut envoyé, avec l'évêque de Laon, comme réformateur dans le Languedoc (Arch. nat., JJ. 56, fol. 138, n° 302; — JJ. 78, fol. 53 v°, n° 113, avec la date du 16 août; — *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. X, col. 590, n° 206-LXXIV; — voyez aussi ci-dessus, n° 830). Il fut maintenu dans cette fonction le 27 octobre 1319 (Arch. nat., JJ. 58, fol. 48, n° 434; — *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. X, col. 605, n° 216), et il se trouvait à Paris le 5 mai 1320, présent à l'acte qui fut passé entre Philippe V et les Flamands (Arch. nat., J. 564A, n° 4; voyez ci-dessus n° 1049, note).

1131 Avignon, 22 juillet 1320.

Rectoribus et officialibus comitatus Venayssini aliorumque comitatuum et terrarum ad apostolicam Sedem pertinentium, ne Judæos ad fidem conversos, ratione bonorum quæ conversionis tempore obtinebant, molestari permittant. (Reg. 70, cur. fol. 38, c. 115; — Corpus juris can., *Extravag. com.*, lib. V, tit. II, c. 2.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dignum arbitrantes et — Dat. Avinione, XI kal.[1] augustini (*sic*), anno quarto. »

[1] Dans les Extravagantes on trouve la date X *kal. augusti* (23 juillet); E. Friedberg l'a reproduite, mais il donne aussi en note (col. 1290), d'après le ms. M. (*Monac.*), la date XI *kal.* (Voyez à ce propos ce que nous disons n° 235, note 1). Nous avons publié plus haut, n° 1106, une autre lettre sur le même sujet.

1132 24 juillet [1317-1320].

Bernardo Jordani, domino Insulæ, se de quadam ordinatione nihil scivisse petitionesque ejus exaudire non posse respondet. (Reg. 109, fol. 159, c. 651; — Reg. 110, p. II, fol. 73, c. 336 et 980; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 243, n° 151.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule.* Mirandum nostris occurrit sensibus id quod de ordinatione, de qua in tuis litteris noviter nobis missis mentio habebatur, scribere curavisti, ut videlicet presentes in ipsa ordinatione fuerimus aut eam sciverimus vel dictaverimus tenorem illius; asserere namque firmiter possumus, teste Deo, nos nunquam fuisse presentes in ordinatione predicta aut ejus seriem dictavisse, immo nec quicquam de illa scivisse, illo qui eam dicitur fecisse vivente. Licet itaque, fili, placere tibi in quibus honeste possemus et licite, intendamus, illud tamen quod per ipsas litteras petiisti nequaquam possumus facere absque negligentie gravi nota conscientieque remorsu, quem cum Deo intendimus pro posse vitare. Dat. VIIII kal. augusti. »

1133 27 juillet [1317-1320].

Eidem Bernardo respondet se moram ejus excusatam habere. (Reg. 109, fol. 81, c. 344; — Reg. 110, p. I, fol. 93, c. 335; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 79, n° 56.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, militi, domino Insule.* Litteras tuas, fili, nobis hodie presentatas grato vultu suscepimus et que continebantur in illis pleno collegimus intellectu; et ecce causas quas pro excusatione more tue in eisdem inseruisti litteris rationabiles reputantes, eas gratanter admisimus tuamque moram rationabiliter excusatam habemus. Porro que prudenter et provide fecisti circa preterita, queve circa futura fieri ordinasti, attente libravimus, sicque discrete tuum in illis censemus processisse judicium, ut non videamus eis addendum vel detrahendum aliquid seu mutandum. Dat. Avinione, VI kal. augusti[1]. »

[1] Cf. On a vu que Jean XXII attendait la venue de Bernard Jourdain à Avignon le 5 septembre 1318 (n° 703); qu'il désirait sa présence le 29 avril 1319 (n° 860) et qu'il excusait son absence le 26 août de la même année (n° 922), mais les termes de cette lettre sont trop vagues pour que nous puissions lui attribuer une date précise. Bernard Jourdain a pu venir plusieurs fois à la cour pontificale durant les quatre premières années du pontificat de Jean XXII, et nous avons montré (n° 848, note 3) que le document sur lequel s'appuie M. L. Guérard pour prouver sa présence à Avignon au printemps de 1319 n'est pas de date certaine; aussi nous gardons-nous de vouloir déterminer, comme il le fait, le moment auquel le pape a écrit la lettre que nous donnons ici.

1134 20 mars 1319 — juillet (?) 1320.]

G[aucelmo] cardinali ut accedat Mostariolum cum Philippo, rege Franciæ, pro recipiendo homagio a rege Angliæ. (Reg. 110 p. II, fol. 48, c. 229 et 784.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Gratum est nostris affectibus et acceptum ut cum carissimo filio nostro Philippo, rege Francie et Navarre illustri, apud Mostarolium supra mare, pro recipiendo homagio a carissimo filio nostro rege Anglie illustri, ut dicitur, profecturo, si te requirendum duxerit, debeas proficisci, ad ea que Deo grata, pacis conservationi mutue inter ipsorum domos et regna videris oportuna, presertim super quibus pro parte prefati regis Francie fueris requisitus, operoso studio partes tue solicitudinis impensurus[1]. »

[1] Cf. Le cardinal Gaucelme était en ce moment en France, cette lettre n'est donc pas antérieure au 20 mars 1319, date de sa mission (n° 800, 801); elle est, d'autre part, on peut le croire, du mois de juillet au plus tard. En effet, Édouard II qui, après bien d'autres retards (Voyez, par exemple, Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, par. I, p. 157) avait promis, le 11 janvier 1320 n. s. (Arch. nat., JJ. 58, fol. 48 v°, n° 435), puis le 19 février n. s. (Rymer, *op. cit.*, p. 192), de venir à Amiens vers la mi-carême, envoya encore le 15 mars des ambassadeurs pour fixer le jour et le lieu de l'entrevue (*ib.*, p. 194); il reçut des lettres de sauf-conduit le 24 mars n. s. (Arch. nat., JJ. 58, fol. 52 v°, n° 445; — Rymer, *op. cit.*, p. 195), s'embarqua enfin le 19 juin à Douvres (Rymer, *op. cit.*, t. II, par. II, p. 3; — *Calendar of the close Rolls*, Ed. II, 1318-1323, p. 238) où il était de retour le 22 juillet (Rymer, *op. cit.* t. II, par. II, p. 4). Il est probable que Jean XXII fut informé de tous ces événements dans le courant du même mois.

1135 Avignon, 6 août 1320.

Henricum, dominum Soliaci, de vicecomitis Altivillaris gestis certiorem facit; de felici pacis Flandrensis

confirmatione lætitiam ei significat eumque hortatur ut de captione cujusdam canonici Carcassonensis ab officialibus regis Francie veritatem inquirat et studium ad factum Montispessulani terminandum adhibeat. (Reg. 110, p. II, fol 50, c. 243 et 798; — J. Ehrlé, *der Nachlass Clemens V*[1], p. 115, extrait; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 204, n° 133.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Ad ea que tue, fili, nobilitatis littere nobis presentate novissime continebant, breviter respondentes, rescribimus quod revera ille electorum qui ad nostram misit presentiam de cessione juris sui per litteras seu nuntios nil nobis exposuit, nec de alterius voluntate sentire verbo vel scripto potuimus quod nostre se vellet supponere voluntati, ymmo sentimus, ex multis que audimus, contrarium de utroque. Ad hec vicecomes Altivillaris coram nobis comparuit[2], et ad ea que continebantur in nostris litteris, exhibitis prius litteris regiis et quibusdam aliis, in nostra et plurium ex fratribus nostris presentia, particulariter et distincte respondit. Verum, quia dispositiones illas quas dicebat fecisse dominum Clementem felicis recordationis predecessorem nostrum, secum non detulisse firmiter asserebat, terminum sibi infra quem exhiberet ipsas duximus prefigendum, in quo, ipsis exhibitis coram nobis et fratribus antedictis, ac ipsis ordinationibus diligenter inspectis, cum ipsum interrogassemus an vellet ad suam deffensionem proponere alia, multum humiliter et devote respondit quod ea que fecerat, fecerat bona fide; set an essent bene facta vel non, nolebat nobiscum contendere, set nostre prorsus se submittere voluntati, supplicans ut nos hoc recipere deberemus. Nos autem cum fratribus nostris ibidem presentibus, videlicet cum quatuor episcopis, duobus presbyteris et duobus diaconis cardinalibus, deliberatione prehabita diligenti, submissionem hujusmodi, presertim ob predicti predecessoris nostri memoriam cui sumus astricti multipliciter, et regie interventionis obtentu, duximus admittendam. Et in hoc statu prefatum negotium in confectione presentium existebat. Leti leta audivimus de pace Flandrensi tam matrimonio quam alias per omnia confirmata[3]. Miramur, fili, cur carissimus filius noster vult illicite exequi quod licite potest. Audivimus equidem quod commissarii regii Carcassone (*sic*) transmissi[4] quendam Carcassonensem canonicum et, ut dicunt, de mandato regio, nostra non petita licentia, in Franciam secum ducunt. Vide, fili, si in hoc discrete processum fuerit. Hoc tamen non licuit, quin immo facientes et consentientes, sententiam excommunicationis incurrunt a canone promulgatam, nec confessio coram ipsis emissa obtinebit robur alicujus firmitatis. Credimus quod per nostros commissarios examinatus fuisset diligenter et fideliter et tuto carceri mancipatus. Tenet, ut credimus, tua memoria quod super facto Montispessulani, quod plurimum(que) propter diversa dominia fluctuat, locuti sumus, et ceptum negotium sit absque fine dimissum, unde si tibi utile videretur, sicut videtur et multis, jam Flandrensibus negotiis Dei gratia expeditis, tempus se offert accomodum ut circa istius consummationem felicem curares opem impendere et operam efficacem. Dat. Avinione, VIII idus augusti, anno quarto. »

[1] Voyez n° 382.
[2] Voyez n° 1100.
[3] Voyez n° 1049, note.
[4] Sans doute le comte de Forez, l'évêque de Laon et le sire de Sully (Voyez n°s 830, note 1 et 1130, note).

1136 Avignon, 7 août 1320.

Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolicæ Sedis legato[1], quod possit concedere licentiam audiendi divina in locis interdictis Philippo, comiti Cenomanensi, Roberti regis Siciliæ in Italiæ partibus vicario. (Reg. 70, cur. fol. 52 v°, c. 188.)

« *Dilecto filio Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, apostolice Sedis legato.* Cum apostolice Sedis — Dat. Avinione, VII idus augusti, anno quarto. »

[1] Bertrand du Pouget (Voyez n° 912, note 3).

1137 Avignon, 10 août [1317-1320].

P[etrum], tituli sanctæ Suzannæ presbyterum cardinalem[1], de infirmitate consolatur. (Reg. 109, fol. 82, c. 350.)

« *Dilecto filio Petro, tituli sancte Susanne presbytero cardinali.* Visitatum te in tuis a Domino compatienter audivimus et, quod ex hoc tuus animus, ut dicitur, per impatientiam concidit, improbamus. Ut igitur in patientia tuam possideas animam, ut spiritum tuum visitatio divina custodiat, ut discrimen quod ex desolatione posses incurrere prudenter evites, expedit et nos id tibi paterno suademus affectu ut flagella Domini cum equanimitate et gratiarum actione sustineas, contra ipsum nullo modo remurmurans, sed in adversis sic[ut] in prosperis te sue subiciens voluntati, ne sibi quod absit, ingratus occurras. Dat. Avinione, x die augusti[2]. »

[1] Pierre d'Arrablay, créé cardinal le 17 ou le 18 décembre 1316 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 14).

[2] Au sujet de ce mode de dater, voy. n° 78, note 2.

1138 Avignon, 18 août [1317-1320].

Priori Prædicatorum civitatis Burdegalensis et Vitali Asnerii, cum de mille florenis auri, dudum nomine Romanæ Ecclesiæ penes eos depositis, quingenti floreni adhuc restare dicuntur, mandat ut de dicta summa centum florenos conventui fratrum Prædicatorum de Burdegalis in elemosinam gratiose tradant et reliquos quadringentos Petro Rubei, civi Caturcensi, ad recipiendum eos deputato, solvant. (Reg. 110, p. ii, fol. 75 v°, c. 349 et 993; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 244, n° 152.)

« *Dilectis filiis.., priori fratrum Predicatorum de civitate Burdegalensi et Vitali Asnerii, presbytero diocesis* (sic). Cum de mille — Dat Avinione, xv kal. septembris. »

1139A [Avignon, 23 août 1320.]

Prorogationem usque ad unum annum treugarum nuper inter Amalricum, vicecomitem Narbonensem, Gespertum, vicecomitem de Castronovo, Arnaldo de Corsavino et Bernardo de Sono, ex parte una, ac Petrum de Fenolheto, vicecomitem Insulæ, et Guillelmum de Caneto, ex altera, a rege Majoricarum juxta regni sui consuetudinem indictarum, dicto Amalrico notificat eumque ad pacem hortatur. (Reg. 110, p. ii, fol. 52, c. 253 et 808.)

« *Dilecto filio nobili viro Amalrico, vicecomiti Narbonensi.* Nuper ad nostri apostolatus auditum implacidi relatus assertione perducto quod tu, una cum dilectis filiis nobilibus viris Gesperto, vicecomite de Castronovo, Arnaldo de Corsavino et Bernardo de Sono, ex parte una, ac dilecti filii nobiles viri Petrus de Fenoleto, vicecomes Insule, et Guillelmus de Caneto, ex parte altera, ad commotiones guerrarum et congressus bellicos post lapsum treugarum inter te dictosque Gespertum, Arnaldum et Bernardum, ex parte una, et eosdem Petrum et Guillelmum per carissimum in Christo filium nostrum regem Majoricarum illustrem, juxta regni sui consuetudinem, ex altera, indictarum que finientur in brevi, parabatis invicem committendum motibus inconsultis, nos animarum et corporum detestandis periculis ac dispendiis facultatum que per commotionem guerrarum et congressus hujusmodi, si ad illos, quod absit, procedi contingeret, formidantur verisimiliter proventura, congruis remediis occurrere paternis affectibus intendentes, inter te ac Gespertum, Arnaldum ac Bernardum predictos, ex parte una, et Petrum et Guillelmum prefatos, ex altera, auctoritate apostolica treugas usque ad unum annum a die notificationis seu publicationis ipsarum numerandum in antea duraturas duximus indicendas, in te ac nobiles supradictos et ipsorum quemlibet et omnes et singulos tuos et ipsorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et subditos et alios vobis et eisdem nobilibus in hac parte quomodolibet adherentes, treugas infringentes vel non servantes easdem, excommunicationis, ac in tua et ipsorum nobilium terras et loca interdicti sententiis promulgatis, sperantes in illo qui pacis est actor quod interim ad pacis et concordie unitatem tuum et ipsorum animos inclinabit. Quare nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus predictas treugas, sicut indignationem divinam et easdem sententias evitare desideras, firmiter per dictum tempus observans, et animum tuum una cum Gesperto, Arnaldo et Bernardo predictis ad pacem habilitans, tu cum eis aliquos comunes amicos una cum Petro et Guillelmo prefatis, quorum arbitrio dirimatur quicquid inter vos esse potest litigii, assumere non postponas, vel tu ac nobiles ipsi nuntios vestros, pacis et concordie zelatores, sufficiens a vobis ad faciendum et firmandum hujusmodi pacem et concordiam coram nobis mandatum habentes, des-

tinare procures. Nos enim licet curis et negotiis innumeris distrahamur, nullis parcendo laboribus, pro decisione litigii et reformatione pacis hujusmodi operosas libenter so[l]licitudines impendemus. Super observatione autem treugarum ipsarum et aliis premissis singulis, eisdem nobilibus preces et hortationes nostras per alias singulas consimiles litteras duximus dirigendas[1]. »

[1] Cf. Les trêves établies pour six mois par le roi de Majorque allaient prendre fin, lorsque le 23 août 1320, Jean XXII, par une lettre que nous jugeons utile de reproduire ici, les prolongea pour une année. La lettre que nous publions ci-dessus est probablement de la même date ou de très peu postérieure. Il en est de même des suivantes (nos 1140-1144).

1139B Avignon, 23 août 1320.

Prorogatio dictarum treugarum (Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 79 v°, pars III, n° 16).

Ad futuram rei memoriam. Nuper ad nostri apostolatus auditum assertio fide digna perduxit quod olim pacis hostis, quietis impatiens, omnium malorum incentor, inter dilectos filios nobiles viros Amalricum Narbonensem et Guesp[er]tum de Castronovo vicecomites, et Arnaldum de Corsavino ac Bernardum de Sono, ex parte una, et Petrum de Fenoleto, vicecomitem Insule, ac Guillelmum de Canneto, ex altera, adeo gravis discordie materiam suscitarat quod ad offendendum se invicem per validam commotionem guerrarum infra regnum seu terram carissimi in Christo filii nostri Sanctii, regis Majoricarum illustris, infra que iidem nobiles habere diversa bona noscuntur, inconsultis motibus se parabant; idem rex, consideratis periculis que potera(n)t hujusmodi comotio guerrarum odiosa producere, treugas inter eosdem nobiles qui regni ipsius, ratione dictorum bonorum, vassalli ac subditi fore noscuntur, juxta consuetudinem regni sui tanquam pacis zelator assiduus indixit per sex mensium spatium duraturas. Cum igitur finis dictorum sex mensium treugarum ipsarum sit jam, ut asseritur, in propinquo, nos periculis animarum et corporum et dispendiis facultatum que per guerrarum strepitus et congressus bellicos et hostiles ad quos dicti nobiles, post lapsum treugarum hujusmodi, commovendum et etiam committendum se preparant et accingunt, si ad illos procedi, quod absit, forte contingeret, formidantur verisimiliter profutura, congruis remediis occurere paternis affectibus cupientes, inter prefatos nobiles, sperantes quod interim inter eos, pacis auctore propitio, reconciliatio concordie desiderata proveniet, auctoritate apostolica treugas quarum fedus pacis ymaginem representat, usque ad unum annum a die notificationis seu publicationis earum in antea numerandum indicimus duraturas et in eosdem nobiles et ipsorum quemlibet et omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et subditos eorumdem et in hac parte adherentes eisdem, treugas infringentes hujusmodi vel quomodolibet non servantes, excommunicationis sententiam promulgamus ac terras et loca nobilium ipsorum ecclesiastico subicimus interdicto, quas quidem excommunicationis et interdicti sententias a die notificationis seu publicationis treugarum ipsarum suum effectum volumus obtinere; non obstante — Nulli ergo — Datum Avinione, x kal. septembris, anno quarto. »

1139 [Avignon, 23 août 1320.]

Executoribus de eodem (Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 80, pars III, p. c. 16.)

« *Judicibus.* Nuper ad nostri — Dat. ut supra. »

1140 [Avignon, 23 août 1320.]

In e. m. Gesperto, vicecomiti de Castronovo. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, p. c. 253 et 808.)

1141 [Avignon, 23 août 1320.]

In e. m. Arnaldo de Corsavino. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, p. c. 253 et 808.)

1142 [Avignon, 23 août 1320.]

In e. m. Bernardo de Sono. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, p. c. 253 et 808.)

1143 [Avignon, 23 août 1320.]

In e. m. Petro de Fenolheto, vicecomiti Insulæ. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, p. c. 253 et 808.)

1144 [Avignon, 23 août 1320.]

In e. m. Guillelmo de Caneto. (Reg. 110, p. II, fol. 52 v°, p. c. 253 et 808.)

1145 Avignon, 26 août 1320.

Elnensem ecclesiam, pastore vacantem, apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 70, cur. fol. 43, c. 124.

« *Ad futuram rei memoriam.* Cum ecclesia Elnensis — Dat. Avinione, VII kal. septembris, anno quarto. »

1116 Avignon, 26 août 1320.

In e. m. sancti Michaelis de Coxano[1], sancti Martini de Canigone et sancti Genesii monasteriorum abbatibus, Elnensis diocesis, executoribus, ut præfatam reservationem publicent. (Reg. 70, cur. fol. 43, p. c. 124.)

[1] Reg. *Cussano.*

1117 Avignon, 29 août 1320.

Berengario de Olargiis ut legnamina et res alias quæ remanserunt de opere galearum vendere studeat et pretium cameræ assignet[1]. (Reg. 70, cur. fol. 43 v°, c. 130.)

« *Dilecto filio magistro Berengario de Olargiis, thesaurario ecclesie Biterrensis, salutem.* Cum diversa lignamina — Dat. Avinione, III kal. septembris, anno quarto. »

[1] Au sujet de ces galères, voyez n° 784.

1118 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Vicario regio Tolosæ ut omnia scripta suspecta Arnaldi Pascaudi, nunc in captivitate detenti, Andreæ Porcherii, canonico Andegavensi, assignet. (Reg. 109, fol. 152, c. 626; — Reg. 110, p. I, fol. 57 v°, c. 189.)

« *Dilecto filio nobili viro.., vicario regio civitatis Tholose.* Cum quasdam cartas albas, sigillis sigillatas aliquibus, et alias etiam partim scriptas, partim ad scripturam recipiendam spatiorum dimissione dispositas, notariorum subscriptione aut sigillorum appensione munitas, quas in Arnaldi Pascaudi quem captivum ob sua demerita detinemus, archis seu scrineis penes te consistentibus audivimus contineri, certis ex causis habere velimus, devotionem tuam requirimus et hortamur attente quatinus eas omnes et singulas et alia scripta suspecta que in archis et scrineis reperientur eisdem, dilecto filio Andree Porcherii, canonico Andegavensi, exhibitori presentium nomine nostro, sub tuo sigillo inclusa assignes instanter per eum nobis e vestigio destinanda. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cette formule répond, dans le registre 109, à la date du 5 septembre 1318 (*nonis septembris, anno tertio*, n[os] 698-702) qui est celle d'une mission confiée à André le Porcher; mais cela ne suffit point à fixer la date de la lettre que nous donnons et qui, d'après la même formule, serait, dans le registre 110, du 26 juillet [1317] (VII *kal. augusti*, n° 328; voyez, à ce sujet, ce que nous disons n° 5, note). Ce document et les suivants (n° 1149-1166) étant dépourvus d'indices chronologiques précis, sont au plus tard du 4 septembre 1320, c'est-à-dire de la fin de la quatrième année du pontificat de Jean XXII.

1119 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Judicibus mandat ut Robertum, comitem Flandriæ, ad desistendum ab oppresionibus ecclesiarum Morinensis, Tornacensis et Atrebatensis diocesum et ad restituendum episcopo Tornacensi castrum de Alechi inducant. (Reg. 110, p. I, fol. 17, c. 60.)

« *Judicibus.* Etsi jam dudum clamores validi et querele sepius repetite quibus venerabiles cathedrales et alie seculares ecclesie civitatum et diocesum Morinensis, Tornacensis et Atrabatensis per nobilem virum Robertum, comitem Flandrie, affecte multis injuriis, magnis afflicte jacturis et frequentium invasionum hostilium oppressionibus, ut dicitur, concassate (*sic*), apostolice Sedis viscera a qua super hiis petebant auxilium et remedium implorabant, ad pie compassionis affectum induxerint et ad prestandum ipsis debitum in hac parte presidium rationabiliter inclinarint, dicta tamen Sedes que filiorum offensas plerumque dissimulat palliatque commissa, ut in ejus longanimitate et misericordia excedentium spontanea accelerata correctio inferende tamen auferat discipline, hucusque distulit eisdem opem in hac parte auxiliaris remedii commendare. Set, sicut venerabilium fratrum nostrorum episcoporum et dilectorum filiorum capitulorum dictarum ecclesiarum habet querelosa relatio et publica fama refert, crevit culpa, cessavit emenda et tanto in predictas ecclesias sacrilega et hostilis decrassavit (*sic*) invasio, et in graviorum dampnorum illationes excrevit, quanto impunitate prestita et correctione dilata crevit impunibus licentia excedendi. Inter alia siquidem ad ejusdem Sedis audientiam jam deducta, venerabilis fratris nostri episcopi Tornacensis habet dolorosa conquestio quod etc[1]. Quia igitur ejusdem Sedis patientia predictis ecclesiis et monasteriis tanto intulit majora dispendia, quanto licentior crevit ex protracta correctione libertas, nos

quibus ecclesiarum omnium licet immeritis cura precipua noscitur imminere, non volentes earundem ecclesiarum oppressiones, injurias et jacturas ulterius conniventibus occulis pertransire, set intendentes eisdem tam circa emendanda dampna preterita quam circa precavenda futura per apostolice solicitudinis studium de oportuno remedio providere, discretioni vestre, sub excommunicationis pena quam vos et quemlibet vestrum incurrere volumus ipso facto nisi hujusmodi mandatum nostrum curaveritis efficaciter adimplere, per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatinus vos vel alter vestrum, per vos vel alium seu alios, infra viginti dies post receptionem presentium, prefatum comitem Flandrie ex parte nostra efficaciter moneatis quod ipse a dictarum ecclesiarum et monasteriorum ac capitulorum gravaminibus, injuriis et molestiis omnino desistat, et suos faciat abstinere, quodque dictum castrum de Alechi dicto episcopo et ecclesie Tornacensi restituat, et tam ipsis quam aliis episcopis et ecclesiis, capitulis et monasteriis, de supradictis dampnis, debitis ac injuriis et pecuniarum summis, infra mensem a monitionis vestre tempore computandum [satisfaciat]; quod si non fecerit, ipsum, dicto mense elapso, ex parte nostra peremptorie citare curetis ut infra duorum mensium spatium post citationem vestram, per se vel procuratorem ydoneum apostolice Sedis conspectui legitime representet, excusaturus se de premissis si poterit, ac super hiis ejusdem Sedis beneplacitum auditurus et alias facturus et recepturus quod ordo dictaverit rationis, alioquin contra ipsum super premissis, prout justum fuerit, infallibiliter procedemus, ejus absentia seu contumacia non obstante[2]. »

[1] Il faudrait, pour compléter ce texte, se reporter à une autre lettre dont celle-ci n'est, on le voit, que l'*executoria*, mais nous n'avons pu la retrouver, ni parmi les secrètes, ni parmi les curiales.

[2] Cf. Robert, comte de Flandre, avait saisi, sous prétexte de la guerre contre la France, les revenus de diverses églises du diocèse de Thérouanne pour les années 1315 et 1316. Nicolas Alberti, cardinal évêque d'Ostie et Velletri, chargé par Jean XXII d'examiner les plaintes des églises lésées, exhorta le comte par une lettre datée d'Avignon, le 4 janvier 1317 (*II nonas januarii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, indictione quinta decima, pontificatus domini Johannis divina providentia pape XXII, anno primo*), à restituer ce qu'il avait pris, en l'engageant à renoncer à toute autre entreprise de ce genre (T. DE LIMBURG STIRUM, *Codex diplomaticus Flandriæ*, t. II, p. 328, n° 321, d'après les chartes des comtes de Flandre, n° 1336; la date de 1318 donnée par l'éditeur doit être corrigée; c'est bien de 1317 qu'il s'agit, ainsi que l'indiquent la mention de l'indiction et celle de l'année pontificale). Le 1er février suivant, il lui écrivit dans le même sens au sujet de l'Église de Tournai (VAN LOKEREN, *Chartes et documents de l'abbaye de saint Pierre à Gand*, t. II, p. 24. — A. WAUTERS, *Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique*, t. VIII, p. 646). La lettre de Jean XXII a trait à des événements analogues, mais il n'est pas possible d'en préciser la date, il se peut qu'elle ait précédé la conclusion de la paix entre Robert de Flandre et Philippe V (Voyez n° 1049, note), mais on ne peut l'affirmer. On pourrait être tenté de rapprocher de cette lettre une autre lettre publiée dans le cartulaire de saint Lambert de Liège (S. BORMANS et E. SCHOOLMEESTERS, *Cartulaire de l'église saint Lambert de Liège*, t. III, Bruxelles, 1898, in-4°, p. 196, n° MXXVII, dans la *Collection des chroniques belges*) que le pape aurait écrite, le 10 juillet 1319, à l'archevêque de Cologne, aux évêques d'Utrecht et de Munster, pour les engager à punir les brigandages exercés contre le clergé et la population du pays de Liège, mais la date : « *Datum Romæ, apud sanctum Petrum, VI idus julii, pontificatus nostri anno tertio* », rend sinon suspecte l'authenticité, au moins inadmissible l'attribution à Jean XXII de ce document, qui n'est d'ailleurs qu'une copie du XVIIe siècle (Voyez n° 1, en note, l'itinéraire de Jean XXII).

1150 (5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.)

Universitati magistrorum et scolarium studii Parisiensis nonnulla scolasticam disciplinam tangentia significat. (REG. 110, p. I, fol. 76 v°, c. 270; — H. DENIFLE ET E. CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 334, n° 783.)

« *Dilectis filiis universitati magistrorum et scolarium studii Parisiensis.* Benigno affectu vestras — Datum etc[1]. ».

[1] Les éditeurs du Chartularium donnent, nous ne savons pourquoi, la date 5 septembre 1316 — 5 septembre 1319. La quatrième année du pontificat de Jean XXII ne se termine que le 4 septembre 1320.

1151 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Religiosos Cluniacenses qui veniam impetrarant, hortatur ut, ad ipsum quotiens necessitas exiget, recurrant. (REG. 110, p. I, fol. 96 v°, c. 352.)

« *Dilectis filiis.., conventui Cluniacensi.* Scire vestram volumus caritatem quod, sicut scriptura vestra improvida, nec immerito, nos turbavit, sic humili culpe recognitione subsecuta, per litteras et nuntios supplicatio venie plenarie nos placavit, indulgentiam culpe meruit et nostram vobis habundantius gratiam impetravit. Volumus itaque ut ex preteritis in futurum cautiores effecti, ad nos quotiens necessitas exiget aut utilitas suadebit, fiducialiter recurratis, devotionem vestram obnixius deprecantes quatinus sic vestris nos piis orationibus adjuvetis, quod ipsarum suffragio assequi ab illo qui in humilium orationem respicit mereamur quod nostris meritis denegatur. Datum. »

1152 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Præposito et capitulo Cameracensibus ut cujusdam feudi perpetui possessionem quod quondam Guillelmus de Marech, miles Cameracensis, ab ipsis et ecclesia Cameracensi tenebat, Margaritæ, præfati Guillelmi filiæ, assignari faciant. (Reg. 110, p. II, fol. 40 v°, c. 186 et 742.)

« *Dilecto filio.., preposito et capitulo Cameracensibus.* Pro parte dilecte — reverentia studeatis. »

1153 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Confessori Clementiæ, reginæ Franciæ, potestatem eam ab omnibus peccatis suis de quibus infra triennium confessa fuerit absolvendi concedit. (Reg. 110, p. II, fol. 41, c. 190 et 746.)

« *Dilecto filio confessori carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francorum illustris.* Ferventis devotionis affectum — eidem injungas. »

1154 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Guillelmi de « Camereto » mandat ut gravamina ab eo subpriori monasterii Celsinanicarum, Claromontensis dioecesis, et ei adhærentibus irrogata, celeriter emendet. (Reg. 110, p. II, fol. 56 v°, c. 273 et 918.)

« *Dilecto filio Guillelmo de Camereto*[1], *priori prioratus de Longoponte, Cluniacensis ordinis, [Parisiensis] diocesis, capellano nostro.* Etsi quorumlibet moleste feramus injurias que personis ecclesiasticis inferuntur, illorum tamen injuriosos excessus molestius gerimus qui nobis notitia familiaris conversationis accepti et familiaritatis nostre titulo insigniti, morum gravitate neglecta, ad insolentias prolabuntur. Ecce siquidem fama refert et dilectorum filiorum supprioris et conventus prioratus Celsiniarum (*sic*), Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis, pluries jam repetita conquestio nostro apostolatui patefecit quod tu, post appellationes eorum ex causis legitimis ad nostram audientam interjectas, nec ipsis pro nobis, nec nobis in ipsis deferens, set offendens utrosque, potentia seculari suffultus, post receptam vel violenter captam prioratus ejusdem possessionem in capite et in membris, pro eo quod supprior et conventus predicti qui a tuis et dilecti filii Guillelmi de Guardiis, prioris prioratus de Thornaco, dicti ordinis,.. diocesis[2], executoribus super utriusque vestrum provisione per diversas nostras litteras deputatis, contrariis mandatis acceptis, altercationis vestre e superioris decisione pendentem diffinitionem sano consilio expectantes, tibi, precise ut executoris competitoris tui excomunicationis suspensionis et interdicti vitarent sententias, non parebant, nonnullis monachis ejusdem prioratus Celsiniarum inductionibus et persuasionibus, minis etiam et terroribus variisque promissionibus ad obedientiam tuam deductis, diceris injunxisse ut eidem suppriori qui spiritualitatem tam ex officio supprioratus sui quam ex speciali ejusdem abbatis commissione in capite et in membris dicti prioratus habere dinoscitur, nullatenus obedirent nec comunicarent eidem, ipsumque ab officio ejusdem subprioratus de facto suspendens, piscariam et columbarium ejus invadi et predari, de camera quoque sua per famulos tuos gladiis et fustibus communitos hostia (*sic*) in multorum presentia asportari fecisti, nec tot contentus injuriis sed excande(n)scens ulterius contra eum, cotidianam prebendam eidem suppriori pro victu sibi dari solitam abstulisti. Et tandem pluribus aliis sibi et aliis monachis ejusdem prioratus adherentibus ei, non absque divine majestatis offensa et diminutione cultus divini, contumeliis irrogatis eisque ab ingressu ecclesie violenter exclusis et coactis per subtractionem cotidianorum victualium de prioratu predicto totaliter exulare, quendam alium

de facto, quamquam de jure nequiveris, fecisse diceris suppriorem in gravem apostolice Sedis injuriam, ejusdem supprioris et adherentium sibi non modicum prejudicium tueque fame dispendium et scandalum plurimorum. Cum itaque processus, immo injuriosos excessus hujusmodi nec velimus, nec salva conscientia possumus absque mediatione debita conniventibus oculis pertransire, discretioni tue districte precipiendo mandamus quatinus, remoto cujuslibet dilationis vel difficultatis obstaculo, super premisiss omnibus et singulis provide corrigas per te ipsum que minus provide commisisti, per efficacis satisfactionis studium premissa dicto suppriori et ei adherentibus irrogata gravamina celeriter emendando, ita quod supprior et adherentes prefati super premissis multiplicare querelas ulterius non cogantur, nec expediat super hiis per aspostolice Sedis providentiam aliud quod forte tibi ad displicentiam cederet, remedium adhiberi. »

[1] *Cameraco* dans l'index.

[2] Le nom du diocèse a été oublié dans le registre. Il s'agit évidemment du prieuré de Tornac, dans le Gard, canton d'Anduze et diocèse de Nîmes.

1155 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Judici mandat ut locum quem fratres de Pœnitentia Jesu-Christi in civitate Massiliensi relinquere intendunt, episcopo Massiliensi vendat. (Reg. 110, p. II, fol. 57 v°, c. 275 et 920.)

« *Judici.* Ex parte venerabilis fratris nostri.., episcopi Massiliensis fuit propositum coram nobis quod locus quem fratres de Penitentia Jhesu Christi in civitate Massiliensi obtinent, in brevi a dictis fratribus relinquetur et in dispositione Sedis apostolice libera, juxta tenorem constitutionis felicis recordationis Gregorii pape X, predecessoris nostri, super hoc in generali consilio Lugdunensi edite, remanebit, quare pro parte ipsius episcopi suppliciter petebatur a nobis ut sibi locum ipsum cum domibus et pertinentiis suis pro pretio quod de illis haberi posset ab alio benigne concedere dignaremur. Nos itaque prefati episcopi supplicationibus inclinati, mandamus quatinus, si tibi constiterit de premissis super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, prefatum locum cum domibus et pertinentiis supradictis, cedentibus vel decedentibus fratribus in loco residentibus memorato, eidem episcopo pro pretio quod poterit haberi ab alio de eisdem, auctoritate nostra concedas, ac (e)idem pretium in aliquo tuto loco nomine nostro et Ecclesie Romane deponere non ommittas, faciens super venditione ac depositione hujusmodi duo confici publica instrumenta similia, quorum alterum penes te retineas, nobis reliquum fideliter transmissurus. Dat. »

1156-1157 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Judici mandat ut, juxta licentiam Beatrici de Burgundia, Engolismensi et Marchiæ comitissæ, datam, priore de Compriniaco, ordinis sancti Benedicti, Xanctonensis diocesis, ad hoc consentiente, tredecim secularium canonicorum collegium, computato decano, ac quatuordecim præbendarum numerum in parrochiali ecclesia villæ de « Charros [1] » ejusdem diocesis, ordinet. (Reg. 110, p. II, fol. 58, c. 278 et 923.)

« *Judici(bus)*[2]. Ingens et sincera — Contradictores etc. »

[1] D'après l'index; le texte porte *Charus*.

[2] Il faut le singulier, comme on le voit par la suite de l'acte : *discretioni tue — mandamus* etc.

1158 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Bernardo de Montelanardo ut ad præsentiam ipsius se conferat. (Reg. 110, p. II, fol. 62, c. 294 et 939.)

« *Dilecto filio Bernardo de Montelanardo, canonico Caturcensi.* Cum nos super — non postponas. »

1159 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

In e. m. Aycardo Barbe, canonico Burdegalensi. (Reg. 110, p. II, fol. 62, p. c. 294 et 939.)

1160 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Bulla erectionis cujusdam ecclesiæ in sedem archiepiscopalem. (Reg. 110, p. II, fol. 69, c. 319 et 963.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*[1]. Sacrosancta Romana mater Ecclesia super gentes et regna divini

dispositione consilii stabilita, sacrorum ecclesiarum presulum et locorum ministeria, gradus et dignitatum fastigia per Deo dicatas manus Romani pontificis, in terris vicarii Jhesu Christi beatique Petri apostoli et regni celestis clavigeri in apostolatus officio successoris, sic per loca Christi fidelium populatione refecta, provida deliberatione dispensat, ampliat, ordinat et restringit, quod multitudo superflua prelatorum excellentiam non obnubilet dignitatis, nec raritas detrimentum saluti pariat animarum. Sic nempe in decore prelatorum decenti numero et ornatu datur gloria patri luminum et crescit ferventius ad sacra edes et templa devotio populorum. Sane dum nos olim minoris officii status haberet, multotiens mentem nostram in illam opinionem non immerito nostri animi impulit cogitatus, videlicet quod honorabilis ecclesia.., consideratis rerum opulentia et populi multitudine copiosa quibus, faciente Domino, fecundat[ur] et gloriosa rutilat et resplendet, quod digna erat et est, cum non sit, inter alias orbis ecclesias que majori dignitate coruscant, minima fama nominis et potentia facultatum, set ampla nimis fore noscatur, ut de suffraganea fiat domina, et de filia mater prodeat, et filias procreet que sibi dulci obsequio ancillentur; nunc vero cum Dominus nobis, licet insufficientibus meritis, per a[t]tributum apostolatus officium faciendi quod sic longe previdimus concesserit facultatem, super hiis omnibus cum fratribus nostris sacrosancte Romane Ecclesie cardinalibus deliberatione prehabita diligenti, prefatam.. ecclesiam a quibuslibet nexibus quibus tali ecclesie et ejus archiepiscopo jure metropoli[ti]co tenetur obnoxia, auctoritate apostolica primitus eximentes, eam, ad laudem divini nominis et honorem Ecclesie sancte sue, in archiepiscopalem ecclesiam erigimus, preficimus et levamus, cum omnibus archiepiscopalibus insigniis, honoribus et privilegiis que sunt archiepiscopalibus ecclesiis et prelatis ipsarum a sacris canonibus attributa. Et quia dignum est ut tam honorosa domina de filia facta mater filias pariat suffraganeas quibus de proprio pectore lac prebeat cum habundet, talem de tali loco etc. in episcopales cathedrales sibi suffraganeas assumimus, constituimus et etiam ordinamus cum debitis et consuetis honoribus et dignitatibus universis, de predicto consilio et plenitudine apostolice potestatis, quibus illa istis metropolitico jure ut benigna mater presit et prosit; iste vero ut filie benedictionis et gratie sibi ut matri benigne humiliter pareant et intendant, ita quod nec illa in istis plus jurisdictionis obtineat, nec iste ei aliter sint subjecte quam quod jura tribuunt inter tales. Et licet inter bonas et pacificas matrem et filias nil oriri scandali, prohibente natura, quis posset verisimiliter opinari, quia tamen in jurium, jurisdictionum et bonorum confinia sepius existant litigia inter caros, talem diocesim ipsius ecclesie in has partes dividimus et partimus, quam ampliorem et honorabiliorem prefate tali archiepiscopali ecclesie velut matri ex honore relinquimus; tales vero dioceses a tali loco usque ad talem quarum hec sunt confinia, prefatis suffraganeis ecclesiis pro suis distinctis diocesibus constituimus, concedimus et etiam assignamus. Et ne insuper pastores ecclesiarum suffraganearum hujusmodi quos a mammis prefate metropolitane ecclesie lac alimentorum oportet in dulcedine suggere, in obprobrium matris mendicare cogantur, eis et mensis suorum episcopatuum pro vite necessariis et aliis episcopalibus oneribus supportandis, de bonis dicte metropolitane ecclesie in tali loco consistentibus, videlicet tali tantum, et tali tantum, perpetuis futuris temporibus applicamus, unimus atque donamus; statuentes et decernentes etc. prout seriosius qualitas facti exigit et in litteris apostolicis juxta presidentis officium et mandatum fuerint explicanda [2]. »

[1] Ce titre n'est pas en rubrique, mais à l'encre noire.

[2] Parmi les transformations que Jean XXII fit dans les diocèses du Midi, on ne trouve qu'une seule création de nouvel archevêché : celui de Toulouse, et nous avons signalé plus haut les lettres qui s'y rapportent (nos 262 et 306). On pourrait peut-être en rapprocher celle que nous donnons ici, mais comme elle ne renferme aucun nom propre, qu'elle semble mise dans le registre du Vatican simplement à titre de formule, il ne nous est pas permis de lui attribuer une date certaine.

1161 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Cuidam cujus nomen non exprimit canonicatum ecclesiae sancti Vincentii de Monteregali, Carcassonensis diocesis, nuper in collegiatam erectae [1], ac unam ex

sexdecim præbendis in eadem ecclesia constitutis confert. (Reg. 110, p. II, fol. 69 v°, c. 321 et 965.)

« *Dilecto filio.., canonico ecclesie sancti Vincentii de Monteregali, Carcassonensis diocesis.* Probitatis decor, morum — Nulli ergo etc. »

[1] Selon les auteurs de la *Gallia Christiana*, l'érection de l'église de saint Vincent en collégiale aurait eu lieu en 1316 (t. VI, col. 895).

1162 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Judicibus ut præfatum canonicum in dictorum canonicatus et præbendæ possessionem inducant. (Reg. 110, p. II, fol. 69 v°, c. 322 et 966.)

« *Judicibus.* Quocirca[1] mandamus quatinus — contradictores etc. »

[1] On voit que cette lettre est incomplète et que le début en a été supprimé.

1163 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Johannem Marci, judicem majorem senescalliæ Tolosanæ, rogat ut causam inter Bernardum de Castronovo, ex una parte, ac Alamandam Sebeliamque, sorores quondam Jordani de Rapistagno, ex altera, ratione hereditatis ac bonorum dicti Jordani vertentem, studeat celeriter terminare. (Reg. 110, p. II, fol. 78, c. 361 et 1005; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 248, n° 155.)

« *Dilecto filio Johanni Marci, majori judici senescallie Tholosane.* Cum dilectus filius — comendare possimus. »

1164 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

B[ernardo] Jordani de Insula de cujusdam negotii prosecutione respondet. (Reg. 110, p. II, fol. 78, c. 362 et 1006: — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 248, n° 156.)

« *Dilecto filio nobili viro B. Jordani, domino de Insula.* Non videtur nobis conveniens nec honestum illud negotium personaliter prosequi quod per tuas nobis novissime litteras intimasti, cum ab una parte compleri nequeat in presenti nec quod possit in proximo habeatur sufficiens certitudo. »

1165 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Eidem quid agendum sit in quadam venditione rescribit. (Reg. 110, p. II, fol. 78, c. 363 et 1007; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 249, n° 157.)

« *Eidem.* Super hiis, fili, que nobis per tuas novissime litteras intimasti, te nequimus plene dirigere, propter malitiam nequam hominum qui vias non cessant exquirere varias, per quas suas possint fraudes et astutias palliare, sed nec viam tactam in eisdem litteris reprobamus, licet forsan et ipsa incentivum eis adjiciat quomodo suas patentes fraudes et notorias amplius studeant obfuscare. Unum, fili, incunctanter supponimus, quod, et si hec impediretur venditio, emptor alius quereretur, quia, ut habet fide dignorum relatio, non is solus de quo nunc agitur est pulsatus, ymo de pluribus aliis varii habiti sunt tractatus, propter quod potest verisimiliter opinari quod intendant prorsus ab hiis que tam solenniter promiserant resilire[1]. »

[1] On peut se demander, avec M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 249, note 3), s'il ne s'agirait pas ici de la vente signalée plus haut (n° 848, note 2).

1166 [5 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Bernardo, comiti Convenarum, scribit quod si diu intendat in Francia remanere, cum sua consorte, quia prolem non habet, decentius remaneret. (Reg. 110, p. II, fol. 78, c. 364 et 1008; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 249, n° 158.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Convenarum.* Jam diu est audiveramus a pluribus quod eras ad propria rediturus, ideoque hiis diebus tibi Parisius pretermisimus aliqua scribere, opinantes inde te recessisse; sed et nunc nil nobis occurrit quod debeamus scribere, quod tuam credamus prudentiam ignorare. Si diu illuc remanere intenderes, cum tua consorte decentius permaneres; non enim expedit vos tam diu disjunctos existere, cum notum sit prole legitima te carere, circa quam habendam, si Deo gratum extiterit, curam deberes inter alia adhibere[1]. »

[1] On constate la présence de Bernard, comte de Comminges, auprès du roi de France, le 19 août, le 11 septembre 1318 (Beugnot, *les Olim*, t. III, pp. 1308, 1314, n°s LXXXI,

LXXXIV) et le 4 mai 1320 (ARCH. NAT., J. 564 nos 1-3; — voyez aussi plus haut n° 857), mais ces dates nous semblent insuffisantes pour préciser le moment auquel Jean XXII a pu écrire la lettre que nous lisons ci-dessus.

1167 [12 septembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Consulibus Caturcensis civitatis respondet se tractatui concordiæ inter eos et episcopum Caturcensem reformandæ vacare non posse. (REG. 109, fol. 20, c. 86.)

« *Dilectis filiis consulibus civitatis Caturcensis.* Devotionis vestre litteras super concordia inter.., Caturcensem episcopum, et vos ministerio nostro reformanda directas, benigno affectu suscepimus, ad quarum continentiam respondemus quod, licet vestra sit nobis tanquam spiritualium filiorum grata nec minus cara tranquillitas et ad procurationem illius in oportunitatibus noster dirigatur affectus, sic tamen in presenti distrahimur grandium immensitate curarum et arduorum jugiter occupamur ingruentia multiplicium agendorum principes contingentium et magnates, quorum nuntii non cessant pro expeditione apud nos etiam importune frequenter insistere, quod comode non possemus tractatui concordie predicte vacare[1]. »

[1] Cf. Le 12 septembre 1316, par une lettre datée de Lyon (ARCH. NAT., JJ. 61, fol. 160 v°, n° 375) Philippe, régent de France et de Navarre, consentit à ce que Jean XXII put, *tanquam privata persona*, apaiser le différend qui durait depuis longtemps (*que diu ventilata extitit et adhuc pendet in curia regia*) entre l'évêque de Cahors et les consuls de cette ville. La bulle du pape est donc postérieure à cette date, mais comme la lettre citée plus haut ne nous est connue que par un vidimus du roi Charles IV, déclarant le 27 janvier 1323 n. s., conserver au pontife la faculté qui lui a été précédemment accordée, il y a lieu de conclure qu'à ce moment, aucune solution n'était encore intervenue.

1168 Avignon [1er octobre 1316 — 4 sept. 1320].

Gaufrido de Barreto concedit ut, ubicumque resideat, fructus beneficiorum quæ in Eduensi diocesi obtinet usque ad biennium percipere possit. (REG. 110, p. II, fol. 58, c. 276 et 921.)

« *Dilecto filio Gaufrido de Barreto, preposito et canonico Eduensi.* Dum tui nobilitatem — Dat. Avinione[1]. »

[1] Cette lettre étant datée d'Avignon ne peut être, d'après ce que nous avons dit au sujet de l'itinéraire de Jean XXII (n° 1, note), antérieure au 1er octobre.

1169 Avignon [1er octobre 1316 — 4 sept. 1320].

Judicibus ut eidem Gaufrido præfatos fructus, juxta predictæ concessionis tenorem, ministrari faciant. (REG. 110, p. II, fol. 58, c. 277 et 922.)

« *Judicibus.* Q[u]ocirca[1] etc. — Contradictores etc. »

[1] Le début de cette lettre manque, ainsi que nous l'avons fait remarquer déjà pour un document analogue (n° 1162). Elle se date comme celle qui précède (n° 1168).

1170 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Philippo, principi Tarentino, scribit se petitionibus a nuntiis ejus præsentatis respondere non posse, nisi post adventum Philippi, regis Franciæ, nuntiorum. (REG. 109, fol. 85 v°, c. 365.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, clare memorie regis Sicilie filio, principi Tarentino.* Si tibi, fili, super hiis que pro parte tua nuntii tui nobis jam diu est exponere curaverunt, rescribere tibi distulimus, sicut et adhuc ex causa differimus, non mireris. Cum enim nuntii carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, sine quibus de hiis que pro parte tua petuntur a nobis non possumus adeo ordinare comode, nondum ad nostram presentiam propter impedimenta quedam incidentia venerint, licet diutius expectati, tibi super illis quicquam certum significare nequivimus aut nuntios remittere memoratos. Post adventum vero dictorum regalium nuntiorum qui venire sperantur in brevi, super hiis que postulas cum eis colloquium et tractatum habere disponimus, tuos deinde nuntios cum responsione plenaria remissuri. Datum Avinione ut supra[1]. »

[1] Cf. Nous ne pouvons, d'après ce que nous avons déjà dit (Voyez n° 5, note) tenir compte de cette formule; la lettre qui, dans le registre, précède celle que nous donnons ici, datée du 18 septembre (n° 723) étant sans rapport avec elle. L'ambassade du roi de France dont il est ici question, est peut-être celle dont Henri de Sully fut chargé à la fin de 1317 et qui était depuis longtemps attendue (Voyez n° 330, note 2). Nous savons, d'autre part, que le prince de Tarente fut, le

11 avril 1318, envoyé à Avignon par le roi Robert de Naples, qu'il était tombé malade, qu'il se trouvait à la cour pontificale le 18 avril 1320 (nos 1005-1007) et qu'il alla auprès du roi de France (no 1199), mais ces données sont encore insuffisantes pour permettre de préciser la date de la lettre que nous publions. Nous pouvons seulement affirmer que, Philippe V étant alors roi, elle est au plus tôt du 28 novembre 1316 (Voyez no 81, note).

1171 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Johannam, reginam Franciæ, de ipsius statu certiorem facit. (Reg. 109, fol. 219, c. 796; — Reg. 110, p. II, fol. 15 v°, c. 91 et 647.)

« *Carissime in Christo filie nobili mulieri Joanne, regine Francie et Navarre illustri.* Ut de statu nostro de quo, ut credimus, te reddit benignitas interna sollicitam, notitiam habeas, nosse te volumus exteriorem hominem per Dei gratiam perfrui sanitate, set laborat interior et affligitur, afflictiones intuens populi christiani et ruentem in preceps stultorum numerum infinitum, dum et oppressis presidium dare [non possumus quod vellemus, nec precipites ab opicio (*sic*) juxta nostrum desiderium cohibere. In hiis tamen confugimus ad illud auxilium quod assidua orationum efflagitamus instantia cui subest posse cum velit, cui nichil est impossibile, cui facile de tribulationum angustiis potenter eripere quos sanguinis sui commercio misericorditer voluit liberare. Datum[1]. »

[1] Cf. Jeanne, femme de Philippe V, n'a pu être appelée reine de France que du jour où ce dernier lui-même eut le titre de roi; nous avons vu (no 81, note), que selon les registres de la chancellerie pontificale, ce ne fut pas avant le 28 novembre 1316. Nous savons, d'autre part, que cette lettre n'est pas postérieure à la quatrième année du pontificat de Jean XXII, c'est-à-dire au 4 septembre 1320. La même remarque s'applique aux lettres suivantes (nos 1171 — 1185).

1172 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Clementiam reginam de afflictionibus consolatur eamque ad patientiam hortatur. (Reg. 109, fol. 225, c. 822.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum illustri.* Super multiplicatis tribulationibus et angustiis quibus te Dominus misericorditer visitavit, paterno tibi compatientes affectu, nescimus otiosi subsistere, set tue tribulationi consulere nitimur eamque lenitive consolationis frequentia mitigare. Considera itaque, filia carissima, quod justus Dominus in omnibus viis suis, bonis premia malisque suplicia justa retributione dispensans, licet interdum quos diligit persecutoris arbitrio videatur exponere, ipsos ad probandum, non ad perdendum, in mari hujus seculi deprimi et affligi permittens, in justitia tamen permissionis hujus libram pietatis admiscet suosque supra vires temptari non patitur, sed ut diligentibus, cum omnia cohoperantur in bonum, faciens cum temptatione proventum, dat temptato victoriam qui dederat licentiam temptatori. Ad consolationem tuam, carissima filia, paternis affectibus intendentes, matris compassionis afflatus te devote percipere volumus et, ut spiritum tuum visitatione divina custodiat, attente precamur quatinus, te tanquam Dei ancillam humilem sub omnipotentia manus ejus humilians, prospera que de illius manu suscepisti sedula meditatione commemores, ut illud adversitatis quod tibi successivis afflictionibus accidit tolerantia equanimiori supportes, nec inconsolabiliter doleas te illud justo Dei, licet oculto judicio, perdidisse quod recuperare non potes. Confide in Domino et in eo, ut te enutriat, tuum jactare studeas cogitatum ac salutare illius cum silentio prestoleris; nam si nunc in fornace tribulationis purgaris, a Deo qui circa te adversa et prospera salubri mondatione (*sic*) disponit, vexatio transibit in gloriam ac pro contritione duplici in terra Domini duplicia possidebis. Esto igitur forti animo, nec cor tuum concidat a facie alicujus adversi, pro certo scitura quod apostolici favoris presidium tibi non deerit, quin potius, auctore Domino, nos in quantum cum Deo poterimus, variis viis excogitatis et modis, ad tui status prosperitatem quam zelamus ex corde, sollicitis studiis intendemus[1]. »

[1] Cf. Les termes de cette lettre sont trop vagues pour que nous puissions en préciser la date (Voyez no 233, note); toutefois, ce que le pape dit des tribulations de la reine Clémence nous permet de croire qu'il lui écrivit après la mort de son fils, c'est-à-dire au plus tôt le 28 novembre 1316 (Voyez no 81).

1173 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, de venatione et allecibus transmissis regratiatur. (Reg. 110, p. I, fol. 15, c. 52.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Copiose venationis et allecum salitarum encennium nobis per latorem presentium de regia curialitate transmissum, cum gratiarum actione recepimus, quod tanto advenit nobis gratius votis nostris quanto per illud uberioris devotionis mittentis agnovimus puritatem. Dat. etc.[1] »

[1] Cf. n° 1171, note.

1174 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Carolo, comiti Valesii, ut reginæ Clementiæ auxiliis et consiliis assistat. (Reg. 110, p. i, fol. 71 v°, c. 248.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Scimus, fili, quod carissime in Christo filie nostre Clementie, regine Francie illustris, tue consolationis in imminentibus tribulationibus non subtraxisti solatium, quin imo, sicut indicit tibi antiqua tui generis bonitas in te radicata firmissime, semper oportunis eidem auxiliis et consiliis efficaciter astitisti, propter quod apud te pro ipsa quam te habere comendatam efficater credimus, diffusius non vidimus insistendum. Ex ea tamen benivolentia qua eam, secundum Deum in quadam specialitate prosequimur, devotionem tuam succincte set affectuose rogandam duximus et hortandam quatinus solitum ad eam affectum continuare non deseras, quin etiam si adjectionem possit plenitudo suscipere, illum prosecutionibus studeas successivis augere, ut proinde preter laudis humane preconium divinam tibi gratiam vendices nobisque et apostolice Sedi cum benedictionis exuberantia commendandus occurras. Dat. etc.[1] »

[1] Cf. Pour la date de cette lettre, voyez ce que nous disons plus haut n° 1172, en note, et, au sujet de celle qui la précède dans le registre et qui concerne également la reine Clémence, le n° 77.

1175 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, abbatem Cluniacensem commendat. (Reg. 110, p. i, fol. 96, c. 349.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri*[1]. Ad monasterium Cluniacense quod in domo Domini claritate virtutum relucere conspicimus, paterne considerationis dirigentes intuitum, circa illud instantia multe solicitudinis vigilamus ut, Deo propitio, protegatur a noxiis et incrementis salubribus augeatur. Cum igitur ad hec tui favoris presidia dicto monasterio sint plurimum oportuna, celsitudinem regiam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus dilectum filium.., ejusdem monasterii abbatem, quem, suis exigentibus meritis, specialis benivolentie favore prosequimur, sue gubernationi commissum habens pro nostra et apostolice Sedis reverentia de benignitate regia commendatum, eidem abbati circa deffensionem et recuperationem jurium et bonorum ipsius monasterii ejusque membrorum opem tui favoris et auxilii largiaris, ita quod, eodem abbate tui juvaminis favore suffulto, ipsius monasterii status ad laudem divini nominis prospere dirigatur tuque proinde mercedem retributionis eterne ab eo qui pro minimis grandia recompensat, sicut benedictionis filius merearis. Datum[2]. »

[1] L'adresse est précédée, dans le registre, d'une autre rubrique : « *Note rogatorie ad regem Francie, regem et reginam Angliae et quosdam alios pro Cluniacensi abbate et Winttoniensi electo.* » En effet les lettres suivantes, comprises sous les cap. 350 et 351, adressées au roi et à la reine d'Angleterre, plus deux autres lettres données in e. m., concernent également l'abbé de Cluny. Elles sont sans date, et il n'y est fait aucune mention de l'évêque élu de Winchester. C'est dans une autre lettre (fol. 96 v°, c. 353), datée du 12 décembre 1319 (II *idus decembris, anno quarto*) que Jean XXII recommande au roi d'Angleterre *Rigaldum de Asserio* qui vient d'être promu à ce siège (Voyez, au sujet de ce personnage, n° 1229, note).

[2] Cf. Cette lettre étant adressée à Philippe, roi de France, ne peut être antérieure au 28 novembre 1316 (Voyez n° 81, note).

1176 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Johannæ, reginæ Franciæ, litteras suas a magistro Petro de Fretis præsentatas se recepisse contentaque in eis exaudisse respondet. (Reg. 110, p. ii, fol. 5, c. 31 et 586.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Litteras credentie nobis ex parte celsitudinis tue per dilectum filium magistrum Petrum de Fretis[1], clericum et familiarem tuum, noviter destinatas, solita affectione recepimus et ea que idem clericus super hiis nobis exposuit, pleno perce-

pimus intellectu; petitiones quoque nobis per eum ex parte magnitudinis tue porrectas, quantum secundum Deum potuimus, sicut ipse referre poterit, ad gratiam exauditionis libenter admisimus et eas curavimus efficaciter expedire, gratam voluntatem gerentes ad omnia que reddantur in Domino tuis justis affectibus placitura. Dat.[2] »

[1] Nous relevons plusieurs fois le nom de ce personnage comme envoyé de la reine à la cour pontificale (Voyez nos 849 sous la forme *Petrus de Fractis*, 952, 1128); aussi ne pouvons-nous pas par là préciser la date de la lettre publiée ci-dessus. La même remarque s'applique aux deux suivantes.

[2] Cf. nº 1171, note.

1177 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Eidem reginæ de muneribus a præfato magistro præsentatis gratias agit. (Reg. 110, p. II, fol. 5, c. 32 et 587.)

« *Eidem. Rubrica*[1]. De panno scarleti et aliis gratis muneribus que nuper nobis per dilectum filium magistrum Petrum de Fretis[2], clericum et familiarem tuum, serenitatis tue munificentia destinavit, eo uberius sublimitati tue gratiarum referimus actiones quo mittentis affectus in Domino nobis occurrit acceptior et transmissa fuerunt nostris affectibus gratiora. Datum[3]. »

[1] Voyez, au sujet de ce mot, nº 26, note 2.

[2] Voyez ci-dessus nº 1176, note 1.

[3] Cf. nº 1171, note.

1178 Avignon [28 novembre 1316 — 4 sept. 1320.]

Eidem de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 6 vº, c. 40 et 596.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre.* Pulcrum, filia, nec minus copiosum serenitatis tue ecenium scarletorum videlicet optimorum et telarum et manutergiorum subtilium ac mapparum nobis ex parte tua per dilectum filium magistrum Petrum de Fretis[1], excellentie tue familiarem et nuntium, nuperrime presentatum, considerato mittentis affectu, recepimus gratiose, tuam exinde liberalitatem uberibus gratiarum actionibus prosequentes. Dat. Avinione[2]. »

[1] Voyez nº 1176, note 1.

[2] Cf. nº 1171, note. Cette lettre peut avoir été écrite au même moment que la précédente et à la même occasion, ainsi que nous l'avons fait remarquer plus haut au sujet de deux documents analogues (nº 985, note).

1179 Avignon [28 novembre 1316 — 4 sept. 1320].

Eidem reginæ de statu miserabili Blanchæ, germanæ suæ, respondet procuratoresque sufficienter instructos, ratione negotii dictæ Blanchæ, ad curiam apostolicam expediri petit. (Reg. 110, p. II, fol. 6 vº, c. 41 et 597.)

Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre. Commota tua pie, carissima filia, viscera super statu miserabili mulieris spectabilis dilecte filie nostre Blanche[1], germane tue, innotuere nobis tuarum litterarum series quas nobis dilectus filius Bertrandus de Rocanecata[2], miles regius, presentavit, ac ea que idem miles juxta credentiam sibi impositam super ipso negotio prudenter adjecit. Profecto, filia carissima, non miranter sed letanter audivimus te tristi germane tue ac desolate compati ac desideranter appetere per nos tale remedium adhiberi quod ejus tristitia verteretur in gaudium tuque posses congaudere gaudenti. Nos equidem jam dudum sibi compassi fuimus nec cessamus et, dum Lugduni eramus[3], pro remedio consolatorio studuimus usque ad contristationem alicujus laborare, sed et adhuc voluntarios subire labores appetimus ut tristibus et desolatis consolationem et gaudium preparemus periculisque variis que, sic stante negotio, formidamus in posterum subsequi, salubriter occurramus. Sane quia hec nequeunt sine procuratorum presentia partium expediri, expedit ut partes ipse procuratores ydoneos sufficienter instructos juxta quod negotii qualitas et conditio personarum exigunt, curent ad nostram presentiam cum tuis et regiis litteris hoc idem postulantibus destinare, nostra quidem, dante Domino, solicitudo prompta aderit exequi quicquid suadebit justitia et sustinebit auctoritas apostolice potestatis. Datum Avinione[4].

[1] Voyez à ce sujet nº 1128, note 2.

[2] Voyez au sujet de ce personnage nº 914, note 1.

[3] Voyez nº 1, note.

[4] Cf. nº 1171, note.

1180 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Fratrem Nicolaum de Claromonte, Philippi regis Franciæ confessorem, hortatur ut in bona consilia eidem regi præbenda persistere studeat. (Reg. 110, p. ii, fol. 7, c. 42.)

« *Dilecto filio fratri Nicolao de Claromonte, ordinis Predicatorum, confessori carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris.* Solet laudata virtus in laudato crescere, non ex laude alicujus diminutionis incurrere detrimentum. Ideoque, quia sicut habet fide digna nobis grata relatio, apud regem ipsum, ut in via vite perambula[ns], illam que mortis est declinet et fugiat, instare oportune cum sufficit et importune cum expedit non obmittis, tue vigilantie studium in hac parte laudamus multipliciter et in Domino commendamus, in remissionem tibi peccaminum injungentes ut in tam laudabiliter ceptis sic persistere studeas, ut rex ipse, te cohoperante, sic divinis beneplacitis se coaptet, sic se devotum sacrosancte Romane Ecclesie matris sue studeat evidentia operum exhibere, quod in presenti gratiam et in futuro gloriam assequi mereatur, tuque ultra eterne retributionis premium quod perseverantibus veritas pollicetur, apud nos incrementum favoris et gratie merito consequi merearis. Datum [1]. »

[1] Cf. Philippe V portant ici le titre de roi, cette lettre est au plus tôt du 28 novembre 1316 (Voyez nº 81, note). Au sujet de son confesseur, voyez nº 220, note.

1181 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, respondet se concessionem cujusdam pensionis a Philippo et Ludovico quondam regibus Franciæ, prædecessoribus ejus, Stephano dicto Varroquier, ordinis quondam Templi, factam confirmare non posse, intuitu paupertatis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani cui ejusdem Templi bona translata sunt. (Reg. 110, p. ii, fol. 12, c. 62 et 618.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Nuper apostolatui nostro per tuas litteras supplicasti quod, cum clare memorie Philippus, genitor, et demum inclite recordationis Ludovicus, germanus tui, Francie reges, dum adhuc viverent, Stephano dicto Varroquier, ordinis quondam Templi, de quinque solidis diebus singulis pro victu et de sex libris pariziensium pro indumentis suis singulis annis de bonis ejusdem ordinis p[ro]vidissent, confirmare provisionem hujusmodi dignaremur. Cum igitur, carissime fili, considerata Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani ad quod bona dicti ordinis Templariorum pervenisse noscuntur miserabili paupertate, tales concessiones non consueverimus confirmare, tua celsitudo moleste non ferat si super hoc non satisfecimus votis tuis. Dat. [1] »

[1] Cf. nº 1180, note.

1182-1183 [28 novembre 1316 — 4 sept. 1320.]

Eidem regi nonnullos mercatores Romanos qui a Januensibus extrinsecis in mari de pannis in regni Franciæ nundinis emptis depredati fuerant regiumque auxilium implorant, commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 14 vº, c. 79 et 635.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum nonnulli mercatores — benignitas comendatos [1]. »

[1] Cf. nº 1180, note. Voyez, sur une affaire analogue avec les Génois, Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, pp. 151 et 204, nºs 4529 et 5052.

1184 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Eidem commendat jus Raterii, domini de Castronovo, Caturcensis diocesis, in causa quæ vertitur inter eum et Aymericum de Gordonio, militem, dominum de Petrilia, ratione castri de Boflia. (Reg. 110, p. ii, fol. 62 vº, c. 297 et 942; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 245, nº 153 [1].)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francorum illustri.* Rem dignam et debitam ac juri consonam facere credimus si familiares nostros, quos grata familiaritas et obsequiorum gratitudo fidelium reddunt nobis acceptos, oportuno favore prosequimur et ipsos in suorum prosecutione jurium, quantum cum Deo possumus, promovemus. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Ratherius, dominus de Castronovo, Catur-

censis diocesis, familiaris noster, causam que inter ipsum et dilectum filium nobilem virum Aymericum de Gordonio, militem, dominum de Petrilia, super castro de Boffia, dicte diocesis, coram senescallo regio Caturcensi diu ventilata est, ad te ipsum prosecuturus accedat, nos considerantes ipsius plena fidelitatis obsequia que nostris immorando servitiis jugiter et solerter impendit, serenitatem regiam qua possumus affectione rogamus quatenus ipsum, quem propterea sinceris dilectionis brachiis amplexamur, sic circa celerem expeditionem habeat celsitudo regia, nostrorum interventu precaminum, commendatum, quod idem Ratherius, dilationibus que solent in talibus obvenire sublatis omnino, cause ipsius expeditionem felicem et celerem assequi valeat, tuo favore suffultus, nosque propterea celsitudinem regiam quod effectualiter preces nostras exaudiat dignis valeamus in Domino laudibus commendare[2]. »

[1] Avec la date 5 septembre 1316 — 4 septembre 1321 qu'il faut corriger comme nous l'indiquons ci-dessous.

[2] Cf. Cette lettre, non mentionnée dans l'index du registre, ne peut, d'après son adresse, être antérieure au 28 novembre 1316 (Voyez nº 81, note), et puisque, d'autre part, elle n'est pas, d'après ce que nous avons dit, postérieure à la quatrième année du pontificat de Jean XXII, elle sera au plus tard du 4 septembre 1320. Au sujet de l'affaire qu'elle concerne, voyez la lettre qui suit et aussi les nos 1119, 1120.

1185 [28 novembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Eidem de eodem in ampliori forma[1] scribens, dictum Raterium qui a quadam interlocutoria in questione inter eum et præfatum Aymericum de Gordonio ratione castri de Boffia et loci de sancto Paulo vertente lata, ad curiam regiam appellaverat, commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 62 vº, c. 298 et 943; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 246, nº 154.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Quanto ferventius personam — Dudum siquidem inter dilectos filios viros nobiles Ratherium, dominum de Castronovo in Vallibus, diocesis Caturcensis, domicellum et familiarem nostrum, ex una parte, et Aymericum de Gordonio, militem, ex altera, super castro de Boffia et loco de sancto Paulo eorumque juribus et pertinentiis dicte diocesis, coram senescallo Petragoricensi et Caturcensi orta materia questionis et coram eodem senescallo vel ejus curia inter partes ipsas diutius litigato, a quadam interlocutoria lata contra eundem militem et pro dicto domicello, ante litis contestationem, ad tuam celsitudinem extitit, ut accepimus, appellatum. Verum quia idem domicellus, qui castrum et locum predicta tamquam ad ipsum pleno jure pertinentia, sicut dicit, a prefato milite nunc illa possidente satagit vendicare, valde timere asserat per subterfugia partis militis supradicti et litigiosos anfractus habendos coram judicibus, si super hoc a tua curia regia deputentur partibus antedictis, dicte cause ac negotii principalis expeditionem plus debito in ejus prejudicium protelari, nobis humiliter supplicavit ut, pro justitia super hiis celerius assequenda, scripta nostra rogatoria tue magnitudini regie dirigere dignaremur. Ea propter nos, hujusmodi supplicationibus inclinati, serenitatem regiam attentius deprecamur quatenus, submotis malitiosis subterfugiis, eisdem partibus super premissis brevem et celerem facias justitiam exhiberi; jus ejusdem domicelli quem caritatis intime brachiis amplexamur, prout licebit, secundum Deum, in parte (?) potestate regia confovendo[2]. »

[1] Voyez ce que nous avons dit à ce propos, nº 76, note 1.

[2] Pour la date de cette lettre et l'affaire qu'elle concerne, voyez ci-dessus nº 1184, note.

1186 [13 décembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Carolo, comiti Valesii, de provisione cujusdam beneficii Roberto Brionni facienda respondet eique nonnulla de P[etro], episcopo Catalaunensi, significat. (Reg. 110, p. II, fol. 7 vº, c. 45 et 601.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, clare memorie regis Francie filio, comiti Valesii.* Spe, fili, quam tibi datam asseris de providendo dilecto filio Roberto Brioni, rectori parrochialis ecclesie beate Marie de Charni, Cenomanensis diocesis, tuo clerico, de competenti beneficio sine cura, frustrari te nolumus; sed spem ipsam in rem transire cum facultas aderit, quam adesse presentialiter ignoramus, dante Domino faciemus, ac de dicta ecclesia quam, postquam illud

beneficium idem Robertus adeptus et ejus possessionem fuerit pacifice assecutus, vacare voluimus, taliter curabimus dante Domino ordinare, quod tua magnificentia poterit contentari. Ad hoc, fili, tenet nostra quasi recens memoria que nobis de venerabili fratre nostro P., Cathalaunensi episcopo, exposuisti Lugduni[1] oraculo vive vocis, que utique, si que post secuta sunt recenseres, reperies sibi non leviter profuisse, sciturus quod de illo nec verbo nec scripto percepimus quod contra nos fecerit vel dixerit quod nos contra ipsum quamvis leviter irritarit; de Cathalonensi autem ecclesia nec intelleximus nec intelligimus aliquid ordinare propter quod possit tua magnificentia vel cujusvis alterius rationabile (*sic*) admirari. Dat.[2] »

[1] Au moment du couronnement (Voyez n° 1, note).

[2] Cf. Cette lettre est postérieure à celle que nous publions plus haut (n° 973) et qui est elle-même du 13 décembre 1316 au plus tôt, 1319 au plus tard. Il est difficile d'en déterminer la date avec plus de certitude. On sait que l'enquête commencée contre l'évêque de Châlons n'était pas encore achevée le 21 mars 1318 (nos 410, 516).

1187 [31 décembre 1316 — 4 septembre 1320.]

Compositionem inter Hugonem, dominum de Castronovo, et Helyam, abbatem monasterii de Belloloco, ordinis sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis, ratione ejusdem loci jurisdictionis factam confirmat. (Reg. 110, p. I, fol. 79 v°, c. 283.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni, domino Castrinovi et Calomontis, Caturcensis diocesis.* Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contemptionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat quod, cum jam dudum inter dilectos filios Heliam, abbatem, et procuratorem conventus monasterii de Belloloco, procuratorio nomine dicti conventus, ordinis sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis, ex parte una, et te tuosque progenitores et predecessores, ex altera, super alto et mero ac mixto imperio et omnimoda jurisdictione dicti loci de Belloloco ac pertinentiis ipsius fuisset exorta materia questionis, tandem post diversos tractatus super hoc habitos inter te et prefatos (*sic*) abbatem et predictum procuratorem conventus prefati, super hiis quedam transactio et finalis compositio intervenit, que inter alia continebat quod merum et mixtum imperium, alta, bassa et omnimoda jurisdictio loci predicti de Belloloco infra certos decos, confines, metas et terminos in dicta transactione et compositione specialiter declaratos, ad te tuosque successores in futurum perpetuo pertineant pleno jure, quodque merum ac mixtum imperium ac jurisdictionem hujusmodi tu tuique successores in futurum tenebitis a monasterio prelibato in feudum francum et nobile absque alio onere, cum fidelitatis juramento prestando in mutatione domini ultro infra mensem, legitimo impedimento cessante, ad requisitionem.., abbatis dicti monasterii qui pro tempore fuerit, computandum, cum casus evenerit prestandi hujusmodi juramentum, executione delinquentium per te et successores tuos predictos in furcis patibularibus erectis in loco de Moncipiera, Lemovicensis diocesis, non obstante quod sint extra decos predictos, quousque tu vel successores tui, infra dictos decos vel alibi in terra tua, data tibi seu successoribus tuis electione ex dicta compositione, furcas hujusmodi duxeritis erigendas pro executione delinquentium infra decos predictos, inibi facienda, ita tamen quod, salvo seu excepto jure executionis hujusmodi per te tuosque successores in dictis furcis de Moncepiera, ut predicitur, faciende, dicte furche alias pertineant ad dictum monasterium pleno jure, certis aliis dicto abbati ejusque successoribus in dicta transactione expressis casibus reservatis, ac, in compensationem cujuscunque juris quovis modo pertinere valentis in premissis ad abbatem et conventum predictos seu monasterium eorundem et pro omnimoda jurisdictione dicti loci de Belloloco, dedisti et te daturum promisisti dicto abbati annuatim quinquaginta libras denariorum raymundensium renduales in locis competentibus et ydoneis, ad requisitionem dicti abbatis in blado et denariis juxta communem patrie consuetudinem assignandis, quam quidem transactionem et compositionem dilectus filius Austorgius de Curamonta, monachus et cellerarius dicti monasterii ac procurator dictorum abbatis et conventus ad hec legitime constitutus, primitus de jure et de facto certificatus de omnibus et singulis in dicta transactione et compositione contentis, ipsius monasterii utilitate et

comoditate pensatis, ratificavit et approbavit et consensum prebuit abbatis et conventus nomine predictorum; venerabilis quoque frater noster Raynaldus, archiepiscopus Bituricensis, superior dominus temporalis loci predicti de Belloloco, transactione et compositione predictis diligenter inspectis, et ipsius monasterii in hac parte evidenti utilitate pensata, ad tuam et dictorum abbatis et procuratoris instantiam, hujusmodi transactionem et compositionem approbavit, ratificavit, ratam et gratam habuit et suum expressum consensum prebuit in eisdem prout tam in quodam instrumento publico quam in quibusdam litteris inde confectis ipsius archiepiscopi sigillo munitis, quorum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius vidimus contineri; ac nichilominus prefati abbas et procurator conventus per eorum patentes litteras nobis humiliter supplicarunt ut transactionem et compositionem hujusmodi apostolico curaremus munimine roborare. Nos itaque tam dictorum abbatis et procuratoris ejusdem conventus quam tuis supplicationibus inclinati, transactionem et compositionem predictas ratas et gratas habentes ac deffectum seu deffectus, si quis vel si qui ex debitis forsan juris solempnitatibus non servatis in eis, vel causis aliis quibuscunque in transactione et compositione hujusmodi extiterit vel extiterunt, supplentes de apostolice plenitudine potestatis, eas auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenores instrumenti et litterarum predictorum tales sunt[1]. »

[1] Cf. Ces lettres manquent. Au sujet de la date, on remarquera qu'il est fait mention de Renaud, archevêque de Bourges. Il s'agit de Renaud de la Porte qui fut nommé le 31 décembre 1316 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 142); par conséquent, la lettre de Jean XXII est postérieure à cette date. L'accord qu'elle confirme aurait eu lieu en 1316 ou en 1317, suivant les auteurs de la *Gallia christiana* (t. II, col. 606) mais nous ne pouvons tenir compte de cette assertion qui n'est appuyée d'aucune référence. Voyez, au sujet de Hugues de Castelnau, ce que nous avons dit plus haut, n° 1112, en note.

1188 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, qui periculum ruinæ cujusdam parietis incolumis evaserat, congratulatur. (Reg. 110, p. II, fol. 12 v°, c. 66 et 622.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Leta permixta tristibus de te, fili carissime, ac carissima filia nostra regina Francie et Navarre illustri percepimus hiis diebus. Nunquid non plenum tristitia et stupore audire casum cui inopina ruina parietis vos subjecit? Nunquid [non] plenum letitia audire quod casum tantum evaseritis incolumes et illesi? Profecto, fili, ut credimus, de liberatione vestra in celis letantur angeli, et in terris exultare debent et gratias liberatori vestro agere homines bone voluntatis. Primum, fili carissime, attribuendum arbitramur hosti illi qui insidiari novit multorum capiti, precipue dum intendit operibus bonis; reliqu[u]m vero ascribendum est illi soli qui bene operantibus potenter assistit, eosque inpulsos, ne corruant, dext[e]ra sua suscipit, nec ipsos ruina vel fluminibus operiri permittit. Profecto, fili, hec de tua memoria non debent excidere, sed in ea indelebiliter permanere; hec te cautiorem contra hostis illius insidias debent reddere et promptiorem, ut liberatori tuo studeas devotius et studiosius deservire. Ex hiis, fili carissime, tua providentia potest evidenter percipere quod nec potestatis sublimitas, nec generis nobilitas, nec formositas aut valitudo corporis a periculis liberant que nec possunt utique humano ingenio provideri, sed ille in cujus conspectu sunt mille anni futuri sicut dies esterna que preteriit, quos vult illa subire permittit. Age itaque, fili, tuo gratias de tanto beneficio creatori, et operibus bonis satage promereri ut in via te protegat et, post ejus decursum, ad patriam ubi cessabunt talia, cum gaudio te perducat[1]. »

[1] Cette lettre et la suivante se datent comme celle qui fut adressée à Henri de Sully sur le même sujet (n° 1190).

1189 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

Johannæ, reginæ Franciæ, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 12 v°, c. 67 et 623.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Licet ex multis a distributore gratiarum tibi collatis singulariter gratiis haberes, filia carissima, unde sibi gratias exhibere pre ceteris tenearis, gratiam novam superadditam noviter audi-

vimus gratiis, dum te ac carissimum filium nostrum Philippum, regem Francie et Navarre illustrem, ab oppressione ruine parietis, cui ambo innitebamini, vos misericorditer liberavit, pro qua profecto in humilitate teneris spiritus liberatori gratias exhibere. Habes exinde utique, carissima filia, unde nec in sublimitate potentie, divitiarum habundantia, nobilitate generis, juventute vel formositate persone, ut te valeant a periculis liberare confidas, sed in illo solo spem tuam stabiliter figas de quo psalmista cecinit dicens: Dominus michi adjutor, non timebo quid faciat michi homo; et alibi : in te Domine speravi, non confundar in eternum. Si enim in illo speraveris, te misericordia circumdabit nec a timore nocturno timebis. Illius ergo, carissima filia, offensam incurrere solicite vita, ac in hiis que sibi noveris placita exercere te stude intentione devota. A tua, quesumus, filia, tanta gratia non recedat memoria, sed ipsam rememorare sepius, et, ut te a periculis inter que ambulas et persistis, merearis in via eripi et, post ejus decursum, ad locum quietis et pacis perduci, promereri satage operibus sibi gratis[1]. »

[1] Cf. Cette lettre se date comme celle qui suit.

1190 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

H[enrico], domino Soliaci, de prædictorum regis et reginæ liberatione. (Reg. 110, p. II, fol. 12, c. 68 et 624.)

« *Dilecto filio nobili viro H[enrico], domino Soliaci, buticulario Francie.* Epistole tue novissime nobis misse principium nos, fili, non leviter utique terruit, sed finis ingenti, non indigne, gaudio nos replevit. Principium quidem periculum in quo carissimi filii nostri rex et regina Francie et Navarre illustres ex ruina cujusdam parietis cui innexi fuerant ennarrabat, finis vero quod illesi remanserant nuntiabat. Profecto, fili, hoc ipsos promptiores debet efficere ut eorum liberatori debeant cernui plus solito deservire, teque et alios ipsorum familiares cautiores reddere ut similibus periculis, quantum est in homine, debeatis studiosius providere. Tuam itaque providentiam super horum insinuatione plurimum commendantes, nobilitatem tuam requirimus et rogamus ut statum premissorum ac tuum nobis frequentius nunties, qui, si serenus fuerit, nostrum utique letificabit animum, si vero nubilosus existeret, prompto animo, ut serenus fieret, solicitam curaremus diligentiam adhibere. Pro liberatione autem predicta gratias illi qui quos vult potest protegere, quas valuimus exhibere profecto curavimus nec cessamus[1]. »

[1] Cf. Henri de Sully fut nommé bouteiller en avril 1317 n. s., et prêta hommage comme tel le 30 du même mois (Voyez n° 212, note). La lettre publiée ci-dessus ne peut donc être antérieure à cette date.

1191 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, de eodem in forma diversa. (Reg. 110, p. II, fol. 13, c. 69.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Insidias humani generis hostis callidi hiis diebus percepimus quas contra tuam exercere magnificentiam preparavit, et Omnipotentis misericordem benivolentiam cognovimus te a premissis insidiis incolumem preservantis, pro quibus liberanti gratias quas valemus non indigne exsolvimus et exsolvere non cessamus. Profecto, fili, hec de tua memoria minime debent excidere, sed in ea scripta indelebiliter retineri, ut contra illum reddaris cautior et isti devotius obsequaris. Norat illius malitia te circa regni Deo gratam reformationem intendere ac circa Terre Sancte recuperationem solicitum studium adhibere, talibus itaque intentius insidiari malignus ille consuevit operibus, sed e contra benignus ille talia sincere tractantibus assistere fortiter consuevit. Insta ergo, fili carissime, circa preparationem negotiorum illius cujus potentie nullus potest resistere, si securus et intrepidus hostis illius astutias volueris evitare; profecto illi nulla potestas officiendi aderit, nisi quantum vel ad puniendum vel probandum istius omnipotentia ordinabit. Agamus ergo, fili, illi simul cernui gratias qui sic hostis illius limitavit malitiam ut te non posset offendere ipsumque solum a periculis protectorem agnosce[1]. »

[1] Cf. D'après l'index du registre, il s'agit ici, bien que cela ne ressorte point formellement du texte, du même fait que

dans les trois lettres qui précèdent; nous pensons que, dans ce cas, la date peut être la même (Voyez, à ce sujet, nº 76, note 1).

1192 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

Eidem regi ut Bertrandum de Cardaillaco, militem, pro quibusdam suis agendis ad præsentiam regiam accedentem, commendatum habeat. (Reg. 110, p. II, fol. 14 vº, c. 80.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Cum dilectus filius — regia comendatum[1]. »

[1] Cf. On a vu que Jean XXII avait écrit, le 1er avril 1318, à Philippe V au sujet de Bertrand de Cardaillac (nº 537). Il est difficile de préciser la date de la lettre que nous analysons ci-dessus et des quatre qui la suivent; il est certain toutefois qu'elles sont postérieures à la nomination de Henri de Sully comme bouteiller en avril 1317 (Voyez nº 212, note).

1193 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

In e. m. regi Angliæ. (Reg. 110, p. II, fol. 14 vº, p. c. 80.)

1194 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

H[enrico] Soliaci pro eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 14 vº, c. 81.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie, ut in proxima, mutatis mutandis.* Cum dilectus filius — Dat. etc.[1] »

[1] Cf. nº 1192, note.

1195 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

In e. m. Ademaro de Valencia, comiti Pembrochiæ, pro eodem Bertrando qui ad regem Angliæ accedit. (Reg. 110, p. II, fol. 14 vº, p. c. 81.)

1196 [Avril 1317 — 4 septembre 1320.]

In e. m., comiti Valesii, ut intercedat pro eodem Bertrando apud regem Franciæ. (Reg. 110, p. II, fol. 14 vº, p. c. 81.)

1196 bis [13 août 1317 — 4 septembre 1320.]

Paulum de Bonafide de quingentis florenis auri quos ratione gestionis monasterii Bellimontis, ordini sancti Augustini, Vabrensis diocesis, debitos cameræ apostolicæ assignaverat, solutum facit. (Reg. 110, p. II, fol. 61, c. 286 et 931.)

« *Dilecto filio Paulo de Bonafide, canonico monasterii Bellimontis ac priori prioratus de Varreriis, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis.* Cum dilectus filius Raymundus Juvenis, scolasticus Petragoricensis, causarum camere nostre generalis auditor, ex commissione nostra facta sibi super hoc oraculo vive vocis, te qui prepositure monasterii Bellimontis, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis, tunc per obitum quondam Berengarii Foromundi vaccantis, per triennium administrationem gesseras, de fructibus, redditibus et proventibus ex dicta prepositura perceptis, dispositioni nostre ac Sedis apostolice reservatis, rationem et computum reddituram citari fecisset, tu coram eodem auditore comparens, post aliquos processus habitos coram eo, mille florenos auri dilectis filiis Ademario Amelii et Guasberto de Valle, thesaurariis nostris, et auditori prefato, nomine camere nostre ac Sedis predicte, videlicet quingentos in beati Johannis Baptiste proximo preterita et residuos quingentos in beati Michaelis proximo ventura festivitatibus, in quibus te dictus auditor condempnasce (*sic*) dinoscitur, solvere liberaliter obtulisti et etiam promisisti, in te, si forsan in dicte florenorum summe solutione deficeres in terminis antedictis, excommunicationis sententia promulgata. Cum igitur tu postmodum in eodem festo beati Johannis dictos quingentos florenos memorate camere nostre duxeris persolvendos, nos volentes tuis in hac parte indempnitatibus precavere, te de dictis quingentis florenis auri sic solutis, auctoritate apostolica absolvimus et quitamus, volentes ad solutionem seu restitutionem aliam de ipsis quingentis florenis alicui alii faciendam aliquatenus non teneri. Dat.[1] »

[1] Cf. Cette lettre qui a été écrite, on le voit, entre la fête de saint Jean-Baptiste (24 juin) et celle de saint Michel (29 septembre) n'est certainement pas antérieure à la création du diocèse de Vabres qui s'y trouve mentionné et qui

eût lieu le 13 août 1317 (GALLIA CHRISTIANA, t. I, inst. p. 58 n° VI eccl. Vabrensis; — C. EUBEL, *Hierarchia catholica*, p. 540, note 1). Elle n'est pas, d'autre part, postérieure à la quatrième année du pontificat de Jean XXII qui se termine le 4 septembre 1320.

1196ter [26 septembre 1317 — 4 septembre 1320.]

Philippum, regem Franciæ, rogat ut Isarno de Lautrico, diocesis Castrensis, heredi universali Petri Raymundi, domini castri de sancto Paulo, Vaurensis diocesis, eumdem castrum a senescallo Vasconiæ, pretextu cujusdam permutationis inter quondam Philippum, regem Franciæ, et prædictum Petrum factæ, indebite occupatum, restitui faciat. (REG. 110, p. II, fol. 40, c. 185 et 741.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri*. Hoc de regalis circumspectionis industria mens nostra considerat quod, sicut te verum justitie constituis zelatorem, sic ejus in veritate cultum diligas et observes. Habet siquidem dilecti filii nobilis viri Isarni de Lautrico, diocesis Castrensis, assertio quod olim inter clare memorie Philippum, regem Francie, genitorem tuum, dum adhuc viveret, ex parte una, et quondam Petrum Raymundi, dominum castri de sancto Paulo, Vaurensis diocesis, cujus idem Isarnus universalis heres existit, super permutatione facienda de castro predicto cum certis equivalentibus redditibus per dictum regem tradendis eidem sub certis conditionibus et modis, ex altera, fuit habitus [h]ac adjectione et conditione tractatus, videlicet quod nequaquam rex ipse dicti castri possessionem acciperet, nisi prius dicto Petro equivalentes redditus pro prefato castro faceret assignari; set demum eodem, antequam esset ulterius super hujusmodi permutatione processum, viam universe carnis ingresso, et subsequenter eodem Isarno, hereditario jure justoque titulo, ipsius castri possessionem adepto, senescallus Tholosanus et nonnulli alii officiales tui partium illarum prefatum Isarnum dicti castri possessione, auctoritate propria, per violentiam spoliarunt illudque, quamvis nulla exinde fuerit compensatio subsecuta nec conditiones apposite in formam permutationis ipsius extiterint observate, contra justitiam detinent occupatum. Et licet idem Isarnus super ipsius restitutione castri facienda sibi diversas regie celsitudinis litteras ad officiales obtinuerit supradictos jusque suum diligenter in hac parte prosecutus extiterit coram eis, ipsi tamen, quibusdam occasionibus frivolis adinventis, nichil de jure suo ex prosecutione hujusmodi ab eis obtinere potuit cum effectu, set inde labores potius subiit et expensas. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attentius quatinus prefatum Isarnum in hac parte de benignitate regie mansuetudinis habeas propensius comendatum, cum pro nostra et apostolice Sedis reverentia et consideratione justitie, ad possessionem castri predicti, prout justum fuerit, restitui facias integram et quietam, deinde ad permutationem hujusmodi juxta predicti tractatus formam, si tuis expedire videris comodis, processurus; ex hoc enim augmentum suscipiet tuorum meritorum cumulus apud Deum, tibi apud homines crescent fame clare preconia et a nobis condigna proveniet actio gratiarum[1]. »

[1] D'après des documents conservés aux Archives nationales la transmission dont parle le pape eut lieu en mai 1308. Les difficultés auxquelles elle donna lieu n'étaient point terminées en juin 1319, l'accord tenté à ce moment ayant été, après enquête, trouvé préjudiciable au roi et annulé le 26 septembre suivant par la Chambre des Comptes (ARCH. NAT., J. 1020B, nos 52-54). Nous ne pouvons donc pas attribuer de date précise à la lettre que nous publions; il est certain pourtant qu'elle n'est pas antérieure au 26 septembre 1317, date de la création du diocèse de Lavaur (Voy. n° 456, note; — A. MOLINIER, *Géographie historique de la province de Languedoc au moyen âge*, col. 68-71).

1197 [1er janvier 1318 — 4 septembre 1320.]

Petro « Danrocha » qui bona quondam Geraldi, olim Caturcensis episcopi, libros scilicet, vasa, ornamenta, armaturas et pecuniarum summas, quorum collectio sibi commissa fuerat, assignarat, præsentes litteras in ejusdem assignationis testimonium concedit. (REG. 110, p. II, fol. 71 v°, c. 331 et 975; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 218, n° 139.)

« *Dilecto filio magistro Petro Danrocha, archidiacono de Combraille in ecclesia Lemoricensi*. Dudum de discretione — Dat. kalendis januari[1]. »

[1] Cf. Cette lettre, datée du 1er janvier, est au plus tôt de 1318, puisque Hugues Géraud, l'évêque de Cahors dont il s'agit ici, fut déposé le 18 mai 1317 (n° 235). Le personnage

auquel elle est adressée est évidemment le même que celui dont le nom figure, sous une autre forme, dans le n° 375. On voit que la mission dont il était chargé lui avait été confiée le 1[er] septembre 1317.

1198 [14 février 1318 — 4 septembre 1320.]

Guillelmum, Meldensem episcopum, de diligentia commendat. (Reg. 110, p. i, fol. 18 v°, c. 68.)

« *Venerabili fratri nostro Guillelmo, Meldensi episcopo.* Studiosam operam et studium operosum quod circa illorum expeditionem celerem et felicem curasti prompte animo adhibere[1], super quo tuam diligentiam in Domino merito commendantes, offerimus nos in tuis et ecclesie tue oportunitatibus propitios exhibere paratos. Datum[2]. »

[1] Cette phrase est manifestement incomplète; il faudrait, après *illorum*, un substantif tel que *operum* ou *negotiorum*, et, après *adhibere*, un verbe comme *percepimus*.

[2] Cf. Il s'agit peut-être ici des affaires de Flandre, dans lesquelles cet évêque joua un certain rôle (Voyez n° 874); nous savons notamment qu'il assista à l'entrevue de saint Martin de Tournai (Arch. nat., J. 563a, n° 36[4]; voyez ci-dessus n° 930, note). Les termes trop vagues de cette lettre, ne nous permettent toutefois aucune affirmation à ce sujet, mais il est au moins certain qu'elle est postérieure au 14 février 1318, date de la nomination de Guillaume de Brosse au siège de Meaux (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 349).

1199 [11 avril 1318 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, Philippum, principem Tarentinum, qui pro certis negotiis rempublicam non mediocriter tangentibus expediendis ad eum accedit, commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 49 v°, c. 241 et 796.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Gratum regiis provenire speramus affectibus si ad illa que regalis efficire magnitudo tenetur tuam paternis exhortationibus excitamus celsitudinem adimplenda. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Philippus, princeps Tarentinus, sperans super negotiis que specialiter habet cum prudentia regie celsitudinis expedire, fructuosam expeditionem et utilem obtinere, ad presentiam tue serenitatis accedat, regalem magnificentiam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus, cum eadem negotia contingant rempublicam non mediocriter sicut nosti, memoratum principem habens circa negotiorum expeditionem hujusmodi prosperam et votivam, pro nostro et apostolice Sedis reverentia, promptis favoribus co[m]mendatum, finem ejus celerem de solita benivolentia regie benignitatis imponas, ut exinde tibi preconia laudis accrescant dictumque principem ad tua reddas beneplacita promptiorem, et nos magnitudinem regiam dignis commendationibus attollamus[1]. »

[1] Cf. S'agit-il ici de la succession de la principauté d'Achaïe? Philippe de Tarente y était personnellement intéressé et Jean XXII écrivit plusieurs fois au roi de France à ce sujet (Voyez n[os] 1005, 1046, 1073). Dans tous les cas, cette lettre est très vraisemblablement postérieure au départ du prince de Tarente pour Avignon, qui eut lieu 11 avril 1318 (Voyez n° 1005, note 1).

1200 [11 avril 1318 — 4 septembre 1320.]

Carolo Valesii de eodem. (Reg. 110, p. ii, fol. 49 v°, c. 242 et 797.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii.* Cum dilectus filius — immerito valeamus[1]. »

[1] Cf. n° 1199, note.

1201 [25 décembre 1318 — 4 septembre 1320.]

Philippum, regem Franciæ, rogat ut reginæ Clementiæ quasdam pecuniæ summas, sibi juxta tractatum cum Henrico, domino Soliaci, in curia apostolica habitum debitas, assignet. (Reg. 110, p. ii, fol. 45 v°, c. 205 et 761.)

« *Carissimo in Christo Philippo, regi Francorum illustri.* Nosti, fili carissime, et notorie veritatis indicat certitudo quod, inter ceteras virtutum commendabiles actiones, justitie bonum per quod unicuique sua jura servantur, summum in principibus reputatur, quod tanto diligentius tuam convenit circa singulos magnificentiam observare, quanto magis ex ipsius observatione laudabili tui nominis honor attollitur tibique in retributione justorum amplioris corona glorie reservatur. Recolimus siquidem et a tua memoria non credimus excidisse quod olim celsitudinem regiam, ut carissime in Christo filie nostre Clementie, relicte clare memorie Ludovici regis Francorum, fratris tui, regine Francie illustri, de quadam pecunie summa quam, sicut per tuas litteras plene constat, certis ter-

minis solvere teneris eidem, satisfactionem plenariam exhiberes, per diversas litteras nostras rogandam duximus attentius et hortandam, et demum super hoc per dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Soliaco, tunc apud Sedem apostolicam constitutum [1], tuo ex parte una, et quosdam dicte regine familiares ipsius nomine ex parte altera, fuit nobis instantibus concordatum, de quo nondum plene extitit satisfactum, set adhuc de illa summa que in festo Resurrectionis Domini proxime preterito sibi solvi debebat certa pars, nec non et in beate Marie Magdalene proximo ventura octo milia, et in Nativitatis Domini ex tunc proxime secutura festivitatibus quinque milia ducente sexaginta quatuor libre parisiensium remanserunt sicut adhuc remanent ad solvendum. Preterea cum inter te dictamque reginam conventum fuisse noscatur quod tria milia ducente sexaginta quatuor librarum annui redditus ejusdem monete parisiensis que sibi de suo dotalitio restabant sicut adhuc remanent assignanda, in ballivia de Cadomo reciperet ipsaque ballivia dilecto filio nobili viro comiti Marchie ac diversis aliis adeo sit graviter obligata quod ipsa conventio nequit effectum utilem pro dicta regina sortiri, magnificentiam regiam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus, clementer advertens quod eadem regina magnis premitur oneribus debitorum sibique super hoc pio affectu compatiens, ei vel procuratori seu procuratoribus suis, pro nostra et apostolice Sedis reverentia tueque salutis et honoris augmento, de dictis pecuniarum summis in eisdem terminis juxta formam conventionum hujusmodi plenam satisfactionem impendas, et predictos redditus de quorum parte que in gardiis ecclesiarum ac ressortis et quibusdam aliis redditibus consistebat sibi assignatio facta fuit et ex certis causis postmodum revocata, in aliquibus locis seu territoriis regni tui, prout expedire videris, non differas assignare, illam diligentiam et efficaciam in premissis acquiescendo precibus et exhortationibus nostris hujusmodi sicut benedictionis filius impensurus, quod ejusdem regine justis in hac parte desideriis satisfiat ac nos qui suam quietem paterne sinceritatis affectione diligimus suaque libenter comoda quantum cum Deo possumus promovemus, ex hoc affectum in te sentiamus filialis promptitudinis per effectum, et exinde comendare celsitudinem regiam cum gratiarum actionibus valeamus. Dat. [2] »

[1] C'est en janvier 1318, lors de sa première ambassade à Avignon, que le sire de Sully s'était trouvé à la cour pontificale avec Jacques *de Corvo*, le confesseur de la reine Clémence, et qu'il fut traité des paiements dus à cette dernière, paiements dont il avait déjà été question dans un accord solennel conclu avec le roi le 15 août 1317 (Voyez n°s 476, 477 et la note générale publiée à la suite du n° 233).

[2] Cf. Jean XXII, on le voit par la note précédente, parle de conventions faites au commencement de 1318; il mentionne ensuite des paiements qui auraient dû être faits à Pâques, puis à la sainte Madeleine (22 juillet), et enfin à Noël (25 décembre), de la même année probablement; il en résulte que cette lettre est certainement postérieure au 25 décembre 1318 et peut-être, ainsi que nous le faisons remarquer ci-après (n°s 1202, note 1; 1203, note 1) au 20 mars 1319.

1202 [25 décembre 1318 — 4 septembre 1320.]

Carolo Valesii ut apud præfatum Philippum regem pro eisdem instet. (Reg. 110, p. II, fol. 45 v°, c. 216 et 761.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii.* Per alias litteras nostras preces tue magnitudinis recolimus porrexisse quod apud carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francorum illustrem, ut carissime in Christo filie nostre Clementie, relicte clare memorie Ludovici regis Francie, regine Francie illustri, tam de illa peccunie summa quam dictus rex solvere tenetur eidem, sicut per suas litteras plene constat, certis ad hoc terminis constitutis, plenam satisfactionem impenderet, quam etiam illos annuos redditus quos pro residuo dotalitii ipsius regine sibi assignare tenetur, ipsi regine concederet, interponeres efficaciter partes tuas [1]. Verum quia nondum est dicte regine justis in hac parte desideriis satisfactum, nos super hoc penes dictum regem per litteras nostras precibus insistamus [2] (*sic*), nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, apud dictum regem quod, in hac parte hujusmodi nostris precibus acquiescens, super dicte satisfactione peccunie et assignatione dotalitii supradicti dicte regine petitioni satisfiat juxta conventiones habitas inter eos, existas, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, solicitus et favorabilis intercessor, ut eadem regina per

intercessionis tue solertem instantiam suam in hac parte justitiam celeriter assequatur, et nos diligentiam quam in hac parte duxeris adhibendam merito commendare cum gratiarum actionibus valeamus. Datum[3]. »

[1] Jean XXII désigne peut-être ici la lettre que nous donnons plus loin (n° 1212) et qui n'a pu être écrite qu'après le 20 mars 1319. Dans ce cas celle que nous publions ici serait naturellement postérieure à cette dernière, mais nous n'osons l'affirmer (Voy. n° 233, note).

[2] N° 1201.

[3] Cf. Cette lettre se date comme la précédente.

1203 [25 décembre 1318 — 4 septembre 1320.]

Henrico, domino Soliaci, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 45 v°, c. 207 et 762.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino de Soliaco.* Recolimus, fili, tibique incognitum non existit quod olim carissimum in Christo filium nostrum Philippum, regem Francorum illustrem, ut carissime in Christo filie nostre Clementie, relicte claro memorie Ludovici regis Francorum, regine Francie illustri, de quadam peccunie summa quam idem rex, sicut per suas litteras plene constat, certis terminis solvere tenetur eidem, satisfactionem plenariam exhiberet, per diversas litteras[1] nostras rogandum duximus attentius et hortandum, et demum per te, tunc apud Sedem apostolicam constitutum, ejusdem regis, ex parte una, et quosdam dicte regine familiares ipsius nomine ex parte altera, fuit super hoc nobis instantibus concordatum, de quo plene dicte regine nondum extitit satisfactum, set adhuc de illa summa que in festo Resurexionis Domini proxime preterito sibi solvi debebat certa pars, nec non et in beate Marie Magdalene proxime ventura octo milia, et in Nativitatis Domini ex tunc proxime secutura festivitatibus quinque milia ducente sexaginta quatuor libre (*sic*) parisiensium remanserunt sicut adhuc remanent ad solvendum. Pretereacum inter eosdem regem et reginam conventum hactenus extitisset quod tria milia ducente sexaginta quatuor libre annui redditus ejusdem monete parisiensis que sibi de suo dotalitio restabant sicut et adhuc remanent assignanda, in ballivia de Cadomo reciperet ipsaque ballivia dilecto filio nobili viro.., comiti Marchie ac diversis aliis adeo sit graviter obligata quod ipsa conventio nequit effectum utilem pro dicta regina sortiri, memoratum regem per litteras nostras paterno rogamus et hortamur affectu ut, idem rex clementer advertens quod prefata regina magnis premitur oneribus debitorum sibique pio super hoc affectu de regia benignitate compatiens, ei vel procuratori seu procuratoribus suis de dictis peccuniarum summis in eisdem terminis juxta formam conventionum hujusmodi plenam satisfactionem impendat, et predictos redditus de quorum parte [que] in gardiis ecclesiarum ac ressortis et quibusdam aliis redditibus consistebat eidem assignatio facta fuit et ex certis causis postmodum revocata, in aliquibus locis seu territoriis regni sui prout expedire viderit non differat assignare. Cum igitur eidem regine tue apud regem prefatum intercessionis instantiam pro sua in hac parte assequenda justitia multipliciter utilem fore credimus, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus apud eundem regem quod, hujusmodi nostris precibus et hortationibus acquiescens, super dicte satisfactione peccunie et assignatione residui dotalitii supradicti dicte regine petitionem exaudiat, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, tue solicitudinis partes efficaciter interponas, ut eadem regina, tue solertie operante virtute, suum in hac parte justum desiderium assequatur, et nos qui dicte regine commoda benivolentia paterna perquirimus, diligentiam quam in hac parte duxeris adhibendam commendare non immerito valeamus. Dat. Avinione[2]. »

[1] Peut-être faut-il comprendre parmi ces lettres, celle que l'on trouvera plus loin (n° 1213), et, dans ce cas, la lettre publiée ci-dessus serait postérieure au 20 mars 1319, ainsi que nous le signalons précédemment (n°s 1201, note 2; 1202, note 1).

[2] Cf. n° 1201, note 2.

1204 [17 janvier 1319 — 4 septembre 1320.]

Johannæ, reginæ Franciæ, ut circumspecte utatur indulgentiis sibi concessis Blancam, filiam suam, in monasterio sororum de Longocampo, ordinis sanctæ Claræ, Parisiensis diocesis, visitandi. (Reg. 110, p. II, fol. 6 v°, c. 39 et 595; — C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 174, n° 376.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Etsi plurimum celsitudini tue cedat ad meritum quod, illo a quo cuncte bone inspirationes procedunt inspirante misericorditer mentem tuam, dilectam in Christo filiam sororem Blancam, genitam tuam, quam naturalis tibi diligendam reddit affectio et status sublimitas deliciose suadet educandam, in monasterio sororum de Longocampo, ordinis sancte Clare, Parisiensis diocesis, quantum est in te Christi obsequiis mancipasti, ut in etate tam tenera, dimissis mundi deliciis, asperis assuescat, recipiat status fortioris insignia, et apertum sibi celitus eterne beatitudinis (h)ostium leta cognoscens, agat illi gratias qui manus teneras ad fortia roborat, et debiles pueritie pedes in commotionem dari non sustinens, constituit supra petram, sic tamen ad eam, postquam ipsam celestis sponsi thalamo copulasti, debes inflectere tue dilectionis intuitum ut tanti boni meritum affectio materna non vacuet nec mentem teneram Christi sponse a rectitudinis calle quo sequitur celestem agnum abducat, attente considerans et diligenter attendens quod frequens visitatio secularium personarum que sit causa solaminis, magnum etiam in robustioribus religiosarum mentibus potest gignere desolamen, ymmo quodam modo in earum cordibus est venenum magnasque temptationes ingerit, generat et relinquit in mentibus earundem, dum in se asperitatem cilicii, abjectionem vestium, ciborum abstinentiam, afflictionem jejunii, censuram silentii, clausuram claustralem, obedientie jugum, rerum temporalium paupertatem et plura alia que ordinis austeritas eis indicit attendunt, et in aliis, que ad eas causa visitationis accedunt, pretiosas et fastuosas vestes, ipsarum mollitiem, esus effluentiam, verba jocosa, capillorum ornatum et multiplices capitis apparatus, et alia multa considerant, que seculariter viventibus seculi vanitates indulgent; verba insuper otiosa et indecentia religiosis auribus que dissoluta loquendi licentia plerumque a secularibus proferuntur interdum teneras mentes divertunt a sancte cogitationis proposito vel pervertunt, et interdum variarum cogitationum seminaria relinqu[u]nt; et propterea, carissima in Christo filia, indulgentiis circa premissa concessis, illa studeas uti modestia ut ejusdem genite religio sumpta, pomparum secularium abdicatio, sanctimonialis vita et conversatio Deo grata semper in ipsa proficiant, nec propter conversationes aliquarum secularium personarum ejus vel aliarum sanctimonialium quarum vitam elegit et habitum, pia desideria a sanctitatis proposito abducantur, vel in ipsarum cordibus exemplis vel verbis secularibus aliqua relinquatur temptatio que affectum mentis, quod absit, inclinet ad dimissas seculi vanitates, provisura ut sicut in etate proficiet, utaris rarius indulgentiis supradictis. Datum[1]. »

[1] Cf. Les dispenses auxquelles Jean XXII fait ici allusion sont du 17 janvier et du 27 mars 1319 (C. Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, pp. 162-163, n°s 351-352; pp. 166-167, n°s 360, 362-363; — L. Wadding, *Annales Minorum*, 2e éd., t. VI, p. 322, n°s LIV-LV; pp. 526-528, n°s LXII-LXIII, LXVII), ce document est par conséquent sûrement postérieur à la première des dates citées. Eubel l'attribue au 11 septembre 1319, d'après la lettre qui le précède immédiatement dans le registre (c. 38 et 594; voy. ci-dessus n° 931). Par ce que nous savons de la constitution des registres 109 et 110 (Voyez n° 5, note) cette raison est absolument insuffisante et la date proposée, sans être en contradiction avec ce que nous disons, n'est nullement certaine.

1205 [25 janvier 1319? — 4 septembre 1320].

Philippo, regi Franciæ, magistrum Radulphum de Perellis commendat. (Reg. 110, p. II, fol. 47, c. 218 et 773.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, devotum excellentie regie servulum, quem profecto in hiis que nobiscum pro parte regia expedire habuit, sicut et sepe nos scripsisse meminimus, fidelem, solicitum probavimus et prudentem, affectuose benivolentie regie comendamus[1]. »

[1] Cf. On peut dater, semble-t-il, cette lettre et les trois suivantes, par la disgrâce de Raoul de Pereaus, mais cette disgrâce a précédé l'acte du 25 janvier qui nous la fait connaître (voyez n° 72, note 1) aussi ne pouvons-nous assurer que ces lettres soient rigoureusement postérieures à cette date.

1206 [25 janvier 1319? — 4 septembre 1320.]

In e. m. pro eodem reginæ Franciæ (Reg. 110, p. II, fol. 47, p. c. 218 et 773.)

1207 [25 janvier 1319? — 4 septembre 1320.]

Henrico Soliaci eumdem magistrum Radulphum commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 47, c. 219 et 774.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Dilectum filium magistrum Radulphum de Perellis, devotum tuum, cui oportune, necessitatis tempore, sicut et scripto et verbo nobis exposuit, astitisti, tue benivolentie affectione qua possumus comendamus[1] »

[1] Cf. Pour la date voyez ci-dessus, n° 1205, note.

1208 [25 janvier 1319? — 4 septembre 1320.]

Fratri N[icolao][1], confessori Philippi, regis Franciæ, eumdem magistrum Radulphum commendat. (Reg. 110, p. ii, fol. 47, c. 220 et 775.)

« *Dilecto filio fratri N., confessori carissimi in Christo filii Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ordinis Predicatorum.* Studiosam operam et studium operosum que in negotio dilecti filii magistri Radulphi de Perellis adhibere, necessitatis tempore, studuisti, multipliciter comendantes affectu, prefatum magistrum Radulphum, cujus statum prosperum effectamus, tue solicitudini in omnibus suis agendis effectualiter comendamus[2]. »

[1] Voyez ci-dessus n° 220, note.
[2] Cf. n° 1205, note.

1209 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, notificat quod rumoribus falsis quibus Gaucelmus cardinalis, pro certis in negotio Flandriæ sibi commissis, cum nonnullis aliis arrestatus detineri ferebatur, fidem non adhibuit. (Reg. 110, p. ii, fol. 10, c. 58 et 614.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Rumor falsus et omni verisimilitudine vacuus ad nostras aures, fili carissime, sicut et ad tuas, hiis diebus preteritis usque perduxit regiam tuam celsitudinem dilectum filium Gaucelmum, tituli sanctorum Marcellini et Petri, presbyterum cardinalem, detinere pro certis commissis in negotio Flandrie, cum nonnullis regiis et ipsius cardinalis familiariabus arrestatum, quem profecto contempsimus nec ei fidem, sicut nec debuimus, attentis arrestantis et arrestatorum conditionibus ac ipsius expeditione negotii, circa quam nichil contra illa que per nos de tuorum nuntiorum consensu ordinata fuerant per cardinalem ipsum innovatum fuerat, quin immo prudenter ac solicite ea per ipsum executa debite fuerant, curavimus aliqualiter adhibere, propter quod nec celsitudini regie nec cardinali prefato dignum putavimus super hoc aliquid intimandum. Certi siquidem nichilominus existentes quod de nostra licentia et mandato idem cardinalis, quamdiu ad stabiliendum et firmandum dictum negotium ejus esset oportuna presentia in illis partibus remaneret et, cum illam inutilem teneret, ad nos, cum regio tamen beneplacito, remearet, circa arrestum hujusmodi nobis aliquid credere fas non fuit; adiuventores tamen talium paci predicte, tue quoque ac ecclesie tranquillitati clare percepimus et supponimus invidere. Dat.[1] »

[1] Cf. Cette lettre et les suivantes (nos 1210-1214), sont, on le voit, postérieures à la mission en France dont le cardinal Gaucelme fut chargé le 20 mars 1319 (nos 800, 801).

1210 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

In e. m. prædicto cardinali mutatis mutandis. (Reg. 110, p. ii, fol. 10 v°, p. c. 58 et 614.)

1211 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, ut Clementiam reginam de mercatorum manibus liberans, ea quæ dictæ reginæ debentur faciat ei assignari. (Reg. 110, p. ii, fol. 46, c. 210 et 765.)

« *Carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie illustri.* Excellentie regie sepe scripsisse meminimus et preces sepius porrexisse ut de hiis que debebat carissime filie nostre Clementie, relicte clare memorie Ludovici regis Francie, germani tui, regine Francie illustri, satisfieri facere, et redditus annuos quos eidem assignare debebat assignare curaret, set

quia adhuc nonnulle quantitates de ipsis debitis et assignationes de ipsis annuis redditibus remanent faciende, cogit nos caritas qua ad reginam ipsam afficimur, ut adhuc non desistamus a precibus, set preces precibus cumulemus. Rogamus itaque clementiam regiam et hortamur in Domino ut, ipsam liberans de manibus mercatorum, jubeat de hiis que sibi restant debita satisfieri et redditus assignari[1]. »

[1] Cf. Cette lettre et les trois suivantes (nos 1212-1214) ont été écrites au même moment; elles sont, par conséquent, postérieures, comme nous le faisons remarquer ci-dessus (no 1209, note 1) à l'envoi du cardinal Gaucelme auprès du roi de France, le 20 mars 1319. Peut-être sont-elles antérieures à celles que nous donnons plus haut (nos 1201-1203), mais nous ne pouvons l'affirmer, car Jean XXII, nous le savons, recommanda maintes fois la reine Clémence à Philippe V (Voyez no 233, note). Au sujet des réclamations des marchands florentins et des mesures qu'ils prirent à l'égard de la reine, voyez nos 964 et 974.

1212 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Carolo Valesii ut apud eumdem regem pro prædictis instet. (Reg. 110, p. II, fol. 46, c. 211 et 766.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii.* Licet sanguinis et humanitatis ratio pro carissima filia nostra Clementia, regina Francie, apud tuam magnificentiam multipliciter interpellent, sincere tamen caritatis affectus quo ad eam afficimur et onera debitorum quibus premitur nos stimulant et inducunt ut affectum tuum quasi ex superhabundanti super hoc excitemus. Rogamus itaque tuam benivolentiam quam erga ipsam te scimus gerere, ut apud excellentiam regiam oportune velis instare, ut de hiis que adhuc restant debita satisfieri faciat et assignari redditus annuos qui adhuc remanent assignandi[1]. »

[1] Cf. no 1211, note; voyez aussi no 1202, note 1.

1213 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

H[enrico], domino Soliaci, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 46 v°, c. 212 et 767.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Cum adhuc, sicut percepimus, restent solvenda aliqua debita et redditus aliqui assignandi carissime filie nostre Clementie, regine Francie illustri, de hiis que carissimus filius noster Philippus, rex Francie et Navarre, eidem assignare et solvere tenebatur, nobilitatem tuam affectuose rogamus quatenus, ut debita solvantur et redditus assignentur predicti, partes tui favoris consilii et auxilii interponas; per hoc enim et exonerabitur excellentia regia et regine necessitatibus succurretur[1]. »

[1] Cf. no 1211, note; voyez aussi no 1203, note 1.

1214 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

G[aucelmo], sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, de eodem. (Reg. 110, p. II, fol. 46 v°, c. 213 et 768.)

« *Dilecto filio G., tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali.* Nosti, fili, quam — famulis tuis[1]. »

[1] Cf. no 1211, note.

1215 A [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Jordanum [de Insula] hortatur ut a proposito duelli cum [Alexandro de Cavomonte] habendi protinus resipiscat et, ad concordiam procurandam, in aliquos discretos viros compromittat. (Reg. 110, p. II, fol, 76 v°, c. 352 et 996; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 166, no 106.)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano.* Inter solicitudinis nostre — Audivimus siquidem, et jam in diversis locis dicitur divulgatum quod tu et dilectus filius nobilis vir[1]... discordiam inter te et eum, peccatis exigentibus, suscitatam elegisti s], in proprie salutis dispendium et vite periculum, per cruenti duelli spectaculum, quo Deus temptatur et nonnunquam vera judicia pervertuntur cujusque dubius est eventus, via juris et semita pretermissis justitie, terminare, exitum periculosum ipsius, per quod divina majestas offenditur, non verendo. Quare nobilitatem tuam paterno rogamus et hortamur affectu tibique sano consilio suademus quatinus, hiis consulta meditatione pensatis, a proposito duellum hujusmodi committendi, sicut nostram et apostolice Sedis gratiam et benedictionem desideras, proti-

nus resipiscas et ad viam justitie, subjiciendo animum rationis judicio, te reducens, in aliquos discretos viros, pacis et concordie zelatores, una cum dicto nobili, cui super hoc similes litteras destinandum providimus, de hujusmodi discordia compromittas, qui super illa inter te ac nobilem antedictum amicabiliter componere studeant vel saltem ipsam, mediante justitia, terminare. Sic igitur hujusmodi paternis precibus, exhortationibus et consiliis, per que tue salutis et quietis commoda procurantur, obtemperes, quod vere devotionis filius comproberis et exinde nostram et apostolice Sedis benedictionem et gratiam plenius merearis. Dat.[2] »

[1] Le nom manque dans le registre; il s'agit évidemment d'Alexandre de Caumont, comme on le voit dans les lettres suivantes (nos 1218-1221 ; 1224-1226; voyez aussi nos 735-740).

[2] Cf. Selon M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 168, note 1) le document publié ci-dessus serait compris entre le mois d'avril et celui d'octobre 1319, parce qu'il aurait été écrit après le séjour à la cour pontificale, vers la fin de mars 1319, de Bernard Jourdain de l'Isle qui reçut une lettre analogue (n° 1217), et avant que le duel en question n'ait eu lieu. Or nous avons montré que la présence de Bernard Jourdain à Avignon au début de 1319 est loin d'être certaine (Voyez n° 848, note 3). Quant au duel, le P. Anselme (*Histoire généalogique de la maison de France*, 3e éd. t. II, p. 706) le fixe, d'ailleurs sans aucune référence, au 10 novembre 1318, ce qui est en contradiction avec ce que nous trouvons plus loin au sujet de l'évêque de Bazas (Voyez n° 1224, note), ainsi que le fait remarquer M. Guérard, qui recule cette date d'une année (*op. cit.*, p. 171, note 2). Enfin une lettre de Jean XXII, mais du 20 novembre 1320 seulement, publiée ci-après, nous prouve que, si les adversaires avaient comparu en champ clos, le duel n'avait en réalité pas eu lieu et qu'une entente était probable. Il est donc difficile de préciser la date de notre document; il est évident toutefois qu'il se rattache aux suivants qui sont postérieurs au 20 mars 1319 (nos 1217-1220; voyez aussi n° 1221). Nous croyons devoir donner ici l'acte du 28 novembre 1320 signalé plus haut.

1215[B] Avignon, 28 novembre 1320.

Philippum, regem Franciæ, rogat ut super facto duelli Jordani de Insula suum beneplacitum declaret. (ARCH. NAT., J. 706, n° 219, orig., la bulle manque).

Johannes episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut audivimus excellentia regia non ignorat quomodo dilectus filius nobilis vir Jordanus de Insula, miles, familiaris noster, existens in campo certaminis, non depressus nec humiliatus ab adversario, juxta regium beneplacitum super facto duelli regio beneplacito se submisit. Sane quia providentia regia innumeris occupata negotiis, nondum super facto duelli predicti suum beneplacitum, ut intelleximus, declaravit, magnificentiam regiam precamur attente ut, in consideratione deducto quod tam ipse Jordanus quam multi ex ejus amicis propter factum duelli hujusmodi, non absque gravi expensarum onerum ac suorum negotiorum incomodo, moram in illis partibus diutius protraxerunt, ipsis compatiens ac nostris precibus condescendens, super facto ipso mature declaret, utrique parti sua servata justitia, sue beneplacitum voluntatis, sic quod feliciter expediti, suis utilitatibus possint consulere, ad propria remeantes. Dat. Avinione, IIII kal. decembris, pontificatus nostri anno quinto. »

Voyez sur le même sujet, BOUTARIC, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 346, n° 6287.

1216 (20 mars 1319 — 4 septembre 1320.)

In e. m. nobili mulieri[1]... (REG. 110, p. II, fol. 77, p. c. 352 et 996; — L. GUÉRARD, *loc. cit.*)

[1] *Sic*, le nom manque.

1217 (20 mars 1319 — 4 septembre 1320.)

Bernardo Jordani, domino Insulæ, ut ad concordiam inter præfatos nobiles obtinendam partes suas interponat hortatur eique nuntiat se super hoc Gaucelmo cardinali, H(enrico) Soliaci, comiti Convenarum et præfato Jordano scribere. (REG. 110, p. II, fol. 77, c. 355 et 999; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, I, p. 167, n° 107.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule.* Controversiam, fili, dilecti filii nobilis viri Jordani, germani tui, familiaris nostri, obtaremus, propter incertum specialiter duellorum exitum in quibus multos prosequentes justitiam perire videmus, terminari tractatu pacifico potius quam duello, et ideo prudentiam tuam requirimus et rogamus ut super hoc partes tuas efficaciter interponas. Credebamus per illa que nobis in recessu dixeras[1], quod causa duceretur diutius, antequam ad hoc negotium duceretur. Super hoc dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, in recessu locuti fuimus et scribimus in presenti. Scribimus quoque dilectis filiis nobilibus viris H., domino Soliaci et buticulario Francie, comiti Convenarum et Jordano predicto[2]. Placeret nobis quod prior Montis Falconis pos-

set se de tractatibus Lombardie, quod tamen non credimus, excusare[3]. »

[1] Voyez ci-dessus n° 1215, note 2.
[2] N° 1218-1220.
[3] Cf. Cette lettre et les trois suivantes (n[os] 1218-1220), sont postérieures à la mission dont le cardinal Gaucelme fut chargé, le 20 mars 1319, (n[os] 800, 801), pour amener les Flamands à la paix avec le roi de France. Elles sont antérieures, d'autre part, à d'autres lettres que l'on trouvera ci-après (n[os] 1225, 1226) et qui y font allusion, mais qui sont elles-mêmes dépourvues de date.

1218 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

H[enrico] Soliaci ut camdem concordiam procurare studeat. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, c. 356 et 1000; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 169, n° 109.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci, buticulario Francie.* Propter incertum duellorum exitum specialiter, licet et sine hoc, optaremus quod discordia que inter dilectos filios Jordanum de Insula, familiarem nostrum, et Alexandrum de Cavomonte vertitur, terminaretur tractatu amicabili potius quam duello, sicut alias nobilitati tue exposuimus oraculo vive vocis[1]; ideoque nobilitatem tuam nunc sicut et alias, requirimus et rogamus ut super hiis, quantum honeste poteris, partes tui auxilii et consilii interponas[2]. »

[1] On sait que Henri de Sully était venu deux fois à la cour pontificale (Voyez n[os] 330, note 2; 830, note 1).
[2] Cf. n° 1217, note 3.

1219 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

In e. m. comiti Convenarum et dicto Jordano[1]. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, p. c. 356 et 1000; — L. Guérard, *loc. cit.*)

[1] Voyez, n[os] 1215 et 1224, d'autres lettres adressées à Jourdain de l'Isle sur le même sujet.

1220 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Gaucelmo cardinali de eisdem scribit eumque hortatur ut statum negotii Flandrensis, quotiens se oportunitas offeret, rescribat. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, c. 357 et 1001; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 168, n° 108.)

« *Dilecto filio G., sanctorum Marcellini et Petri presbytero cardinali, Sedis apostolice nuntio.* Tenet nostra memoria nos, in recessu tuo[1], tue prudentie injunxisse ut, super pace reformanda inter dilectos filios nobiles viros Jordanum de Insula, familiarem nostrum, et Alexandum de Cavomonte, interponeres partes tuas; et quia hoc, propter eventum duellorum dubium, et aliis rationibus insidet admodum cordi nostro, te requirimus et rogamus ut, super pace hujusmodi, expulsa prorsus omni desidia, partes tuas cum omni diligentia efficaciter interponas; statum Flandrensis negotii[2] ac tuum et prefati negotii, quotiens se oportunitas offeret, rescripturus. In confectione presentium nos et fratres, Dei misericordia, valebamus[3]. »

[1] Après son ambassade en Angleterre et avant son envoi en France, le cardinal Gaucelme était revenu à Avignon (Voyez n[os] 330, note 2; 424, note 6).
[2] Au sujet de la paix de Flandre et des difficultés qu'en suscita la conclusion, voyez n° 1049, note.
[3] Cf. n° 1217, note 3.

1221 [20 mars 1319 — 4 septembre 1320.]

Quosdam nobiles quorum nomen non exprimitur rogat ut dictos Jordanum de Insula et Alexandrum de Cavomonte ad abstinendum a præfato duello et ad invicem concordandum inducant. (Reg. 110, p. II, fol. 77, c. 353 et 997; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 169, n° 110.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris...* Inter solicitudinis nostre[1] — Cum itaque nos prefatos nobiles per diversas nostras litteras rogandos duxerimus attentius et hortandos ut ab hujusmodi commissione duelli studeant abstinere, ac speremus quod vestra circumspecta prudentia ad eos ab hujusmodi proposito revocandos esse poterit multipliciter fructuosa, rogamus quatenus prefatos nobiles, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, personaliter adeuntes, eos, utilibus modis et viis de quibus vobis videbitur exquisitis, studeatis ab hujusmodi proposito revocare, et ut inter ipsos pacis concordia facilius reformetur, efficacis diligentie studium impendatis et instetis oportune instantia solicitudinis apud eos quod in aliquos discretos viros, pacis et concordie zelatores, de hujusmodi discordia, prout eis per supradictas litteras scribimus,

compromittant, qui eam amicabili concordia vel saltem, mediante justitia, terminent et decidant. Speramus enim quod vestri labores in hac parte fructum pacis desiderate producent, ex quo vobis apud Deum cumulus salutis augebitur et honoris ac laudis proveniet incrementum. Dat[2]. »

[1] Voyez, pour début de cette lettre, le n° 1215.

[2] Cf. Nous ne savons à quels personnages est adressée cette lettre, et, comme le dit M. L. Guérard (*op. cit.*, p. 170, note 1), nous ne pouvons même affirmer qu'elle fasse partie du premier groupe de lettres publiées ici (n°s 1217-1220); elle peut se rattacher au second que l'on trouvera plus loin (n°s 1224-1226); nous ferons remarquer toutefois l'analogie de style qu'elle présente avec le n° 1215.

1222 [Mai 1319 — 4 septembre 1320.]

Philippo, regi Franciæ, qui de quibusdam a gentibus Johannis, comitis Gravinæ, Avinione commissis, sedandis scripserat, respondet. (Reg. 110, p. II, fol. 5, c. 28 et 583.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Innotuit nobis regiarum series litterarum que per gentes dilecti filii nobilis viri Johannis, clare memorie Caroli regis Sicilie filii et comitis Gravine, hiis diebus Avinione perpetrata celsitudo intellexerat regia, regali benivolentie admodum fore implacida suasque partes ad illa sedanda interponere decrevisse, super quo carissimo in Christo filio Roberto, regi Sicilie, ac dicto comiti suas litteras destinabat, ac imposito per regias litteras dilecto filio Petro, sancti Angeli diacono cardinali[1], ut super premissis, ex parte regia, prefatis regi et comiti certa verba deberet exponere et eorum sibi responsa referre, super quo excellentie regie ad gratiarum uberes non indigne assurgimus actiones. Sane, fili, quia hec jam quasi transiverant, nobis et cardinali predicto expedientius visum fuit quod nec redderentur littere nec cardinalis ipse super premissis aliqua ex parte regia explicaret. Dat.[2] »

[1] Pierre Colonna, mort en 1326 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 11).

[2] Cf. Les faits dont parle le pape s'étaient produits à Avignon au moment du séjour de Robert, roi de Naples, et de Jean de Gravina, son frère. Or nous savons que ce dernier était à la cour pontificale le 18 avril 1320 (Voyez n° 1005, note 1) et qu'il n'avait pu y arriver avant le roi son frère qui l'avait laissé à Gênes lors de son départ (Bib. de Cambrai, ms. 496, ff. 47 et 105; — Bib. nat., *Nouv. acq. lat.*, n° 2207, p. 81 et 369). Nous ignorons la date précise de l'arrivée de Robert à Avignon, mais nous avons vu qu'il s'y trouvait le 23 juillet 1319 et qu'au mois de mai précédent, il venait d'aborder à Nice (Voyez n° 480 note). Notre lettre est donc certainement postérieure à cette dernière date.

1223 [18 juin 1319 — 4 septembre 1320.]

Eidem regi ut Helionum, magistrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, qui post assumptionem ad magisterium præsentiam regiam adire nequivit, excusatum habere velit. (Reg. 110, p. II, fol. 12, c. 63 et 619.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie illustri.* Licet dilectus filius frater Helionus, magister Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani, post assumptionem suam ad magisterium Hospitalis ejusdem, ad tuam disposuerit presentiam se conferre, celsitudini regie sue devotionis exhibiturus reverentiam sicut decet, quia tamen grandia et urgentia ejusdem Hospitalis negotia que, pretextu specialiter importabilium debitorum, magistro incumbunt eidem, super quibus magnitudinem tuam intendimus plenius per alias nostras litteras informare, absque gravi periculo non poterant pretermitti, ejus adhuc propositum retardarunt, placeat magnificentie regie super hoc magistrum eundem habere de benignitate regie mansuetudinis excusatum[1]. »

[1] Cf. Hélion de Villeneuve ayant été créé grand maître de l'Hôpital de saint Jean de Jérusalem le 18 juin 1319 (Arch. vat., reg. 69, fol. 229, c. 884; — S. Pauli, *Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano*, t. II, p. 399, n° VI; — Archives de l'Orient latin, t. I, 1881, p. 266, n°s XII et XIII), la lettre que nous publions est certainement postérieure à cette date.

1224 [10 septembre 1319 — 4 septembre 1320.]

Jordanum de Insula rogat ut a duello inter se et Alexandrum de Cavomonte per curiam Franciæ judicato abstineat et, ad concordiam cum eodem Alexandro habendam, comitis Convenarum et Bernardi Jordani consiliis acquiescat. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, c. 359 et 1003; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 170, n° 111.)

« *Dilecto filio nobili viro Jordano de Insula, familiari nostro.* Displicenter audivimus inter te et dilectum filium nobilem virum Alexandrum de Cavomonte fuisse duellum per curiam Francie judicatum, tum propter exitus duellorum incautos, tum propter alia que hoc nobis probabiliter persuadent. Unde, cum nostrum desiderium ut dicta concordia non duello sed tractatu sopiatur amicabili continue intensius augeatur, te rogamus, tibi nichilominus sano consilio suadentes, quatinus dilectis filiis nobilibus viris comiti Convenarum et Bernardo Jordani eorumque consiliis super hoc acquiescas, sciens quod ea que nobis scripsisti fecimus, sicut dilectus filius G., electus Vasatensis, tibi plenius intimabit[1]. »

[1] Cf. Cette lettre ainsi que les suivantes auxquelles nous croyons devoir la rattacher (nos 1225-1226) sont postérieures à celles que nous donnons plus haut (nos 1217-1220) et qui elles-mêmes ont été écrites après le 20 mars 1319. L'évêque élu de Bazas dont il est ici question n'est donc point Guillaume de la Mothe qui, pour la seconde fois, le 18 janvier 1318, fut promu à ce siège épiscopal, mais bien Guillaume, chapelain apostolique, nommé le 10 septembre 1319 (L. Guérard, *op. cit.*, p. 96, note 1 ; p. 171, note 1 ; — C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 546), et sur ce point nous devons conclure avec M. Guérard que la date du duel donnée par le P. Anselme doit être corrigée (Voyez à ce sujet ce que nous avons dit plus haut, n° 1215, note 2).

1225 [10 septembre 1319 — 4 septembre 1320.]

Bernardum Jordani iterum hortatur ut ad eamdem pacem inter præfatos nobiles procurandam studium adhibeat. (Reg. 110. p. II, fol. 77 v°, c. 358 et 1002; — L. Guérard, *Doc. pont.*, 1, p. 171, n° 112.)

« *Dilecto filio nobili viro B. Jordani, domino Insule.* Sicut alias nobilitati tue verbo, et scripto postea, meminimus expressisse[1], obtaremus, tum propter duellorum exitum, tum propter alia que ad hoc rationabiliter nos inducunt, quod discordia orta inter dilectos filios nobiles viros Jordanum de Insula, germanum tuum et familiarum nostrum, ac Alexandrum de Cavomonte tractatu terminaretur amicabili potius quam duello, et quia, ut displicenter audivimus, duellum inter ipsos fiendum est per curiam regiam judicatum, exhortationes exhortationibus emissis super hoc alias cumulamus, tuam prudentiam exhortantes quatenus, ut circa premissa nostrum desiderium compleatur, cures operosum studium et studiosam operam adhibere[2]. »

[1] N° 1217.
[2] Cf n° 1224, note.

1226 [10 septembre 1319 — 4 septembre 1320.]

In e. m. Gaucelmo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, in partibus Flandriæ apostolicæ Sedis nuntio; Bernardo, comiti Convenarum et Henrico, domino Soliaci, ac eorum cuilibet[1]. (Reg. 110, p. II, fol. 77 v°, c. 358 et 1002; — L. Guérard, *loc. cit.*)

[1] Les lettres qui avaient été déjà adressées à ces personnages sur le même sujet, se trouvent plus haut, nos 1218-1220.

1227 [21 septembre 1319 — 4 septembre 1320.]

Philippum, regem Franciæ, hortatur ut, dissentionibus ubique surgentibus prudenter attentis, per nuntios sufficienter instructos quid in ultramarini passagii prosecutione agendum sit ipsum certiorem facere velit. (Reg. 110, p. II, fol. 9, c. 54 et 616; — Reg. 111, fol. 207, c. 908; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1319, § xvii, extrait.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Intensum tuum, fili carissime, desiderium quod te ad prosecutionem negotii Terre Sancte gerere, presertim pace jam a pacis actore reddita regno tuo, missa nobis noviter epistola regis nuntiavit, multipliciter in Domino merito comendantes, illud illi ascribendum credimus qui ubi vult spirat, quique corda regum habens in sue potestatis arbitrio, eadem ad nutum sue voluntatis attrahit et inclinat, cui gratias in humilitate spiritus exolvimus quas valemus. Sane, si juxta sapientis sententiam, in omni negotio sunt tempus et oportunitas attendenda, in hoc profecto negotio utique nimium arduo et difficultate repleto sunt hec singulariter inquirenda, sed proh dolor, hec procul abesse conspicimus, non adesse. Pax siquidem que inter christicolas ejus prosecutioni precipue necessaria noscitur, pene ab ipsis christicolis exulat, cujus loco turbatio et adeo diu viget commotio, quod ut alter offendat alterum, offensam propriam

non ab[h]orret, et ut in periculum precipitet alium, preceps precipitium festinat in suum. Leva, fili carissime, in circuitu occulos mentis tue et profecto quasi ubique reperies, peccatis exigentibus, guerrarum fremitus et bellicos apparatus. Vide regnum Anglie contra regnum Scotie et, e contrario insurgentes, attende principes Alamannie guerris et bellicis actibus contra se mutuo intendentes. Considera carissimos filios nostros Sicilie et Trinaclie reges, non est utique pax inter eos, sed solum treuga brevi tempore duratura[1], nec videmus, quod dolentes referimus, ad pacem inter ipsos disponi negotia, sed potius augeri continue odia et multiplicari rancores; et ne omittamus Cipri et Armenie reges, pax non est utique inter ipsos, sed odia, suspiciones et insidie crescunt continue hinc et inde. Regna quoque Ispaniarum contra regnum Granate et suas fronterias satis reperies occupata. Converte, fili carissime, tuum intuitum ad partes Lombardie, profecto reperies unam civitatem insurgere contra aliam, ymo, quod gravius est, invenies quasi quamlibet civitatem intestinis odiis et insidiis esse plenam ac tirannos illarum partium igne et gladio sibi persequi non parentes. Vide illam tuam insignem civitatem Janue tam prefato negotio oportunam, et ipsam propter talia odia desolatam reperies et quasi omni auxilio destitutam; mare quoque in partibus ipsis invenies invium[2], et per terram iter itinerantibus non patere, nec de premissis regnis et terris putes provenire pro prefati prosecutione negotii, premissis durantibus, subsidium vel auxilium, sed potius nocumentum. Considera insuper statum miserabilem ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani jam quasi dispositum ad ruinam; debet siquidem solis duabus societatibus ultra CCCLX milia florenorum, sic quod de dicto ordine nullum aut parvum potest pro prosecutione dicti negotii provenire subsidium, a quo tamen maximum probabiliter sperabatur. Ordinem quoque Cisterciensem oppressum reperies sarcina maxima debitorum, sicut abbas ejusdem ordinis, injuncto sibi sub virtute sancte obedientie, nobis exposuit anno isto; ordo quoque Cluniacensis, sicut abbas qui tunc erat nobis dixit, gravi premitur onere debitorum. Si hec, fili carissime et alia que tibi Dominus circa hec ministrabit, deduxeris in recte considerationis examen, profecto procul tempus et oportunitatem pro prosecutione prefati negotii prospicies et non prope. Ideoque nobis et aliis cum quibus deliberavimus expediens videretur quod ante omnia, ad sedandas et sopiendas, vel saltem usque ad tempus non modicum per treugarum beneficium differendas dissentiones hujusmodi, tam tu, fili carissime, quam nos operosum studium et studiosam operam impendere curaremus, quod profecto jam dudum nos fecimus nec cessamus. Si autem regali providentie videatur quod, premissis non obstantibus, sit ad prosecutionem prefati negotii procedendum, attende, fili carissime, quomodo negotium ipsum prudenter valeat inchoari, considèra qualiter continuari poterit, et adverte quomodo feliciter valeat consummari; examina quas expensas tantum requiret negotium, et previde proinde unde poterunt ministrari, nec ad impossibilia, sicut audivimus alias, tui consiliarii convertant acies mentis sue; metire vires tuas et circumspice in quo excellentia regia tuique regni magnates, zelum habentes ad antefatum negotium, voletis et poteritis subvenire, et, super hiis deliberatione prehabita diligenti, mittat magnificentia regia viros prudentes et gnaros veritatis ac prefati negotii zelatores, regalis conscientie plene conscios et super premissis plenius informatos, quos utique benigne audire, Deo dante, proponimus, et in quibus secundum Deum poterimus, exaudire. Dat. etc.[3] »

[1] Ces trêves, fixées par les envoyés pontificaux, l'évêque de Troyes et le prieur de saint Antonin de Rodez, devaient durer de la saint Jean Baptiste (24 juin) jusqu'à Noël 1317. Elles furent ensuite prolongées pour trois ans, comme nous l'indique le rapport que ces envoyés adressèrent de Reggio (Calabre), au pape, le 27 juillet 1317 (Voyez n° 161, note 8). Avant qu'elles ne prissent fin, Frédéric de Naples envoya défier son rival à la cour même d'Avignon (ARCH. VAT., reg. 70, cur. fol. 38, c. 1163 — RAYNALDI, *Annales eccles.*, 1320, § XIV-XVI; — C. MINIERI RICCIO, *Genealogia di Carlo II d'Angio*, p. 480).

[2] Voyez, par exemple, n° 1182.

[3] Cf. Cette lettre, on le voit par la note ci-dessus, est certainement postérieure au 27 juillet 1317. D'autre part, l'expression : *pace reddita regno* semble indiquer qu'elle a suivi la soumission du duc de Bourgogne et des autres rebelles (Voyez n° 668, note 1) et même les promesses de paix faites par le comte de Flandre le 20 août 1319 et dont le pape avait connaissance le 11 septembre suivant (n°s 930-940). Le piteux

résultat auquel aboutit la tentative de voyage préliminaire (Voyez nos 511, note 2; 926-928), le ton général de ce document si différent de celui qu'on retrouve dans les autres lettres écrites sur le même sujet, permettent de croire que nous avons ici la réponse que Jean XXII promit à Philippe V le 21 septembre 1319 (n° 945), mais c'est là une attribution que nous ne faisons que sous toutes réserves (Voyez n° 1091, note 1). Raynaldi donne la date : III *kal. decembris, anno* III (29 novembre 1318) qui ne figure pas dans les registres et que rien ne justifie.

1228 [21 septembre 1319 — 4 septembre 1320.]

Henrico Soliaci de eodem negotio. (Reg. 110, p. II, fol. 9 v°, c. 55 et 611.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliari, buticulario Francie.* Super negotio Terre Sancte carissimo filio Philippo, regi Francie et Navarre, rescribimus sicut in ipsis litteris poteris intueri, super quo tuam providentiam ducimus exhortandam ut, ipsarum litterarum tenore plenius intellecto, circa ipsa, attentis debitis circumstantiis, recte librare studeas quid de contentis in illis expediat potius et per quas vias et modos illud possit salubrius et promptius expediri[1]. »

[1] Cf. n° 1227, note 3.

1229 Avignon [12 décembre 1319 — 4 sept. 1320].

Philippum, regem Franciæ, rogat ut bonæ memoriæ Johannis, Wintoniensis episcopi, bona olim a Philippo, genitore suo, tempore guerrarum cum Eduardo, rege Angliæ, capta, Rigaldo, Wintoniensi electo, restitui faciat. (Reg. 110, p. II, fol. 50, c. 244 et 799.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Habet dilectorum filiorum.., archidiaconi Vinctoniensis et aliorum executorum bone memorie Johannis, Winctoniensis episcopi, exposite nobis insinuationis assertio quod, cum olim idem episcopus, dum adhuc viveret, certas pecuniarum summas, vasa argentea, jocalia et alia diversa bona in sancte Genovefe ac sancti Victoris ecclesiis et domus (*sic*) quondam Templariorum Parisiensium ac monasterio sancti Dyonisii, Parisiensis diocesis, deposuisset fiducialiter conservanda, demum cum inter clare memorie Philippum, Francorum, genitorem tuum, ex parte una, et inclite recordationis Eduardi, Anglie reges, ex altera, extitisset processu temporis discordia suscitata, idem genitor tuus pecuniarum summas hujusmodi, vasa, jocalia et bona de ipsis ecclesiis, domo, loco et monasterio pro sue recipi fecit beneplacito voluntatis, nulla de illis restitutione postmodum subsecuta (postmodum) vel emenda. Cum autem, dilectissime fili, dictus genitor tuus, volens sue providere saluti, in suo testamento (quod) omnia per ipsum vel per ministros ejus, dum viveret, et precipue ab ecclesiis et ecclesiasticis personis minus juste recepta, per suos executores quos in eodem constituit testamento, sicut tua non ignorat serenitas, mandavit cum integritate restitui, certis ad hoc redditibus deputatis, regalem magnificentiam paterno rogamus et hortamur affectu quatinus, pia mente considerans quod ipsius tui genitoris salutem summo studio procurare teneris, de pecuniarum summis, vasis, jocalibus atque bonis predictis dilecto filio Rigaldo, Winctoniensi electo, seu procuratori vel procuratoribus suis, si premissis veritas suffragatur, facias debitam satisfactionem impendi, ita quod idem genitor tuus, hujus pie sue voluntatis impleto proposito, ad illam transire celerius infinibilem gloriam mereatur ubi est summa felicitas bonorum, tibique, preter mercedem retributionis eterne quam inde mereberis, honoris et laudis proveniat incrementum. Dat. Avinione, anno quarto[1]. »

[1] Cette lettre qui ne porte que la mention *anno quarto*, ne semble pas devoir être antérieure au 12 décembre 1319, puisqu'à cette date, Jean XXII recommandait au roi d'Angleterre : *magistrum Rigaldum de Asserio, canonicum Aurelianensem, capellanum apostolicum*, qui venait d'être nommé au siège de Winchester (Arch. vat., reg. 110, p. I, fol. 96 v°, c. 353). Ce dernier est encore dit *electus* le 16 février (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 562) et le 23 juillet 1320 (*Calendar of papal registers : Papal letters*, t. II, p. 424). Il aurait reçu son temporel des mains du roi le 17 avril, et aurait été sacré, par mandat du pape, le 16 novembre suivant, d'après Le Neve (*Fasti ecclesiæ Anglicanæ*, éd. Hardy, t. III, p. 13). Jean XXII lui avait écrit le 15 juillet 1319 (n° 903), avant sa promotion à l'épiscopat, au sujet de la succession mentionnée ci-dessus.

1230 [12 décembre 1319 — 4 septembre 1320].

Carolo Valesii ut dictum regem ad præfatam restitutionem inducat. (Reg. 110, p. II, fol. 50 v°, c. 245 et 800.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii.* Habet dilectorum filiorum — Dat. etc.[1] »

[1] Cf. nº 1230.

1231 [1319 — 4 septembre 1320.]

Philippum, regem Franciæ, rogat ut saisinam in bonis monasterii sanctorum Sergii et Bacchi juxta Andegavis indebite appositam amoveri faciat. (Reg. 110, p. I, fol. 46, c. 149.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Continere, fili carissime, non possumus quin de tua salute tueque fame claritate soliciti, pro ecclesiarum gravaminibus relevandis, in quibus officiales tui nimis inhumane crassari feruntur, celsitudinem tuam crebris exhortationibus adeamus. Veremur etenim ne, si hujusmodi reformare gravamina negligas, indignationem, quod absit, divine magestatis incurras. Ecce quidem, sicut ad nostrum pervenit auditum, gentes tue manus suas nimis libenter ad bona ecclesiastica relaxantes, monasterium sanctorum Sergii et Bachi juxta Andegaviam, bona, res et jura illius ad manus tue curie posuerunt, ea occasione ut dicitur, quod quidam frater G., infirmarius monasterii antedicti, infra monasterium ipsum falsam ponitur fabricasse monetam, cujus tamen punitio ad te de jure pertinere non potest. Pendente autem saysina hujusmodi, ipsius monasterii bona depereunt, occupantur illius jura, census et redditus, et si quicquam occurrit forte residui, a tua gente consumitur; nil in tuum cedit inde compendium, sed totum redundat in ejusdem monasterii detrimentum. Tuam itaque celsitudinem obsecramus in Domino Jhesu Christo ut talia nullo modo dissimules, set, pro Dei reverentia tueque salutis obtentu, ea prompte corrigas et reformes, ut Redemptorem tuum qui, si gratanter advertis, in multe dulcedinis benedictionibus te prevenit, in felici agendorum promotione tuorum constituas semper tibi propitium, quem de contrario vereri posses et deberes offensum. Dat. ut supra[1]. »

[1] Cf. Dans le registre du Vatican, la lettre qui précède celle-ci, adressée également au roi de France, est du 29 mai, et, selon nous, de l'année 1318 (nº 611). Elle n'a aucun rapport avec celle que nous donnons ici et nous ne pouvons, dans ce cas, tenir compte de la formule *ut supra* (Voyez nº 5, note). Toutefois, des réclamations ayant été adressées par le pape à l'évêque d'Angers, le 23 août 1319, au sujet des mêmes faits (nº 919); nous pensons que le document ci-dessus n'est pas antérieur à cette année.

1232 [13 février — 4 septembre 1320].

Ludovico, episcopo Lingonensi, ut bona ab Othone de Grandisono, milite, Guillelmo, archiepiscopo Rothomagensi, tempore quo Lingonensis ecclesiæ regimini præsidebat empta, eidem Othoni restituat. (Reg. 110, p. II, fol. 8, c. 50 et 606.)

« *Venerabili fratri Ludovico, episcopo Lingonensi.* Habet dilecti filii nobilis viri Othonis de Grandisono, militis, nobis oblata conquestio quod, licet venerabilis frater noster Guillelmus, archiepiscopus Rothomagensis, olim episcopus Lingonensis[1], tempore quo Lingonensi ecclesie regimini presidebat, et de consensu et approbatione capituli ejusdem ecclesie, dicto Othoni ad vitam suam et per unum annum post ejus decessum, domum de Cassania versus Castellionem supra Secanam, Lingonensis diocesis, cum omnibus terris, redditibus et juribus quibuscumque pertinentibus ad dictam domum, excepto prato dicto de Castellione et nemore dicte domus a nemore dicto Laquemugne, ac villas de Privilleyo et Marrigneio sitas propre dictam domum, cum dictarum villarum juribus et pertinentiis universis vendidisset et etiam concessisset, dictusque Otho ex tunc bona predicta pluribus annis pacifice possederit et quiete; tu tamen, contra venditionem et concessionem hujusmodi veniens, eumdem Othonem non vocatum nec citatum, bonis predictis rebusque mobilibus in dicta domo inventis, absque aliquo juris ordine spol[i]asti. Quia igitur non decuit modestiam pastoralem contra ea que per eundem predecessorem tuum de dicti capituli consensu et approbatione in hac parte acta fuerunt sic procedere nullo juris ordine observato, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, tibi per apostolica scripta mandantes quatinus, si est ita, possessionem dictarum domus et villarum ac jurium et pertinentiarum suorum cum fructibus medio tempore perceptis ex eis, et bonis mobilibus de dicta domo sublatis, res-

tituas seu restitui facias nobili memorato ipsumque in pristinam possessionem dictorum bonorum reducas, nullam sibi contra legem venditionis et concessionis hujusmodi usque ad tempus predictum per te vel alium indebitam molestiam illaturus; preces, monita et mandata hujusmodi sic efficaciter impleturus quod eidem nobili justa non supersit de te materia conquerendi, nosque devotionem tuam dignis possimus in Domino laudibus commendare. Datum[2]. »

[1] Voyez n° 788.

[2] Cf. Louis de Poitiers ayant été nommé évêque de Langres le 13 février 1320 (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 320), la lettre que nous publions ici et qui lui est adressée, ne peut être antérieure à cette date.

1233 Avignon, 4 septembre 1320.

Archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis mandat ut omnes fideles per eorum civitates et dioceses constitutos, in ecclesiasticis prædicationibus et sermonibus moneant ut a blasphemiis, erroribus, imprecationibus et falsitatibus aliis que in libris apud Judæos : Talamutz nominatis continentur abstineant, litteras prius a Clemente IV archiepiscopo Terraconensi, idibus julii, anno 1267; ab Honorio IV archiepiscopo Eboracensi, xiv kal. decembris, anno 1286[1], super eodem directas necnon sententiam ab Odone, Tusculano episcopo, apostolicæ Sedis legato, Parisius, iv idus maii, anno 1248 latam, præsentibus inserens. (Reg. 70, cur. fol. 53, c. 190; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1320, § xxiii-xxx, extrait; — T. Ripoll *Bullarium Prædicatorum*, t. II, p. 149, n° xxviii, extrait.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Bituricensi ejusque suffraganeis.* Dudum felicis recordatois — Dat. Avinione, ii nonas septembris, pontificatus nostri annno quarto. »

[1] La mention *anno secundo* qui se trouve dans le texte prouve qu'il faut lire 1286 et non 1285 comme le mettent Raynaldi et Ripoll (Cf. M. Prou, *les Registres d'Honorius IV*, col. 513, n° 869).

1234 Avignon, 4 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis. (Reg. 70, cur. fol. 54, p. c. 190.)

1235 [1320, avant le 5 septembre.]

Carolo, comiti Marchiæ, ne false relatis de Amanevo de Astaraco fidem adhibeat nec indignationem contra eum concipiat. (Reg. 110, p. ii fol. 50 v°, c. 242[1] et 801; — L. Guérard, *Doc. pont.*, I, p. 215, n° 138.)

« *Dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Marchie.* Ad ea que salutis et honoris tui augmenta contingunt et aliorum comoda respicere dinoscuntur, eo confidentius magnitudinem tuam nostris exhortationibus excitamus quo liberalius apud te illas confidimus exauditionis gratiam reperire. Habet siquidem dilecti filii nobilis viri Amanevi de Astayraco, domicelli et familiaris nostri, relatio quod, dum olim te de comitatu tuo Bigorre versus partes Francie redeuntem per locum de Miranda ad dilectum filium nobilem virum comitem de Astaraco, genitorem ejusdem nobilis, pertinentem, transitum facere contigisset, accidit quod inter quosdam de tuis, ex parte una, et aliquos de ipsius Amanevi familiaribus et nonnullos loci habitatores ejusdem, ex altera, quadam rixa, incentore malorum omnium procurante, suborta, quidam de tuis familiaribus predictis ibidem letaliter vulnerati et aliqui fuerunt gladio interfecti. Cumque postmodum idem domicellus turbationem animi tui voluisset in hac parte placcare, tibi quod tam de ipso quam familiaribus et hominibus antedictis tuam in omnibus faceres voluntatem dinoscitur obtulisse; et nichilominus omnes de familiaribus suis et hominibus memoratis in predicta rixa culpabiles pro parte tua nominatis eidem, quos potuit reperire, tibi juxta tue tradidit beneplacitum voluntatis, alios qui se per fuge subsidium absentarant sub certa pena infra certi temporis tradere spatium promittendo. Sed demum dum eorum aliqui, post traditionem hujusmodi, fuissent ad mortem, et alii diversimode condempnati, quidam ex eis, cum esset usque ad patibulum jam deductus, tanquam proprie salutis oblitus, dictum Amanevum tam in rixa prefata quam in aliis diversis excessibus asseruit mendaciter culpabilem extitisse, sicque te contra domicellum prefatum hujusmodi occasione comoto, tuam indignationem dicitur incurrisse. Cum igitur, fili, domicellus ipse de hujumodi casu, propter tuam displicentiam ex illo conceptam, multo majori quam credi possit fuerit dolore tristatus, et pro ipsius aversione casus, si fieri potuisset, exposuisset

libenter quicquid possibile fuisset eidem, ipseque desideranter affectet tam super hiis et aliis quibuscumque se tuis semper exponere beneplacitis et mandatis, et insuper, si diligenter advertis, de innocentia nobilis supradicti satis pateat ex premissis, nec alicujus in tali articulo constituti sit assertioni credendum, magnitudinem tuam paterno rogamus et hortamur affectu quatenus apostolicis precibus, quas tibi cum fiducia speciali porrigimus, devotum exhibens intellectum, nobilemque tue magnanimitatis animum, sicut tue salutis et honoris expedit comodis, subjiciens rationi, ab eodem nobili, pro nostra et apostolice Sedis reverentia, indignationem hujusmodi benignus avertas, ipsum ad benivolentie tue reconciliationem placcatus admittas, et in tui sinceritate favoris teneas et conserves. Dat. [2] »

[1] *Sic.* Il faudrait 246.

[2] Cf. Une lettre de Charles de la Marche, datée de Rabastens (Hautes-Pyrénées), le 21 février 1320 n. s. et citée par M. Guérard (*op. cit.*, p. 216, note 2; — GALLIA CHRISTIANA, t. I instr., p. 191, n° 2 eccles. Tarb. — ARCH. DES HAUTES-PYRÉNÉES, G. 5) prouve qu'à cette date, le comte de la Marche n'avait pas encore terminé le voyage dont parle le pape. Le document que nous publions ici peut donc être vraisemblablement attribué à cette année.

B

CHURCH OF ROME

POPE - 1316 - 1334

JOHN XXII

LETTRES SECRÈTES ET CURIALES

V. 2

JOHANNIS PAPAE XXII

EPISTOLAE TAM SECRETAE QUAM CURIALES

AD GALLICAM HISTORIAM SPECTANTES

ANNUS QUINTUS

1236 Avignon, 5 septembre 1320 [a].

Johanni de Pinu, canonico ecclesiæ Tornodorensis, Lingonensis diocesis, committit Johannes papa XXII ut census Ecclesiæ Romanæ debitos in provincia Remensi recipiat. (Reg. 71, cur. fol. 2 v°, c. 6.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Pinu, canonico ecclesie Tornodorensis, Lingonensis diocesis, Apostolice Sedis nuntio.* Cum nonnulle ecclesie — Dat. Avinione, nonis septembris, anno quinto. »

1237 Avignon, 24 septembre 1320.

Raymbaldo, archidiacono Avalonensi, cum Simone, abbate monasterii sancti Andreæ Viennensis, ad Viennensis comitatus, Sabaudiæ et Gebennesii partes destinato, salarium triginta solidorum tur. parv. singulis diebus assignat. (Reg. 71, cur. fol. 31, c. 10.)

« *Dilecto filio Rombaudo*[1], *archidiacono Avalonie* (sic) *in ecclesia Eduensi, capellano nostro.* Cum nos de — Dat. Avinione, viii kal. octobris, anno quinto. »

1. Sic. *Raymbaudo* dans l'index.

1238 Avignon, 24 septembre 1320.

In e. m. Simoni, abbati monasterii sancti Andreæ Viennensis. (Reg. 71, cur. fol. 3, p. c. 10.)

1239 Avignon, 27 septembre 1320.

Archiepiscopo Tarantasiensi, ut residua fructuum primi anni beneficiorum usque ad triennnium in Tarantasiensi provincia vacantium quæ solvenda sunt exigat et colligat absolvatque illos qui in statutis terminis non solvissent. (Reg. 71, cur. fol. 3, c. 11.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Tarantasiensi etc.* Dudum volentes nostris — Dat. Avinione, v kal. octobris, anno quinto. »

1240 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1241 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Bisuntino. (Reg. 71, cur. fol. 3, v°, p. c. 11.)

(a) N.-B. — Les registres 109 et 110 des Archives du Vatican renferment les lettres secrètes des quatre premières années du pontificat de Jean XXII; le registre 111, celles de la sixième et de la septième année. On n'a donc pas trouvé jusqu'à maintenant, dans ces Archives, de registre des lettres secrètes de la cinquième année (Voyez D. Gregorio Palmieri, *Ad Vaticani Archivi Romanorum Pontificum regesta manuductio*, pp. 5 et 128), aussi ne donnons nous ici que des lettres curiales et deux lettres secrètes (nos 1262 et 1282) enregistrées parmi d'autres d'une date postérieure.

1242 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1243 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Viennensi, pro ea parte Viennensis provinciæ quæ de regno Franciæ non existit. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1244 Avignon, 1 octobre 1320.

Archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis, ut in suarum civitatum et diocesum partibus quæ de regno Franciæ non existunt, decimam olim a Clemente V in concilio Viennensi usque ad sex annos ad adjuvandum generale passagium impositam exigant. (Reg. 71, cur. fol. 14, c. 25.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis.* Licet olim felicis — Dat. Avinione, kalendis octobris, anno quinto. »

1245 Avignon, [1] octobre 1320.

Prælatis et personis ecclesiasticis Lugdunensium diocesis et provinciæ, ut prædictam decimam persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 14 v°, c. 25 bis.)

« *Johannes etc., dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, per civitatem ac diocesim et provinciam Lugdunensem, prioribus seu preceptoribus et magistris ac personis aliis et locis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ac aliorum ordinum militantium (ordinum) dumtaxat exceptis, constitutis, salutem etc.* Licet olim felicis recordationis — Dat. Avinione .. kal. (*sic*) octobris, anno quinto. »

1246 Avignon, 1 octobre 1320.

Capellaniam in ecclesia Forojuliensi constituit. (Reg. 71, cur. fol. 15 v°, c. 29.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes in sancta — Dat. Avinione, kalendis octobris, anno quinto. »

1247 Avignon, 9 octobre 1320.

Episcopo Parisiensi in e. m. ac[1] archiepiscopo Bituricensi[2], de quibusdam blasphemiis et erroribus a fidelibus vitandis scribit. *Dat. Avinione*, VII *idus octobris, anno quinto.* (Reg. 70, cur. fol. 54 v°, p. c. 190.)

1. Cette forme étant celle que donnent les registres du Vatican, nous l'avons adoptée pour notre publication.
2. Cette lettre adressée à l'archevêque de Bourges est du 4 septembre 1320 (Voyez ci-dessus, n° 1233). Celle qui est adressée à l'évêque de Paris est du 9 octobre, et quoique toutes deux, malgré cette différence de date, figurent sous le même numéro dans le registre du Vatican, nous avons dû les séparer ici pour maintenir l'ordre chronologique.

1248 Avignon, 14 octobre 1320.

Redditus capellaniæ nuper in ecclesia Forojuliensi constitutæ[1] assignat. (Reg. 71, cur. fol. 15 v°, c. 30.)

« *Ad perpetuam rei memoriam, et cetera.* Nuper in ecclesia — Dat Avinione, II idus octobris, anno quinto. »

1. 1er octobre 1320, voyez ci-dessus n° 1246.

1249 Avignon, 8 décembre 1320.

Treugas inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Eduardum filium ejus, ex parte una, ac Guigonem, dalphinum Viennensem, comitisque Gebennensis heredes, ex altera, usque ad festum Resurrectionis Domini de novo duraturas indicit. (Reg. 71, cur. fol. 43 v°, c. 103; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 412 v°, c. 103.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum ad nostri apostolatus perducto notitiam quod, licet inter dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, et quondam Johannem, dalphinum Viennensem, tunc viventem, invicem dissidentes, fuisset olim pacis concordia reformata, proximo tamen, transactis diebus, hoste pacis, incentore malorum omnium, suadente, inter dictum comitem et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, ejusdem

Johannis primogenitum, flamma fuerat priorum odiorum accensa, et nichilominus inter eundem comitem et Eduardum, primogenitum ejus, ex parte una, et prefatum Guigonem dalphinum, et dilectum filium nobilem virum comitem Gebennensem, ex parte altera, gravis discordia suscitata, nos, innumeris malis et scandalis que hujusmodi discordia, nisi celeribus et opportunis occurramus remediis verisimiliter minabatur, benivoli more patris obviare volentes, inter eosdem comitem et Eduardum ac Guigonem dalphinum, et comitem Gebennensem predictos, sperantes quod interim inter eos desiderata pacis reconciliatio proveniret, treugas usque ad festum Resurrectionis Domini venturum proximo duraturas per nostras sub certa forma litteras duximus indicendas. Verum quia forsan aliqui pretendere conarentur quod treuge predicte, propter obitum dicti comitis Gebennensis qui postmodum extitit de hac vita sublatus, juribus non subsistunt, nos, volentes super hoc de oportuno remedio paterne diligentie studiis providere, inter dictos comitem Sabaudie et Eduardum, ex parte una, dictumque Guigonem dalphinum et predicti comitis Gebennensis heredes, eisdem prioribus treugis in suo robore duraturis, treugas quarum fedus pacis gerit imaginem usque ad dictum festum Resurrectionis auctoritate apostolica de novo etiam ad cautelam indicimus duraturas, in eosdem comitem Sabaudie et Eduardum, dalphinum et heredes predictos et ipsorum quemlibet et omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces ac subditos et in hac parte adherentes eisdem, treugas non servantes vel quomodolibet infringentes easdem, excommunicationis sententiam promulgando ac terras, castra et loca ipsorum subiciendo ecclesiastico interdicto. volentes sententias ipsas a die publicationis seu notificationis treugarum ipsarum suum effectum plene obtinere, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari ipsorumque terre, castra et loca interdicto ecclesiastico subici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam effectus presentium impediri possit quomodolibet vel differri. Nos enim omnes promissiones et obligationes quem (*sic*) inter comitem Sabaudie ac Eduardum, dalphinum et heredes predictos vel aliquem ex eis et quosvis alios super nutrienda discordia inter ipsos, nec non obligationes, ligas, societates, confederationes ac pactiones que inter ipsos vel ipsorum aliquem et quosvis alios intervenissent, ut prefertur, occasione hujusmodi discordie nutriende, utpote contra bonum pacis, in nostri Salvatoris offensam presumptas illicite, et quascumque penas adjectas et juramenta prestita super illis, sub quibuscumque modo, forma vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc fore nulla decernimus et, quatenus processerunt, de facto irritamus et etiam annullamus. Volumus autem quod, cum pertinacibus sic debeat obesse contemptus quod in obedientium prejudicium non redundet, illum vel illos ex prefatis nobilibus qui treugas forsitan contempserint observare predictas, sic hujusmodi noster processus afficiat, quod alios quantum in eis fuerit treugas ipsas observare paratos in aliquo non contingat, quin ipsi suique valitores, consiliarii, fautores, subditi et adherentes eisdem, absque metu dictarum sententiarum, eorum injuriam valeant propulsare. Nulli etc. nostre indi[c]tionis, promulgationis, constitutionis, irritationis, annullationis et voluntatis etc.. Dat. Avinione, VI idus decembris, anno quinto.

1250 Avignon, 8 décembre 1320.

In e. m. Simoni, electo Viennensi, et abbati monasterii sancti Andreæ Viennensis, ut præfatas treugas publicent. (Reg. 71, cur. fol. 43 v°, p. c. 103 ; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 412 v°, p. c. 103.)

« *In e. m. dilectis filiis Symoni, electo Viennensi, et.., abbati monasterii sancti Andree Viennensis, salutem.* Dudum ad nostri — Dat. ut supra. »

1251 Avignon, 29 janvier 1321.

Ordinatio ecclesiæ sancti Agricoli Avinionensis in collegiatam nuper erectæ. (Reg. 71, cur. fol. 48 v°, c. 123.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter cetera desiderabilia — Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno quinto. »

1252 Avignon, 30 janvier 1321.

Quædam bona, ecclesias scilicet, domum et decimas capitulo in eadem ecclesia sancti Agricoli Avinionensis ordinato concedit. (Reg. 71, cur. fol. 49 v°, c. 124; — Reg. Avin.[1], t. XIV, fol. 432, c. 124.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Nuper ad divini — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno quinto. »

1. L'acte ne porte pas, dans ce dernier registre, le titre : *de cur.*, comme les autres, mais la mention : *de mandato domini nostri.*

1253 Avignon, 30 janvier 1321.

Monasterio de Bono Passu, Cavallicensis diocesis, hospitale de « Lumieriis »[1] cum bonis ac juribus suis confert. (Reg. 71, cur. fol. 49 v°, c. 125.)

« *Dilectis filiis... priori et conventui monasterii de Bonopass[u] per priorem soliti gubernari, ordinis Cartusiensis, Cavallicensis diocesis.* Gaudemus et letamur — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno quinto. »

1. *Luceneriis* dans le texte.

1254 Avignon, 6 février 1321.

Petro, tituli sanctæ Potentianæ presbytero cardinali, ut in negotio sibi commisso de illis qui fuerunt spoliati in civitate Carpentoratensi procedat, non obstante quod ad cardinalatus honorem assumptus sit. (Reg. 71, cur. fol. 51, c. 129.)

« *Dilecto filio Petro, tituli sancte Potentiane presbytero cardinali, etc.* Dudum sicut evidentia — Dat. Avinione, VIII idus februarii, anno quinto. »

1255 Avignon, 20 février 1321.

Capellam ad gloriam Virginis Mariæ in castro Bidaride[1], Avinionensis diocesis, in loco ubi synagoga fuerat Judæorum, erigit, statuens ut tria ibidem altaria, primum ac majus ad ipsius Virginis, secundum ad beati Johannis Baptistæ, tertium ad Omnium Sanctarum Virginum honorem erigantur. (Reg. 71, cur. fol. 56 v°, c. 158.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes in sancta — Dat. Avinione, X kal. martii, anno quinto. »

1. Index : *Biteride.*

1256 Avignon, 22 février 1321.

Dotem prædictæ capellæ assignat. (Reg. 71, cur. fol. 56 v°, c. 159.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes, et cetera — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno quinto. »

1257 Avignon, 25 mai 1321.

Archiepiscopo Lugdunensi et episcopo Lingonensi reformationem pacis inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Henricum, Metensem electum, Dalphinatus gubernatorem, eorumque sequaces committit. (Reg. 71, cur. fol. 57, c. 160; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 505 v°, c. 160.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Lugdunensi et.., episcopo Lingonensi.* Ab eo per quem omnis in celis et terra paternitas nominatur, pater multarum gentium, licet insufficientes meritis constituti, cogitamus pacis cogitationes pro filiis, consilia fructuosa perquirimus, ac voluntarios solicitudines et labores amplectimur ut eis de quietis commodis providere, ipsorum obviare jacturis et occurrere scandalis valeamus; sed ad magnates et nobiles in tranquillitatis et pacis dulcedine conservandos tanto ferventer nostra suspirat intentio quanto graviora pericula consuevit ipsorum afferre turbatio, majoribus nocere dispendiis et periculosioribus ledere nocumentis. Habet siquidem implacidi rumoris assertio quod multiformis adversarius noster et emulus qui genera mille nocendi milleque fallendi modos et artes usu didicit vetustatis, quique latius ibi sue diffundit venena perfidie ubi se magis extimat obfuturum, inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie,

Eduardum et Aymonem, natos, ac Ludovicum de Sabaudia, nepotem suos, et Imbertum, dominum de Bellojoco, ex parte una, et dilectos filios Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem, et nobiles viros Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, patruum ejus,.., comitem Gebennensem, Ademarum de Pictavia, et Ademarum ejus filium, Ademarum, dominum de Rossilione, ac Amadeum et Hugonem, fratres, dicti comitis Gebennensis avunculos, quorum aliqui principales, et aliqui adjutores sive sequaces fore dicuntur, ex altera, adeo gravis discordie materia noviter suscitavit quod, inter se dispendiosis guerrarum commotis dissidiis, se mutuo, confla(c)tis viribus, per hostiles incursus, non sine personarum periculis et dispendiis animarum, enormiter offenderunt et quod ad graviores inter se prosilient lesiones, nisi de oportuno remedio occurratur celeriter, verisimiliter formidatur. Nos igitur benivoli more patris quem non pretereunt incommoda filiorum, considerantes attentius que solet guerrarum odiosa commotio generare pericula, quas multiplicare jacturas, et que turbatio commotionis hujusmodi si, quod absit, processum ulteriorem haberet, animarum dispendia, personarum excidia et bonorum detrimenta produceret, et propterea cupientes ut, pacis auctore propitio, hujusmodi turbatione sopita, inter partes ipsas pacis bonum et concordie reformetur, futuris obvietur periculis et communibus occurratur dispendiis earumdem, ac de vestra circumspecta prudentia plenum in Domino fiduciam obtinentes et sperantes quod, tamquam pacis partium predictarum fervidi zelatores, de ipsarum quiete continuo vos attentior cura solicitet, ad reformationem pacis hujusmodi vestram eleginus industriam et virtutem. Quare fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, ad presentiam gubernatoris et nobilium eorumdem personaliter accedentes, pro reformatione pacis ejusdem, juxta datam vobis a Deo prudentiam, efficacem operam impendatis. Verum ut eo utilius in dicto pacis negotio procedere valeatis quo majori fueritis auctoritate muniti, vobis omnes et singulos de partibus ipsis, sive principales, sive adjutores vel sequaces existant, nec non et gentes ipsorum, ne alii alios per se vel per alium seu alios offendant aut ipsi vel ipsorum aliquis aliorum terras invadant vel quoquomodo molestant aut inter se congrediantur hostiliter, sed potius a quolibet hostili processu prorsus abstineant, ex parte nostra monendi et etiam inducendi nec non et tractandi, faciendi et reformandi perpetuam et solidam pacem et concordiam inter eos ipsamque per spirituales penas et sententias, ac quascumque promissiones, obligationes et juramentorum prestationes firmandi, vallandi ac etiam roborandi, omnesque colligationes, ligas, confederationes, pactiones et conventiones inter eos et quoscumque alios hinc inde factas, etiam si essent juramentis, promissionibus, penarum adjectionibus aut obligationibus vel stipulationibus quibuscumque vallate, dissolvendi, ac impedimenta et obstacula quelibet removendi per que hujusmodi reformatio pacis impediri posset vel quomodolibet retardari, et nihilominus juramenta in dictis, colligationibus, confederationibus, pactionibus et conventionibus adjecta forsitan relaxandi, statuendi quoque, ordinandi, providendi, disponendi, firmandi ac paciscendi super hiis que circa reformationem dicte pacis videritis expedire, ac omnes et singulos de partibus ipsis ad observationem pacis ejusdem, si reformari contingat, per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terras eorum prout expedire videritis, conpellendi omnesque impeditores pacis predicte penis similibus compescendi, plenam vobis concedimus tenore presentium potestatem, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari et terre ipsorum ecclesiastico interdicto subici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno quinto. »

1258 Avignon, 25 mai 1321.

Eisdem archiepiscopo et episcopo, ut treugas inter prædictos inducant dissolvantque omnes confederationes inter eos factas. (Reg. 71, cur. fol. 57, c. 161.)

« *Eisdem archiepiscopo et episcopo, usque salutem.* Ab eo per — Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno quinto. »

1259 Avignon, 26 mai 1321.

Episcopo Lingonensi, ut inter capitulum et ministralem ecclesiæ Viennensis, ex una parte, et Gerardum de Illino, ex altera, treugas inducat. (Reg. 71, cur. fol. 57 v°, c. 162.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Lingonensi.* Etsi ad omnium — Dat. Avinione, vii kal. junii, anno quinto. »

1260 Avignon, 27 mai 1321.

Dicto episcopo, ut treugas quas inter Amedeum, comitem Sabaudiæ et suos, ex una parte, ac Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem et suos, ex altera, indici contingeret, archiepiscopo Lugdunensi notificet. (Reg. 71, cur. fol. 57 v°, c. 163.)

« *Eidem episcopo.* Cum venerabilis frater — Dat. Avinione, vi kal. junii, anno quinto. »

1261 Avignon, 27 mai 1321.

Archidiacono et præcentori ecclesiæ Massiliensis, de receptione et venditione, Ecclesiæ Romanæ nomine, bonorum a Vivando de Conchis, milite Massiliensi, Terræ Sanctæ legata. (Reg. 71, cur. fol. 39, c. 169.)

« *Dilectis filiis.., archidiacono et.., precentori ecclesie Massiliensis.* Cum quondam Vivandus — Dat. Avinione, vi kal. junii, anno quinto. »

1262 Avignon, 5 juin 1321.

Philippo, regi Franciæ, ratione negotii Terræ Sanctæ iterum respondet eique qualia sint subsidia ab Ecclesia in favore negotii tantum memorati, generalis scilicet vel particularis passagii præbenda et sub quibus conditionibus, clare et distincte declarat. (Reg. 111, fol. 207 v°-208 v°, cc. 909-912.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Tenet nostra memoria nec de tua, fili carissime, credimus excidisse quod, dudum tuo laudabili proposito et accepto nobis admodum quod gerit serenitas regia ad Terram Sanctam pro humani redemptione generis conspersam sanguine Redemptoris, de potestate persecutorum fidei eruendam, tam litteris quam nuntiis intimato, per nostras litteras celsitudini regie duximus respondendum, quarum tenor post salutationis eloquium sequitur in hec verba : Intensum tuum, etc. ut supra proxime usque in finem[1].

[c. 910] Sane, fili carissime, quia, premissis impedimentis non obstantibus, fervor tui desiderii a prosequtione dicti negotii non tepescens, tua serenitas solemnes nuntios videlicet tales etc., quos contemplatione mittentis sueque probitatis obtentu benigne recepimus, ad nostram duxit presentiam destinandos, qui, tam solicite quam prudenter, affectum regium ad multe jucunditatis materiam refferentes, nobis et fratribus nostris apertius expresserunt quod, ad eripiendum Terram ipsam de manibus impiorum, circa premissa sic cor tuum incaluit quod ad prosequtionem (*sic*) negotii predicti nobis personam et totum posse regium exponebas, profecto, fili, hunc affectum tibi ab illo infusum celitus credimus in cujus manu corda stant principum cuique, princeps inclite, labiorum vitulum exolventes, supplicamus humiliter et precamur instanter ut dies tuos cum augmento felicitatis adaugeat, regna tua et terras alias solida stabilitate corroboret teque, circa ejusdem Terre negotium prosequendum, in tam sancti propositi soliditate conservet. Verum quia prefatum negotium adeo impensarum immensum profluvium exigebat quod illud absque nostro tuorumque subditorum subcidio[2] magnificentia regia non poterat supportare, nec quale foret subditorum subcidium scire poterat, nisi prius quale intendebat Ecclesia facere declararet, nobis prefati nuntii pro parte regia humiliter supplicarunt ut qualia subcidia pro dicti pros[s]equtione negotii intendebamus facere de proventibus ecclesiasticis et alias redderemus circumspectionem regiam certiorem. Per hoc enim intendebat providentia regia qualia magnates et nobiles ac comunitates regnorum et terrarum suorum subcidia pro dicti tam pii prosecutione negotii facerent promptius obtinere, ac consultius qualiter et quando dictum negotium aggredi debeat ordinare. Nos autem, licet impedimenta pretacta in nostris litteris prefatis non precipiamus minui, sed, quod dolentes referimus, continue videamus augeri, ne tamen, propter deffectum eorum

que nos decenter facere possumus, tam pium regium exting[u]atur propositum vel etiam in dicte Terre dispendium diutius differatur [c. 911], ecce quod de subcidiis per Ecclesiam pro prefato negotio faciendis, de consilio fratrum nostrorum et assensu omnium prelatorum regni Francie tunc in curia Romana presentium, sub modo et forma subscriptis duximus ordinandum : videlicet quod a p[er]sonis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, cujuscumque status vel conditionis existant, magistro et fratribus sancti Johannis Jherosolimitani qui se et sua contra hostes fidei exponunt continue dumtaxat exceptis, de omnibus proventibus et redditibus ecclesiasticis regnorum et terrarum tuorum generaliter decima, per diocesanos infra suas dioceses absque invocatione brachii secularis, nisi aliud Sedes Apostolica processu temporis duxerit ordinandum, juxta consuetudinem et morem hactenus observatos[3], per quatuor annos a kalendis mensis julii proximo futuri continue numerandos, colligetur per terminos infrascriptos : videlicet medietas decime in instanti festo beati Martini yemalis, et alia medietas in festo Ascentionis Domini subsequenti, quam (*sic*) in loco tuto teneantur reponere et cum diligentia custodire, quas quidem decimas regie celsitudini ut facilius dictum negotium possit prosequi concedimus, si infra predictum festum beati Martini yemalis dictum negotium assumendum duxeris, infra dictum quadriennium personnaliter et realiter prosequendum, teque ac heredes tuos sub obligatione regnorum et bonorum tuorum omnium nec non et juramento prestito corporali juxta morem secundum quem consueverunt jurare reges Francie, per procuratores et nuntios speciale mandatum habentes sufficiens pro premissis complendis, te duxeris efficaciter obligandum, ac, in premissorum certitudinem pleniorem, super hiis patentes litteras regias sigillo regio sub cera viridi sigillatas fieri feceris Sedi apostolice assignandas. Et ne de moneta in qua decime predicte solutio fiet et fieri debebit imposterum hesitetur et ut vitentur gravamina que alias propter hoc viri ecclesiastici sunt perpessi, prefati prelati in solutione dicte decime quamlibet seu quaslibet monetas communiter in terra in qua ejusdem monete solutio fuerit facienda, in eo valore quem obtinebant cum parvis turonensibus vel parisiensibus secundum cursum et extimationem communem tempore quo solutio fiet, recipere tenebuntur, ita quod pretextu alterius cambii debitores et solutores decime non graventur. De emolumentis vero dictarum decimarum, cum, Deo preduce, pro dicto passagio incoandus fuerit apparatus, persone industrie et fideles, precipuum zelum habentes ad subcidium memoratum, que per Sedem deputabuntur eandem, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exegerit et juxta processum et incrementum apparatus hujusmodi, expensas necessarias illis quos tu deputaveris ministrabunt. Et si forte, quod absit, casu aliquo contingente, non fieret passagium memoratum, te, fili, ac heredes et successores predictos, virtute hujusmodi sponsionis et etiam juramenti, si forte ad dictam decimam manum extenderis, teneri volumus ad restitutionem eorum que receperis de decima supradicta, ita quod quicquid de ipsa converteris in proprios vel alios usus integraliter Romane Ecclesie restituere tenearis. Et si forte in galeis vel aliis vasis navalibus [in] predicte Terre subcidio expensas feceris de decima supradicta, et te, ut premittitur, non contingeret transfretare, galee et vasa et quecunque alia preparamenta facta fuerint de proventibus decime supradicte, assignentur Romane Ecclesie convertenda in subcidium Terre Sancte, ut nichil omnino ex ipsius decime proventibus in usus alios quam in dicte Terre subcidium convertantur. Volumus et quod, postquam passagium hujusmodi receperis in propria prosequendum persona et te ad id, ut premittitur, obligaveris, hujusmodi tuum sanctum propositum et fervens affectio que in predicti tam pii et laudabilis assumptione negotii h[ab]ere dinosceris, et oblatio quam super hoc fecisti nec non voluntas nostra et Ecclesie qui passagium hujusmodi, si Deus votis nostris annuat, summis desideriis affectamus, omnibus regibus et principibus ortodoxis, nec non universis prelatis, comitibus, baronibus, communitatibus notificentur et etiam publicentur, illis dumtaxat exceptis qui, ratione vicinitatis, habent quasi continue cum Sarracenis et hostibus fidei vel etiam Ecclesie confligere et pugnare; et inducentur premissi et omnes et singuli, meliori modo quo fieri poterit, ut huic sancto negotio velint intendere, personalia et realia subcidia faciendo, prout ad statum et

facultatem cujuslibet pertinebit. Crux etiam universaliter predicabitur tam in tuis predictis quam aliis regnis et terris de quibus videbitur expedire. Preter hoc deputabuntur per Sedem predictam certe persone in omnibus regnis et partibus ad exigendum, levandum, colligendum et in certo et loco tuto ponendum omnia lega[ta] et relicta in testamentis seu ultimis voluntatibus occasione hujusmodi negotii transmarini. In singulis nichilominus ecclesiis singuli trunci concavi ponentur, certis clavibus consignati, in quibus oblationes et helemosine quas fideles in Terre Sancte subcidium fecerint reponantur, quorum omnium emolumenta ad arbitrium et ordinationem Ecclesie in subcidium dicti passagii convertentur; indulgentie quoque moderate et determinate dabuntur pro negotio memorato.

[c. 912]. Rursus nostra et fratrum nostrorum existit intentio quod indilate ordinetur et fiat particulare passagium per quod terris fidelium constitutis in partibus transmarinis, que multis periculis subjacent queque valde sunt necessarie passagio generali, debeat subveniri; ad quod, fili dilectissime, celeriter faciendum debet sublimitas tua tanto promptius animari et instantius reddi sollicita quanto, co[n]siderata vicinitate qua hostibus conjunguntur et aliis rationabilibus causis attentis, regnum Armenie et alie terre illarum partium que a fidelibus incoluntur, nisi celeriter occurratur eisdem, majoribus noscuntur discriminibus subjacere. Cujus etiam particularis passagii, cum illud fuerit ordinatum, intendimus quod tu(i), fili, capitaneus esse debeas, que[m] quidem capitaneatum, obtentu Redemptoris nostri, pro fidelium predictorum salute, libenti et prompto affectu suscipere clementiam regiam in Domino requirimus et hortamur, quo recepto, illud exequeris per alium seu alios prout videris expedire[4]. Et postquam super apparatu et numero gentium necessariarum ad illius particularis passagii complementum inter te et Ecclesiam fuerit, auctore Domino, concordatum, ministrabuntur expense ad hoc necessarie per p[er]sonas quas celcitudo (*sic*) tua et nos deputabimus, ad apparatum hujusmodi faciendum tam de decimis duorum annorum levatis et receptis de tempore sexannalis que per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum fuerunt imposite in regno Francie pro dicte Terre subcidio in consilio Viennensi[5], quam de eo quod exigetur[6] et levabitur in dictis regnis, comitatibus et terris tuis de legatis et indulgentiis supradictis, ita quod, ultra hujusmodi decimas et subcidia que de legatis provenient memoratis Camera nostra in nullo remaneat obligata. Solutis autem expensis pro hujusmodi particulari passagio de decimis dictorum duorum annorum et aliis predictis subcidiis factoque computo et reddita ratione de illis, totum residuum reservabitur et in subcidium passagii in quo tua proficiscetur persona ad arbitrium Ecclesie convertatur. Ordinabimus etiam quod si, Domino annuente, in persona prop[r]ia te assumere et prosequi contingat negotium memoratum, singulis annis, quandiu pro prefato negotio fueris ultra mare, continuabitur tibi decima de regnis, comitatibus et terris tuis predictis, juxta dictum modum annis singulis colligenda tuisque et gentis tue usibus et necessitatibus pro dicto subcidio applicanda. Si vero, deliberatione prehabita pleniori, providentie regie videatur quod ad presens sit generale passagium, vel tale in quo tu personaliter transfretare deberes, quousque in melius disposita fuerint tempora, differendum, supradicta decimarum quadriennalium impositio et exactio cessabunt omnino, et, in talem eventum de majori particulari passagio ordinabitur, cujus etiam tu similiter capitane[at]um recipies et assumes, ad quem pro[m]pto suscipiendum affectu, obtentu Redemptoris ejusdem et pro salute fidelium, similiter te hortamur; et ad illud etiam per personas deputandas a nobis personis ad apparatum et executionem illius per tuam celsitudinem deputandis necessarie ministrabuntur expense, et cetera fient prout in consimili superiori articulo e[s]t premissum; et habebis etiam remissionem plenariam omnium peccatorum, hoc tamen addito quod, in hujusmodi casu ubi capitaneatum et curam istius particularis passagii recipies et exequeris ita quod de aliquo bono exinde proventuro spes probabiliter habeatur, pro sustentatione et continuatione dicti passagii imponentur per Ecclesiam in regnis, comitatibus et terris predictis due decime satis tempestive priusquam dicta subcidia concessa pro particulari passagio sint consumpta, quarum decimarum emolumenta celcitudini (*sic*) regie volumus

esse obligata ita quod, facto computo et reddita r[ati]one de expensis faciendis de illis pro dicto particulari passagio majori et potentiori, totum residuum reservetur in subcidium generalis passagii ad arbitrium Ecclesie convertendum, ut in superiori articulo ubi de alio particulari passagio agitur, est premissum. Dicte vero decime exigentur, colligentur et reponentur per modum superius pretaxatum. Dat. Avinione, nonis junii, anno quinto.

1. Cette lettre qui, dans le registre 111, porte le c. 908 et précède immédiatement celle que nous donnons ici, est dépourvue de date. Nous l'avons placée entre le 21 septembre 1319 et le 4 septembre 1320, et nous la publions plus haut, n° 1227.
2. *Sic.* Cette forme est constante dans le reste du document.
3. Reg. *observatis.*
4. Au sujet de ces projets d'expédition préliminaire, voyez n° 511, note 2 et n° 1488, note .
5. Voyez n° 23.
6. Reg. *exigitur.*

1263 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis, ut decimam omnium reddituum ecclesiasticorum per provinciam Viennensem consistentium, illa parte quæ in regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta, per triennium impositam, Ecclesiæ Romanæ necessitatibus crescentibus, statutis terminis persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 64, c. 190.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis.* Multe neccessitatis oneribus — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno quinto. »

1264 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 190.)

1265 Avignon, 8 juillet 1321.

In. e m. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 190.)

1266 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis, in e. m. ac archiepiscopo Ravennatensi[1] scribit ut decimam omnium reddituum ecclesiasticorum provinciæ Bisuntinæ per triennium impositam, Ecclesiæ Romanæ necessitatibus crescentibus, statutis terminis persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 191.)

« *In e. m. venerabilibus fratribus archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis, salutem.* Multe necessitatis oneribus — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno quinto. »

1. Reg. 71, cur. fol. 64, c. 191.

1267 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1268 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1269 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1270 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per provinciam Tarantasiensem constitutis, in e. m. ac patriarchae Gradensi[1] scribit ut prædictam decimam persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

« *In. e. m. venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cistertiensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Vallisumbrose, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et*

aliorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis, nec non et sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theotonicorum et Calatravensis ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus per Tarantasiensem provinciam constitutis, salutem. Multe neccessitatis oneribus — Dat. Avinione, viii idus julii, anno quinto. »

1. Reg. 71, cur. fol. 65 v°, c. 192.

1271 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Bisuntinam provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1272 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Aquensem provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1273 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Ebredunensem provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1274 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Viennensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1275 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiaticis per Arelatensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1276 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscospo Lugdunensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Lugdunensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1277 Avignon, 11 juillet 1321.

Ordinatio facta cum Bertrando, vicecomite Leomaniæ et Altivillaris, super ducentis millibus florenorum auri a Clemente V in pias causas relictorum. (Reg. 71, cur. fol. 60 v°, c. 177; — Arch. Vat., *Armarium* C, fasc. 8, n° 2; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 213, pars iv, n° 101; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 398, n° lxi; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 231, n° 148.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Inter curas multiplices — Dat. Avinione, v idus julii, anno quinto[1]. »

1. Voyez, sur le même sujet, n° 1534.

1278 Avignon, 11 juillet 1321.

Eidem Bertrando licentiam de curia recedendi concedit. (Reg. 71, cur. fol. 61, c. 178; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 214, pars. iv, n° 102; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 402, n° lxii; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. I, p. 242, n° 150.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Dudum ex certis — Dat. Avinione, v idus julii, anno quinto. »

1279 Avignon, 11 juillet 1321.

Ordinatio cum eodem Bertrando super trecentis millibus florenorum auri a Clemente V in subsidium passagii ultramarini relictorum. (Reg. 71, cur. fol. 61, c. 179; — Arch. Vat., *Armarium* C, fasc. 8, n° 1; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 212, pars iv, n° 100; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 391, n° lx; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 236, n° 149.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Terram Sanctam quam — Dat. Avinione, v idus julii, anno quinto. »

1280 Avignon, 22 juillet 1321

Abbati monasterii beatæ Mariæ de sancto Petro super Divam et collegis, executoribus constitutis, ut

Johannem, abbatem monasterii sancti Vigoris de Ceraseyo, ordinis sancti Benedicti, Bajocensis diocesis, quorumdam gravium criminum ratione, ad comparendum infra quadraginta dierum spatium citent. (Reg. 71, cur. fol. 59 v°, c. 173.)

« *Dilectis filiis.., beate Marie de sancto Petro super Divam et.., beate Marie de Valle, Sagiensis et Bajocensis diocesum, monasteriorum abbatibus, ac Grimerio de Palastrellis, canonico Bajocensi.* Cum frater Johannes — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno quinto. »

1281 Avignon, 22 juillet 1321.

Guillelmo, Trecensi, et Raymundo, sancti Papuli episcopis, ad Sabaudiæ et Dalphinatus partes nuntiis, quod possint imponere quibusvis religiosis quæcumque ad expeditionem negotiorum ipsis commissorum [1] viderint oportuna. (Reg. 71, cur. fol. 60, c. 174.)

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, Trecensi et Raymundo, sancti Papuli episcopis, Apostolice Sedis nuntiis.* Cum nos de — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno quinto. »

1. Il s'agit de la paix entre le comte de Savoie et le dauphin de Viennois (Voyez n° 1318).

1282 Avignon, 29 juillet 1321.

Aymericus de Cregolio Hugoni de Engolisma in cujusdam receptione decimæ subrogat. (Reg. 111, fol. 78 v°, c. 298; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 85.)

« *Aymerico de Cregolio* [1], *decano Colimbriensi.* Dudum dilectis filiis Guillelmo Gironcle, decano Avinionensis et Hugoni de Engolisma, tunc preposito Claromontensis ecclesiarum, ac Petro Ricani, ejusdem ecclesiæ Avinionensis sacriste, et Hugoni Gifredi, civi Avinionensis, pecuniam decime per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, per sex annos in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Bisuntina, Tarantasiensi et Lugdunensi provinciis, sicut in aliis partibus orbis imposite pro subsidio Terre Sancte in concilio Viennensi, collectam tunc a venerabilibus fratribus nostris Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Bisuntino, Tarantasiensi et Lugdunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et capitulis ecclesiarum suarum ac subcollectoribus deputatis ab eis et quibusvis aliis ad quos pecunia ipsius decime pervenisset, ac illius computum et rationem petendi, exigendi et recipiendi, ac ipsos de pecunia dicte decime quam reciperent ab eisdem quitandi et etiam absolvendi, illamque personis quas ad hoc deputaremus integraliter assignandi, eis omnibus aut dicto preposito una cum duobus ex aliis plenam concessimus facultatem [2]. Cumque dictus H. de Engolisma, nunc archidiaconus de Biliomo in ecclesia Claromontensi, aliis [sic] sibi per nos commissis negotiis occupatus, intendere comode nequeat ulterius ad premissa, nos, de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, te in predictis omnibus et singulis eidem H. tenore presentium duximus subrogandum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus circa ea sic prudenter et diligenter intendas, quod tuam exinde valeamus diligentiam merito commendare. Dat. Avinione, iiii kal. augusti, anno quinto [3]. »

1. Reg. 73 : *Cregolis.*
2. 30 juin 1319 (n° 901).
3. On lit en marge du reg. 111 : *attende dat.* C'est en effet par exception qu'une lettre de la cinquième année du pontificat figure dans ce registre.

1283 Avignon, 31 août 1321.

Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi, ut bona de quibus Odo de Randeis, monachus Majoris Monasterii Turonensis, tunc prior prioratus sancti Martini in valle Carnotensi, a Mauritio [1] de sancto Paulo, ordinis Prædicatorum, inquisitore hereticæ pravitatis in regno Franciæ, et Guillelmo, decano ecclesiæ sancti Johannis Andegavensis ac Dracono, officiali et canonico Turonensi, criminis hæresis causa privatus fuisset, assignari faciant. (Reg. 71, cur. fol. 68 v°, c. 197.)

« *Dilectis filiis magistris Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Cum olim dilecti — Dat. Avinione, ii kal. septembris, anno quinto. »

1. Le texte porte *Martinus*, qui est une erreur. Il faut lire *Mauritius* qui est la forme constante (Voyez ci-après, n° 1284).

1284 Avignon, 1er septembre 1321.

Eisdem, ut de bonis dicti Odonis de Randeis solvant ducentas quadraginta libras tur. præfato Mauritio de sancto Paulo qui similem summam de proprio peculio ad prænominatum Odonem capiendum expenderat. (Reg. 71, cur. fol. 68 v°, c. 198.)

« *Eisdem*. Cum nos vobis — Dat. Avinione, kalendis septembris, anno quinto. »

1285 Avignon [22 février — 4 septembre 1321[1]].

Rostagnum Dodons perpetuum capellanum in capella beatæ Mariæ de Bidarida, Avinionensis diocesis, nuper constituta instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Rostagno Dodons, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bedarida*[1], *Avinionensis diocesis*. Digne agere credimus cum illis nostre provisionis gratiam aperimus quibus ad id propria merita et fidedignorum affirmata testimoniis suffragantur. Nuper siquidem Salvatoris nostri perfectissima caritate qua nichil reperitur gloriosus excitati, in castro Bidaride, Avinionensis diocesis, in loco ubi sinagoga extiterat hactenus Judeorum, dum ipsorum congregatio moraretur ibidem, ea funditus diruta, cappellam ad divini nominis laudem et gloriam, ac reverentiam et honorem precelse ac gloriosissime semper Virginis Dei genitricis Marie, domine nostre et aliorum civium supernorum, ut omni de loco ipso judaice superstitionis eliminata spurcitia, et domo Dei et orationis effecta, collaudaretur in ea magestas Altissimi, fecimus edificari de novo, eadem cappella ipsius beatissime Virginis glorioso et reverendo vocabulo insignita et demum ei dote congrua ad opus trium cappellanorum, quos in ea institui pro tempore contingeret, assignata[2], auctoritate apostolica statuentes ut iidem cappellani instituendi taliter in eadem perpetuis temporibus missarum sollemnia et alia in eadem cappella divina tam diurna quam nocturna celebrare simul officia, ac de bonis in dotem assignatis predictam in comuni vivere teneantur. Verum intendentes tibi premissorum obtentu gratiam facere specialem, te in perpetuum cappellanum auctoritate prefata in cappella instituimus supradicta, decernentes tibi fore de comunibus ejusdem cappelle proventibus, sicut uni ex aliis cappellanis ejusdem cappelle, integre respondendum, ac ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre institutionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione,... anno quinto[3]. »

1. *Bidarita* dans l'index du reg. 74.
2. 20 et 22 février 1321 (nos 1255 et 1256).
3. Les dates de jour et de mois manquent dans les deux registres, mais on voit que ce document est postérieur au 22 février 1321; d'autre part, étant daté de la cinquième année du pontificat, il est antérieur au 5 septembre de cette année. Notons cependant que les registres où il est transcrit sont consacrés aux lettres de la septième année.

1286 Avignon [22 février — 4 septembre 1321].

Bertrandum Lamberti perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Bertrando Lamberti, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bidarida, Avinionensis diocesis, salutem etc.* Digne agere credimus — Dat. ut supra. »

1287 Avignon [22 février — 4 septembre 1321].

Bertrandum de Narbona perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Bertrando de Narbona, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bedarida, Avinionensis diocesis, salutem etc.* Digne agere credimus — Dat. ut supra. »

ANNUS SEXTUS

1288 Avignon, 18 septembre 1321.

Henricum, dominum Soliaci, rogat Johannes papa XXII ut ipsum de statu et convalescentia Philippi, regis Franciæ, ac aliorum nonnullorum regiæ domus principum certiorem reddere studeat. (Reg. 111, fol. 1, c. 1.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Anxii de convalescentia carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ac aliorum nonnullorum regie domus principum quos aliquali discrasia gravatos audivimus, habere certitudinem pleniorem, festine per nuntium festinum nobilitati tue litteras misimus nostras, requirentes et rogantes ut non differres nos super hiis reddere certiores. Sane quia nil satis sciscienti animo festinatur, sed moram ipsa ei celeritas representat, ideo cum de convalescentia plena adhuc non intellexerimus que obtamus, eo affectuosius quo sepius nobilitatem tuam requirimus et rogamus ut de regis ipsius statu, quem Omnipotens juxta suam magnificentiam prosperum faciat, sicut nos effici perobtamus, ac aliorum principum dicte domus, nos, omni cunctatione semota, cures reddere certiores. Dat. Avinione, xiiii kal. octobris, anno sexto. »

1289 Avignon, 18 septembre 1321.

Regi Franciæ, ut B[ertrando], vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris, concedat licentiam extrahendi de regno Franciæ centum quinquaginta millia florenorum quæ dictus vicecomes in festo Omnium Sanctorum Cameræ apostolicæ, omni cessante diffugio, assignare tenetur. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 9.)

« *Regi Francie illustri.* Ad regiam, fili — Dat. Avinione, xiiii kal. octobris, anno sexto. »

1290 Avignon, 18 septembre 1321.

H[enricum], dominum Soliaei, rogat ut ad præfatam licentiam pro dicto vicecomite obtinendam partes suas interponat, eique de informatione convalescentiæ regis Franciæ gratias agit. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 10.)

« *H., domino Soliaci.* Sicut tua nobilitas — Dat. Avinione ut supra. »

1291 Avignon, 18 septembre 1321.

Guidoni Heliæ, ordinis Prædicatorum, ut ad Fulcaudum de Archiaco, Petragoricensem et Caturcensem senescallum, cum litteris apostolicis accedat pro pace inter Aymericum de Gordonio et Raterium de Castronovo reformanda. (Reg. 111, fol. 2 v°, c. 31 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 5, n° 161, extrait.)

« *Guidoni Helie, ordinis Predicatorum.* Infausti rumoris assertione percepto quod humani generis inimicus, pacis emulus, zizanie seminator, jam dudum inter dilectos filios nobiles viros Aymericum de Gordonio[1], militem, et Ratherium de Castronovo, nepotem ejus, familiarem nostrum, occasione castri de Boffia et quorundam aliorum bonorum gravi commota materia questionis, licet per multos, multis viis ad hoc diligenter exquisitis, temptatum extiterit et super hoc adhibita diligentia studiosa ut hujusmodi questionis materia tractatu amicabili tolleretur[2], hostis tamen ipse sic hiis se imprudenter objecit quod illam terminari per tractatum hujusmodi nequiter impedivit[3], sed nec hiis hostis ipse contentus, adeo dissidentes eosdem dicitur commovisse quod decrevisse videntur ut nec per justitie semitas, nec per tractatus amicabiles hujusmodi questio terminetur, sed per cruentum duelli spectaculum et incertum, in quo Deus temptatur, improvide perit[4] justus, et impius frequenter extollitur, ac justitia, nescitur quo Dei oculto judicio, sepius naufragatur ; ex quo nonnunquam crescunt rancores inter multos nobiles et magnates, odia nutriuntur, vacatur insidiis, strages sequuntur[5] corporum, lapsus rerum et animarum pericula, quod est amarius deplorandum. Ideoque nos tantis malis occurrere cupientes, dilecto filio nobili

viro Fulcrando (*sic*) de Archiaco, Petragoricensi et Caturcensi senescallo, ad cujus officium pertinet suo commissos regimini ad pacem et concordiam revocare, litteras nostras duximus dirigendas per quas ipsum rogandum attentius duximus et hortandum ut sic inter predictos nobiles partes suas efficaciter interponat quod, via ipsius ommissa duelli in qua nullus eorum veraciter se dicere posset victorem cum, uno illorum victo, domui a qua uterque nobilium ipsorum dicitur processisse notabili imposita macula remaneret, per pacis semitas aut viam justitie hujusmodi questio sopiatur, ac inter nobiles ipsos, omni rancore sublato, pacis et concordie reformetur bonum sine quo quies animi haberi non potest, nec pax Dei que sine pace proximi non habetur. Et insuper nobilibus supradictis per litteras alias porrigimus preces nostras ut super hiis senescalli prefati consiliis et persuasionibus acquiescant. Verum quia vive vocis expressio mentes audientium efficacius excitat quam series litterarum, nos, de tua circumspecta prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, te propter hoc ad prefatos senescallum et nobiles providimus destinandum. Quare discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad senescallum et nobiles antedictos accedens, nostris ipsis litteris presentatis, ac premissis et aliis diversis periculis ex prefati duelli spectaculo proventuris, et aliis de quibus juxta datam tibi a Deo prudentiam expedire videris ostensis eisdem, apud dictum senescallum, ut ad hoc partes suas efficaciter interponat, et apud nobiles ipsos quod, pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia suorumque profectuum et honoris augmento, hujusmodi nostris precibus et hortationibus dictique senescalli requisitionibus acquiescant, oportune instare studeas et etiam importune, si et prout videris expedire, illam super hiis vigilantiam impensurus quod, preter retributionis eterne premium quod de bonis operibus veritatis voce promittitur, nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Dat. Avinione, XIII kal. octobris, anno sexto. »

1. Reg. *Condomio.*
2. Reg. *collocetur.*
3. Voyez, à ce sujet, n[os] 1184 et 1185.
4. Reg. *petit.*
5. Reg. *sequitur.*

1292 Avignon, 18 septembre 1321.

Fulcaudo de Archiaco, ut præfatos nobiles ad pacem inducat et eidem Guidoni Heliæ fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 5, c. 32 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 7, n° 162, non publié.)

« *Fulcaudo de Archiaco, Petragoricensi et Caturcensi senescallo.* Infausti rumoris as[s]ertione — Dat. ut supra proxime. »

1293 Avignon, 18 septembre 1321.

Aymerico de Gordonio, ut pacem cum Raterio de Castronovo, nepote suo, faciat Guidonique Heliæ, apostolico nuntio, fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 5 v°, c. 33.)

« *Aymerico de Gordonio, militi.* Infausti rumoris assertione — Dat. ut supra »

1294 Avignon, 18 septembre 1321.

In. e. m. Ratherio de Castronovo, familiari papæ. (Reg. 111, fol. 5, p. c. 33.)

1295 Avignon, 22 septembre 1321.

Fratribus ordinis Prædicatorum per Tolosanam provinciam constitutis licentiam locum in villa de Marsiaco, Auxitanæ diocesis, recipiendi et ibidem ecclesiam cum officinis ædificandi, Bonifatii papæ VIII et qualibet constitutione alia non obstantibus, concedit. (Reg. 111, fol. 6, c. 34 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 7, n° 163.)

« *Universis fratribus ordinis Predicatorum per Tholosanam provinciam constitutis.* Inter ceteros ordines — Dat. Avinione, X kal. octobris, anno sexto. »

1296 Avignon, 22 septembre 1321.

Religiosis Casæ Dei, Præmonstratensis ordinis, ne impedimentum aliquod præfatis fratribus ratione dictæ concessionis præstent. (Reg. 111, fol. 6, c. 35 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 9, n° 164.)

« *Abbati monasterii et conventui Case Dei, Premonstratensis ordinis,* [*Auxitane*][1] *diocesis.* Nuper dilectos filios fratres ordinis Predicatorum provincie

Tholosano favore specialis benivolentie prosequentes, eis recipiendi et edificandi locum ad opus fratrum ejusdem ordinis cum ecclesia et officinis, in villa de Marciaco, Auxitane diocesis, licentiam duximus concedendam. Cum autem vos certam partem temporalis dominii in dicta villa, sicut accepimus, habeatis, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus dictis fratribus, in ejusdem loci receptione ac edificatione ecclesie et officinarum predictarum, nullum, etiam pretextu quarumcunque appellationum super hoc interjectarum ad Apostolicam Sedem, prestetis impedimentum vel obstaculum opponatis, presertim cum aliorum qui in dicta villa obtinent dominium temporale ad hoc accedat assensus, ipsique fratres de annuo convenie[n]ti censu et aliis juribus que ratione territorii ubi locum construi contigerit supradictum, ad dilectorum filiorum Assini de Rostagno, Tarviensis, et Guillelmi de Podenacio, sancti Stephani Agennensis ecclesiarum archidiaconorum arbitrium, aliis vestris juribus semper salvis, satisfacere congrue sint parati. Dat. ut supra. »

1. Le mot manque dans le registre. Il est facile à suppléer, l'index met d'ailleurs : *ejusdem diocesis*.

1297 Avignon, 22 septembre 1321.

Sancio, regi Majoricarum, quod ipse papa non intendit mittere nuntios ad præsentiam Philippi, regis Franciæ, super hiis quæ per Guidonem, Majoritensem episcopum, et G. de Rocabertino, familiarem Jacobi, regis Aragonum, præsentata sunt, cum non sint consonantia rationi et potius ad furorem inflamantia (Reg. 111, fol. 56, c. 216.)

« *Sancio, regi Majoricarum illustri.* Pacis commoda ex parte quidem nosce credimus nec prorsus dissensionum discrimina ignoramus. Scimus namque, Scriptura testante, quod illius in tempore parve res crescere, istius vero magne sunt dilabi consuete, nec ignoramus quod illius in tempore bene ac jocunde, utiliter ac delectabiliter vivitur, operibus pietatis licet vacare liberius, et saluti efficacius intendere animarum. Istius vero tempore, corpori quies subtrahitur, mens iniquis solicitudinibus occupatur, unitas scinditur caritatis, rancores crescunt, odia nutriuntur, pia negliguntur opera, insidiis intenditur et anime periculis variis exponuntur. Que cura pervigili et intenso sollicitudinis studio meditantes, desideranter appetimus pacem velut flumen in universos sancte matris Ecclesie filios, et precipue catholicos principes, declinare. Ad hoc votive labores nostros impendimus et libenter operam solicitam adhibemus. Sane, fili carissime, ne, more imperiti medici, mortifera pro salutaribus ministremus, summopere providere nos convenit ne, dum illam nutrire ac stabilire satagimus, ipsa sauciata, isti, quod absit, aperiatur janua et materia subintrandi ministretur, quod, procul dubio, subsequetur si in prosequendo modus conveniens negotio non servetur. Ad hec quia receptis tuis, fili carissime, litteris, nobis per venerabilem fratrem nostrum Guidonem, Majoritensem episcopum, ac carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Aragonum illustris, per dilectum filium nobilem virum G. de Rocabertino, militem, suum familiarem et consiliarium presentatis, per quas tu episcopo, et rex prefatus militi petebatis fidem credulam adhiberi, ac audita ipsorum credentia quam continet cedula presentibus interclusa[1], deliberatione cum nonnullis ex nostris fratribus, zelatoribus dicte pacis, super contentis in ea prehabita diligenti, visum est nobis et ipsis nullatenus expedire quod, pro prosequendis contentis in dicta credentia, nostrum nuntium cum tuo et dicti regis nuntiis ad carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, presentiam destinemus, cum multa contineantur in illa que nequaquam sunt pacem provocantia, sed potius iram incitantia et inflamantia ad furorem. Rursus miramur, fili, nec sufficimus admirari cum alias, in tui consilii presentia, tue prudentie duxerimus suadendum ut, ad unanimitatem et pacem conservandam inter te et regem predictum, te, genitoris tui clare memorie inherendo vestigiis, explosis quibuscumque suasionibus contrariis, coaptares, quominus ab illo proposito, in quo tunc remansisti, si recolis, sic faciliter recesisti (*sic*). Utinam, fili vires tuas dictique regis prudentius metireris! Utinam hujusmodi rei quam concepisse videris, attenderes exitum diligenter! Utinam situm terre harum partium ac tuos valitores contra ipsum, expensas et alia guerrarum

discrimina ad memoriam revocares! Profecto, fili, si hec deduxeris in consistorio et examinaveris debite rationis, fidelis suscipies verba patris qui tibi salubria loquitur tuumque, non suum, principaliter comodum in hac parte venatur. Crede igitur, fili, patri et, verbis ampulosis ommissis, loquaris sicut vassallus domino debet loqui, sicut consanguineus tali consanguineo, prosequaris tuam justitiam humiliter, sicut decet. Nos enim parati sumus, si viam illam sequi decreveris, regi predicto cariores litteras quas poterimus et sufficientes ordinare, destinare nuntios pro tua justitia consequenda, et, si hoc feceris, forsitan viam aliam Dominus ministrabit per quam tuis desideriis plenius satisfiat. Considera, fili, considera quid intendis, considera quid proponis, viam pariagii excludis que ad pacem finalem magis expedibilis videbatur. Adicis in viam scambii tibi dandi quod id, quod tibi daretur in scambium, extra regnum Francie poneretur, quod nedum difficile, sed impossibile videtur posse multis sapientibus optinere. Ponit rex Aragonum predictus locum Montispesulani et baroniam extra fines regni Francie citos (*sic*) esse. Allegat scambium non tenere quia consensus Sedis Apostolice a quo (*sic*) tenebat locum predictus episcopus Magalonensis, in permutatione facta cum rege Francie per dictum episcopum, minime intervenit, et tamen nullus predecessorum nostrorum de permutatione hujusmodi est conquestus. Considera fili, si hec sunt tanto principi in possessione existenti taliter proponenda, et quantum ejus animum, si proposueris, irritare poteris, et inde obtinere valebis. Datum x kal. octobris, anno sexto. »

1. Voyez ci-après, n° 1298, note 2.

1298 Avignon, 22 septembre 1321.

Jacobo, regi Aragonum, de eisdem. (Reg. 111, fol. 56 v°, c. 217.)

« *Jacobo, regi Aragonum.* Cognoscentes ex parte pacis commoda, nec prorsus dissensionum discrimina ignorantes, illam in universis Sancte matris Ecclesie filios et precipue catholicos principes[1] declinare velut flumen desideranter appetimus, istis prorsus ab eorum finibus relegatis. Ad hec utique procuranda votive labores impendimus et prompte studiosam operam adhibemus. Sane, ne more imperiti medici, pro salutaribus mortifera ministremus, summopere providere nos convenit ad quem finem possunt perducere que suscipimus presertim inter principes procuranda. Ideoque receptis tuis, fili carissime, litteris, nobis per dilectum filium nobilem virum G. de Rocabertino, militem, familiarem tuum et consiliarium, ac carissimi in Christo filii nostri regis Majoricarum illustris, per venerabilem fratrem nostrum Guidonem, Majoritensem episcopum, presentatis, per quas tu dicto militi, et rex predictus episcopo fidem adhiberi indubiam petebatis, auditaque credentia utriusque quam continet cedula presentibus [interclusa], nec non et super ea deliberatione cum nonnullis ex nostris fratribus, zelatoribus dicte pacis, prehabita diligenti, propter multa que in eis vidimus contineri que ad pacem non dirigunt, sed potius disponunt ad discordias et inducunt, nobis et ipsis visum est nullatenus expedire pro talium prosecutione nos nuntios cum tuis et dicti regis Majoricarum nuntiis ad carissimi filii nostri regis Francie illustris presentiam destinare. Sed si rex Majoricarum predictus justitiam suam, sicut vassallus cum domino et consanguineus cum tali consanguineo, velit prosequi, nos, spretis expensis et laboribus non vitatis, sumus parati nuntios et litteras ad dictum regem mittere, et instanter instare ut ipsam, absque cunctatione, debeat realiter obtinere, ac, pro pace finali convenienti perpetuo duratura, studiosam et efficacem operam adhibere; quod ut faciat rex predictus, decere credimus tuam magnificentiam et efficaciter laborare, presertim cum, antequam inter te et ipsum firmata pacis fuissent federa, ad hoc se paratum et dispositum exhiberet. Dat. ut supra proxime.

Sequntur tenores cedularum in prescriptis litteris inclusarum. Sciendum tamen quod in littera regis Aragonum non fuit inclusa presens cedula in latino scripta, sed relique due in vulgari[2]. »

1. Reg. *catholicus princeps.*
2. N°s 1299-1301. Ces documents sont plutôt les instructions qui furent données aux envoyés des rois de Majorque et d'Aragon. La lettre de créance donnée au représentant de ce dernier ne se trouve pas dans le registre du Vatican (Voyez n° 1301, note 1).

1299 (1321, *avant le 22 septembre.*)

Cedula in littera prædicti regis Majoricarum inclusa [*Informatio*[1] *tradita Guidoni, Majoritensi episcopo, ejusdem regis nuntio*]. (Reg. 111, fol. 56 v°, c. 218.)

« Pater sancte, dominus meus rex Majoricarum, volens evitare scandala que ex proposito coram Sanctitate Vestra negotio per nobilem Geraldum de Rocabertino[2] et me contingere possent, quod absit, cogitavit viam quam S[anctitati] V[estre] in secreto per me voluit explicari; nam in hiis vel aliis non vult nec intendit facere aliud quam Vestra Sanctitas duxerit ordinandum. Verum est tamen quod olim, Pater Sancte, diversi tractatus pariagii facti fuerunt inter dominum Philippum, regem Francie quondam, et dominum..., regem Majoricarum quondam, et etiam temporibus vestris, ut scitis, inter dominos reges Francie et Majoricarum nunc regnantes, seu nuntios eorumdem, quos quidem tractatus dominus meus rex Majoricarum nunc significavit domino regi Aragonum, qui[a] nullo modo consentiret alicui pariagio nec consuleret fieri ullo modo, cum dominus meus rex meliori titulo non possit tenere Montempessulanum quam modo teneat, et etiam quia esset contra jus suum dictarum substitutionum in alia cedula expressarum, et sic dominus meus rex nullatenus contra consilium et voluntatem suam faceret aliquod pariagium, nec posset etiam ratione dictarum substitutionum, nec etiam, ratione pariagii Montispessulani, cessarent scandala que possent contingere ratione baronie que tene(n)tur in feudum pro domino rege Aragonum, in qua baronia inferuntur cotidie gravamina et novitates, propter que, si dominus rex Francie nollet ponere negotia in manu vestra vel communium personarum, dominus meus rex cogitavit hanc viam : quod dominus rex Francie haberet ex integro villam Montispessulani et baroniam, que infra breves annos valerent sibi bene XL milia librarum in redditibus, et sunt bene ibi octuaginta milia hominum et ultra, et quod dominus rex Francie daret inde recumpensationem domino meo regi in baroniis et aliis castris et bonis juxta terram [R]ossilionis et dominationem super duodecim milia hominum, tam propriorum quam feudatariorum et aliorum ipsius domini regis Francie, que tamen poneret omnia extra regnum Francie et essent de regno et terris domini mei regis Majoricarum, et etiam daret inde sibi redditus et pecuniam congruentem prout, pro recta recumpensatione fienda, recta ratio et justitia suaderet. Et debetis scire, Pater Sancte, quod jam hec hactenus fuerunt tractata, sed pro parte domini mei regis Majoricarum fuit tantum petitum quod minus domino regi Francie videbatur, nam petebatur quicquid erat ultra fluvium qui Aude dicitur, usque ad terram domini mei regis Majoricarum, ubi sunt bene quadraginta milia hominum, sed nunc dominus meus rex descendit sic ad modicum, quod cogitare potestis quod dominus meus rex vult omnino vitare, quantum inest, scandala futura[3]. »

1. Pour ce terme, voyez ci-après n° 1301, note 1.
2. Reg. *Rocabrunno.*
3. Nous ne pouvons préciser la date de ce document comme nous le faisons pour celui qui fut donné au représentant du roi d'Aragon (n° 1301), mais il est évident qu'il est antérieur à la lettre du pape (n° 1298) où il se trouvait renfermé.

1300 1321, *avant le 22 septembre.*

Cedula in littera prædicti regis Aragonum inclusa. (Reg. 111, fol. 57, c. 219.)

« Saint Pare, entre lo seignor rei d'Arago et mon seignor lo rei de Malorches[1] et par la gracia de Deu — en aquesta guisa empero que entratant nos salsen alscus greuges et noveletatz[2]. »

1. Il s'agit donc ici de l'envoyé du roi de Majorque.
2. Pour la date, voyez ci-dessus, n° 1299, note 3.

1301 29 *août* 1321.

Cedula altera in dicti regis Aragonum littera inclusa [*Informatio*[1] *tradita Geraldo de Roccabertino, ejusdem regis nuntio*]. (Reg. 111, fol. 57 v°, c. 220.)

« Saint Pare, la Vostra Sanctitat sap lo gran e[t] bon dote que es entre mon senyor lo rey d'Arago e el rey de Malorcha, e pot saber[2] — la concordia dels ditz reys[3].

Item, sant Pare, que Monpeler ne la baronia,

segon qu'el rey d'Arago n'es enformat — sìa gran tort.

Item, saint Pare, si s deya per part del rei de Fransa — usar de res.

Item, sant Pare, si l'rey de Malorcha — ne y sabe res[4]. »

1. Ce terme est celui qui figure dans le titre d'un document plus étendu où se retrouvent les articles reproduits dans le registre du Vatican et qui a été intégralement publié par Lecoy de la Marche (*les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, p. 488, doc. nº XLVI, d'après le registre de Jacques II, nº 338, fol. 79, conservé aux Archives de Barcelone).

Ce document renferme la lettre de créance donnée à Gerald de Rocaberti, suivie des instructions qu'il reçut : « *Sequitur forma littere credentie ad dominum Papam. Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac domino, domino Johanni, etc. Super negotio quamplurimorum. — Datum in villa Perpiniani, quarto kal. septembris, anno Domini M. CCC. XX. primo. — Sequitur informatio, tradita dicto Geraldo de Rochabertino :* Asso es ço que el noble En Gueral de Rochaberti per part del senyor d'Arago deu dir al senyor Papa, feta la recomendacio et la reverencia sobr el fet de Muntspeler et de la baronia. Primerament li diga com la Sua Sanctitat sab la gran etc. »

2. Les passages supprimés ici se retrouvent, *mutatis mutandis*, dans le texte publié par Lecoy de la Marche et dont nous donnons l'*incipit* dans la note précédente.

3. Il manque ici un article, suivant le texte précité.

4. Comme l'a fait Lecoy de la Marche, nous donnons, à ces instructions la date que porte la lettre de créance.

1302 Avignon, 22 septembre 1321.

Sancio, regi Majoricarum, ut castrum de Mosseto, Guillelmo[1] Amalrici, vicecomitis Narbonensis filio, restituat. (Reg. 111, fol. 58, c. 221.)

« *Sancio, regi Majoricarum illustri.* Dudum preces nostras — Dat. Avinione, x kal. octobris, anno sexto. »

1. Reg. *Guilhalmoto.*

1303 *Narbonne*, 5 *avril* 1321.

Instrumentum traditionis ejusdem castri a præfato Guillelmo prius factæ. (Reg. 111, fol. 58 vº, c. 222.)

« Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, domino Philippo, Francie rege et Navarre regnante, nonis aprilis, noverint universi et singuli quod Laurensonus Placensor, cursor illustrissimi principis domini regis Majoricarum, existens in mei, notarii, et testium infrascriptorum presentia, coram nobili Guillelmo de Narbona, presentavit eidem quasdam patentes litteras prefati domini regis Majoricarum ejusque sigillo cereo in dorso earum, ut prima facie apparebat, sigillatas, quas per me notarium infrascriptum coram eodem perlegi fecit, quarum tenor sequitur sub hiis verbis :

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, comes Roncilionis et Siritanie et dominus Montispessulani, nobili Guillelmeto (*sic*) de Narbona, salutem et fidem promissam inviolabiliter observare. Vos tenore presentium requirendum duximus et monendum ut ex sacramento, fidelitate et homagio quibus astrictus estis, detis et tradatis nobis seu militi deputando a nobis, potestatem completam de castro de Mosseto et ejus terminis et pertinentiis universis quod tenetis a nobis in feudum. Dat. Perpiniani, IIII nonas aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Quibus perlectis, predictus cursor requisivit prefatum Guillelmum de Narbona ut contenta in dictis litteris regiis adimpleat cum effectu, requirens dictus cursor de premissis sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum ; et incontinenti prefatus Guillelmus de Narbona ad predicta respondit ut sequitur. Ad que dictus nobilis Guillelmus de Narbona, visis dictis litteris et humiliter receptis per eundem, dixit et respondit quod ipse ignorat et ignorare potest consuetudines Barchinonenses, veruntamen ipse Guillelmus, tamquam humilis et fidelis vassallus prefati domini regis, et qui specialis dilectionis fervore tamquam ille qui linea sanguinitatis sibi junctus est, vult suis jussibus obedire, dixit et obtulit se paratum dictam potestatem dicto domino regi completam tradere, salvo tamen ac protestato et sibi reservato jure quod si de jure, juxta concessionem dicti domini regis sibi factam de dicto castro vel secundum dictas consuetudines, ad tradendum dictam potestatem non teneatur, habeatur traditio hujusmodi pro non facta, nec sibi valeat per hoc aliquod imposterum prejudicium generari, dans in mandatis tenore hujusmodi instrumenti nobili B. de Sono, militi, locum suum tenenti, et bajulo dicti castri vel ejus locum tenenti, et Ademario de Mosseto, suo feudatario, et eorum cuilibet et aliis

ipsius Guillelmi subditis quorum interest vel interesse potest, ut dictam potestatem completam de dicto castro de Mosseto et ejus terminis et pertinentiis universis tradant dicto domino regi, nomine ipsius nobilis Guillelmi de Narbona, aut militi quem dictus dominus rex ad hoc duxerit deputandum, juxta continentiam suarum litterarum predictarum, salva et sibi reservata protestatione predicta, supplicans nichilominus dictus nobilis Guillelmus de Narbona dicto domino regi et ejus regie celsitudini et eandem requirens ut fidem seu vicem quam dominus tenetur servare suo vassallo inviolabiliter observet eidem, et cum dictam potestatem tenuerit secundum consuetudines supradictas, dictum castrum eidem Guillelmo, suo vassallo humili, restituat libere et absque diminutione quacunque, cum suis juribus et pertinentiis universis, et in eis ipsum conservet, defendat, manuteneat, ut dominus tenetur suum vassallum manutenere, conservare et etiam defensare, requirens de premissis idem nobilis Guillelmus de Narbona sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum, et inseri et continuari cum instrumento presentationis litterarum dicti domini regis antedicrum. Acta fuerunt hec Narbone, in palatio vicecomitali, presentibus magistris Francisco Dominici, Bernardo Foisseti, jurisperitis, Berengario Arnaldi, domicello, domino de Monterotundo, magistro Raynaldo de Deo, notario, Hugone de Canavellis, Bernardo Rubei, domicellis, B. Blancardi, fusterio, Bernardo de Sancto Guillelmo, tinctore, civibus Narbonensibus, et me Guillelmo Cathalani, cive Narbonensi, auctoritate regia et vicecomitali Narbonensi publico notario, qui hec omnia in nota requisitus et rogatus recepi, sed vice mea Petrus Guillelmi Terradas, eadem auctoritate regia et vicecomitali Narbone publicus notarius, hec omnia predicta hic scripsit. Ego idem Guillelmus Cathalani, auctoritate regia et vicecomitali publicus Narbonensis notarius, hic me subscribo et signum meum hic appono. »

1304 Avignon, 24 septembre 1321.

Treugas usque ad unum annum duraturas inter Ludovicum de Sabaudia et comites de sancto Martino ac de Castro Monte indicit. (Reg. 73, cur. fol. 2, c. 11; — Reg. Avin., t. XVII, fol. 401, c. 11.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Perduxit ad nos infausti rumoris assertio quod ille qui malorum est cunctorum incentor, pacis hostis satorque discordie, inter dilectos filios nobiles viros Ludovicum de Sabaudia, ex parte una, et comites de Sancto Martino ac de Castro Monte, ex altera, adeo gravis discordie materiam suscitavit quod idem Ludovicus prefatos comites per dilectum filium Guillelmum de Riparolio, militem, diffidavit, propter quod nos, periculis animarum, personarum excidiis et dispendiis facultatum que, nisi premissis celeriter occuratur, timentur verisimiliter proventura, congruis remediis obviare paterne diligentie studiis intendentes, auctoritate apostolica inter Ludovicum et comites antedictos et eorum quemlibet treugas que pacis inducunt ymaginem usque ad unum annum, a die notificationis seu publicationis earum numerandum, in antea duraturas indicimus, et in Ludovicum et comites antedictos, et eorum quemlibet omnesque ipsorum et cujulibet eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et adherentes, eisdem, treugas infringentes easdem vel etiam non servantes, excommunicationis sententiam quam a die notificationis seu publicationis treugarum ipsarum suum effectum sortiri volumus promulgamus, ipsorumque terras, castra et loca ecclesiastico subicimus interdicto, non obstante — Dat. Avinione, VIII kal. octobris, anno sexto. »

1305 Avignon, 24 septembre 1321.

In e. m. Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, Apostolicæ Sedis legato, ut prædictas treugas publicet. (Reg. 73, cur. fol. 2, p. c. 11.)

1306 Avignon, 26 septembre 1321.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, de receptione Johannis Godarda, capellani ejus, et de exauditione supplicationum ab eodem capellano exhibitarum (Reg. 111, fol. 1, c. 2.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Fraternitatis tue litteras devotionis plenitudi-

nem quam ad nos et Ecclesiam Romanam sinceris geris affectibus pretendentes, per dilectum filium Johannem Godarda, capellanum tuum, a te missum pro visitanda Sede Apostolica, ut teneris, nostro apostolatui presentatas solita benignitate recepimus, et que nobis ex parte tua dictus capellanus exponere voluit intelleximus diligenter, per quem de tue prosperitate persone ac Senonensis et comprovincialis ejus ecclesie obtata tranquillitate rumoribus auditis placidis, in Domino congaudemus. Verum quia de statu nostro quem fore felicem te semper non ambiginus exoptare, per eumdem capellanum a nobis reddi certiorem petiisti, scire te volumus quod licet homo noster interior confluentibus undique incessanter negotiis, nunc prosperis, nunc adversis, laboribus variis et anxietatibus continuis exponatur, homo tamem exterior divine bonitatis suffragio corporali sospitate letatur. Supplicationes autem tuas per prefatum capellanum tuum nobis exhibitas occulis respeximus gratiosis, et illas quas honeste et secundum Deum potuimus, ad favorabilis exauditionis gratiam duximus admittendas, sicut idem capellanus tibi referre poterit et tu etiam videre poteris per effectum. Dat. Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1307 Avignon, 26 septembre 1321.

Petrum, a monasterio sancti Sergii, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis, ad monasterium Montis Olivi transfert. (Reg. 111, fol. 95, c. 376.)

« *Petro, abbati monasterii Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis.* Monasterio Montis Olivi — Datum Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1308 Avignon, 26 septembre 1321.

Amadeum, ecclesiæ Tullensi in episcopum præficit. (Reg. 117, fol. 95, c. 377.)

« *Amadeo, electo Tullensi.* Ecclesia Tullensi nuper — Datum Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1309 Avignon, 9 octobre 1321.

Philippo, regi Franciæ, a mortis periculo liberato, de convalescentia congaudet. (Reg. 111, fol. 1, c. 3.)

« *Philippo, regi Francie.* Ab illo, fili carissime, qui vulnerat et medetur, quique solus potest perdere ac salvare, te visitatum pie ac castigatum hiis diebus audivimus et a mortis periculo liberatum, suo sancto servitio, gentisque tibi commisse regimini ac defensioni Ecclesie sue sancte misericorditer preservatum; et quia verisimiliter extimamus visitationem hujusmodi saluti corporis profuturam, desideranter appetimus ut et cum beato Job possis dicere ipsum sua visitatione tuum spiritum custodisse, pro quo sibi gratias exsolvimus jugiter quas valemus. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno sexto. »

1310 Avignon, 9 octobre 1321.

Eidem regi terminum acceptandi ordinationem negotii passagii transmarini usque ad proximum festum Purificationis beatæ Mariæ prorogat. (Reg. 111, fol. 1, c. 4.)

« *Eidem regi.* Licet, fili carissime, secundum ordinationem quam super negotio passagii transmarini, ad quod assumendum et prosequendum zelus fidei et Terre Sancte compassio tuum excitasse et accendisse videntur affectum, de consilio fratrum nostrorum, certo modo fecisse recolimus et eam per nostras litteras celsitudini regie destinasse, infra proximum futurum festum beati Martini haberet nobis regalis providentia respondere, utrum videlicet uno vel alio modo dictum negotium acceptares, tamen, sicut nuper nobis significare curasti, tum quia dictum negotium est magnum et arduum et cum magna maturitate firmandum, tum propter alias rationabiles causas, super eo nondum deliberare plenarie potuisti, propter quod nobis pro parte tua extitit supplicatum ut dictum terminum beati Martini adhuc prorogare usque ad proximum futurum festum Purificationis beate Marie Virginis curaremus. Nos igitur supplicationibus hujusmodi, suadentibus rationabilibus causis, de dictorum fratrum consilio benignius admittentes, usque ad dictum festum Purificationis predictum terminum prorogamus, ita tamen quod infra prefatum terminum Purificatio-

nis ejusdem, nobis circumspectio regia omnino respondeat quid super acceptatione ordinationis predicte disposuerit peragendum, modis et conditionibus observatis sub quibus in dicto festo beati Martini nobis fuerat per serenitatem regiam respondendum. Dat. Avinione ut supra proxime[1]. »

1. Voyez au sujet de la Croisade, n° 1683, note 1.

1311 Avignon, 9 octobre 1321.

Eidem regi P[etrum], episcopum Meldensem, qui pro certis suis et ecclesiæ suæ negotiis ad præsentiam regalem accedit, commendat. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 5.)

« *Eidem regi.* Venerabilem fratrem nostrum. — Dat. Avinione, VII idus octobris, anno sexto. »

1312 [Avignon, 13 octobre 1321?]

Eidem regi, ut quamdam sententiam ad delationem Mathei de Curtibus Jumellis[1] contra consules et populum Montisalbani promulgatam moderet. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 6.)

« *Eidem regi.* Illa per que tronum roborari regium novimus fiducialiter serenitati regie suademus et quia, inter alia, juxta sapientis [eloquium][2], clementia roboratur, qua egere dilecti filii consules et populus Montisalbani se asserunt, super mitigatione gravis et importabilis regie sententie condempnatorie contra ipsos ad delationem Mathei de Curtibus Jumellis, ut dicitur, promulgate, confidenter pro ipsis munificentie regie preces nostras offerimus, ipsam suppliciter deprecantes ut ipsis sinum sue dignetur misericordie pandere, sententiam prefatam taliter moderando quod illis fiat portabilis tuque proinde, fili carissime, a rege regum misericordiam merearis assequi, quam immisericordibus denegat, et misericordibus ipsa veritas repromittit[3]. »

1. *Gimellis*, dans le registre du Parlement mentionné cidessous, note 3, quoique l'éditeur ait lu et imprimé *Gemellis*.
2. Le mot manque dans le registre. Le pape cite ici le passage du livre des Proverbes (ch. XX, v. 28) : *Roboratur clementia thronus*.
3. L'arrêt visé dans cette lettre, concernant la juridiction municipale des consuls de Montauban, fut rendu le 10 septembre 1321, sous réserve spéciale des droits de l'évêque : « *Per presens autem judicatum non est intentionis nostre curie quod aliquod prejudicium generetur episcopo vel ecclesie Montis Albani in jure suo, si quod habeat, in premissis vel aliquo premissorum, super quo ipse audietur quando aliquid petere voluerit. Et vocato super hoc procuratore nostro in Parlamento nostro Parisius, ipsoque in deffensionibus nostris audito, fiet super hiis justitie complementum.* » E. Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 386, n° 6502 ; voyez aussi p. 482, n° 6971, et p. 485, n° 6988, en corrigeant la référence donnée dans ce dernier, au lieu de *Jugés*, il faut lire : *Greffe* I, fol. 174[ro]). Les quatre lettres que nous donnons ici (n[os] 1312-1315) se rapportent vraisemblablement à la même affaire, et nous croyons pouvoir leur attribuer la même date.

1313 [Avignon, 13 octobre 1321.]

Eidem regi G[uillelmum], Montisalbani episcopum, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 7.)

« *Eidem.* Venerabilem fratrem nostrum G., episcopum Montisalbani, qui pro ecclesia predicta habet, fili carissime, cum regia celsitudine aliqua expedire, regie benivolentie plenis affectibus commendamus, serenitatem regiam attentius deprecantes quatinus eorum jura illibata faciat observari, oppressionibus et injuriis, si que ipsis super hiis forsitan fuerint irrogate, absque morosis dilationibus revocatis, ut proinde preter eterne retributionis premium quod oppressis subvenientibus veritas repromittit, a nobis laudis preconium assequi merearis[1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante.

1314 Avignon, 13 octobre 1321.

H[enrico], domino Soliaci, de eodem (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 8.)

« *H., domino Soliaci.* Habet venerabilis frater noster G., episcopus Montisalbani, aliqua pro sua ecclesia cum excellentia regia expedire, quem toto cordis affectu tue benivolentie commendantes, nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, pro ejus expeditione celeri et felici, velis, contemplatione rogantis, opem efficacem et operam adhibere. Dat. Avinione, III idus octobris, anno sexto. »

1315 Avignon, 13 octobre 1321.

In e. m. Johanni « Cerchamont[1] », decano Pictavensi, regis Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 1 v°, p. c. 8.)

1. L'orthographe de ce nom est variable dans le registre du Vatican. Le sceau de ce personnage, conservé aux

Archives nationales porte, comme le document auquel il est appendu, la forme *Cerchemont* (J. 634, n° 8 ; cf. Douet d'Arcq, *Inventaire de la collection des sceaux des Archives de l'Empire*, t. I, n° 204). C'est aussi la forme que nous présentent d'autres documents et, par conséquent, celle que nous devons adopter (Arch. nat., JJ. 64, fol. 45 v°, n° 87; fol. 415, n° 713; — JJ. 65[b], fol. 23, n° 88 ; — JJ. 66, fol. 13 v°, n° 46 ; fol. 404, n° 962; fol. 465, n° 1088 ; — KK. 2, fol. 174 v°). Notons cependant que dans JJ. 65[a], fol. 166, n° 258, on trouve *Cherchamont* et *Cerchamont*.

1316 Avignon, 19 octobre 1321.

Hugonem Dalphini, dominum Fucignaci, ad patientiam hortatur. (Reg. 111, fol. 77, c. 292.)

« *Hugoni Dalphini, domino Fucignani* (sic). Qu[i]busdam, fili, molestiis corporalibus te gravari ac quibusdam mentalibus te affligi non absque grandi compassione au[di]vimus. Sane, fili, si diligenter fructum molestie corporalis consideres, illam profecto debes cum gaudio sustinere, ex eo enim te Dei filium potes agnoscere, quo te dignatus est castigare ; nisi enim tibi hereditatem eternam velut filio dare disponeret, profecto te erudire per molestias non curaret. Hinc est quod ipsa veritas dicit : ego quos amo arguo et castigo. Noli ergo, fili, ne(c)gligere disciplinam, neque, cum ab eo argueris, fatigeris — De mentalibus autem molestiis, ut ipsas cures deponere suademus ; nos enim, ut Dalphinatus negotia imposterum procedant consultius et super pace cum illius emulis reformanda, intendimus operosum studium adhibere[1]. Dat. Avinione, xiii. kal. novembris, anno sexto. »

1. Voyez ci-après n° 1318.

1317 Avignon, 23 octobre 1321.

Johannem monasterio Balmensi, ordinis sancti Benedicti, Bisuntinæ diocesis, per Symonis, olim ejusdem monasterii abbatis, in Ambianensem episcopum promotionem vacanti et ad dispositionem apostolicam spectanti, in abbatem præficit. (Reg. 111, fol. 94 v°, c. 375.)

« *Johanni, abbati monasterii Balmensis, ordinis sancti Benedicti, Bisuntine diocesis.* Nuper monasterio Balmensi — Dat. Avinione, x kal. novembris, anno vi. »

1318 Avignon, 23 octobre [1321].

Archiepiscopo Viennensi, ut Amedeum, Sabaudiae comitem, et Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem, eorumque adjutores ad treugarum inter ipsos indictarum observationem inducat. (Reg. 111, fol. 77, c. 291.)

« *Archiepiscopo Viennensi.* Cum inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie, ac filios ejus, et Ludovicum de Sabaudia et Imbertum, dominum Bellijoci, adjutores, valitores ejusdem comitis, ex parte una, et Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, dominum Fucignani (*sic*), Ademarium de Pictavia, Amadeum, comitem Gebennensem, Amadeum de Gebenna, electum Tullensem, et Hugolinum, fratrem ejus, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem... aviam et tutricem ipsius comitis Gebennensis, adjutores et vallitores electi Metensis ac dalphini predictorum, ex altera, per commotiones guerrarum se invicem collidentes, per venerabiles fratres nostros Guillelmum, Trecensem, et R., sancti Papuli episcopos, quos propter hoc ad partes illas duximus destinandos[1], treuge, auctoritate nostra per certi temporis spatium durature i[n]dicte fuerint hiis diebus, nosque desiderabiliter cupiamus quod treuge ipse inter dictos nobiles, ut interim pax et concordia juxta nostra desideria possint tractari et reformari commodius inter eos, firmiter observentur, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius, et per apostolica scripta mandamus quatinus nobiles ipsos ad observationem treugarum ipsarum, modis et viis ad hoc utilibus exquisitis, solerter inducas et efficaciter exhorteris, illam super hiis diligentiam et sollicitudinem impensurus quod circa treugarum observationem ipsarum nostris desideriis satisfiat, et nos diligentiam, quam in hac parte duxeris adhibendam, merito commendare possimus. Datum Avinione, x kal. novembris[2]. »

1. Voyez la lettre du 22 juillet 1321 (n° 1281).
2. La date de l'année est donnée par la lettre suivante, n° 1319.

1319 Avignon, 23-24 octobre 1321.

Ademaro de Pictavia, ut easdem treugas observet. (Reg. 111, fol. 77 v°, c. 293.)

« *Ademario de Pictavia.* Ad pacis federa — Dat. Avinione, x vel ix kal. (*sic*) novembris, anno vi. »

1320 Avignon, 23-24 octobre 1321.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi. (Reg. 111, fol 77 v°, p. c. 293.)

1321 Avignon, 23-24 octobre 1321.

In e. m. Amedeo, comiti Gebennensi. (Reg. 111, fol. 77 v°, p. c. 293.)

1322 Avignon, 24 octobre 1321.

Henrico, electo Metensi, ut ad bonum Dalphinatus statum procurandum, viros fideles et gratos pacemque diligentes in consiliarios assumat. (Reg. 111, fol. 77 v°, c. 294.)

« *Henrico, electo Metensi.* Desiderantes statum Delphinatus — Dat. Avinione, ix kal. novembris, anno sexto. »

1323 Avignon, 8 novembre 1321.

B. de sancto Mauritio, ut contra Guillelmum, filium Guillelmi de Bulbone de Berbentana [1], militis, Avinionensis diocesis, canonicum Vapincensem, qui Guillelmum et Bertrandum Brotinelli de Rochonatio, fratres, ejusdem diocesis, interfecisse dicebatur citationesque ipsi factas contempserat, procedat eumque, si culpabilis repertus sit, puniat. (Reg. 111, fol. 78, c. 297.)

« *Judici : Berdo, de sancto Mauritio* [2], *precentori Auti[s]siodorensi, officiali Avinionensi.* Cum olim ad — Dat. Avinione, vi idus novembris, anno sexto. »

1. Index : *Burbone de Barbantana.*
2. Ce personnage est peut-être celui que nous avons précédemment trouvé (nos 83, 85, 87, 89, 91); dans ce cas, il faut lire *Bernardo.*

1324 Avignon, 18 novembre 1321.

Petro Arquerii et priori Prædicatorum Rothomagensium, ut diligenter se informent de oppressionibus quas Johannes de Piuu, qui pro collectione fructuum beneficiorum vacantium ad Remensem provinciam, pro illa parte quæ de regno Franciæ non existit, deputatus erat, in diocesi Cameracensi perpetrasse dicitur. (Reg. 111, fol. 6, c. 36.)

« *Magistro Petro Arquerii, decano Rothomagensi, et priori fratrum ordinis Prædicatorum Rothomagensium.* Ad nostri apostolatus — Dat. Avinione, xiiii kal. decembris, anno sexto. »

1325 Avignon, 20 novembre 1321.

Odoni, duci Burgundiæ, de pace cum prælatis et ecclesiis terræ suæ habenda necnon de exauditione supplicationum suarum. (Reg. 111, fol. 2, c. 13.)

« *Dilecto filio nobili viro Odoni, duci Burgundie.* Per litteras et nuntios quos ad nostri apostolatus presentiam tua nobilitas destinavit percepimus evidenter te velle habere pacem et concordiam cum prelatis et ecclesiis terre tue, super quo tuum laudabile propositum in Domino commendantes, petitionibus tuis quas nobis super hoc porrexisti, favorabiliter, prout secundum Deum potuimus, duximus annuendum, sicut in litteris nostris confectis super hoc plenius continetur et ipsi tibi nuntii referre poterunt viva voce. Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno sexto. »

1326 Avignon, 20 novembre 1321.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, de exauditione petitionum prædicti ducis, filii ejus. (Reg. 111, fol. 2, c. 14.)

« *Dilecto filio nobili mulieri Agneti, ducisse Burgundie.* Litteris et nuntiis — Dat. Avinione, ut supra proxime. »

1327 Avignon, 20 novembre 1321.

Amalrico de Narbona juniori, ut B[ernadi] Jordani de Insula quem ad eum mittit, monitis pareat. (Reg. 111, fol. 3, c. 18; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 10, n° 165.)

« *Nobili viro Amalrico de Narbona juniori.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno sexto. »

1328 [Avignon, 22 novembre 1321.]

Regi Franciæ G[uillelmum], episcopum Caturcensem, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 2, c. 11.)

« *Regi Francie illustri.* Venerabilem fratem nostrum — possumus commendamus [1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante (n° 1330).

1329 [Avignon, 22 novembre 1321.]

In e. m. Johanni « Cerchamont [1] », decano Pictavensi, regis Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 2, p. c. 11.)

1. Voyez, au sujet de ce nom, n° 1315.

1330 Avignon, 22 novembre 1321.

Henrico Soliaci de eisdem. (Reg. 111. fol. 2, c. 12.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci.* Venerabilem fratrem nostrum — Dat. Avinione, x kal. decembris, anno sexto. »

1331 Avignon, 23 novembre 1321.

Johannem, ducem Lotharingiæ, Brabantiæ et Limburgiæ, ut Johannem de Pinu, si culpabilis reperiatur [1], taliter puniri faciat quod ejus exemplo cæteris delinquendi in similibus aditus præcludatur. (Reg. 111, fol. 6 v°, c. 37 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 140, n° 268.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Lotharingie, Barabancie* (sic) *et Limburgie.* Per tuas litteras — Dat. Avinione, ix kal. decembris, anno sexto. »

1. Voyez ci-dessus n° 1324.

1332 Avignon, 23 novembre 1321.

In e. m. Guillelmo, comiti Hanoniæ, [Hollandiæ et Ze]landiæ [1] ac domino Frisiæ. (Reg. 111, fol. 6 v°, p. c. 37.)

1. Le registre du Vatican porte : *Guillelmo, comiti Annonie, Landie* (ou *Laudie*) *ac domino Frisie.* Or il ne peut être question ici du comte de Looz. Le comte de Looz (*Lossensis*) était alors Henri, troisième fils de la seconde femme de Guy de Dampierre (P. Anselme, t. II, p. 731). Au contraire le duc de Hainaut, Guillaume porte les titres que nous mettons ici. En 1321, le roi d'Angleterre lui écrivant met : *Domino W., Hanonie, Hollandie et Selandie comiti ac domino Frisie* (Rymer, *Fœdera*, t. II, par. II, p. 17). En 1322, également nous trouvons : Guillaume, comte de Haynau, de Hollande, de Zelande et seigneur de Frise (L. Devillers, *Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg*, t. III, p. 116, n° clxxviii), et, sur un sceau appendu à un document de la même année : *Sigillum Guillelmi, Dei gratia comitis Haynnonie, Hollandie, Zelandie ac domino Frizie* (G. Demay, *Inventaire des sceaux de la Flandre*, n° 203). Il faut donc supposer que le scribe a commis une erreur, sauté, peut-être, une ligne, et rétablir l'adresse comme nous le faisons.

1333 Avignon, 23 novembre 1321.

Amedeo, comiti Sabaudiæ, ut oblationem pro Amedei, nati, et Gratonis, nepotis Ademari de Pictavia, liberatione factam recipiat. (Reg. 111, fol. 78, c. 296.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Cum super liberatione dilectorum filiorum nobilium virorum Amadei, nati, et Gratonis, nepotis dilecti filii nobilis viri Ademarii de Pictavia, comitis Valentini et Diensis, quos tuo carceri detines mancipatos, inter te, ex parte una, et dictum comitem ex altera, ac etiam nonnullos utriusque partis amicos, plures tractatus ex quibus quedam castra sub certis pactis et conditionibus tradi debebant, non absque multis laboribus precessisse noscantur, licet propter impedimenta hinc inde occurrentia nondum finem consecuti fuerint preoptatum, et nunc, ut intelleximus, offeratur pro liberatione hujusmodi facilius obtinenda, castrum de Surreyo, una cum castro de Montesaporoso in manibus dilecti filii nobilis viri Guichardi, domini de Bellojoco, tradendum, in loco feudationis terre domini de Briciaco et commissionis castri sui de Levis, quas in premisso tractatu petebas, si castrum de Montesaporoso predictum ab eodem domino de Bellojoco forsitan aufferretur, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, pro reformatione pacis et concordie facilius procuranda, oblationem recipias supradictam. Et quia profecto confidimus quod si terminum prefixum futuri festi Epiphanie Domini, in quo ex forma tractatus hujusmodi dicti nobiles ad tuum carcerem debeant redire nisi pax interim reformetur, usque ad octabas instantis festi Resurrectionis dominice duxeris prorogandum, pacis concordia melius et utilius poterit reformari, ut prorogationi hujusmodi consentias sano tibi consilio suademus. Dat. Avinione, ix kal. decembris, anno vi° ».

1331 Avignon, 30 novembre 1321.

Valentino et Vivariensi episcopis ac Jacobo Bernardi, inquisitori, ut contra illos qui fratres Cathalanum Fabri et Petrum Pascalis de Saliente, ordinis Minorum, in prioratu sancti Jacobi de Montilio, Valentinæ diocesis, occiderunt, procedant. (Reg. 73, cur. fol. 14, c. 41; — Reg. Avin., t. XVII, fol. 381 v°, c. 41; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321, n° xxii; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 215, n. 453.)

« *Venerabilibus fratribus.., Valentino, et.., Vivariensi episcopis, et dilecto filio fratri Jacobo Bernardi, ordinis Minorum, inquisitori heretice pravitatis in Arelatensi, Aquensi, Viennensi et Ebredunensi provinciis per Sedem Apostolicam deputato.* Vox sanguinis innocentis quem nocens impietas horribili immanitate nocenter effudit, de terra proclamans, horribile facinus et enorme flagitium defert in fidelium medium, judicium expetens ultionis, quoniam in cultores fidei et fideles agricolas, missos ad demolientes vulpeculas propellandas, insurrexere viri perfidie, ac operarios dominice vinee flagitiosi nequitie viri, penam imminentem et proximam utpote jam rei postulati criminis heretice pravitatis rationabiliter formidantes, immani sevitia inhumaniter occiderunt, contra quos eo debet acerbius rigor canonice severitatis exurgere, quo immanitas sceleris in innocentes a noxiis, a sevis in mitos, in pios ab impiis perpetrati, gravius noscitur exagerare reatum. Sane, sicut publice fame relatio jam deduxit in publicam notionem, nonnulli de heretica labe respersi, quorum aliqui, dudum in heresi deprehensi, in signum promisse per eos vere conversionis ad fidem, anterius et posterius per inquisitores pravitatis heretice justo judicio receperant signum crucis, aliqui vero fermento dicte labis infecti ac credentes et fautores hereticorum, ex accusatione conscientie proprie futuram sibi penam meritam prenoscentes, intellecto quod ad perquirenda talium devia pro negotio fidei, vite laudabilis et probate religionis viri quondam fratres Cathalanus Fabri et Petrus Pascalis de Saliente, ordinis Minorum, ad castrum Cabioli, Valentine diocesis, per te, fili inquisitor, fuerant destinati, tam prefati crucem portantes quam quidam alii delati de heresi ac defensores et fautores eorum, conscientes sibi penam ipsamque evitare querentes ac ob hoc eorumdem fratrum conspirantes in necem, collecta multitudine aliorum suorum in hac parte complicium et fautorum, prehabuere tractatum ut, superveniente nocte, dictum castrum cujus porte eis debebant per alios consortes ejusdem nequitie reserari, ipsis prestaretur ingressus dictos fratres eorumque familiam perempturis. Cum idem frater Cathalanus in dicto castro Cabioli non valens injunctum sibi inquisitionis officium comode exercere, se cum dicto fratre Petro ad castrum Montilisii dicte diocesis contulisset, prefati malefici illuc cum predicta multitudine diversis armorum generibus premunita, in profunde noctis silentio accesserunt ac in eosdem fratres qui in prioratu sancti Jacobi dicti loci de Montilisio fuerant hospitati, hujusmodi machinationum insidias minime formidantes sed opus Domini fideliter prosequentes ac tunc quiescentes, portas camere in qua recumbebant securibus excidendo, omni divino timore postposito et quolibet debito humanitatis excluso, immani et terribili impetu irruerunt, ac in eorum capitibus, cervicibus atque membris tot atrocia et letalia vulnera terribilibus ictibus frequentius iterarunt ut, quamvis ad extinctionem eorum pauca de dictis vulneribus suffecissent, illam in cruenta cede ipsorum rabidam ostenderent feritatem, ut non videretur de nimietate plagarum posse eorum crudelitas satiari. Cum igitur predictorum sceleratorum cause multiplicate reatuum tanto majoris sint ultionis animadversione plectende, quanto impunitas talium periculosiorem pareret audaciam similia perpetrandi, discretioni vestre de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus, vos vel duo vestrum, per vos contra priorem dicti prioratus et quoscumque alios qui in eorumdem fratrum miserabili nece culpabiles capti fore dicuntur, ac universos et singulos quos per inquisitionem quam super hiis per vos haberi volumus, simpliciter, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, inveneritis fore precipuos ejusdem nephandi sceleris patratores vel super dicto scelere dedisse auxilium, consilium vel favorem, cum tam committentium reatum hujusmodi quam dictorum fratrum in quos scelus sic immanissimum est commissum qualitas evidenter insinuet

hujusmodi patratores fore de heretica labe suspectos, ad penas debitas inferendas eisdem auctoritate nostra, juxta sanctiones canonicas et secundum privilegia inquisitoribus heretice pravitatis ab Apostolica Sede concessa, procedere studeatis, ita quod qui excessus excessibus aggregarunt, pro cumulatione scelerum penam recipiant congruentem, et si aliquis casus vel dubietas forsan emergeret ut vobis sceleratos eosdem penis dignis subicere periculosum vel difficile redderetur, aut eos ad Sedem Apostolicam sub fida destinetis custodia, si poteritis, penam pro meritis recepturos, aut nos super talibus consulatis, invocantes ad exequenda premissa dilectorum filiorum comitum, baronum, militum et nobilium aliorum, universitatum, civitatum, castrorum et villarum auxilium si videritis expedire, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Avinione, II kal. decembris, anno sexto[1]. »

1. Ces lettres furent réitérées le 17 novembre 1322, mais sans que le nom de l'inquisiteur y soit cité (cf. C. Eubel, *op. cit.*, p. 233, n° 485, ex reg. Vat. 74, fol. 86 v°, n° 186 lit. comm.).

1335 Avignon, 30 novembre 1321.

Universis nobilibus et universitatibus, ut præfatis episcopis et inquisitori in præmissorum executione assistent. (Reg. 73, cur. fol. 14 v°, c. 42; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321, n° XXIII.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris comitibus, baronibus ceterisque nobilibus necnon universitatibus civitatum, castrorum et villarum ad quos presentes pervenerint.* Vox sanguinis etc. — Dat. Avinione, II kal. decembris, anno sexto. »

1336 Avignon, 30 novembre 1321.

Episcopo Valentino, ut cum probis viris, de vita et conversatione prædictorum fratrum necnon de miraculis quæ in ecclesia ubi corpora eorum delata sunt operata esse dicuntur, inquirant. (Reg. 73, cur. fol. 14 v°, c. 43; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321, n° XXV; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 217, n. 454.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Valentino, salutem et apostolicam benedictionem.* Vox sanguinis etc. — Dat Avinione, II kal. decembris, anno sexto. »

1337 Avignon, 5 décembre 1321.

Litteris ab Iterio de Virzaco, milite, Bertrandi, vicecomitis Leomaniæ nuntio, præsentatis, in quibus idem vicecomes, prætextu inhibitionis generalis Philippi, regis Franciæ, de non extrahendo de regno pecuniam, prorogationem termini solutionis centum quinquaginta millium florenorum auri Cameræ apostolicæ debitorum petierat, respondet eique nuntiat se ipsum præfato regi pro licentia super hoc obtinenda et ei breviter destinanda scripsisse. (Reg. 111, fol. 3, c. 20; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 11, n° 166.)

« *Nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Tuis nobis per — Dat. Avinione, nonis decembris, anno sexto. »

1338 Avignon, 9 décembre 1321.

Amalrico, vicecomitis Narbonensis filio, quem ad præsentiam suam evocat, veniendi securitatem concedit. (Reg. 111, fol. 3, c. 19.)

« *Nobili viro Americo*[1], *nato dilecti filii nobilis viri Amalrici, vicecomitis Narbonensis.* Cum nos ex — Dat. Avinione, V idus decembris, anno sexto. »

1. *Aymerico* dans l'index.

1339 Avignon, 15 décembre 1321.

Carolo, comiti Valesii, qui ad defensionem regis et regni Angliæ cum quingentis hominibus armorum proficisci se disponebat et, hujus negotii causa, annalia beneficiorum ecclesiasticorum regni Franciæ usque ad quadriennium in usus suos converti petierat, respondet

papa se ecclesiis dicti regni onera alia imponere non posse eaque annalia negat. (Reg. 111, fol. 2, c. 15.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nuper carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, ac tuis litteris per dilectum filium P. de Sancto Leodegario, nuntium tuum, manu dilecti filii nostri Symonis, tituli sancte Prisce presbyteri cardinalis, presentatis, a nobis benigne receptis, per quas ex parte dicti regis et tua eisdem cardinali et nuntio petebatur per nos fides credula adhiberi, auditaque prefata credentia et in scriptis recepta, inter cetera continente quod, cum ad defensionem regis et regni Anglie in turbine commotionis consistentium, cum quingentis hominibus armorum et amplius proficisci disponeres, Deo propitio, et in brevi, ad relevanda onera que te subire ob causam hujusmodi oportebat, prefato regi Francie usque ad quadriennium annalia beneficiorum ecclesiasticorum regni Francie interim vacantium, per gentes suas colligenda et in usus tuos, ratione hujusmodi, convertenda, concedere sub certa forma de benignitate apostolica dignaremur, certos e fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus, quos scimus inter alios honoris dicti regis et tui fervidos zelatores, ad nostram presentiam duximus evocandos; quibus predicta credentia exposita seriose, et super ea an expediret ipsam in privato consistorio fratribus nostris com[m]uniter exponere consilio requisito, demum plenaria deliberatione super hiis habita cum eisdem, in hoc nostri et ipso[rum]conclusio resedit consilii quod non erat expediens credentiam ipsam in consistorio privato fratribus ipsis exponere, nec eorum super ea consilium postulare, cum supponatur indubie quod, propter grandia onera que portaverunt nostro tempore, etiam supra vires, ecclesie dicti regni, nullatenus consulerent dicti fratres onus predictum fore pro causa hujusmodi ecclesiis presentialiter imponendum. Et, ut de aliis taceamus oneribus, aliqua de multis duximus presentibus exprimenda. Decima quidem biennalis et annalia beneficiorum ecclesiasticorum que infra quadriennium continuum vacare contingeret in regno Francie supradicto, fuerunt per nos imposita et percepta, ex quorum collectione profecto ipse ecclesie noscuntur non modica gravamina pertulisse; plures quoque Sedis Apostolice nuntii, videlicet dilectus filius G., tituli sancti (*sic*) Marcellini et Petri presbyter cardinalis, qui in eodem regno Francie ultra annum continuum moram traxerit, necnon venerabilis frater noster R., episcopus Ostiensis, tunc Bituricensis archiepiscopus, ac dilectus filius magister ordinis fratrum Predicatorum, inibi longo tempore permanentes, inquisitor insuper heretice pravitatis in partibus Tholosanis, ac minister Aquitanie, ordinis fratrum Minorum, per nos ad dictum regnum Francie fuisse noscuntur diversis temporibus destinati, ita quod ipsis ecclesiis et personis ecclesiasticis...[1] et alia non faciliter numeranda plurimum fuerunt agravate, adeo quod ad momentum ipsis quasi non licuit respirare. Et ultra hoc, sicut tua magnificentia non ignorat, decimam quadriennalem ecclesiis regni Francie supradicti ordinavimus imponendam, si prefatus rex Francie negotium Terre Sancte assumat personnaliter prosequendum, pro quo forsan negotio eisdem ecclesiis, preter illa, imponi alia onera oportebit. Quibus omnibus in consideratione deductis, inhumanum visum est nobis dictis fratribus et indecens onus predictum imponere ecclesiis sic gravatis. Nos enim premissis deductis in recte consistorio rationis, licet multum guerrarum et aliarum necessitatum assidue premamur oneribus, ab ipsis ecclesiis et personis ecclesiasticis subsidium omisimus et omittimus postulare. Quare nobilitatis tue providentiam regiam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus moleste non ferat si, propter causas predictas et plures alias quas exprimere, causa brevitatis, omittimus, ab impositione prefati oneris abstinemus; parati quidem sumus et esse proponimus, dante Domino, dum vivemus, vota nostra tuis in hiis que decenter et secundum Deum poterimus, conformare. Prefatum autem nuntium qui prudenter et oportune, et interdum etiam importune, apud nos institit pro responsione celeri premissorum per nos hucusque, certis considerationibus, protelata, super mora quam traxit in curia habere velit tua nobilitas excusatum. Dat. Avinione, xviii kal. januarii, anno sexto. »

1. Il y a ici une lacune ou une erreur évidente, mais le sens de la phrase est suffisamment clair.

1340 Avignon, 15 décembre 1321.

Philippo, comiti Cenomanensi, de expeditione negotii cum R[oberto], rege Siciliæ, habiti gratulatur moramque nuntiorum ejusdem comitis excusat. (Reg. 111, fol. 2 v°, c. 16.)

« *Philippo, comiti Cenomanensi.* De responsione per te data, dilecte fili, super hiis que in Romana curia inter carissimum filium nostrum R., regem Sicilie, ac te tracta[ta], tibique per dilectum filium Cenomanensem decanum tuumque cancellarium fuere nuntiata, utique Deo grata nobisque plurimum placida et utrique vestrum honorabilia admodum et multipliciter fructuosa, devotionem tuam proinde commendantes ipsamque gratiarum actionibus prosequentes, dictum negotium feliciter consummatum, prout tibi tuorum nuntiorum relatio et scripturarum confectarum super hiis lectio latius reserabunt, tibi innotescimus per presentes. Sane super prolixiori mora per tuos nuntios huc contracta, nos et ipsos tuos nuntios, qui nostris acquiescentes suasionibus remanserunt, excusatos habere quesumus, quia profecto nec eorum pro maturiori expeditione defuit instantia debita, nec nostra utique vigilantia tepuit, nec regis prefati malitia intervenit, sed cause alie que concurrentes eo tempore, absque cujusquam premissorum desidia, moram hujusmodi procurarunt. Dilationem quoque brevem partis illius summe tibi assignande ex forma dicti tractatus, quesumus, equanimiter tolera, quia indubie supponimus quod regi fuisset satis; accepimus quod summa fuisset integra, si hoc pateretur possibilitas, tibi presentialiter exsoluta. Dat. Avinione, ut superiori proxima. »

1341 [Avignon, 15 décembre 1321.]

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 111, fol. 3, c. 17.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nuntios dilecti filii nobilis viri Philippi, comitis Cenomanensis, primogeniti tui, super negotio quod idem comes habebat cum carissimo filio nostro R., rege Sicilie illustri, ad nostram presentiam destinatos, ecce, fili, ad eum qui eos miserat remittimus Dei gratia feliciter expeditos. Super mora autem prolixiori per ipsos huc contracta, nos et ipsos habere velit tua providentia excusatos, quia profecto ipsorum instantia pro maturiori expeditione non defuit[1], nec nostra diligentia pigritavit, sed cause supervenientes absque cujusquam malitia, celeriori expeditioni aditum precluserunt...[2]. »

1. Reg. *definit*.
2. Le petit espace laissé ici dans le registre devait contenir la date, sans doute *ut supra*.

1342 Avignon, 16 décembre 1321.

Regi Franciæ, de litteris Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, directis gratias agit et Arnaldum Dueza, nepotem ipsius, quem dictus rex in instanti festo Nativitatis Domini ad recipiendum militare cingulum evocaverat, impeditum excusat. (Reg. 111, fol. 3, c. 21; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 12, n° 167.)

« *Regi Francie.* De litteris regiis directis vicecomiti Leomanie nobis missis gratiarum uberes actiones referimus regie majestati; sed pro eo quod benivolentia regia Arnaldi Dueza, nepotis nostri, non immemor servi sui, ipsum ad recipiendum in instanti festo Nativitatis Domini militare cingulum, ad suam evocavit presentiam, gratias cumulare gratiis non cessamus. Sane quia certe cause probabiles vie sue ad presens impedimenta ingerunt, ipsum, quesumus, habeat excellentia regia excusatum. Dat. Avinione, xvii kal. januarii, anno sexto. »

1343 Avignon, 17 décembre 1321.

Eidem regi de convalescentia gratulatur eumque de patientia in infirmitatibus observata laudat. (Reg. 111, fol. 3, c. 22.)

« *Eidem.* Audisse nos, fili carissime, noveris, et utique non absque multa anxietate animi et amaritudine cordis certamen forte audivimus et excedens vires hominis, in quo contra morbos varios prolixiori tempore decertasti; sed et excellentia regia non ignoret nos cum ingenti gaudio et exultatione animi percepisse patientiam, omni laude dignissimam,

quam in eodem certamine jugiter et immobiliter observasti. Demum vero nobis innotuisse noveris te non tua, que prorsus prostrata fuisse dicitur, sed Altissimi virtute potius, qui sua omnipotentia incomprehensibili mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, minis morborum hujusmodi propulsatis, ipsarum periculum, quantum nosce sinit humana sapientia expertorum in talibus, evasisse, de quo profecto, ut probabiliter credimus, cives exultant celiti et exultare[1] debent bone homines voluntatis. Pro premisso vero triumpho nos, ut tenemur, gratiarum actiones exsolvimus tanti beneficii largitori, linguamque tuam ab ejus laude continua et gratiarum actionibus, quesumus, non cessare. Certamen autem hujusmodi, ut te probaret et purgaret, ipsum credimus permisisse, probandus equidem eras merito velut athleta, qui te, ut nosti, agonistam obtuleras ad ejus injurias ulciscendas et purgandas, ne qua in te rubigo, ex humana contracta fragilitate, peccati existeret que ejus oc(c)ulis, qui immunda respicere nesciunt, displiceret. Dat. Avinione, XVI kal. januarii, anno sexto. »

1. Reg. *exultatione*.

1314 Avignon, 21 décembre 1321.

Arnaldo de Roseto, ut licentiam a Philippo, rege Franciæ, concessam extrahendi de regno illam pecuniæ summam quam Bertrandus, vicecomes Leomaniæ et Altivillaris, Ecclesiæ Romanæ solvere tenetur, eidem Bertrando coram ydoneis personis præsentet et de præsentatione illa publicum instrumentum confici faciat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 23 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 13, n° 168.)

« *Magistro Arnaldo de Roseto, rectori ecclesie de Redona, Electensis diocesis.* Cum pro illa — Dat. Avinione, XII kal. januarii, anno sexto. »

1315 Avignon, 23 décembre 1321.

Præfato Bertrando eamdem licentiam transmittit cumque hortatur ut dictam summam solvere non differat nec omittat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 24 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 14, n° 169.)

« *Nobili viro Bertrando de Guto, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Cum patentes litteras — Dat. Avinione, X kal. januarii, anno sexto. »

1316 Avignon, 28 décembre 1321.

Bertrando Cariti et Raymundo de Parisius, ut quædam bona Odonis de Randeis, olim sancti Martini in Valle Carnotensi prioris, si oportune videatur, vendant. (Reg. 111, fol. 4 v°, c. 30.)

« *Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Dudum Odone de Randeis, olim priore prioratus sancti Martini de Valle Carnotensi, ad abbatiam Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti, spectantis, pro crimine heresis et aliis suis demeritis condempnato, et prioratu predicto ac omnibus bonis suis privato, justitia exigente, nos de bonis eisdem habere volentes certitudinem pleniorem, vobis et utrique vestrum requirendi de illis, et ea nostro et Ecclesie Romane nomine, vobis faciendi a quibuscumque detentoribus integraliter assignari per alias nostras certi tenoris litteras concessimus potestatem. Cumque inter bona hujusmodi per vos vel alterum vestrum recepta, auctoritate litterarum ipsarum sint aliqua, videlicet blada, vina, animalia et suppellectilia de quibus, ut ex parte vestra accepimus, expedit quod vendantur, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum bona hujusmodi, si eorum venditio vobis utilis pro nostra Camera videatur, justo et competenti (termino) pretio distrahentes, pecuniam quam inde receperitis una cum aliis pecuniis et bonis dicti quondam prioris assignare dicte Camere cum integritate curetis, talem adhibituri fidelitatem et diligentiam in hac parte quod inde debeatis merito comendari. Dat. Avinione, V kal. januarii, anno sexto. »

1317 Avignon, 30 décembre 1321.

Regi Franciæ, ut in convalescentia bonum regimen adhibere studeat medicorumque consilio acquiescat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 25.)

« *Regi Francie illustri.* Quam sit plenum periculis quamque sit onustum dispendiis post diversorum langorum (*sic*) molestias residuum, magistra rerum experientia recte considerantibus evidentius manifestat, et ideo queque ad illud ordinant[1] sunt a convalescentibus summopere precavenda. Nos itaque, fili carissime, te observare intentius affectantes, regalem providentiam toto cordis affectu duximus deprecandam eique nichilominus salubri consilio suadendum quatinus, sicut in langoribus ipsis patientiam laudabiliter observasti, sic in convales[c]entia temperantiam tenere studeas, sic appetitum subdere, ut condecet, rationi, quod, per ejus importunitatem indebitam ultra sibi quam nature expediat nullatenus ministretur; et quia mensura hujusmodi expertis medicis est potius quam convalescentibus manifesta, expedit, fili carissime, et hoc desideranter appetimus, et pro munere petimus speciali, ut talium medicorum consilio acquiescas, sciturus quod in hiis excessus est reprehensibilior ac periculosior quam defectus, cum defectus securius reformari valeat quam excessus. Dat. Avinione, III kal. januarii, anno sexto. »

1. Reg. *ordinantibus.*

1348 Avignon, 31 décembre 1321.

Domino de Soliaco, ut eumdem regem ad præmissa oportune ac, si oportuerit, etiam importune inducat. (Reg. 111, fol. 4, c. 26.)

« *Domino de Soliaco.* Edocti magistra rerum experientia, appetitus convalescenter importunitatem cognos[c]imus, nec recidui (*sic*) dubium periculosumque exitum ignoramus. Ideoque carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, cujus salutem velut Deo gratam, regnis predictis necessariam, et universali Ecclesie multipliciter oportunam desideranter appetimus, ut debemus, ut ejus appetitus in sua convalescentia sit subditus, ut condecet, rationi, nec ultra reportet ejus oportunitas quam quod natura posset debite regere, ut reciduum facilius valeat, quodque super hiis expertorum medicorum et probatorum consiliis acquiescat, per nostras litteras suademus, et quia super hiis tuam non ambigimus justam causam multipliciter oportunam, nobilitatem tuam requirimus et rogamus ut apud regem ipsum super hoc oportune instare non negligas et, si oportuerit, etiam importune. Dat. Avinione, II kalendas januarii, anno sexto. »

1349 Avignon, 4 janvier 1322.

Philippo, regi Franciæ, Amalricum, vicecomitem Narbonensem, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 4, c. 27.)

« *Philippo, regi Francie illustri.* Dilectum filium nobilem virum Amalricum, vicecomitem Narbonensem, qui pro quibusdam suis negotiis ad tui culminis presentiam accedit[1], regali benivolentie propensius commendantes, eam rogandam duximus et hortandam quatinus, super hiis que habere se asserit in tua curia expedire, pro nostra reverentia, sibi benignum prebens auditum, regia celsitudo expeditionem favorabilem faciat sine offensa justitie ministrari. Datum Avinione, II nonas januarii, anno sexto. »

1. Reg. *accedentem.*

1350 Avignon, 4 janvier 1322.

Henrico, domino Soliaci, ut eumdem Amalricum prædicto regi commendet. (Reg. 111, fol. 4, c. 28.)

« *Henrico, domino Soliaci.* Cum dilectum filium — Dat. Avinione, II nonas januarii, anno sexto. »

1351 Avignon, 7 janvier 1322.

Johannæ, reginæ Franciæ, de convalescentia Philippi regis gratulatur, favorem P[etro] Nivernensi episcopo, exhibere promittit magistrique P[etri] de Fretis zelum commendat. (Reg. 111, fol. 4, c. 29.)

« *Johanne, regine Francie.* Regalis excellentie litteras leta manu recepimus, spem bonam de convalescentia carissimi filii nostri Philippi, illustris regis Francie, quam affectamus totis precordiis, nuntiantes, super quo regali benivolentie gratias referentes, eidem

sano consilio duximus suadendum ut, attendens quod ad laborem nascimur quodque in vi[t]a mis[c]eri risus doloribus consuevit luctusque extrema gaudii occupare, patientiam que opus habere perfectum noscitur, in quibuscunque contingentibus studeas observare, illi qui nos in ista valle miserie vite comodavit, non dedit de omnibus que ordinanda duxerat, gratias referendo, ad eum et ejus matrem, reginam consolationis et misericordie, in omnibus angustiis, periculis et rebus dubiis fiducialiter recurrendo. De nobis autem, filia benedictionis et gratie, illam geras fiduciam quam de patre potest gerere filia predilecta. Venerabilem fratrem nostrum P., Nivernensem episcopum, suis exigentibus meritis ac tue interventionis obtentu, habemus et habere intendimus propensius commendatum. Magistrum P. de Fretis, velut tuum fidelem servulum solicitum et discretum, quem ex multis que coram nobis pro tua parte habuit agere et persepius tue gratie commendamus. Gratia Domini nostri Jhesu Christi qui tristes solitus est consolari te consoletur, protegat et defendat, amen. Dat. Avinione, VII idus januarii, anno sexto. »

1352 Avignon, 8 janvier 1322.

Guillelmo Rufi, ut monasterii Bellimontis, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis, per Amelii, tunc ejusdem monasterii præpositi, in abbatem sancti Saturnini Tolosani promotionem vacantis, redditus omnes et proventus per unum annum pro necessitatibus Romanæ Ecclesiæ reservatos, recipiat et Cameræ apostolicæ assignet. (Reg. 111, fol. 9 v°, c. 51.)

« *Guillemmo Ruffi, epdomadario* (sic) *Mimatensi*. Dudum monasterio Bellimontis — Dat. Avinione, VI idus januarii, anno sexto. »

1353 Avignon, 8 janvier 1322.

Religiosis et administratoribus ejusdem monasterii Bellimontis, ut dicto Guillelmo obediant eique præfatos redditus assignent. (Reg. 111, fol. 10, c. 52.)

« *Conventui et administratoribus monasterii Bellimontis, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis*. Dudum monasterio Bellimontis — Datum ut supra proxime. »

1354 Avignon, 16 janvier 1322.

Ludovico, comiti Clarimontis, super facto principatus Achayæ respondet eique de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 44.)

Eidem [*Ludovico comiti Clarimontis*]. Litteras nobilitatis tue nobis presentatas per dilectum filium Johannem de Alis, canonicum Noviomensem, et Matheum de Quenello, militem, solita benignitate recepimus, et quia per eas ipsis postulabas super hiis que ex parte tua proponerent fidem credulam adhiberi, eos audire benigne curavimus et que voluerunt proponere intelleximus diligenter. Cumque super facto principatus Acaye eorum esset propositio principalis, ipsis responsum dedimus quod et tibi repetimus per presentes, videlicet quod jam dudum carissimus in Christo filius noster rex Sicilie illustris dilecto filio nobili viro Johannis, comiti Gravine, germano suo, dictum principatum, antequam de regno recederet, duxerat conferendum, quodque super discordia que inter dilectos filios nobiles viros Philippum, principem Tarentinum, et comitem Gravine predictum, occasione dicti principatus esse ceperat, tractatus pacis fuerat habitus qui reputabatur a nonnullis ex tractatoribus, sicut et post extitit, amicabiliter concordatus; quare pro te loqui, fili, super illo inutile et indecens merito censeretur; ideoque habeat nos super hiis tua nobilitas excusatos. Sane viam illam quam te nosce in tuis litteris asseveras [quod] absque ecclesiarum gravamine et dangerio principum, duo milia quadringenti equitum armatorum teneri poterunt continue in subsidium Terre Sancte, audire a te vel a quovis alio, sicut tue nobilitati alias rescripsisse meminimus, profecto plurimum delectaret. Ceterum de venationis grato encennio, quod per eosdem nuntios nobis misit tua devotio copiose, gratiarum tibi referimus actiones, prompti ad ea que nostram honestatem tuumque respicerent commodum et honorem. Dat. Avinione, XVII. kal. februarii, anno sexto. »

1355 Avignon, 18 janvier 1322.

Regi Angliæ, ut Bosoni de Petragoris[1] castrum de Blavia, Burdegalensis diocesis, a senescallo Vasconiæ occupatum, restitui faciat aut ei de aliqua recompensatione satisfaciat. (Reg. 111, fol. 36, c. 160.)

« *Regi Anglie illustri*. Exposuit nobis dilectus. — Datum Avinione, xv kal. februarii, anno sexto. »

1. L'index porte : *Petragoricensi comiti*, qui est une erreur. Boson de Périgord, fils aîné d'un second mariage du comte Archambaud III, n'eut jamais ce titre.

1356 Avignon, 18 janvier 1322.

Senescallo Vasconiæ, de ejusdem castri restitutione aut de quadam satisfactione eidem Bosoni facienda. (Reg. 111, fol. 36, c. 161 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II p. 15, n° 170, non publié.)

« *Senescallo Vasconie*. Exposuit nobis dilectus — Dat. ut supra proxime. »

1357 Avignon, 19 janvier 1322.

Ecclesiam Carcassonensem, quam primum eam per obitum proprii pastoris vel alias vacare continget, Apostolicæ Sedi reservat, inhibendo capitulo seu alii personæ ne ad electionem procedant. (Reg. 111, fol. 26, c. 133.)

« *Ad futuram rei memoriam*. Inter curas assiduas — Dat. Avinione, xiiii kal. februarii, anno sexto. »

1358 Avignon, 19 janvier 1322.

Sancii, regis Majoricarum, Jacobique, regis Aragonum, litteris respondens, declarat quod non videtur expediens nuntios eorum ad novi regis Franciæ præsentiam absque novo mandato de præsenti se conferre. (Reg. 111, fol. 55, c. 212.)

« *Sancio, regi Majoricarum*. Ad regie celsitudinis notitiam deducimus quod, receptis tuis ac carissimi filii nostri Jacobi, regis Aragonum, litteris nobis per Johannem Sa Ribera, militem, et Raymundum Vinaterii, jurisperitum, tuos et ipsius nuntios presentatis, ac que dicte littere continebant et que dicti nuntii proponere ac exhibere voluerunt plenius intellectis, propter gravem infirmitatem inclite recordationis Philippi, regis Francie et Navarre, non fuit nobis visum expediens quod dicti nuntii cum nostris ad dicti regis presentiam, quousque de convales[c]entia quam prestolabamur continue, haberemus certitudinem, se conferrent. Frustrati igitur spe predicta cum, prout Domino placuit, spiritum suum Deo reddiderit qui creaverat illum rex prefatus, nec nobis nec dictis nuntiis visum est expedire ut ad novi regis presentiam, absque novo mandato et litteris dirigendis prefato regi, debeant se conferre. Ordinet igitur, fili carissime, tua et dicti regis providentia quid agendum, supponentes indubie quod, vita comite, nos super dicto negotio amicabiliter terminando, cum rege predicto et aliis de quibus expedire videbimus, dante Domino, curabimus indefessum studium adhibere. Datum ut supra proxime. »

1359 Avignon, 19 janvier 1322.

In e. m. regi Aragonum. (Reg. 111, fol. 55. p. c. 112.)

1360 Avignon, 28 janvier 1322.

Cancellario Parisiensi, ut Michaelem de Curtali, archidiaconum Darocensem in ecclesia Cesaraugustana, in sacræ theologiæ facultate baccallarium, ad magisterium in theologia, non obstantibus aliquibus, promoveat. (Reg. 111, fol. 9, c. 45 ; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 247, n° 801.)

« *Cancellario Parisiensi*. Ad nostri apostolatus — Dat. Avinione, v kal. februarii, anno sexto. »

1361 Avignon, 30 janvier 1322.

Guillelmum Rufi, de nonnullis bonis Arnaldi Pascalis[1], canonici Xanctonensis, in carcere detenti, Cameræ apostolicæ assignatis quittat. (Reg. 111, fol. 9, c. 49.)

« *Guillelmo Ruffi, e[b]domadario ecclesie Mimatensis.* Dudum de bonis — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno sexto. »

1. Index : *Paschalis.*

1362 Avignon, 31 janvier 1322.

Galchero de Castellione, constabulario Franciæ, quod petitiones ejus a Godefrido de Willerzis præsentatas, propter illarum partium ecclesiarum onera, exaudiri non possunt. (Reg. 111, fol. 9 v°, c 50.)

« *Gualchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Francie.* Tue nobilitatis litteras — Dat. Avinione, II kal. februarii, anno sexto. »

1363 Avignon, 5 février 1322.

Hugoni de Engolisma, ut reservationem ecclesiæ Carcassonensis, per obitum Petri episcopi nuni vacantis, prius factam, necnon inhibitionem electionis faciendæ capitulo ejusdem ecclesiæ aliisque quorum interest notificet. (Reg. 111, fol. 26 v°, c. 134.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Inter curas assiduas — Dat. Avinione, nonas febroarii, anno sexto. »

1364 Avignon, 5 février 1322.

Eidem ut bona et thesaurum dicti quondam episcopi prius Apostolicæ Sedi reservata requirat et custodiat, et, si dictus episcopus asseratur testamentum fecisse, quod inventarium faciat terminumque ad comparendum executoribus assignet. (Reg. 111, fol. 26 v°, c. 135.)

« *Eidem.* Licet Dudum, ante — dat. Avinione, nonas febroarii, anno sexto. »

1365 Avignon, 5 février 1322.

Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi, præfatum Hugonem et negotia quæ in partibus illis expedire habet commendat. (Reg. 111, fol. 27, c. 136.)

« *Hugoni Geraldi, militi, senescallo Carcassonensi.* De tua circumspecta — Datum ut supra. »

1366 Avignon, 8 février 1322.

Carolum, regem Franciæ, de obitu Philippi, fratris sui, consolatur, protectionem ei promittit eumque ad bonos et prudentes consiliarios habendos hortatur. (Reg. 111, fol. 6 v°, c. 38; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § XXIII, extrait.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Affectu benigno celsitudinis regie recepimus litteras nobis per venerabilem fratrem nostrum Raynaldum, Ostiensem episcopum, et dilectum filium P., sancte Susanne cardinalem presbyterum, presentatas, per quas infirmitatem clare memorie Philippi, regis Francie, ejusque transitum ac qualiter in illis se habuerat providentia regia mestuoso nobis calamo nuntiavit, nostrarumque ac fratrum nostrorum pie ac religiose pro ipsius regis anime salute orationum suffragia postulans, seque ac regnum Sedi Apostolice recomendans, more devoti filii, se paratum ad ejusdem Sedis beneplacita non ommisit. Profecto, fili carissime, tam primum transitus ipse auribus nostris insonuit, cordis nostri amaricavit intima et punctionis durioris aculeo sauciavit. Unde, si te potavit absintio, si te felle cibavit, si tua commovit viscera, si extorserit gemitum, si expresserit lacrimas, cum ad hoc te affectus inclinaverit naturalis, non decet quempiam super hoc admirari. Sane, fili carissime, si tam innocenter rex ipse vixerit quam laudabiliter rexerit, tamque patienter flagella Domini in sua egritudine tulerit nec non quam humiliter, quam devote ecclesiastica petierit et reverenter receperit, velut princeps christianissimus, sacramenta, et postremo quam confidenter et alacriter Dei misericordiam et sanctorum patrocinia invocans, Deo reddiderit spiritum qui creavit illum, et terre corpus unde assumptum fuerat, ad debite rationis deducitur examen, cessabit dolor utique, planctus et gemitus conquiescent, ac procul dubio multa tibi materia aderit ipsi congaudendi gaudenti; ipsum nempe vitam brevem et fluidam, que nichil est aliud quam vapor ad modicum parens, que velut umbra preterit et in eodem statu persistere nunquam novit, pro eterna

et incomutabili, firmiter credimus commutasse, ipsumque de hac valle calamitatis et miserie, in qua civitatem manentem non habuit, ad civitatem glorie quam solicite quesivit dum vixit, cujus angeli sunt concives, Deus Pater templum, Filius splendor et Spiritus Sanctus est caritas, in qua mansio est secura, totumque continet quod delectat, credimus pervenisse, nec non et de fallaci mundano gaudio, cujus extrema luctus occupat, ad vera perfectaque et eternalia gaudia jam transisse credimus, vel saltem ad spem infallibilem illuc veniendi, e vestigio pervenisse. Depone itaque, fili carissime, depone gemitum, luctum abice ac, juxta dictum apostoli, gaudenti congaude ne te de caritatis inopia arguendo, illud tibi dominicum verbum exprobrando valeat dicere : Si diligeretis me utique gauderetis, quia vado ad patrem. Orationes autem nostre fratrumque nostrorum pro ipsius salute non defuerunt utique nec nostre deerunt dum vivemus, Domino concedente. Te autem, fili carissime, regnaque tua, sicut et debitores sumus et nos recognoscimus, proponimus et intendimus habere in oportunitatibus propentius commendata. Oblationem insuper tuam grato[1] animo acceptantes, regie benivolentie gratias pro eadem offerimus quas valemus. Ad hoc, fili carissime, quia decet patrem benivolum carissimum sibi in Christo filium circa ardua occupatum dirigere ipsumque cautum in hiis reddere per que posset in illis laudabiliter se habere, agnoscentes te ad ardua dignitatis regie ascendisse, admodum necessarium arbitramur ut memoriter eterna studeas que sequuntur[2]. In primis, quia consideratio altitudinis regie dignitatis obfuscare nonnunquam rationis o[c]culum consuevit, expedit advertere te prudenter quod, quantumcunque ipsa dignitas sit sublimis, a curis tamen multis et oneribus variis ac innumeris periculis nequaquam qui illi pres det est immunis. Hec tibi, fili carissime, consideratio suadebit, ut in agendis consilia cures adhibere salubria, ac, velut in lubrico positus, tibi non des liberos impetus, sed circumspicias quo eundum sit et quousque, nec alta te sinet sapere, sed potius suggeret te humilibus consentire, quod utique necessarium non mediocriter arbitramur volenti regnorum gubernacula laudabiliter gubernare. Rursus te scire non ambigimus, et a tua memoria non excidere affectamus quod nichil est morte certius, nec aliquid incertius hora mortis, sicut magistra rerum experientia continue hactenus manifestat; videmus enim sic mori juvenem sicut senem, sic fortem ut debilem, sic nobilem ut ingnobilem, divitem ut pauperem, justum ut peccatorem, sapientem ut stultum, ac doctum pariter ut indoctum. Videmus quoque frequenter infirmos convalescere et incolumes subito expirare, alios loquendo deficere; alios comedendo, alios eundo, alios stando, alios do[r miendo, alios laborando, alios videndo, alios flendo spiritum exhalare. Hoc quoque Scriptura sacra testatur dicens quod constitutum est [h]ominibus semel mori, et alibi, quod nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo et aves comprehenduntur laqueo, sic homines plerumque rapiuntur in tempore malo. Hec profecto consideratio vitare te, fili carissime, noxia faciet et stimulabit te festinanter agere que videris expedire. Hinc sapiens ait : Fili memorare novissima tua, et in eternum non peccabis. Et alibi suadet dicens : Quodcunque potest facere manus tua, incessanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas ; diemque tibi quamlibet persuadet velut ultimam ordinare. Adhuc, fili carissime, obtamus in tua fixe memoria retineri quod quantumcunque hec dignitas sit excelsa, non est libera a reddenda ratione, immo illi presidens, non solum de gestis, sed et de sermonibus, nec non et de cogitationibus, quod est gravius, strictam tenetur reddere rationem. Hinc apostolus ait : Omnes stabimus ante tribunal Christi ; et sequitur : Unusquisque pro se rationem reddet. Et cui (*sic*) sequitur : Deo, cujus utique sapientie nil poterit ocultari, cum ante ejus occulos omnia tam presentia, tam preterita quam futura nuda sunt et aperta ; cujus potentie nullus resistere poterit, cum cuncta et que in celo, et que in aere, et que in terra, et que in profundum abis[s]i sunt posita sint ejus ditioni subjecta, cujusque justitiam nullus evadere poterit, cum tempus acceperit judicandi, tunc et nulli parcet nec acquiescet cujus[cum]que precibus, nec pro redemptione dona plurima acceptabit. Horum, fili, consideratio te inducet ut illum timeas, illi juventutis tue primicias offeras, ipsi fortitudinem tuam custodias, et residua vite tue tempora in continuatione salutaris propositi et

piorum cum prosecutione operum studeas devovere, favendo ecclesiis, ipsarum libertates et jura, nec non et Dei ministros, personas videlicet ecclesiasticas, confovendo. Hec tibi, fili carissime, si ea observaveris diligenter, annos vite producent, hec tibi dierum longitudinem ministrabunt, hec firmabunt procul dubio tronum tuum. Hiis itaque tuum animum imbue, hiis informa, talibus assuesce ut per consuetudinem mores fiant nec perverti possint amplius, conversi quodamodo (*sic*) in naturam. Ad quod exequendum serenitatem regiam rogamus et hortamur in Domino, sano tibi nichilominus consilio suadentes quatinus consiliarios et alios officiales et ministros habere studeas prudentes et gnaros, quique Deum timeant, veritatem diligant et avariciam odiant, ac te in premissis et aliis semitis mandatorum Domini dirigant, non perversis suggestionibus a via rectitudinis abstrahant, nec exemplis detestandis abducant, statum tuum pacificum diligant, tuos subditos foveant, et sua lucra in alienis stipendiis non perquirant. Gratia Domini nostri Jhesu Christi, fili carissime, sit tecum, que te ab omni adversitate defendat et protegat, et dirigat in agendis. Dat. Avinione, VI idus febroarii, anno sexto. »

1. Reg. *gratam*.
2. Reg. *securturus*.

1367 Avignon, 8 février 1322.

Johannam, reginam Franciæ, de Philippi regis, viri sui, morte consolatur. (Reg. 111, fol. 7 v°, c. 39.)

« *Johanne, regine Francie.* Obtamus, filia carissima, te prudenter attendere ac attente considerare quod sicut mors impia, tollendo de medio clare memorie Philippum, regem Francie et Navarre, virum tuum, gravia dispendia intulit omnibus caris suis, sic ipsa profecto immensa sibi, sicut firmiter credimus, beneficia procuravit; unde si dispendiorum consideratio que te tangunt pre aliis, cum quasi tibi subtraxerit alteram partem tui, amplius aliis te afflixit, si te replevit amaritudine ac dolore, si extorserit gemitus, si expresserit lacrimas, non decet quemquam super hoc admirari, cum lex nature ad talia consueverit inclinare. Nos enim, dum tam devotum tamque carissimum filium, qui non solum filiales sed quasi paternales affectus ad nos gessit, dum vixit, de brachiis Sedis Apostolice sublatum audivimus, obstupuimus, ac velut sauciati graviter, non potuimus vehementius non dolere, nostroque dolori dolorem utique superaddidit dolor tuus. Sane si pericula que evasit, et ea que consecutus est beneficia meditationis attente censura recenseas, conceptos, nec immerito, de ipsius obitu doloris temperabis aculeos, quin immo gaudendi et exultandi copiosam materiam ministrabit, et de multis beneficiis aliqua retinemus. Ecce quod, sicut firmiter credimus, vitam brevem et fluidam, que nichil est aliud quam vapor ad modicum parens, et quidam cursus ad mortem, cum vita perempni et incommutabili commutavit, ac de hac valle miserie, cujus omnes incole miseria sunt repleti, ad civitatem glorie cujus angeli sunt concives, in qua viget omnis securitas totumque continet quod delectat, necnon de falaci mundano gaudio, cujus extrema luctus occupat, ad eternalia gaudia feliciter est translatus. Illud quoque in partem multe consolationis debet accrescere omnibus caris ejus, quoniam rex ipse, tanquam princeps catholicus et a Domino predilectus, receptis devotissime dominicis sacramentis, spiritum Domino qui illum creaverat, et corpus terre unde sumptum fuerat, pro[m]pte reddidit et letanter. Quare magnificentiam regiam rogamus et hortamur in eo qui humiles consolatur, quatinus premissa cogitans et recogitans diligenter, regium animum qui semper debet haberi fortior in adversis, dolore non deprimas, sed consolatione munias et exaltes, ita quod ex te ceteris in exemplum constantia prebeatur, nosque qui plurimum in tua consolatione letabimur, tecum in resumptione letitie gloriemur. Volumus autem quod ad nos, carissima filia, recursum in tuis oportunitatibus habeas, sicut ante; nos enim affectum quem ad te dudum habuimus habemus et habebimus cum augmento continuo, Domino concedente. Gratia Domini nostri Jhesu Christi semper sit tecum, amen. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1368 Avignon, 8 février 1322.

Carolum, comitem Valesii, de morte prædicti Philippi, nepotis ejus, consolatur eumque hortatur ut Carolum regem protegat et dirigat. (Reg. 111, fol. 8, c. 40.)

« *Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Hoc indicit nature lex, cujus sunt infrenabiles motus primi, hoc exigit lex amoris quod, sicut carorum presentia caros letificat et delectat, sic et ipsorum substractio cor eorum amaricet et contristet, quodque, juxta amoris vehementiam, ex subtractione hujusmodi vis accrescat amaritudinis et doloris. Hinc quempiam admirari non convenit si substractio clare memorie Philippi, regis Francie, nepotis tui, quem sincere ac intense te novimus, dum viveret, dilexisse, amaricaverit cordis tui intima et turbarit. Nos etenim ejus transitus, dum tam devotum filium, tam fidelem amicum, tam pugilem Dei et Ecclesie strenuum conspeximus de brachiis Apostolice Sedis sublatum, gravis doloris sauciavit aculeo et amaritudinibus variis nos replevit. Quia tamen expedit humanis non semper indulgere affectibus, sed precidere potius rationabili considerationne dolores, decet te, amantissime fili, ad mortalitatis legem humano indictam generi considerationis debite aciem retorquere que profecto conceptos, nec immerito, de subtractione tanti principis doloris aculeos temperabit. Ut enim acerbitatem fati consoletur equalitas, comune (*sic*) factum est omnibus humane sortis edictum, neminem ab illo eminentia dignitatis excepit, nullum contra ipsum potentia, nullum divitie munierunt; ad mitiorem illius sententiam nec etatis miseratio provocat, nec sexus invitat; moritur siquidem juvenis, occiditur senex, puer dum incipit florere marcescit. Divinis itaque beneplacitis te conformans, patienter, ipsius, quesumus, dispositionem suscipe in subtractione predicta; ipsum enim regem eductum de valle miserie mundi hujus firmiter credimus, ut de terreno regno ad regna tran[s]feratur celestia, cum beatissimis spiritibus sine fine mansurus. Ad hec, amantissime fili, quia directio carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ac laudabile regimen dicti regni, ad te velut provectioris etatis virum inter ceteros de stirpe regia prodeuntes majorisque auctoritatis et experientie noscitur pertinere, tuam duximus magnificentiam excitendam quatinus circa regis predicti directionem sic tua solicitudo vigilet, sic tua vigilantia sit intenta, quod dictum regimen Deo gratum regique ac tibi existat honorabile et subditis fructuosum, ipseque rex, et tu, post consummata hujusmodi vite curricula, mereamini ad regna celestia pervenire, sciturus quod qualecunque dictum regimen fuerit, tibi, quoad laudem vel ejus contrarium ascribetur. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1369 Avignon, 8 février 1322.

Henrico, domino Soliaci, de eisdem scribit eique favorem promittit. (Reg. 111, fol. 8, c. 41.)

« *Henrico, domino Soliaci.* Transitum clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, cum stupore percepimus et qualiter circa illud se habuerit intelleximus diligenter. Profecto primum cor nostrum non indigne gravis doloris sauciavit aculeo quadamque merito desolatione replevit. Fuit quidem non modica doloris ingentis occasio principe tam necessario destitui, privari filio tam devoto, ac ab amico tam fidelissimo separari; secundum autem nobis infudit oleum, dolorem deliniens et consolationem infundens, quin immo multam ministrans congaudendi materiam ipsi regi gaudenti. Nunquid non ejus caris in partem magnam consolationis debet cedere ac ad gaudium provocare quod rex ipse, relinquens gloriosum in populis nomen suum, tamquam princeps christianissimus et a Domino predilectus, receptis devotissime sacramentis dominicis, invocans nomen Domini et sanctorum suffragia postulans, plenus fide et bonis operibus, Domino tradidit spiritum qui creavit illum, cum ex hiis mortuus mundo, eternos speretur non immerito evasisse dolores et perenniter vivere, vel esse in spe vivendi infallibili cum beatissimis spiritibus in excelsis, utique debet esse? Congaudeamus igitur illi, omnes qui eum diliximus dum vivebat, cum ad perennia gaudia credi debeat pervenisse, ne nos de caritatis inopia arguens, illud nobis verbum dominicum valeat dicere : Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem. Affectus autem quem ad te, fili, habuimus non mutatur, sed cum augmento stabit, dan[t]e Domino, dum vivemus, ideoque ad nos cura recurrere confidenter quotiens videris expedire. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1370 Avignon, 8 février 1322.

Guidoni, comiti Blesensi, de venatione a Symone, clerico, nuntio ejus, præsentata regratiatur, fratremque ejusdem comitis commendatum habere promittit. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 42.)

« *Guidoni, comiti Blesensi.* Tue nobilitatis litteras — Dat. ut supra proxime. »

1371 Avignon, 8 février 1322.

Ludovico, comiti Clarimontis, de responsione Caroli, regis Franciæ, circa receptionem militiæ[1] ab Arnaldo Dueza. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 43.)

« *Ludovico, comiti Claromontis* (sic). Innotuit nobis tue nobilitatis lectio litterarum quid pro dilecto nepote nostro, Arnaldo de Dueza, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, exponendum duxeris, ac gratum responsum quod super eo receperas ab eodem. Super quo tam regi predicto quam tibi gratias referentes, tue nobilitati duximus respondendum quod, tum propter brevitatem temporis, tum propter reverentiam clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, nobis possibile seu conveniens non videtur ut in die predictis tuis litteris prefinito honorem recipiat in eisdem litteris expressatum. Nos autem non minus tam regi quam tibi obligatos, nec immerito, reputamus, quam si realiter perfecisset quod intimavit tua nobilitas ipsum se facturum liberaliter obtulisse. Datum Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1. Ce mot, qui ne figure que dans l'index, précise l'objet de la lettre du pape.

1372 Avignon, 9 février 1322.

Stephano, Parisiensi episcopo, Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, ipsius capellanum et familiarem, ad Parisiensem ecclesiam pro sua residentia ibidem facienda accedentem, commendat. (Reg. 111, fol. 9, c. 46.)

« *Stephano, episcopo Parisiensi.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, V idus februarii, anno sexto. »

1373 Avignon, 9 février 1322.

Guillelmo, Vivariensi episcopo, ut eidem Johanni qui Carolo, regi Franciæ, quasdam litteras apostolicas præsentare debet, consiliis favoribusque assistat. (Reg. 111, fol. 9, c. 47.)

« *Guillelmo, episcopo Vivariensi.* Cum dilectus filius — Dat. ut supra proxime. »

1374 Avignon, 9 février 1322.

In e. m. magistro Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ, cancellario. (Reg. 111. fol. 9, p. c. 47.)

1375 Avignon, 9 février 1322.

Bernardo Jordani de Insula eumdem Johannem commendat. (Reg. 111, fol. 9, c. 48 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 15, n° 171.)

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, V idus februarii, anno sexto. »

1376 Avignon, 21 février 1322.

Guigoni, dalphino Viennensi, de pace cum Amedeo, comiti Sabaudiæ, facienda. (Reg. 111, fol. 80, c. 306.)

« *Guigoni, dalphino Viennensi.* Grata nobis admodum venerabilis fratris nostri G., archiepiscopi Viennensis, nos, fili, noverit tua nobilitas percepisse quod super pace inter te et dilectum filium nobilem virum comitem Gebennensem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, ex altera valitoresque vestros reformanda, dilectus filius Henricus, electus Metensis, patruus tuus tuumque regens Dalphinatum ad presens, prefati archiepiscopi, cui negotium pacis hujusmodi, quod non modicum insidet cordi nostro imposuimus promovendum, suasionibus annuens velut pacis filius reverenter, super tractatu habendo locum elegit ad quem, cum non possit personaliter accedere, habens in Franciam personaliter proficisci, te, si eidem archiepiscopo videatur expediens, ac certos

barones pacis predicte fervidos zelatores, pro parte tua et dicti comitis Gebennensis, cum potestate plenaria destinare promisit. Quare nobilitatem tuam toto cordis affectu rogandam duximus et hortandam quatinus, guerrarum dispendia et concordie commoda diligenter attendens, ob pacifici regis reverentiam, tractatum pacis hujusmodi usque ad consummationem prosequi non desistas, ut Deo exinde fias acceptior et tuam in bonis operibus solides juventutem ac apud nos et eandem Sedem Apostolicam digne commendationis laudibus attollaris. Datum Avinione, viii kal. martii, anno sexto. »

1377 Avignon, 22 février 1322.

Prædicto Amedeo, comiti Sabaudiæ, de eadem pace. (Reg. 111, fol. 80 v°, c. 307.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Grata nobis admodum — Dat. Avinione, viii kal. martii, anno vi°. »

1378 Avignon, 22 février 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ut ad dictam pacem perficiendam zelum adhibeat. (Reg. 111, fol. 80 v°, c. 308.)

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Grata nobis admodum — Dat. Avinione, viii kal. martii, anno sexto. »

1379 Avignon, 22 février 1322.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, de eadem pace procuranda. (Reg. 111, fol. 81, c. 309.)

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Cum sicut grata — Dat. Avinione, viii kal. martii, anno sexto. »

1380 Avignon, 22 février 1322.

Nobilibus viris ad ejusdem pacis tractatum reformandæ deputatis, de eodem. (Reg. 111, fol. 81, c. 310.)

« *Nobilibus viris ad tractatum pacis reformande inter dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, Guigonem, dalphinum Viennensem, et.., comitem Gebennensem eorumque valitores pro parte dictorum dalphini et comitis Gebennensis deputatis.* Cum, sicut venerabilis frater noster G., archiepiscopus Viennensis, nobis per suas litteras intimare curavit, de consensu dicti comitis Sabaudie, et dilecti filii H., electi Metensis, patrui dicti dalphini et Dalphinatum regentis ad presens, eodem archiepiscopo de mandato nostro solicite procurante, fuerit ordinatum quod dictus comes Sabaudie apud Lugdunum vel sanctum Simphorianum, et dictus dalphinus, si dicto archiepiscopo expediens videatur, ac vos, quos tanquam viros discretione preditos et pacis predicte fervidos zelatores prefatus electus ad hujusmodi negotium dicitur assumpsisse, pro parte eorumdem dalphini et comitis Gebennensis apud Viennam debeatis super dicto tractatu prima dominica instantis quadragesime, annuente Domino, convenire, prefato archiepiscopo ut tractatore communi in aliquo loco medio existente, nobilitatem vestram rogamus attentius et hortamur quatenus, guerre predicte dispendia varia pacisque [in]numera comoda diligentius attendentes, circa pacis tractatum hujusmodi, qui non modicum insidet cordi nostro, sic vos promptos et solicitos exhibere curetis quod, vestre solicitudinis studio mediante, intenso nostro desiderio quod circa pacis predicte reformationem gerimus satisfiat, vosque per hoc, premium quod viris pacificis veritas repromittit, nostram et Apostolice Sedis uberiorem gratiam assequi merito debeatis. Dat. Avinione, viii kal. martii, anno sexto. »

1381 Avignon, 26 février 1322.

Cum nonnullæ utriusque sexus personæ de tertio ordine beati Francisci perire maluerint quam evangelicam doctrinam de articulo fidei, de sacramentis Ecclesiæ, de apostolicæ potestatis plenitudine profiteri, infrascriptis archiepiscopis et episcopis mandat ut, omnes ejusdem ordinis personas evocantes, de receptione et professione illarum ac de disputationibus et erroribus se informantes, contra deviantes a fide procedant. (Reg. 111, fol. 97, c. 392; — Reg. 73, cur. fol. 18 v°, c. 52; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § li, extrait; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 143, n° 274, extrait; —

C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 222, n° 462; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 16, n° 172, non publié.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis per Narbonensem, Tholosanam, Auxitanam, Burdegalensem, Terraconensem, Arelatensem, Aquensem, Viennensem et Ebredunensem provincias constitutis.* Si ea que — Dat. Avinione, IIII kal. martii, anno sexto. »

1382 Avignon, 8 mars 1322.

Hugoni de Engolisma solventes bona quondam Petri, episcopi Carcassonensis, quittandi facultatem concedit. (Reg. 111, fol. 28, c. 142.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Nuper tibi per — Dat. Avinione, VIII idus martii, anno sexto. »

1383 Avignon, 10 mars 1322.

Eidem petendi, exigendi, recipiendi et, si videbitur expedire, vendendi bona dicti episcopi facultatem concedit, exceptis tantum illis de quibus præfatus episcopus dicitur specialiter ordinasse necnon bonis a capitulo Carcassonensis ecclesiæ occupatis. (Reg. 111, fol. 27, c. 137.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma.* Nuper de thesauro — Dat. Avinione, VI idus martii, anno sexto. »

1384 Avignon, 10 mars 1322.

Eidem ut omnia quæ de thesauro et bonis dicti episcopi receperit, ad Cameram apostolicam assignari faciat. (Reg. 111, fol, 27 v°, c. 138.)

« *Eidem.* Cum de te — Dat. Avinione, VI idus martii, anno VI°. »

1385 Avignon, 10 mars 1322.

Capitulo ecclesiæ Carcassonensis de commissis eidem H[ugoni] de Engolisma et de assignatione bonorum dicti episcopi facienda. (Reg. 111, fol. 27, v°. c. 139.)

« *Capitulo ecclesie Carcassonensis.* Cum nos ad — Dat. Avinione, VI idus martii, anno sexto. »

1386 Avignon, 10 mars 1322.

Executores testamenti præfati Petri episcopi, de eadem assignatione. (Reg. 111, fol. 27 v°, c. 140.)

« *Executoribus testamenti bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis.* Cum nos ad — Datum Avinione, VI idus martii, anno sexto. »

1387 Avignon, 2 avril 1322.

Gastoni, comiti Fuxensi, quod monasterium Luccense ordinis sancti Benedicti, Olorensis diocesis, mensæ episcopatus Olorensis uniri, et quædam ecclesiæ diocesis Aquensis eidem Olorensi ecclesiæ subjici, ut petierat, non possunt. (Reg. 111, fol. 12, c. 62; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 16, n° 173.)

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Cum ad cultum — Dat. Avinione, IIII nonas aprilis, anno sexto. »

1388 Avignon, 5 avril 1322.

Geraldo de «Capmulo» concedit ut, ad reparationes in castro Novarum faciendas, quadragentos lapides de ponte diruto, de Bono Passu nuncupato, in flumine Durantiæ infra comitatum Venayssini sito, recipere possit. (Reg. 111, fol. 90 v°, c. 353.)

« *Magistro Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Lombariensis, episcopatus Avinionensis vicario auctoritate apostolica deputato.* Cum sicut nobis — Dat. Avinione, nonas aprilis, anno sexto. »

1389 Avignon, 22 avril 1322.

«Arnaldo», episcopo Dignensi, et G. de Turre, præposito Magalonensi, ut ad partes Vasconiæ se conferentes, pacem inter nonnullos magnates invicem dissidentes reforment. (Reg. 111, fol. 22 n°, c. 115; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 18, n° 174.)

« *Arnaldo*[1], *episcopo Dig[n]ensi, et G. de Turre, preposito Magalonensi.* Infausti rumoris assertione

percepto quod zizanie sator, cunctorum malorum incentor inter nonnullos Vasconie magnates et nobiles gravis discensionis (*sic*) materiam suscitavit, usque adeo ipsos commovens dissidentes quod viribus, non juribus, experiri decrevisse videntur, ac congressibus bellicis non soli dissidentes habent, ut fertur, concurrere, sed fere omnes nobiles et magnates, nedum illarum partium, sed etiam vicinarum, hinc et inde cum sua potentia interesse, nos more pii patris quem non pretereunt incommoda filiorum, attendentes lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula gravius deploranda que ex congressibus hujusmodi si, quod absit, procederent, sequi possent, tantis malis desiderantes occurrere, sicut et pastoralis officii debitum nos astringit, de vestra industria gerentes fiduciam pleniorem, vobis committimus, et mandamus quatinus vos seu alter vestrum, ad partes ipsas vos personaliter conferentes, dissidentes ipsos et valitores ipsorum, de quibus videritis expedire, sic ad pacem et concordiam, juxta datam (a) vobis ex alto prudentiam, sollicitis monitis, et efficacibus persuasionibus inducatis ut, auxiliante illo qui est pacis auctor, et humane salutis amator, vestraque cooperante solertia Deo grata, inter ipsos possit concordia celeriter provenire. Nos enim ad omnia et singula que per nos ad pacem ipsam procurandam et firmandum possent fieri, vobis plenam et liberam, auctoritate presentium, concedimus facultatem. Dat. Avinione, x kal. maii, anno sexto. »

1. Cet évêque est appelé : *Armandus* dans la lettre suivante (nº 1390) et dans une lettre curiale que l'on trouvera plus loin (nº 1412). Eubel lui donne ces deux noms (*Hierarchia catholica*, p. 233). Les auteurs de la *Gallia Christiana* (t. III, col. 1123) ne citent que le premier.

1390 Avignon, 22 avril 1322.

Nobilibus et communitatibus Vasconiæ, ut præfatorum episcopi et præpositi monita benigne audientes, eis assistant et ad pacem veniant. (Reg. 111, fol. 22 vº, c. 116 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 19, nº 175, non publié.)

« *Nobilibus viris comitibus, vicecomitibus, baronibus, militibus ac nobilibus aliis necnon consulibus, consiliis, communitatibus et eorum majoribus seu rectoribus civitatum, castrorum et aliorum locorum partium Vasconie ad quos littere iste pervenerint.* Nuper, non absque — Datum ut supra. »

1391 Avignon, 22 avril 1322.

Amanevo de Lebreto, ut ad obviandum periculis quæ ex dissidiis possent occurrere inter eum ex una parte, et Sancenerium de Pinibus ac Johannam, ejusdem Sancenerii consortem, ex altera, prædictorum nuntiorum consilia audiat et ad pacem promptum se præbeat. (Reg. 111, fol. 23, c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 19, nº 176.)

« *Amanevo, domino de Lebreto. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Dat. Avinione, x kal. maii, anno sexto. »

1. Le copiste a ajouté ce mot parce que l'adresse, au lieu d'être écrite à l'encre rouge, a été écrite ici à l'encre noire, comme le reste du texte ; elle a, de plus, été soulignée (Voyez ce que nous disons sur le même sujet, nº 26, note 2).

1392 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. prædicto Amanevo super controversia quæ esse dicitur inter ipsum, ex parte una, et Guillelmum, dominum du Cavomonte, ex altera. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 20, nº 177.)

1393 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. super eodem domino de Cavomonte. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1394 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti et comitissæ Fuxensi, super controversia quæ esse dicitur inter eos, ex parte una, et comitem Armaniaci at vicecomitem de « Fezensegueto », ex altera. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 21, nº 178.)

1395 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. dicto comiti Armaniaci. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1396 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. dicto vicecomiti de Fezensegueto « *abjecta in hiis tribus ultimis*[1] *illa clausula : que, te docente magistra rerum experientia, indubie non latere supponimus.* » (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Nos 1394, 1395.

1397 Avignon, 22 avril 1322.

Vicecomiti Leomaniæ, ut ad pacem inter Amanevum de Lebreto, ex parte una, et Sancenerium de Pinibus ac Johannam, ejusdem Sancenerii consortem, ex altera, procurandam, partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 23, c. 118; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 21, n° 179, non publié.)

« *Vicecomiti Leomanie. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Dat. ut supra. »

1. Au sujet de ce mot, voyez ci-dessus, n° 1391, note.

1398 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. Bernardo Jordani, domino Insulæ. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118; — L. Guérard, *loc cit.*)

1399 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. Jordano de Insula. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1400 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti Armaniaci. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1401 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti Petragoricensi. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1402 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. domino de Cavomonte. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118; — L. Guérard. *loc. cit.*)

1403 Avignon, 22 avril 1322.

Brunessendi, comitissæ Petragoricensi, de eisdem scribit eamque hortatur ut Archambaldum, comitem Petragoricensem, natum suum, ad pacis viam eligendam inducat. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 119; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 22, n° 180.)

« *Brunessendi, comitisse Petragoricensi. Rubrica*[1] Ad obviandum periculis — Datum ut supra. »

1. Ce mot se trouve répété en marge, voyez à ce propos n° 1391, note.

1404 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comitissæ Fuxensi. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 119; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1405 Avignon, 22 avril 1322

Rogerio, episcopo Vaurensi, ut eosdem nobiles Vasconiæ ad pacem inducat. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 120; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 23, n° 181, non publié.)

« *Rogerio, episcopo Vaurensi. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1391, note.

1406 Avignon, 24 avril 1322.

Carolo, regi Franciæ, de bono ejus proposito et devotione gratias agit eique favorem promittit. (Reg. 111, fol. 10, c. 53.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Serenitatis regie nobis innotuit lectio litterarum quomodo prudentia regia quedam consilia et salutaria documenta in nostris contenta litteris nuper excellentie regie destinatis, sepe ac sepius iterans, sic in sui cordis depixit tabulis quod a sua numquam memoria decident, quodque in eis, Deo favente, proponit jugiter meditari. Profecto, fili carissime, hec ad immensum nobis cesserunt gaudium multeque nobis exultationis non indigne materiam ministrarunt. Numquid non potest audire

pater, absque ingenti gaudio et exultatione animi, carissimum filium, etatis satis tenere, dignitate sublimem, divitiis et gloria affluentem, ac circa negotia distractum innumera, sic ad verba unius littere cor suum totaliter convertisse, ut illa in sui cordis depixerit tabulis et in ipsis proposuerit jugiter meditari? Nequaquam utique si affectum habeat veri patris. Gavisi sumus itaque gaudio magno nimis, talibus de predilecto filio intellectis, illique a quo bona cuncta procedunt, pro bono velle quod tibi tribuit, gratias referentes, humiliter supplicamus ut ipse pius et misericors Dominus sic et perficere pro bona voluntate tibi dignetur adicere quod ipse, post decurso feliciter presentis vite curriculo, te in sua dilecta tabernacula introducat. Tu quoque, fili carissime, quesumus, quantum in te est satage ut tam laudabile propositum dignum consequi mereatur effectum; in hiis, fili carissime, perseverare stude, sciens quod, licet virtutes omnes currant ad bravium, soli tamen est perseverantie repromissum. Ad hec subjungebatur in dictis litteris spem de nobis te, fili carissime, concepisse, quod ad ea que tuum respiciant honorem et commodum favor noster continuari debeat, sed etiam ampliari. Profecto, fili carissime, conceptus iste nunc nuntiari nequaquam debuit, sed ex die qua servus servorum Dei ordinati fuimus, obtineri verius debuit et cum augmento continuo perdurasse; sic enim Sedem istam domumque tuam conjunxit Altissimus, quod presidentes illis ad procuranda alterutrum commoda et vitanda dispendia mutuo sunt astricti. Nos quoque, preter hec, illi domui et illi presidentibus specialiter, sicut et sumus, fatemur et recognoscimus pre aliis nos astrictos. Unde, fili carissime, absque hesitatione qualibet volumus te tenere quod, non obstante quicquid linga tertia subdola, pacis emula et concordie inimica, undecunque procedat, garriat, quam qui respicit, privatus requie et amicum habere non poterit in quo requiescere possit, sic tuis successibus communicare intendimus, quod nos illi contingant tam prosperi quam adversi, sic ut illi nos letitia repleant, et isti, si quod absit, contingerent, amaritudine nos perfundant, sicque pro illis parati simus operosum adhibere studium, et contra ista remedia salubria, prout se possibilitas offeret, procurare. Rursus ad id quod prefate littere continebant quod ad omnia que sancte matris Ecclesie contingunt honorem nostreque scires placita voluntati, offerebat tua magnificentia se paratam, nescimus aliud respondere nisi quod regie devotionis oblatio eo nimirum nostris acceptior venit conspectibus, quo iterata majoris firmitatis indicia sua iteratione presentat, pro qua utique regalis excellentia sibi merito vendicat, nosque sincero corde eidem cum gratiarum actione offerimus quod valemus. Quod autem benignitas regia se excusat de responsione dilata, ex humilitate utique cum non esset necessarium, recognossimus processisse. Nuntios autem regios, dante Domino, dum venerint, sereno vultu videre intendimus et audire benigne ac expedire celeriter et feliciter, prout proponendorum per eos negotiorum qualitas patietur. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anni sexto. »

1407 Avignon, 24 avril 1322.

Eidem regi, de pace inter intrinsecos et extrinsecos civitatis Januensis reformanda. (Reg. 111, fol. 10 v°, c. 54; — Arch. nat., L. 300, n° 33, orig., le sceau manque.)

« *Eidem regi*. Ex tenore regalis epistole nobis misse percepimus quomodo certi ambassiatores, nuntii Symonis Crivelli, capitan[e]i et consilii credentie, qui se fideles[1] Imperii nominant, de Janua et districtu ad clare memorie Philippi, regis Francie, predecessoris tui, fili carissime, presentiam cum litteris eorum de credentia destina[n]ti, tue celsitudini, pretextu dicte credentie, quibusdam per ipsos ambassiatores oblatis ac per te, velut non convenientibus regie a te sumpte dignitati noviter, non admissis, supplicare inter alia tue excellentie curaverunt ut super reformatione pacis civitatis et patrie predictorum nobis velles dirigere preces tuas, quorum condescendens supplicationibus in hac parte, efficaces nobis preces duxit excellentia regia porrigendas. Profecto letamur, fili, talem illi regno Francie cui Dominus benedixit, preesse rectorem qui que majestatem dedecent regiam respuit, et que illi sunt congruentia clementer admittit. Ut autem quid circa reformationem pacis

hujusmodi procurandam fecerimus hactenus celsitudo regia non ignoret, ad ejus notitiam deducimus per presentes quod, quamquam in dicte dissentionis primordio nostri nuntii, dilecti videlicet B[ertrandus] de Turre, Minorum, tunc minister provincialis Aquitanie, nunc tituli sancti Vitalis presbyter cardinalis, ac B[ernardus] Guidonis, Predicatorum, inquisitor heretice pravitatis in partibus Tholosanis, ordinum fratres, per nos ad partes Ytalie pro pace reformanda in partibus ipsis nuntii destinati, dicta percepta discordia, pro illa sopienda festinaverint, tam intrinsecis quam extrinsecis presentiam exhibere ipsisque, velut pacis angeli pacis monita nuntiantes, ad ea satagerint ipsorum animos studiosius inclinare, ac, ab intrinsecis grata responsa super hiis reportarint, ab extrinsecis[2] nullum potuerunt nisi fastuosum et quasi delusorium extorquere responsum, propter quod infecto negotio, pro referendis que fecerant, ad nostram se conferre presentiam curaverunt. Ac insuper, licet hiis non contenti, cum sismaticis et Ecclesie inimicis fedus inierint extrinseci supradicti eorumque vexilla in suis vasis maritimis deferre publice ac eorum laudes non erubuerint proclamare, quodque post processus nostros excommunicationis et alias tam spirituales quam temporales sententias continentes, habito de fratrum nostrorum consilio, contra quoscumque regnum Sicilie citra Farum quod carissimus filius noster R[obertus], rex Sicilie illustris, in feudum a Romana Ecclesia obtinere noscitur, invadere presumentes, non fuerint veriti hostiliter invadere dictum regnum, ipsos tamen, tot ab ipsis injuriis lacessiti, ad pacem reducere curavimus studiose; et licet mediante dilecto filio nostro Neapolione, sancti Adriani diacono cardinali, a nonnullis non parve auctoritatis extrinsecis nobis certus tractatus oblatus fuerit, et quod illud deberemus prosequi, ac partibus diem certam statuere pro tractatu hujusmodi prosequendo, qui in se existebat difficilis et nobis multipliciter onerosus, propter quod tractatum illum respueramus sepius, devicti tandem importuna ipsorum instantia, votis eorum duximus annuendum, extrinsecisque predictis consentientibus, tam intrinsecis quam extrinsecis certum terminum duximus assignandum, in quo intrinsecis per solennes comparentibus nuntios coram nobis, extrinseci velut superbie et arrogantie vento repleti, nec comparere nec se curaverunt super hoc excusare. Qualem autem devotionem ad domum tuam dudum habuerint extrinseci supradicti et qualiter ejus preces exaudiverint, sciret dicere, si viveret, bone memorie R[obertus], Attrebatensis comes, cum certis aliis pro parte domus regie Januam destinatus, qui moram trahens inibi pluribus septimanis, nil nisi verba vana et arrogantia potuit reportare; et quid honoris domui regie impenderint in hac parte, potest aperte providentia regia judicare. Habuerunt quidem recursum ad plures alios etiam sismaticos et domus regie inimicos, antequam ad presidium domus regie duxerint recurrendum. Premissis tamen non obstantibus, regiarum precum obtentu, uni ex aliis ambassiatoribus in curia tunc presenti respondimus, expositis supradictis, quod si essent presentes aliqui de extrinsecis cum quibus possemus tractare, parati eramus pro pace reformanda inter ipsos intrinsecos et extrinsecos interponere partes nostras, quo respondente quod ipse non loquebatur nisi pro se dumtaxat, nec ad hoc mandatum aliquod a predictis extrinsecis obtinebat, eidem diximus quod si ipsos intrinsecos mittere contingeret aliquos ad predicta potestatem habentes, nos parati essemus, dante Domino, circa premissa intendere et vacare; sicque recessit a curia, nullo ex tunc pro ipsorum parte se nostro conspectui presentante. Unde videat excellentia regia qualis est ipsorum intentio in premissis, et advertat quod non leviter tangit carissimum filium nostrum R[obertum], regem Sicilie illustrem, negotium antedictum. Qualis autem, fili carissime, repertus fuerit circa ea que tangunt fidem catholicam sismaticus ille Matheus de Mediolano, per inquisitores heretice pravitatis illarum partium, videre poterit excellentia regia in cedula presentibus interclusa. Gratia Domini excellentiam regiam dirigat in agendis. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anno sexto. »

1. Reg. *fidelem.*
2. Orig. *ab extrinsecis tamen* etc.

1408 Avignon, 24 avril 1322.

Carolo, comiti Valesii, de laudabili ejus proposito circa Franciæ regimen gratias agit eique sententiam

contra Matheum de Mediolano latam transmittit. (Reg. 111, fol. 11, c. 55.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Leta manu magnitudinis tue recepimus litteras laudabile propositum quod geris circa carissimi filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, regnorumque salubre regimen nuntiantes. Profecto, fili, talia de te gratanter audivimus quia ea Deo noscimus esse grata; quia nobis acceptam admodum tue salutem anime, si constanter in illis perstiteris, repromittunt; quia cum nostris desideriis qui premissorum directionem et laudabile regimen desideranter appetimus, convenire noscantur; pro quo illi nimirum in cujus manu principum corda consistunt, toto mentis affectu quas possumus gratiarum actiones exolvimus qui tibi spiritum hujusmodi inspiravit, illius clementiam implorantes ut in hujusmodi fervore propositi te per tempora longiora conservans, sic in suis semitis perficiat gressus tuos, quod ab illis nequaquam tua vestigia moveantur, sed et que, ipso inspirante, interius concepisti, ipso robur prebente, exterius perducere valeas ad effectum. Ad hec, pro oblatione per easdem litteras nobis facta, tue magnificentie gratiarum exsolvimus uberes actiones, qua uti confidenter intendimus quotiens hoc oportunitas suadebit. Ut autem qualis ille tyrannus sismaticus perfidus Matheus de Mediolano ab inquisitoribus pravitatis heretice sit repertus qualemque pro suis demeritis reportaverit sententiam, tua magnificentia non ignoret, aperiat utique, si videre libuerit, cedula tenorem dicte sententie continens presentibus interclusa. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, fili, amen. Dat. Avinione, VIII. kal. maii, anno sexto. »

1409 Avignon, 24 avril 1322.

Bernardo Jordani de Insula, de vocatione sua a Carolo, rege Franciæ, congaudet eique Johannem de Arpadella quasdam eidem regi litteras apostolicas præsentaturum commendat. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 56; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 23, n° 182.)

« *Bernardo Jordani, domino (de) Insule.* Vocationem tuam, fili, letanter audivimus et, ut in ea te laudabiliter habeas, in Domino exhortamur ut te non extollat ipsa vocatio nec extra terminos tuos ponat, sicque, Domino faciente, cor tuum disponere studeas, sic linguam frenare manusque innoxias custodire, quod emuli, qui plerumque regnant in domibus principum, nequeant te mordere, quodque non te consiliis ingerens, deferre aliis studeas et multiloquium in quo erratur faciliter, evitare. Carissimo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, mittimus litteras per dilectum filium nostrum capellanum Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, cui te assistere volumus, si presens fueris, presentandas [1]. Scribe nobis frequentius statum carissimi filii nostri regis predicti, quem Deus in agendis dirigat et protegat ab adversis. Dat. ut supra. »

1. Ce personnage avait déjà été recommandé à Bernard Jourdain le 9 février (Voyez n° 1375).

1410 Avignon, 24 avril 1322.

Episcopi Vivariensis fidelitatem et diligentiam commendans, eum hortatur ut de statu Caroli, regis Franciæ, ipsum frequentius reddere certiorem curet. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 57.)

« *Episcopo Vivariensi.* Fraternitatis tue litteras geminas tue fidelitatis et diligentie nobis nuntiantes promptitudinem nos noveris recepisse, super quo tuam solicitudinem in Domino merito commendantes, volumus et hortamur ut de statu carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, quem Deus prosperum faciat, nos cures frequentius reddere certiores. Lator ultimarum de nostra intentione circa multa te poterit reddere certiorem. Dat ut supra. »

1411 Avignon, 24 avril 1322.

Magistrum Johannem de Arpadella de diligentia commendat eique nonnulla committit. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 58.)

« *Magistro Johanni de Arpadella.* Missas per te nobis quam (*sic*) tuas quam aliorum per diversos

nuntios litteras nos noveris recepisse, ex quibus tuam percipientes diligentiam ipsamque merito commendantes, volumus et mandamus ut, quotiens expediens videris, nobis insinues que videris expedire; litteras autem quas tibi per presentium portitorem transmittimus, illis quibus eas mittimus evestigio presentabis. Dat. ut supra. »

1412 Avignon, 24 avril 1322.

Litteræ de securo conductu pro Armando[1], episcopo Dignensi, et Guillelmo, præposito ecclesiæ Magalonensis, ad partes Vasconiæ Apostolicæ Sedis nuntiis. (Reg. 73, cur. fol. 19, c. 55.)

« *Vererabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis et prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vices gerentibus, ac ecclesiasticis personis religiosis et secularibus et aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis et Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, sancti Augustini et sancti Benedicti et aliorum ordinum, necnon magistris preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate [Marie] Theotonicorum ad quos littere presentes pervenerint, salutem.* Cum venerabilem fratrem — Datum Avinione, VIII kal. maii, anno sexto. »

1. Au sujet de ce nom, voyez ci-dessus, n° 1389, note.

1413 Avignon, 4 mai 1389.

Galchero de Castellione respondet quod domus de Noysiaco sibi concedi non potest. (Reg. 111, fol. 12, c. 61.)

« *Galchero de Castellione, domino de Dompno Petro.* Tue, fili, nobilitati — satisfacere autem prioratui sancti Martini juxta Parisius de loco alio pro domo de Noysiaco quam tibi per nos concedi per tuas litteras supplicasti, nequaquam possumus, nisi ecclesiam aliam gravaremus, et ideo habeat nos tua prudentia super hoc excusatos. Dat. Avinione, IIII nonas maii, anno sexto. »

1414 Avignon, 5 mai 1322.

Abbati Cluniacensi, ut fratri Renerio, Cluniacensis ordinis, olim decano de Valenzoliis, Regensis diocesis, eumdem decanatum de Valenzoliis restituat, vel de aliquo prioratu aut domo providere studeat, cum idem Renerius de decanatu de Escuroliis in Arvernia sibi inde concesso, propter magnam « censam », sustentari non possit. (Reg. 111, fol. 12, c. 64.)

« .., *abbati Cluniacensi.* Scire te volumus — Dat. Avinione, III nonas maii, anno sexto. »

1415 Avignon, 7 mai 1322.

Guillelmum de Concoutz Aymerico de Cregolio, decano Colimbriensi, infirmitate gravato, in cujusdam perceptione decimæ subrogat[1]. (Reg. 111, fol. 79, c. 301; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 86.)

« *Guillelmo de Concoutz, canonico Autisiodorensi.* Dudum dilecto filio — Dat. Avinione, nonas maii, anno sexto. »

1. Voyez n° 1282.

1416 Avignon, 12 mai 1322.

Carolo, comiti Valesii, de amicitia sua erga dominum Soliaci gratias agit. (Reg. 111, fol. 11, c. 59.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nosti, fili, quod amicitia vera plerumque latere consuevit in prosperis et pandi procul dubio in adversis. Quam sit autem laudabile ipsam in adversitatis servare tempore, hoc observantium raritas arguit, que rem preciosorem efficere consuevit. Hec, fili, ab infantia velut tibi connaturalis tecum crevisse dicitur, quam in personam dilecti filii nobilis viri H., domini Soliaci, noviter observasse laudabiliter predicaris. Cum enim illi, sereno ipsius in tempore, videlicet clare memorie Philippi, regis Sicilie et Navarre, illo vivente, dulcis

et benivolus dominus fueris, ad ipsum, nubiloso tempore, post dicti videlicet regis transitum, ipsam operose continuare benivolentiam curavisti. Profecto, fili, hoc letanter percepimus et exultanter audimus, in hiis cupimus te persistere, scientes quod per hoc multorum corda tibi merito poteris vendicare, multosque ad tua copulare beneplacita et ad devota tua obsequia non indigne allicere et ligare. Et quoniam nobilem predictum, quia experientia multa ipsius domino suo fidelem et in sibi commissis vigilem ac solicitum novimus et prudentem, gerimus in visceribus caritatis, magnitudinem tuam affectione qua possumus deprecamur ut, nedum ipsum benivolentia solita prosequaris, sed nostre interventionis obtentu, ipsa benivolentia obtata suscipiat incrementa, pro quo fidentius preces nostras magnitudini tue duximus offerendas, quia devotum tuum et fidelem ipsum novimus tuaque negotia, cum se oportunitas obtulit, non aliter nobiscum quam regia promoventem. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno sexto. »

1417 Avignon, 12 mai 1322.

Johanni Cerchemont de mutua amicitia cum eodem H[enrico] Soliaci gratias agit. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 60; — Arch. nat., J. 706, n° 223, orig. scellé sur chanvre.)

« *Johanni Cerchamont*[1], *decano Pictavensi*. Scire te credimus — Dat. Avinione, IIII idus maii, anno sexto. »

1. *Cancellario Francie*, lit-on dans l'index. C'est une erreur évidente que ne reproduisent ni le texte du registre ni l'original que nous signalons. Jean Cerchemont (Voyez, pour l'orthographe de ce nom, n° 1308, note) avait été chancelier de Philippe le Long. Sous Charles IV il fut remplacé par Pierre Rodier (Voyez n°s 1374, 1424; — et P. Anselme, *Histoire généalogique de la maison de France*, t. VI, p. 309, où nous lisons qu'il fut rétabli le 19 novembre 1323).

1418 Avignon, 17 mai 1322.

Rogerio, Vaurensi episcopo, ut tractatum inter se et P[etrum], Ruthenensem episcopum, habitum super pariagio inter eumdem Petrum et ecclesiam Ruthenensem, ex parte una, et J[ohannem], comitem Ruthenensem, ex altera, usque ad alterius anni spatium prorogare velit. (Reg. 111, fol. 12, c. 63; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 25, n° 184.)

« *Rotgerio, episcopo Vaurensi*. Dudum te rogasse — Dat. Avinione, XVI kal. junii, anno sexto. »

1419 Avignon, 19 mai 1322.

Sententia definitiva in causa divortii inter Carolum, regem Franciæ et Blancham de Burgundia. (Reg. 111, fol. 29-33, cc. 147 et 148; — Arch. nat., J. 682, nos 4[1]–[3], orig. scellés sur soie[1]; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 439-458, n° LXVII; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § 28, extrait.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Hoc suscepti nobis indicit cura regiminis, hoc salus animarum expostulat et utilitas publica persuadet ut conjunctos contra statuta canonum, adhibita maturitate debita, studeamus solvere, ipsisque abeundi ab invicem licentiam libenter impertiri. Hec profecto in personis sublimibus, quarum excessus divinam posset gravius majestatem offendere gravioraque ex eis pericula possent subsequi et scandala suscitari, sunt observanda tenacius et promptius exequenda. Sane dilecti filii nobiles viri Ludovicus, comes Clarimontis et Milo, dominus de Noeriis, ac magistri Stephanus de Mornayo, decanus sancti Martini Turonensis, et Petrus de Mortuomari, cantor Bituricensis ecclesiarum, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie ac Navarre illustris, nuntii ad nostram presentiam destinati, in nostra fratrumque nostrorum presentia constituti, presentibus quoque Petro Galvandi[2], dicti regis, et Aymerico Mazeran[3], dilecte in Christo filie nobilis mulieris Blance de Burgundia procuratoribus, insinuare nobis nomine regio curaverunt quod, dudum inter regem et Blancam predictos, tunc infra annos nubiles constitutos, parentibus ipsorum procurantibus, de facto matrimonium extitit celebratum, in quo usque ad annos nubiles et post, annis pluribus persistentes, prolem tam masculinam quam femininam ex dicto matrimonio susceperunt. Processu vero temporis, cum fide digna relatio ad ipsius regis notitiam deduxisset quod diversa impedimenta, tam ex consanguini-

tate quam ex proximitate spirituali provenientia, dicto matrimonio obsistebant, sic quod nec illud de jure tenebat, nec ipsi persistere absque offensa divina poterant in eodem, idem rex volens peritorum consilio super his certius informari, cum pluribus sacre theologie magistris et doctoribus decretorum et legum professoribus deliberare curavit; quorum in hoc resedit deliberatio quod dictum matrimonium procul dubio non tenebat, nec in eodem ipsi contrahentes licite poterant remanere. Propter quod idem rex pater fieri cupiens, et ad Dei servitium, regnorum suorum regimen omniumque fidelium fulcimentum prole legitima abundare, et an dictum matrimonium teneret vel non teneret Ecclesie judicio declarari, per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum venerabilem fratrem nostrum Stephanum, Parisiensem episcopum, ejus et dicte Blance ordinarium adire curavit; dictusque episcopus, exposito sibi negotio hujusmodi, diligenter considerans qualitatem ipsius et dictarum excellentiam personarum, ut sollemnius et maturius ac cum majori gravitate, omni suspicione cessante, procederet in eodem, adhibuit sibi venerabilem fratrem... episcopum Belvacensem et dilectum filium magistrum Gaufridum de Plexeyo, notarium nostros, ut sibi assisterent in eodem, adhibendo sibi pro notariis publicis in hac causa dilectum filium magistrum Amisium, dictum le Ratif de Aurelianis, decanum Parisiensis, et magistrum Guillelmum de Morcento, canonicum Laudunensis ecclesiarum, publicos apostolica auctoritate notarios, peritos in jure et expertos in facto, dictamque Blancam citari fecit peremptorie ad diem certam in ipso citatorio insertam libello, in qua per se vel per procuratorem legitimum libello hujusmodi responderet et in hujusmodi causa procederet prout justitia suaderet. Qua die procuratore pro dicte Blance parte constituto legitime comparente, ac juridictione dicti episcopi ad cautelam a partibus prorogata, liteque super dicto libello legitime contestata, ac juramento tam de calumnia quam de veritate dicenda prestito hinc et inde, factisque positionibus et oblatis pro parte regis ejusdem, et pro parte dicte Blance ad eas responsionibus subsecutis, datis quoque articulis et super eis productis testibus pro parte regis ejusdem, ipsorumque testium juramento recepto in presentia procuratorum partium earumdem, et examinatis eisdem, et attestanionibus eorum in scriptis redactis, ante publicationem ipsarum procurator dicte Blance excipiendo proposuit coram episcopo prelibato quod impedimenta objecta superius contra matrimonium antedictum eidem minime obsistebant, pro eo videlicet quod ipsum matrimonium dispensatio apostolica dicto regi et illi cum qua contraheret concessa precesserat, que impedimenta predicta omnia amovebat; quare dictum matrimonium contractum fore legitime asserebat. Pro parte vero dicti regis fuit propositum replicando quod dicta dispensatio, tum propter impedimenta multiplicium consanguinitatum et affinitatum ex diversis prohibitis gradibus provenientium, tum etiam propter cognationem spiritualem ex eo contractam quod prefatus Carolus per matrem dicte Blance una cum quibusdam aliis fuerat de sacro fonte levatus, de quibus in dicta dispensatione sufficiens mentio non fiebat, nec ad ea dicta dispensatio se aliquatenus extendebat, necnon quia in ipsa dispensatione multa suggesta fuerant que veritatem minime continebant, propter quod videbatur judicanda subreptitia, regi predicto nullatenus obsistebat, dictoque matrimonio robur prebere non poterat nec debebat. Post que prefatus episcopus considerans diligenter super dicta dispensatione apostolica multa resultare dubia ex propositis hinc et inde, ac attendens quod ad summum pontificem pertinet suarum et predecessorum suorum dispensationum verba et super ea mota dubia declarare, expedientius reputavit quod ad nos prefatum negotium remitteretur instructum. Cui remissioni rex predictus sub certo modo et procurator dicte Blance simpliciter consenserunt. Post que dictus Parisiensis episcopus decrevit remissionem nobis fore hujusmodi negotii totius coram eo habiti faciendam, ita tamen quod si casu aliquo contingeret quod per nos non diffiniretur negotium antedictum, illi per remissionem hujusmodi non fieret prejudicium quominus ipse dictum negotium posset resumere ac etiam diffinire. Quare tam nuntii quam procuratores prefati ex parte regis et Blance predictorum nobis humiliter supplicarunt ut dictum negotium recipere ipsumque sicut exigebat negotii qualitas, cujus mora secum trahebat

periculum, diffinire celeriter dignaremur, exhibentes nobis litteram ejusdem episcopi super dicta remissione confectam suaque procuratoria et processum habitum coram eo. Dictusque procurator Blance predicte nobis exhibuit clausas carissime Johanne Francie et Navarre regine illustris, et dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mathildis, comitisse Atrebatensis ac Blance litteras supradicte, in quibus quidem remissionis littera et processu sigilla Parisiensis ac Belvacensis episcoporum, ac magistri Gaufridi notarii predictorum erant appensa. Aperta itaque dicte remissionis littera et perlecta, perlectis quoque procuratorum procuratoriis predictorum, nos, quos astringit debitum officii pastoralis ut ad submovenda filiorum pericula sollicite intendamus ipsisque adversus illa curemus salubriter providere, negotium prefatum recepimus, intendentes illi, dante Domino, congruum finem dare, ac volentes et predicentes expresse quod, si per nos contingeret dictum negotium minime terminari, jus dicto Parisiensi episcopo circa cognitionem ipsius, si et prout ei ante remissionem hujusmodi competebat, salvum per omnia remaneret. Intendentes itaque procedere in negotio supradicto, presentibus venerabilibus fratribus Berengario, Tusculano et Raynaldo, Ostiensi episcopis, et dilectis filiis nostris Petro, tituli sancte Susanne, Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri, et Symone, tituli sancte Prisce presbyteris, Bertrando, sancte Marie in Aquiro et Arnaldo, sancti Eustachii diaconis cardinalibus in aula episcopali Avinionensi, ubi dudum teneri consistorium consuevit, presentibus quoque nuntiis et procuratoribus antedictis, ac recognitis ab eisdem procuratoribus mutuo tam sigillo regis ejusdem in procuratorio suo appenso quam signis et subscriptionibus notariorum in procuratorio predicte Blance subscriptorum, necnon sigillis in actis dicti processus in publicam formam redactis ac etiam in scriptura attestationum nondum publicatarum pendentibus, sigillis quoque litterarum clausarum regine, comitisse [et] Blance predictarum recognitis, a procuratoribus antedictis, eisque instantibus et supplicantibus, attestationes aperuimus et publicavimus supradictas. Post que attestationes et processum predictos videri et examinari ac rubricari attestationes easdem fecimus diligenter, ac deinde super dictis attestationibus et processu collationem cum fratribus nostris habuimus diligentem. Et licet nuntii et procuratores predicti nobis cum instantia supplicarent ut in dicto concluderetur negotio et ad sententiam proferendam procedere deberemus, nos tamen attendentes pericula varia que ex defectu, si quis forsan in hiis occurreret, possent sequi, ac obviare periculis talibus cupientes et negotio tam arduo salubriter providere, non recedentes a processu coram dicto Parisiensi episcopo habito sive facto, nec ab eodem recedere aliquatenus intendentes, quod nos ex nostro officio tam super processu coram dicto Parisiensi episcopo habito quam super principali negotio informaremur simpliciter et de plano absque strepitu judicii et figura decrevimus expedire. Ad informationem itaque hujusmodi ex nostro officio procedentes, ibidem produci coram nobis fecimus procuratoria per procuratores partium predictarum coram [dicto] Parisiensi episcopo exhibita et producta; recognitisque sigillo appenso in procuratorio dicti regis ac subscriptionibus notariorum per quos subscriptum fuerat procuratorium dicte Blance, petitionem oblatam coram prefato episcopo pro parte dicti regis et responsionem ad ipsam per procuratorem dicte Blance ejus nomine subsecutam dictis procuratoribus recognoscentibus, videlicet dicti regis se petitionem obtulisse predictam, ac dicte Blance se fecisse responsionem prescriptam, ipsos interrogavimus utrum persisterent in contentis in petitione et responsione predictis. Ad que quidem sic respondente procuratore dicti regis, procurator dicte Blance respondit quod dicta Blanca eidem post responsionem predictam dixerat quod ex hujusmodi matrimonio conscientiam graviter lesam habuerat et habebat, quia, sicut intellexerat, dispensatio apostolica se ad omnia impedimenta matrimonii supradicti minime extendebat, quare in responsione predicta persistere salva conscientia non valebat. Subsequenter autem positiones et articulos ad dictum negotium principalius pertinentes ac responsiones ad eosdem factas ibidem legi fecimus, interrogantes procuratores predictos an per procuratorem dicti regis fuerint coram dicto episcopo Parisiensi exhibiti positiones et articuli supradicti, et an

in illis persisteret in presenti, procuratorem quoque dicte Blance an dicta Blanca respondisset positionibus et articulis prout superius fuit lectum, et an in illis responsionibus presentialiter vellet stare. Quibus respondentibus premissa fuisse exhibita, facta et responsa ut superius est expressum, ac in illis se velle persistere, receptoque ab utroque juramento de calumpnia et veritate dicenda, perstiterunt in propositis et responsis. Postquam, presentibus ibidem nuntiis et procuratoribus supradictis, quosdam ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus et nonnullos alios testes omni exceptione majores, ab eis in dictorum procuratorum presentia juramento recepto, ipsos specialiter super diversis consanguinitatibus et proximitate spirituali quibus in gradibus prohibitis dicti rex et Blanca dicebantur esse conjuncti per prefatos Raynaldum, Ostiensem episcopum, et P[etrum], tituli sancte Susanne presbyterum, ac B[ertrandum], sancte Marie in Aquiro diaconum cardinales, etiam examinari fecimus diligenter, committentes eisdem quod et alios super predictis possent testes recipere et examinare, prius ab eis juramentis receptis de quibus eis expediens videretur. Qui dicta testium predictorum per nos receptorum et nonnullorum aliorum receptorum per ipsos in scriptis redigi per notarios ad hoc deputatos fideliter facientes, nobis attestationes hujusmodi, presentibus et assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris Tusculano et Ostiensi episcopis, P[etro], tituli sancte Susanne, et Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri, Symone, tituli sancte Prisce presbyteris, B[ertrando], sancte Marie in Aquiro, et Arnaldo, sancti Eustachii diaconis cardinalibus, nobis attestationes hujusmodi presentarunt, ipsasque, instantibus et supplicantibus procuratoribus supradictis, duximus publicandas. Postquam, interrogati procuratores predicti si volebant aliud in vel super negotio antedicto sive super processu coram nobis vel coram dicto episcopo habito proponere, producere vel probare, procurator Blance predicte coram nobis exhibuit litteras apostolicas super dicta dispensatione confectas, quas etiam exhibuerat in processu habito coram episcopo Parisiensi predicto, procurator vero dicti regis exceptiones seu replicationes per ipsum alias contra dispensationem propositas supradictam et exhibitas in judicio coram Parisiensi episcopo supradicto ibidem proposuit coram nobis, asserentes procuratores predicti se nolle ulterius aliquid proponere, excipere, replicare, dicere, allegare vel producere, sed quod parati erant renuntiare et in causa, quantum ad utrumque processum concludere memorata. Cumque instarent ut ad hec ipsos admittere deberemus, ipsorum supplicationibus duximus annuendum. Renuntiantibus itaque et concludentibus procuratoribus antedictis quoad processus predictos et quemlibet eorumdem, nos quoque quantum ad utrumque habuimus pro concluso. Demum autem visis, examinatis et diligentius recensitis tam actis aliis quam attestationibus in hujusmodi causa tam coram nobis quam coram Parisiensi episcopo habitis atque factis, ac super ipsis deliberatione cum fratribus nostris prehabita diligenti, presenti die consistorium cum fratribus nostris hora solita celebrantes, quam pluribus prelatis necnon auditoribus palatii nostri et aliis capellanis nostris ad id specialiter convocatis, aliisque personis diversis tam clericis quam laicis ibidem presentibus, nuntiis quoque et procuratoribus supradictis comparentibus in dicto consistorio coram nobis, fuit pro parte nuntiorum et procuratorum ipsorum nobis humiliter et cum instantia supplicatum ut causam et negotium hujusmodi secundum Deum et justitiam terminare per diffinitivam sententiam dignaremur, non obstantibus si forte dicta dies ratione Rogationum seu letaniarum, que tunc fiebant, reputaretur apud aliquos feriata; quas ferias, si que essent, dignaremur quantum ad istud negotium amovere omnemque deffectum, si quis foret in processibus antedictis, supplere de apostolice plenitudine potestatis. Nos itaque attendentes quantum posset mora afferre periculum in negotio antedicto, illique volentes per maturam expeditionem negotii obviare, eorum supplicationibus annuentes, de fratrum nostrorum consilio ordinavimus, decernendo quod ea que die presenti facta sunt et que fient in seu super negotio antedicto, non obstante quod feriata existat, perinde valeant roburque plenum obtineant firmitatis ac si dicta dies non existeret feriata, super hoc dispensantes de apostolice plenitudine potestatis, de eorumdem fratrum consilio nihilominus dispensantes, super

defectibus, si qui forsan occurrerent in processibus antedictis, ipsosque supplentes quantum possumus etiam de apostolice plenitudine potestatis. Dei itaque nomine invocato, summatim recitatis processibus antedictis ac littera remissionis dicti Parisiensi episcopi, libello quoque in dicta causa oblato coram dicto Parisiensi episcopo, et procuratoriis per que procuratores predicti ad prosequendum coram nobis hujusmodi negotium fuerant constituti, supplicationibus quoque a dictis procuratoribus nobis factis, necnon et littera apostolica super dicta dispensatione confecta, litteris insuper regine, comitisse et Blance predictis, ibidem perlectis per quas quidem nobis humiliter supplicabant ut dictam remissionem recipere ac negotium ipsum mediante justitia terminare celeriter dignaremur, ad ferendum diffinitivam sententiam in causa predicta, de eorumdem fratrum consilio, deliberatione prius diligenti prehabita cum eisdem, processimus in hunc modum. Quia per proposita et probata primo coram dicto episcopo Parisiensi et subsequenter coram nobis evidenter apparet et clare prefatos regem et Blancam quarto consanguinitatis gradu ex utroque latere respectu unius stipitis et tertio ex utroque similiter latere respectu alterius stipitis esse conjunctos, constat etiam prefatam Mathildim, comitissam Attrebatensem, fore genitricem Blance prefate et quod eadem comitissa una cum pluribus aliis dictum regem de sacro fonte levavit, sicque comitissa ipsa matrina et Blanca prefata soror spiritualis sunt dicti regis effecte, quarum profecto consanguinitatum predictarum quelibet ac spiritualis ipsa proximitas inter ipsum regem et Blancam predictam contracta sufficit ad impediendum non solum contrahendum matrimonium inter ipsos regem et Blancam, sed contractum etiam dirimendum nisi auctoritate Sedis apostolice impedimenta prefata per sufficientis dispensationis beneficium sint sublata, constatque insuper evidenter ex forma dispensationis predicte tam coram episcopo Parisiensi prefato quam coram nobis exhibite pro parte Blance predicte et ex aliis propositis et probatis quod illa nequaquam omnia impedimenta expressata superius comprehendit, nec ad illa omnia aliquatenus se extendit, ipsos regem et Blancam volentes a vinculo quo occasione dicti matrimonii mutuo tenebantur astricti solvere, ac ipsorum cuilibet quantum ad dictum matrimonium attinet abeundi quo voluerint licentiam impertiri, sententiam inter ipsos divortii proferentes, pronunciamus et sententialiter declaramus dictum matrimonium nullum esse nec fuisse de jure, ipsis et eorum cuilibet impartientes licentiam ad vota alia transeundi, prefato matrimonio non obstante.

Tenor autem dicti libelli in hujusmodi causa oblati talis est :

Coram vobis, reverendo in Christo Patre domino Stephano, permissione divina episcopo Parisiensi, asseruit et proponit Petrus Galvandi, procurator et procuratorio nomine incliti et excellentissimi principis domini Caroli, Dei gratia Francie et Navarre regis, quod predictus dominus Carolus de facto dumtaxat clandestine, bannis ommissis, et alias minus legitime contraxit matrimonium cum domina Blanca, quondam comitis Burgundie filia, sibi in gradibus prohibitis et diversis consanguinitatibus et respectu diversorum stipitum attinente, et utroque ipsorum infra tempora pubertatis tunc temporis existente, ex quibus causis et alias de jure sibi non potuit dicta Blanca matrimonialiter copulari, nec potest ulterius idem princeps in predicta conjunctione sic illicita absque sue anime detrimento et multorum gravi scandalo remanere. Quare petit dictus procurator pronuntiari et per sententiam declarari de jure dictum matrimonium nullum fuisse et esse, et eidem domino regi licentiam impertiri cum altera libere contrahendi. Et predicta petit omni modo et forma cum quibus melius sibi licet, non astringens se nisi ad ea dumtaxat probanda que sibi sufficere poterunt de premissis ad propositum consequendum. Et protestatur de declarando, addendo et minuendo quotiens opus erit.

Item tenor litterarum apostolicarum dispensationis predicte talis est[1] :

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo, nato carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, salutem et apostolicam benedictionem. Romanus pontifex concessam sibi desuper in clavium collatione celestium plenitudinem potestatis non solum erga personas inferiores, sed etiam quantacumque sublimitate pollentes

exercet relaxando nonnunquam sacrorum rigorem canonum, ac de benignitatis gratia indulgendo quod eorum severitas interdicit, prout in Deo conspicit salubriter expedire. Cum itaque regalis tua progenies cum personis sublimibus tam prope quam longe positis quasi sit adeo[5] propagata quod vix ex eis aliquam reperis quam secundum exigentiam tui status tibi possis decenter absque dispensationis gratia matrimonialiter copulare, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod cum aliqua que tibi in tertio consanguinitatis seu affinitatis gradu ex utroque latere aut in tertio et quarto seu etiam in quarto tantum ex utroque latere sit conjuncta matrimonium licite contrahere valeas, impedimento quod ex consanguinitate et affinitate predictis predictis et publice honestate justitia provenit non obstante, tecum et cum illa cum qua contrahere volueris, ut tecum libere contrahere possit auctoritate apostolica dispensamus, prolem suscipiendam a vobis ex hujusmodi matrimonio legitimam nuntiantes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo — Si quis autem — Dat. Pictavis VIIII kal. junii, pontificatus nostri anno secundo.

Item tenor procuratorii dicti regis talis est :

Carolus, Dei gratia rex Francie et Navarre, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Noveritis quod cum inter nos seu procuratorem nostrum, ex una parte, et Blancam de Burgundia seu ejus procuratorem ex altera, quedam causa nullitatis matrimonii olim de facto contracti inter nos et predictam Blancam coram Parisiensi episcopo fuerit aliquandiu ventilata, et processum in causa predicta tam pro nobis quam contra nos, citra tamen publicationem testium, fuerit coram ipso et demum totum negotium, certo modo ad cognitionem, ordinationem et decisionem sanctissimi patris in Christo Johannis divina providentia sacrosancte Romane et universalis Ecclesie summi Pontificis per predictum Parisiensem episcopum sit remissum, nos omnia et singula facta coram prefato Parisiensi episcopo per procuratores nostros hactenus in predictis simul vel divisim ex certa scientia rata et grata habentes, ad predictum negotium prosequendum coram ipso sanctissimo Patre facimus et constituimus procuratorem specialem dilectum nostrum magistrum Petrum Galvani, clericum, dantes et concedentes eidem[,] plenam ac liberam potestatem agendi pro nobis et nostro nomine coram prefato sanctissimo nostro Patre super dicti matrimonii nullitate, jurandique de calumpnia et quod libet aliud juramentum in nostram animam subeundi, et super factis vel in totum noviter faciendis circa [nullitatem] dicti matrimonii procedendi et processum predictum continuandi et super eo renuntiandi et concludendi, et consentiendi quod ex dicto processu per prefatum sanctisssimum patrem sententia proferatur, etiamsi forsan circa dictum processum defectus aliquis posset esse, dictamque sententiam audiendi et substituendi unum vel plures procuratores quotiens voluerit loco sui sub consimili potestate et alia omnia et singula faciendi que nos possemus facere, si presentes nos contingeret interesse, quecunque sint et cujuscunque status, etiamsi sint talia que mandatum exigant speciale, ratum et gratum nos in perpetuum habituros, quicquid per dictum procuratorem nostrum vel substituendum ab eo in predictis et ea tangentibus actum gestum fuerit vel alias quomodolibet procuratum, omnibus quorum interest vel interesse poterit in futurum tenore presentium promittentes, necnon judicatum solvi cum suis clausulis sub nostrorum bonorum omnium ypotheca, ipsum et substituendos ab eo relevantes a quolibet onere satisdandi, nonintendentes ex hoc potestatem aliam sibi datam seu ceteris a nobis ad prosecutionem hujusmodi negotii constitutis quomodolibet revocare. In quorum testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Dat. in abbatia regali juxta Pontisaram die XIIII mensis aprilis, anno Domini millesimo CCCXXII.

Item tenor procuratorii ejusdem Blance talis est.

[c. 148] In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod, anno ejusdem M.CCC.XXI, indictione quinta, mensis aprilis, ejusdem mensis die sexta, sanctissimi patris et domini nostri Johannis divina providentia pape XXII pontificatus anno sexto, in mei et discreti viri magistri Guillelmi de Murcento, notariorum publicorum et infrascriptorum testium presentia constitutus, discretus vir Aymericus Mazerant, procurator nobilis mulieris domine Blance de Burgundia, eidem Blance, domine sue, presenti exposuit qualiter

venerabilis vir magister Petrus Galvani, procurator domini regis, ex una parte, et ipse Aymericus procurator et procuratorio nomine ipsius domine Blance, ex altera, ab eo tempore quo ipsa respondit positionibus datis per predictum procuratorem prefati excellentissimi principis domini Caroli, Francie et Navarre regis, in causa nullitatis matrimonii inter prefatum dominum regem et predictam dominam Blancam mota per procuratorem dicti domini regis contra dominam sepedictam coram reverendo Patre domino Parisiensi episcopo duxerat procedendum, sibi intelligibiliter et lingua materna seriatim recitando quod procurator domini regis in dicta causa produxerat multos testes de quibus in presentia dicte domine fuerant nominati, qui juraverant in presentia ipsius procuratoris, et fuerant examinati per predictum dominum Parisiensem episcopum una cum reverendis in Christo patribus domino Johanne, divina providentia episcopo Belvacensi et domino Gaufrido de Plexeyo, domini pape notario, et quod idem Aymericus proposuerat exceptionem ad finem quod dictum matrimonium non sit nullum de dispensatione, pretextu cujus dictum matrimonium fuit factum, et de predicta dispensatione fidem fecerat inter acta, et quod contra dictam dispensationem multa fuerant per partem aliam replicata, et auditi fuerant multi testes super articulis dicte cause, in quibus factum dictarum replicationum erat contentum, ut dixit, et quod circa hec fuerat per predictum dominum episcopum de voluntate partium ordinatum, et qualiter propter statum cause et personarum et ratione dicte dispensationis apostolice sepedicte et ex aliis causis in relatione et remissione contentis, dominus Parisiensis episcopus ad dominum nostrum summum pontificem et ipsius Sanctitatem causam predictam et totum ejus processum duxeras remittendos, et octava[m] die[m] maii ad comparendum peremptorie coram predicto domino nostro papa vel interim, si commode potuerit, predicto domino regi et ejus procuratori et eidem domine Blance et ipsi Aymerico sicut procuratori suo et procuratorio nomine domine sepedicte duxerat assignandum ad se et dictum processum presentandum et ulterius in negotio procedendum, quibus remissioni et assignationi idem procurator consenserat, ut dicebat idem Aymericus, nomine procuratorio ejusdem domine et de voluntate sua, et quod dicta domina deliberaret super hiis quid ulterius vellet agi. Que predicta domina Blanca ex certa scientia et sine deceptione qualibet, ut dicebat, sed consulta et deliberatione habita precedenter, ut dixit, respondit quod premissa omnia et singula et totum processum dicte cause et omnia et singula facta et habita circa eum rata et grata habebat, et ea quantum ipsam tangebant approbabat et promisit se ea omnia rata in perpetuum habituram; necnon et eidem Aymerico dedit et concessit generalem potestatem et speciale mandatum comparendi pro ipsa coram domino nostro papa, et dictum negotium prosequendi et defendendi ipsam in Romana curia, et consentiendi quod super causa predicta in predicta Romana curia sententia proferatur ex processu habito vel habendo solenni et non solenni, et cetera omnia ibidem faciendi que ipsa posset facere quoquo modo, si in curia [personaliter] presens esset, quecumque sint et cujuscumque status seu conditionis existant, sive in agendo, sive in defendendo, sive alia quevis faciendo circa negotium sepedictum, etiamsi talia fuerint que mandatum exigant speciale. Et nichilominus potestatem alias eidem et ceteris procuratoribus suis a se datam etiam circa prosecutionem dicti negotii coram domino nostro summo pontefice faciendam, firmitatem in omnibus et per omnia voluit obtinere, dans etiam eidem potestatem substituendi unum vel plures quotiens voluerit loco sui sub consimili potestate, promittens se ratum et gratum perpetuo habituram quicquid per procuratores suos vel substituendum ab eodem Aymerico actum, gestum fuerit vel alias quomodolibet procuratum et judicatum solvi sub suorum bonorum omnium hypotheca.

Et requisivit nos notarios publicos infrascriptos ut eidem Aymerico de hiis faceremus publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis apud Castrum Gaillardi, Rothomagensis diocesis, presentibus discretis viris domino Johanne Chevelli, presbytero beneficiato in Parisiensi ecclesia, magistro Petro de Novavilla, licentiato in legibus, canonico ecclesie Duacensis, Attrebatensis diocesis, Petro de Thoulis, Petro dicto la Vache, armigeris, Johanne de Noa, clerico, Egidia de Pormort, relicta Guillelmi de Villaribus quondam et Johanna

de Blaincourt, familiaribus dicte Blance. Et ego Amisius dictus le Ratif de Aurelianis, clericus, sacrosancte Romane Ecclesie auctoritate notarius publicus, premissis omnibus et singulis, prout sunt specificata superius et narrata, una cum notario publico et testibus supra et infra scriptis presens interfui, ea vidi et audivi et in publicam formam fideliter redegi, meque in presenti publico instrumento inde confecto subscripsi in testimonium premissorum et illud ad instantiam dicte Blanche signo meo [solito] signavi rogatus. Et ego Guillelmus de Mortento, clericus Parisiensis diocesis, publicus auctoritate apostolica notarius, premissis omnibus et singulis prout sunt specificata superius et narrata, una cum notario publico et testibus suprascriptis presens interfui, ea vidi et audivi et in publicam formam redigi feci, meque in presenti publico instrumento inde confecto subscripsi in testimonium premissorum et illud ad instantiam dicte Blance signo meo [solito] signavi rogatus.

Item tenor supplicationis per procuratorem dicti regis nobis oblate talis est :

Sanctitati vestre significat P[etrus] Galvani, procurator et procuratorio nomine excellentissimi principis domini Caroli, Francie et Navarre regis illustris quod cum olim inter prefatum dominum regem et nobilem mulierem dominam Blancam de Burgundia, sibi spirituali cognatione necnon et pluribus consanguinitatibus a diversis stipitibus procedentibus et in ipsorum pluribus et diversis gradibus attinentem, ipsorum utroque infra pupillarem etatem matrimonii non capacem tunc temporis existente, clandestine et alias illegitime, multis etiam aliis impedimentis concurrentibus inter ipsos, de facto duntaxat illicitum et dampnatum matrimonium contraxerunt, licet prefati contrahentes impedimenta predicta tunc temporis ignorarent, demum vero cum impedimenta hujusmodi ad ipsius domini regis certam et indubitatam notitiam pervenissent, idem dominus rex ex hiis plurimum conscientiam habens lesam, super ipsius matrimonii nullitate fecit dictam dominam Blancam seu procuratorem suum coram reverendo in Christo patre domino Stephano, Parisiensi episcopo, judice competenti, solenniter evocari, et libellum obtulit contra ipsam et per partem prefate domine coram prefato Parisiensi episcopo lite legitime contestata, juramentoque de calumpnia hinc et inde factis quibusdam positionibus et articulis et ad ipsas positiones responsionibus per predictam dominam subsecutis, testibus pluribus clare fame, opinionis integre et omni exceptione majoribus super predictis articulis per partem domini regis productis et examinatis, et eorum depositionibus per fideles et expertos notarios fideliter in scriptis positis et redactis, necnon et quadam dispensatione per modum defensionis proposita pro parte dicte domine Blance et contra ipsam efficacibus rationibus replicatis et alias processo legitime solenniter et canonice usque ad publicationem depositionum testium predictorum coram prefato Parisiensi episcopo in presentia reverendorum patrum dominorum Johannis, Belvacensis episcopi, et Gaufridi de Plexeyo, notarii vestri, qui ad preces ejusdem episcopi continue predictis omnibus et singulis astiterunt, idem episcopus causam predictam et ejus processum necnon et depositiones testium predictorum minime publicatas ex certis causis Sanctitati Vestre sub suo et predictorum reverendorum patrum dominorum episcopi et Gaufridi sigillis interclusas, de consensu partium predictarum canonice certo modo duxerit remittendum, ut per ipsam Sanctitatem dicte cause finis salubris imponatur, sicut hec et alia in ipsius cause processu et in relatione super hoc per sepedictum episcopum nobis facta plenius continetur. Quare supplicat quatenus, licet vestre beatitudinis benignitas gratiose in receptione favorabili predictorum processus, atestationum et relationis super reservatione jurisdictionis sepefacti Parisiensis episcopi, quatenus circa predicta competere sibi potest, duxerit providendum, dignetur ipsa Sanctitas perficere celeriter quicquid ad perficiendum dictum processum viderit superesse, et si defectum aliquem repererit in predictis, quod etiam illum dignetur supplere benigniter de sue plenitudine potestatis, necnon et per suam diffinitivam sententiam juxta formam dicti libelli ejusdem cause absque strepitu judicii et figura celerem et salubrem dare finem, cum personarum et negotii qualitas hoc requirat et ad hoc accesserit et accedat adhuc consensus partium predictarum.

Item tenor supplicationis per procuratorem dicte Blance nobis oblate talis est.

Sanctitati Vestre supplicat Aymericus Mazerant, procurator et procuratorio nomine nobilis mulieris domine Blance de Burgundia, quod, cum super nullitate matrimonii olim inter excellentem principem dominum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et ipsam dominam Blancam contracti, idem dominus rex, seu ipsius procurator ejus nomine, dictam dominam Blancam coram reverendo in Christo patre domino Parisiensi episcopo ad judicium fecerit evocari et, libello per procuratorem dicti domini regis oblato, et lite super ipso legitime contestata, jura[men]toque, de calumpnia hinc et inde factis quibusdam positionibus et articulis per partem dicti domini regis et per dictam dominam Blancam responsionibus subsecutis, et productis pluribus testibus super dictis articulis, idem Aymericus, habita deliberatione cum domina sepedicta et ipsius amicis et consiliariis, proposuerit defensiones que dicte domine super causa predicta competere poterant et debebant, et fidem quam potuit fecerit de eisdem, et quibusdam replicationibus propositis contra ipsas, et alias processo coram prefato episcopo inter predictas partes usque ad publicationem depositionum testium predictorum, idem episcopus ex certis causis dictam causam et ejus processum, necnon et depositiones dictorum testium minime publicatas Vestre remiserit Sanctitati de consensu partium predictarum, sicut in predicto processu et in relatione per sepefatum episcopum super hiis vobis facta plenius continetur, quos processum et relationem una cum predictis attestationibus idem procurator in presentia partis alterius secundum mandatum ipsius episcopi super hoc sibi factum Sanctitati Vestre die mercurii proxime preterita presentavit, quatinus ipsi placeat Sanctitati ulterius in predicta causa procedere summarie et de plano absque strepitu judicii et figura, et si quid minus canonice factum fuerit in predictis, illud supplere dignetur de vestre plenitudine potestatis et secundum Deum et justitiam celeriter dictam causam per vestram diffinitivam sententiam terminare. Nulli ergo — Dat. Avinione, kal. XIIII (*sic*) junii, anno sexto.

1. Les nos 4[1] et 4[2] portent sur le repli les mentions : *Ascultata cum regestro*, et : *Dupplicata*.
2. *Galvani* (Arch. nat., J. 682, no 4[1] et 4[3]).
3. *Mazerandi* (Arch. nat. J. 682, no 4[2] et 4[3]).
4. La bulle originale se trouve aux Archives nationales. J. 436, no 21, scellée sur soie.
5. Ainsi écrit dans la bulle originale de Clément V mentionnée ci-dessus et en deux mots : *a Deo* dans l'une des lettres de Jean XXII conservées aux Archives nationales (J. 682, no 4[1]).

1120 Avignon, 20 mai 1322.

Hugoni de Engolisma mandat ut nobiles viros Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, fratres, qui, ratione cujusdam mutui cum ipsorum patre, quondam comite Convenarum, a bonæ memoriæ Petro, episcopo Carcassonensi, olim facti, apud Carcassonam in ostagiis personaliter commorari tenebantur, a prædicta obligatione usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum liberet. (Reg. 111, fol. 28, c. 141 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 26, c. 185.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma.* Ex parte dilectorum — Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno sexto[1]. »

1. Voyez sur le même sujet, nos 1440-1442, 1574, 1731.

1121 Avignon, 5 juin 1322.

Petrum, prius Nivernensem episcopum, ad Eduensem ecclesiam, provisioni apostolicæ reservatam et per mortem Elyae, episcopi, vacantem transfert (Reg. 111, fol. 96, c. 383.)

« *Petro, episcopo Eduensi.* Dudum ex certis — Datum Avinione, nonis junii, anno sexto. »

1122 Avignon, 15 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, G[uillelmum], Rothomagensem archiepiscopum, et Bertrandum de Duroforti, ejusdem episcopi nepotem, commendat. (Reg. 111. fol. 12 vo, c. 65 ; — Arch. Nat., J. 706, no 221, orig., le sceau manque.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus, fili carissime, illos de domo venerabilis fratris nostri G., Rothomagensis archiepiscopi, tue domui regie, spretis laboribus, contemptis expensis nec vitatis periculis, prompte, fideliter ac laudabiliter, dum se locus obtulit, servivisse, a quibus dictus archiepiscopus non

degenerans, sed potius eorum sequens vestigia, idem studuit facere inter omnes prelatos regni Francie, sicut habet multorum fide digna relatio, ex quo Rothomagensi ecclesie et ante, dum Lingonensi prefuit, magnifice et potenter. Scimus quoque quod ad instantem instantiam clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, predecessoris tui, ad Rothomagensis ecclesie regimen est assumptus. Hec, fili carissime, spem nobis indubiam repromittunt quod preces quas pro ipso excellentie regie offeremus, prompte ad exauditionis gratiam benivolentia regia introducet. Cum itaque, sicut ad nostrum auditum deduxit relatio fide digna, idem archiepiscopus et dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Duroforti, miles, ejus nepos, habeant aliqua in tua curia expedire, regalem providentiam deprecamur attente quatinus, premissorum intuitu nostreque interventionis obtentu, mature justitie complementum clementi temperata misericordia eisdem archiepiscopo et militi, quos utique gerimus in visceribus caritatis, clementia regia faciat ministrari ipsosque ac dictam Rothomagensem ecclesiam dignetur habere propensius commendatos. Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno sexto. »

1123 Avignon, 15 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, eosdem commendat. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 66.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Pro venerabili fratre — Dat. ut supra. »

1124 Avignon, 15 juin 1322.

Petro Roderii pro eisdem. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 67.)

« *Petro Roderii, cancellario regis Francie.* Ecce quod carissimo — Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno sexto. »

1125 Avignon, 15 juin 1322.

Johanni Cerchemont pro eisdem. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 68.)

« *Johanni Cerchamont, decano Pictavensi.* Venerabilem fratrem G. — Dat. ut supra. »

1126 Avignon, 22 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, hortatur ut nuntios Jacobi, Aragonum, et Sancii, Majoricarum regum, ad quædam gravamina levanda destinatos, benigne recipiat fratrique Dominico et magistro Johanni de Arpadella, nuntiis apostolicis, fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 13, c. 69; fol. 20, c. 103 [1].)

« *Carolo, regi Francie illustri* [2]. Dum diligenter pacis recensemus innumera comoda, et attente varia dissensionum discrimina cogitamus, profecto desideranter appetimus spiritus unitatis inter cunctos sancte Matris Ecclesie filios in pacis vinculo conservari; sed hanc inter catholicos principes, precipue conjunctos sanguine et regnorum propinquitate vicinos, eo servari desideramus attentius, quo pax illorum quietem subditis et securitatem reipublice preparare abundantius consuevit, ad que multum conferre novimus si quisque, suo jure contentus, manum ad jus alterius non presumat extendere, sed sua cuique jura studeat observare, nec in subditos sinat quod potestatis est fieri, sed quod equum faciat districtius custodiri. Sane carissimos in Christo filios nostros [3] Jacobum, Aragonum, et Sancium, Majoricarum reges illustres, scimus tibi, fili carissime, conjunctos proxima linea parentele terrasque ipsorum non ignoramus [4] conterminas regno tuo; ideoque indubie supponentes pacem vestram Deo gratam existere vobisque honorabilem ac utrorumque subditis plurimum fructuosam, libenter ad illam inter vos nutriendam intendimus, et, ad ea que illi possent obsistere submovenda, prompte studiosam operam adhibemus. Et quia, sicut jam dudum percepimus, predicti reges reputant [5] per gentes clare memorie Philippi, genitoris, Ludovici ac Philippi, germanorum [6], predecessorum tuorum, in villa Montispessulani et baronia Omeladesii et vicecomitatu Carladesii illata sibi fuisse gravamina gravia [7], seque in jure quod sibi in illis competit multipliciter molestatos [8], nos verentes quod pax vestra posset, quod absit, per talia, nisi occuratur ocius, perturbari [9], serenitatem regiam duximus deprecandam,

eidem nichilominus sane consilio suadentes quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, nuntios regum premissorum, quos ad regiam mittunt prefati reges presentiam pro premissis gravaminibus exponendis et ad contra[10] jam facta, et ne fiant imposterum, oportuna remedia postulanda, sereno vultu digneris recipere, audire[11] benigne et taliter expedire quod jure tuo contentum te comprobes ipsorumque jura te velle illis[12] illibata servare evidentius manifestes, gravamina, si qua fuerint illata, celeriter revocans et, ne inferantur imposterum, districtius interdicens; hoc duxeris faciendum, id ad quod constrictus nosceris proculdubio exequeris, pacemque inter te ac ipsos, qua nil in rebus potest mortalibus inveniri nichilque delectabilius concupisci, laudabiliter observabis[13]. Et quia vox viva efficacius quam mortua imprimere consuevit, ecce dilectos filios[14] Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem[15], ac[16] Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, capellanum nostrum, viros utique providos et discretos ac pacis fervidos zelatores, de quorum circumspectione provida pleniorem fiduciam obtinemus, ad regalem presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet[17] dignetur excellentia regia super (premissis)[18] hiis que circa premissa et illa tangentia promovenda[19] duxerint, fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, x kal. julii, anno sexto. »

1. Cette seconde lettre est dépourvue de date. Elle présente, en outre, avec la première, les nombreuses variantes que nous signalons.
2. Ce dernier mot manque dans le c. 103.
3. C. 103 : *carissimum in Christo filium nostrum.*
4. Ces deux mots manquent dans le c. 103.
5. C. 103 : *rex Majoricarum predictus reputat.*
6. C. 103 : *Philippi, genitoris, ac Philippi, germani.*
7. C. 103 : *in villa Montispessulani et baronia ejusdem sibi gravamina gravia illata fuisse.*
8. C. 103 : *molestari.*
9. C. 103 : *nos verentes quod pax vestra posset perturbari per talia, nisi occuratur ocius, et, quod absit, forsitan violari.*
10. C. 103 : *nuntios regios regum premissorum, quos ad regiam mittunt presentiam pro premissis gravaminibus exponendis et contra* —. Les instructions données à ces envoyés ont été publiées par Lecoy de la Marche (*les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, pp. 494-499, nos XLVIII-XLIX).
11. C. 103 : *recipere ac audire.*
12. C. 103 : *te velle illibata.*
13. C. 103 : *revocans et districte statuens ac precipiens ne inferantur imposterum districtius inhibendo; hoc siquidem faciens, ad quod astrictus nosceris exequeris, pacem inter te ac ipsos qua in rebus mortalibus nichil potest melius inveniri, nichil concupisci delectabilius, conservabis.*
14. C. 103 : *dilectum filium fratrem.*
15. C. 103 : *lectorem curie.*
16. C. 103 : *ac magistrum.*
17. Ces trois mots manquent dans le c. 103.
18. Mot inutile, qui ne se trouve pas d'ailleurs dans le c. 103.
19. C. 103 : *proponenda.*

1127 [Avignon, 22 juin 1322.]

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 111, fol. 13, c. 70).

« *Carolo, comiti Valesii.* Cum velut vir multa prudentia preditus et experientia longa probatus, pacis comoda et dissensionum discrimina non ignores, tenemus indubie quod ad ea sedule procuranda, que pacem inter catholicos principes precipue tibi conjunctos sanguine nutriant et dissensionum occasiones excludant, curam vigilem studeas adhibere. Ideoque magnificentiam tuam ad talia exequenda solicite, cum res exigit, fiducialius invitamus. Sane dudum ad nostram perduxit notitiam relatio fide digna quod carissimi in Christo filii nostri Jacobus, Aragonum, et Sancius, Majoricarum reges illustres, qui tibi junguntur proxima linea parentele, gravia illata sibi gravamina in villa Montispessulani et baronia Omeladesii, ac vicecomitatu Carladesii per gentes clare memorie Philippi, germani, ac Ludovici et Philippi, nepotum tuorum, regum Francie, seque in jure quod illis in dictis villa, baronia et vicecomitatu competit perturbatos multipliciter asserebant, ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam prefati reges suos solennes nuntios destinant ad exponendum eidem regi gravamina et molestias supradicta, necnon et ad contra preterita, et ne fiant imposterum, salubrem provisionem regiam postulandam. Nos attendentes quod, si premissis veritas suffragetur, regem prefatum astringit officii debitum ad premissa, quodque si circa illa rex prefatus se difficilem redderet, posset, quod absit, premissorum regum pax non leviter perturbari, providentiam tuam rogandam duximus et hortandam ut, ad ipsos reci-

piendum benigne, audiendum pacifice et expediendum celeriter ac prospere, interponas auxilii et consilii tui partes, sic quod pax, qua[1] opus justitie nescitur, inter reges ipsos et animorum unanimitas stabiliter perseveret. Et quia pax predicta non leviter insidet cordi nostro, pro predictis dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum in curia Romana lectorem, ac Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, cappellanum nostrum, ad dicti regis presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet velit tua magnificentia, super hiis que ex parte nostra tibi duxerint exponenda, fidem indubiam adhibere[2]. »

1. Reg. : *que*.
2. Cette lettre a évidemment la même date que la précédente.

1428 [Avignon, 22 juin 1322.

Petro Roderii nuntios apostolicos ratione præmissarum ad Carolum, regem Franciæ, destinatos commendat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 71.)

« *Petro Roderii, regis Francie et Navarre cancellario.* [Cum] dilecto Dominico, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistro, in curia Romana lectori, quem una cum dilecto filio Johanne de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro, ad presentiam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, pro certis negotiis destinamus, tibi commiserimus aliqua referenda, tuam prudentiam requirimus et hortamur quatinus super hiis que ex parte nostra tibi referenda duxerit, illi fidem adhibeas, et ut ea votivum sortiantur effectum, operosum studium interponas[1]. »

1. Pour la date, voyez ci-dessus, n° 1426.

1429 [Avignon, 22 juin 1322.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 13 v°, p. c. 71.)

1430 Avignon, [22 juin] 1322.

Johanni de Arpadella, ad regem Franciæ destinato, de prosecutione quorumdam negotiorum sibi commissorum. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 72.)

« *Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi.* Ecce quod ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, teque cum ipso pro certis negotiis destinamus. Volumus itaque et mandamus quatinus, una cum magistro predicto vel solus, si ipsum impediri aliquo casu contingeret, dictum negotium quod ex transcripto littere regie quod continet cedula presentibus interclusa intelligere evidenter poteris, prosequaris. Volumus insuper quod dicto magistro credas super hiis que ex parte nostra tibi duxerit exponenda nullique pandas tenorem transcripti littere supradicte. Dat. Avinione, x kal. junii (*sic*)[1], anno sexto. »

1. Le registre porte bien x *kal. junii*, ce qui correspond au 23 mai. Or cette date ne concorde pas avec celle des lettres n[os] 1426, 1433-1435, d'après lesquelles la mission des envoyés pontificaux serait de la seconde moitié du mois de juin. Nous pensons donc qu'il y a ici une erreur et qu'il faut lire *julii*, au lieu de *junii*, c'est d'ailleurs la date que nous trouvons dans une lettre précédente (n° 1426) qui atrait à la même affaire.

1431 Avignon, 22 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut regno Armeniæ, quod per Sarracenos fortiter impugnatur, velit de auxilio oportuno subvenire. (Reg. 111, fol. 14 v°, c. 78; fol. 209, c. 913; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1322, § xxx, extrait.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Habet, fili carissime, litterarum nuper missarum de Armenie partibus et nuntiorum inde venientium infausta relatio, nostra utique non indigne viscera saucians et precordia dire pungens, quod hiis diebus, inundante Sarracenorum superbia, suis finibus non contenta, ipsorum multitudo premaxima, coactis viribus et robore adunato, Armenie regnum invadens hostiliter, in redemptos Christi sanguine pretioso ingenita immanitate insurgere non expavit, ac in eos inpremeditatos

et inscios ferociter irruens, multos eorum absque delectu sexus, ordinis vel etatis, occupata et prorsus subversa civitate de Ajacio, immaniter, prohdolor, trucidavit, nec hiis contenta, ad abolendum de terra illa christianorum nomen et cultum, ymmo ad exterminandum omnino exinde christianitatis residuum, ardenti, sicut fertur, suspirat desiderio et proposito dampnando festinat, tanto certior, nisi perversis ejus restiterit misericordia divina conatibus, de sue iniquitatis conceptu, quanto terre premisse conditio, catholicorum mundi principum et aliorum fidelium non fulta suffragio, insufficientis resistentie verisimilitudinem repromittit, propter quod excellentiam regiam rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri, tibi in remissionem omnium tuorum peccaminum suadentes quatinus, illius obtentu qui pro redemptione humani generis crucis subire supplicium non expavit, prudenter considerans et attendens quam sit recuperationis Terre Sante negotium [1] pro quo prosequendo invicem crucis vexillum nosceris assumpsisse, prefato regno [2] Armenie oportunum, ad illud preservandum ab impiorum manibus et dicto negotio conservandum, attendas sollicite et intendas attente, dictum transmarinum assumens negotium, quod, quousque divina providentia que in sui dispositione non fallitur, sic christicolarum corda ad pacem habilitet quod possit fieri, pro Terra Sancta de perfidiorum eripienda manibus, passagium efficax, per particulare passagium cui tuus presit capitaneus, taliter prosequaris quod interim frenetur barbarica rabies, quies christicolis illarum partium procuretur et securitas et via passagio generali, auxiliante Domino, preparetur, super quo nobis digneris tuum beneplacitum per latorem presentium nuntiare. Ut autem de hiis que clare memorie Philippo, regi Francie germano et predecessori tuo, super hoc obtulimus, habeas certitudinem pleniorem, ecce transcriptum litterarum nostrarum sibi super hoc directarum celsitudini regie mittimus per presentium portitorem, cui velit excellentia regia credere super hiis que ex parte nostra circa premissa duxerit exponenda. Dat. Avinione, x kal. julii, anno sexto [3]. »

1. Reg. *negotio*.
2. Reg. *prefatum regnum*.
3. Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1432 Avignon, 23 juin 1322.

Eidem regi Franciæ, ut attemptata contra Jacobum Gaucelmi ejusque nepotem puniat, ut decet. (Reg. 111, fol. 16, c. 84.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Cum alium in persona vel rebus pregravari pro alio naturalis orreat ratio et jus utrumque, divinum videlicet ac humanum, fieri districtius interdicat, serenitatem regiam rogamus attente eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus hoc in regnis tuis non sinas fieri et, si factum fuerit, efficaciter facias revocari. Hoc pro tanto, fili carissime, dicimus quia displicibiliter audivimus hiis diebus dilectum filium nobilem virum Jacobum Gaucelmi, militem, qui cum in Francia cum quodam nepote(m) suo ad tuam evocato presentiam accessisset, in red(d)itu, prope Anicium, captus a quodam dicitur et extra regnum ductus detineri captivus quamquam illum prefatus miles nullatenus offendisset. Profecto, fili carissime, non leviter offendunt majestatem regiam talia perpetrantes; quare excellentiam regiam precamur attente quatinus super hoc providere non differas de remedio oportuno, nec cuiquam, cujuscunque sit conditionis vel status, faveas, ut pro factis aliorum in tuo districtu in persona vel rebus aliis pregravetur, cum per hoc divinam graviter majestatem offenderes, ad quod utique favor cujuscunque persone te non debet aliquatenus inclinare. Gratia Domini sit tecum que te, ne ipsum offendas, protegat et defendat. Dat. Avinione, IX kal. julii anno sexto. »

1433 Avignon, 24 juin 1322.

Stephano de Mornayo, ut fratrem Dominicum et magistrum Johannem de Arpadella ad præsentiam suam destinatos, in agendis dirigat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 73.)

« *Magistro Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis.* Dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, ac magistrum Johannem de Arpadella, capellanum nostrum, Parisiensem canonicum, super illis negotiis [1] de quibus tibi locuti fuimus, ad tuam presentiam destinamus, quos in agendis obtamus per te dirigi ipsorumque expeditionem oportu-

nam et celerem procurari. Statum regium, quem Omnipotens faciat prosperum nobis cura sepius nuntiare. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Il s'agit, et l'index le spécifie, des affaires visées dans les lettres qui précèdent celle-ci dans le registre (Cc. 69-72, n[os] 1426-1430).

1434 Avignon, 24 juin 1322.

Guillelmo, Carcassonensi episcopo, ut præfatis nuntiis ad præsentiam regiam destinatis expeditionem felicem in agendis procurare studeat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 74.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Cum pro certis negotiis dilectos filios Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, ac magistrum Johannem de Arpadella ad regiam presentiam destinemus, fraternitatem tuam requirimus et rogamus quatinus ipsorum expeditionem felicem et celerem studeas solicite procurare, redditurus nos sepius de statu regio, quem obtamus successibus habundare jugiter prosperis, certiores. Dat. ut supra. »

1435 Avignon, 24 juin 1322.

Imberto, regis Franciæ confessori, eumdem fratrem Dominicum commendat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 75.)

« *Imberto, ordinis Predicatorum, confessori regis Francie.* Dilecto filio Dominico, sacre theologie magistro, in curia Romana lectori, confratri, quem ad presentiam regiam pro certis negotiis destinamus, te credere volumus super hiis que ex parte nostra tibi duxerit exponenda ipsiusque expeditionem oportunam et celerem, prout tibi convenire videris, procurare, per quem et alias, cum se facultas offerret, cura nos de statu(o) regio, utinam jugiter reddere certiores. Dat. ut supra. »

1436 Avignon, 24 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, de uxore eligenda, de nuntiorum ejus solemnium missione et de quorumdam negotiorum expeditione. (Reg. 111, fol. 14, c. 76.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Sicut per alias litteras ad regalem notitiam credimus pervenisse, nuntios tuos solennes, quos ad nostram presentiam pro certis regiis negotiis destinaras, tam in contemplatione mittentis quam meritorum et probitatis illorum intuitu, letanter recepimus, audivimus benigne et, intellectis que voluerunt proponere diligenter, ipsos curavimus oportune, prout equitatis et justitie permisit ratio, celeriter expedire. Sane, considerantes attente quanta mora cause divortii pericula trahere secum posset quamque tibi et rei publice te habere divine ac humane domus sociam expediret, circa illius expeditionem negotii celerem et securam, pretermissis quasi omnibus negotiis aliis, convertimus aciem mentis nostre, quod, divina faciente gratia, infra XV dierum spatium credimus explevisse. Licet autem, ante dictam sententiam promulgatam[1], solicitus habere dictam sociam dicereris, ipsa tamen prolata, vox illa scilicet...[2] et quasi videris oblitus negotii supradicti. Profecto, fili carissime, si diligenter dictum negotium ponderes, tibi pre cunctis mundanis aliis erit cordi, et quia datur a solo Domino prudens uxor, regali providentie suademus ut talem tibi nichilominus convenientem aliam a Domino devote postules, sepius ad illum finem principaliter tuum convertens intuitum, quod prolem ex illa suscipias serviturам Deo et rei publice profecturam, quod non differas exequi si se talis obtulerit, quia plerumque nocuit differre paratis, nec, ceteris concurrentibus, expediens videretur excellentem in ea pulcritudinem faciei requirere, sed quod ad prolem robustam habilis judicetur a peritis in talibus, prout humana fragilitas nosce sinit. Prefato autem negotio expedito, proposito negotio decimarum per regios nuntios antefatos, illud festine satis de fratrum nostrorum et prelatorum regni Francie qui in curia aderant, consilio et assensu, prout oportunum nos et ipsi vidimus, curavimus expedire, nichilominus venerabilem fratrem nostrum T., tunc Vivariensem episcopum, consiliarium et familiarem regium, ad Carcassonensem ecclesiam transferrentes, ac dilectum filium magistrum P. de Mortuomari, clericum et consiliarium regium, preficientes dicte Vivariensi ecclesie in episcopum et pastorem. Super aliis autem certis petitio-

nibus, per ipsos nuntios pro parte regia nobis in scriptis oblatis sub signo regio, et nonnullis aliis propositis, verbo respondimus et fecimus quod honestati et equitati vidimus convenire, prout eorum fidelis relatio et litterarum super nonnullis ex illis factarum series latius innotescere poterit regie majestati. Sane, hiis p[er]actis jamque a nonnullis ex dictis nuntiis a nobis recepta licentia, supervenit littera regia super annalibus beneficiorum vacantium dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, usque ad biennium concedendis, que profecto, quia non videbatur concessibilis in presenti, precipue propter casum Armenie flebilem quem nobis noviter nonnulle littere et multorum relatio nuntiarant, quibus necessario haberemus succurrere, nos turbavit, cum nobis sit anxium et molestum regias petitiones et dicti comitis non posse, salva nostra decentia, exaudire; sed, turbatione hujusmodi non obstante, nuntiis obtulimus regiis confestim dilecto filio magistro Stephano de Mornayo, decano sancti Martini Turonensis, et subsequenter omnibus, quod placebat nobis quod dictum negotium, quod nequaquam in Camera expediri poterat, in consistorio ipsi proponerent vel nos ipsi proponeremus, si eis expediens videretur, quibus, multis in consideratione deductis, cum inconcessibilis dicta petitio presentialiter videretur, visum fuit a propositione predicta expedientius abstinere. Quare excellentia regia nos super hoc habeat excusatos, quam requirimus et rogamus ut que a nobis postulabit sic studeat moderari, quod illa exaudire absque divina offensa, nostra indecentia et alterius prejudicio valeamus, nam ad talia admittenda prompti esse intendimus, Domino concedente. Gratia Domini nostri tecum sit, fili, et tecum laboret. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1419.
2. *Sic*, il y a évidemment une lacune ou une erreur.

1437 Avignon, 24 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, respondet quod annalia beneficiorum vacantium sibi propter casum Armeniæ concedi non possunt. (Reg. 111, fol. 14 v°, c. 77.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Sicut per alias litteras ad tuam, fili, notitiam credimus pervenisse, solennes nuntios quos ad nostram presentiam carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, pro certis regiis negotiis destinarat, tam contemplatione mittentis quam meritorum et probitatis illorum intuitu, letanter recepimus, audivimus benigne et, intellectis que voluerunt proponere diligenter, ipsos curavimus oportune, prout equitatis et justitie permisit ratio, celeriter expedire. Sane, peractis hiis[1] — Quare tua magnificentia nos super hoc habeat excusatos, quam requirimus et rogamus ut que a nobis postulabit seu postulari faciet, studeat moderari, quod illa exaudire absque divina offensa, nostra indecentia et alterius prejudicio valeamus, nam ad talia admittenda prompti esse intendimus, Domino concedente. Gratia domini nostri Jhesu Christi sit tecum et tecum laboret ut regem ipsum dirigas juxta divinum beneplacitum in agendis. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Le passage supprimé ici correspond au passage analogue de la lettre précédente (n° 1436) *mutatis mutandis*.

1438 Avignon, 24 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, rogat ut centum quinquaginta millia florenorum a Bertrando, vicecomite Leomaniæ, debita et ad regni Armeniæ defensionem deputata, Cameræ apostolicæ assignari permittat. (Reg. 111, fol. 15, c. 79; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 27, n° 186.)

« *Eidem regi* [*Carolo*]. Casum flebilem qui in regno Armenie hiis diebus dicitur contigisse, per nostras litteras alias celsitudini regie nuntiamus[1]. Sane quia ingens ipsorum Armenorum periculum celeris subventionis remedium anxie postulat et requirit, cujus dilatio, sicut ab illis qui illarum partium notitiam obtinent probabiliter creditur, est prefatis Armenis et per consequens Cyprensibus irremediabile periculum a[d]latura, serenitatem regiam requirimus et rogamus quatinus illa CL mil[l]ia florenorum in quibus Sedi Apostolice dilectus filius nobilis vir Bertrandus, vicecomes Leomanie, astrictus noscitur, que de fratrum nostrorum consilio fuerunt pro defensione catholicorum dicti regni et aliorum

christicolarum illarum partium per nos jam diu est deputata, permittas, amoto impedimento quolibet, nostre Camere per dictum vicecomitem assignari[2], sciturus quod, dante Domino, de summa predicta predictorum Armenorum et aliorum illarum partium periculis obviare curabimus indilate ipsisque, etsi non plene, tamen aliqualiter presentialiter providere; sperantes in Domino in instanti vere sub tuo nomine, si dictum negotium, sicut speramus, duxeris assumendum, ipsis Armenis de habundantiori providere remedio, ipsorumque infidelium conatibus obviare, et utique, si dicta summa statuto fuisset tempore (dicte tempore)[3] assignata, providissemus ut credimus, taliter dicto regno, quod casus prefatus lamentabilis minime contigisset. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regis dirigat, ut hec et alia juxta divinum beneplacitum exequatur. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. C'est la lettre qui précède immédiatement celle-ci dans le registre (c. 78, nº 1431).
2. Cette permission ayant été déjà accordée (Voyez ci-dessus nº 1344), il faut admettre que de nouveaux empêchements retardèrent le paiement de la somme en question.
3. *Sic*, ces deux mots sont évidemment inutiles.

1439 Avignon, 24 juin 1322.

Carolum, comitem Valesii, de missione Dominici, sacræ theologiæ magistri, ad regem Franciæ certiorem facit, eumque hortatur ut, pro negotio Terræ Sanctæ et assignatione summæ a præfato vicecomite Leomaniæ debitæ, apud eumdem regem instet. (Reg. 111, fol. 15, c. 80.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, per dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, nostras inter alias destinamus litteras, quarum tenorem continet cedula presentibus interclusa, quare magnificentiam tuam deprecantes[1] attente quatinus apud regem ipsum, ut votis nostris annuat, precipue circa ea que concernunt negotium Terre Sancte necnon et assignationem illius summe florenorum in qua dilectus filius nobilis vir B., vicecomes Leomanie, nostre Camere noscitur obligatus, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia partes tue solicitudinis interponas. Dat. ut supra proxime[2]. »

1. *Sic*, il faudrait *deprecamur*.
2. Voyez, pour la Croisade, nº 1683, note 1.

1440 Avignon, 24 juin 1322.

Hugoni [de Engolisma], ut a Petro Raymundi et Guidone de Convenis recipiat instrumenta et obligationes de summa decem millium librarum turonensium quondam Petro, Carcassonensi episcopo, debitarum, eisque terminum ad Carcassonam in ostagiis revertendi usque ad festum Nativitatis Domini proroget. (Reg. 111, fol. 28, c. 143; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, nº 188, non publié.)

« *Eidem magistro Hugoni.* Super eo quod — Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1441 Avignon, 24 juin 1322.

Præfatis Petro et Guidoni formam obligationis, quam eidem Hugoni dare tenentur, in cedula interclusa mittit eisque dictam prorogationem notificat[1]. (Reg. 111, fol. 28 vº, c. 144; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, nº 189, non publié.)

« *Nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Ut super obligatione — Datum ut supra proxime. »

1. Voyez, à ce sujet, nºs 1420, 1574, 1731.

1442 Avignon, 24 juin 1322.

Eidem magistro Hugoni, ut terminum reversionis ad ostagia præfatis nobilibus impositum usque ad festum Nativitatis Domini proroget, obligationibus sufficientibus prius ab ipsis receptis. (Reg. 111, fol. 28 vº, c. 145; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, nº 190, non publié.)

« *Prefato magistro Hugoni.* Licet nuper tibi — Datum ut supra. »

1443 Avignon, 24 juin 1322.

Guillelmo « Geroncle », Petro Ricani et Guillelmo de Concoutz collectionem decimæ in Arelatensi, Aquensi,

Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Bisuntina et Tarantasiensi provinciis, pro illa parte quæ de regno Franciæ non existit, per triennium impositæ committit. (Reg. 111, fol. 91, c. 355 ; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 84.)

« *Dilecto filio*[1] *Guillelmo Geroncle, decano, et Petro Ricani, sacriste Avinionensis, ac Guillelmo de Concotz*[2], *canonico Autisiodorensis ecclesiarum*. De vestre circumspectionis — Dat. Avinione, viii kal. julii, anno sexto. »

1. Reg. 73 : *Dilectis filiis*.
2. Reg. 73 : *Concoutz*.

1114 Avignon, 26 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, ad perseverandum in operibus bonis hortatur eique Blancham de Burgundia ac reginas Clementiam et Johannam, necnon H[enricum], dominum Soliaci, commendat. (Reg. 111, fol. 15, c. 81).

« *Carolo, regi Francie*. Exultant patris non indigne precordia quotiens filium suum carissimum circa talia intentum audit et occupatum intelligit, per que possit in presenti Dei et hominum gratiam, et in futuro immarcescibilem coronam glorie probabiliter promereri. Profecto, fili carissime, habet non contempnenda multorum relatio quod Deum timens, sine quo edificium spirituale subsistere nequit, Domini justitiam et misericordiam diligas, quibus, sol[i]um regium noscitur roborari, malorum vites consortia, que plerumque bonorum mores inficiunt, et cum bonis sit tibi delectabile conversari, occasiones peccandi fugias et in audiendis divinis devotus existas, ac, dum audis missarum solemnia, tibi colloqui[1] omnibus et singulis interdicas, victualia solvis que a subditis recipis, nec de sudore pauperum in eorum prejudicium victum queris. Hec, fili, incepisse non sufficit, sed si pro hiis mercedem retributionis eterne desideras assequi, usque ad finem perseverare te convenit, cum non inchoantibus, sed perserevantibus merces hujusmodi promittatur. Quesumus igitur, fili carissime, quesumus ut in hiis et aliis operibus bonis constanter perseverare studeas et a contrariis declinare ; si enim quod in te est feceris, profecto ab illo cui nil est impossibile, ut continuare ac perficere valeas, misericorditer tribuetur. Dilectam filiam nobilem mulierem Blancham de Burgundia regie clementie commendamus, eandem affectione qua possumus deprecantes quatinus rememorans diligenter quot tibi consanguinitatum diversarum gradibus et spirituali proximitate conjuncta, quodque ipsam divine et humane domus sociam dudum opinative receperis, tibique servierit multis annis, et ab ea prolem susceperis, que supernorum concivis civium pro te ac ipsa apud regem regum in celesti patria preces fundit, occulo misericordi digneris ipsam respicere ac de ipsa taliter ordinare quod, preter laudem hominum, divinam [pro] merearis gratiam, sibi prebeas materiam quod consolata, sic istam caducam vitam transire valeat, quod ad perennem, te cooperante, valeat, pervenire. Carissimas quoque nostras in Christo filias Clementiam videlicet, et Johannam reginas[2] Francie illustres, quarum te Deus fecit dominum et constituit loco patris, affectione qua possumus regie benivolentie, ac dilectum filium nobilem virum H., dominum Soliaci, quem virum profundi sensus probateque experientie ac domui Francie fidelissimum novimus, commendamus. Postremo sacrosanctam Ecclesiam, matrem tuam, ejusque negotia et ministros, necnon et servitores tuos devotos, videlicet sanguine nobis junctos, et eorum negotia clementie regie affectione qua possumus commendamus. Gratia Domini nostri Jhesu Christi velle bonum quod tibi dedit corroboret posse(t)que ac perficere tribuat ac conservet. Dat. Avinione, vi kal. julii, anno sexto. »

1. Reg. *coloquis*.
2. Reg. *reges* qui est inadmissible.

1115 Avignon, 26 juin 1322.

Eumdem regem de laudabili ejus proposito negotium transmarinum prosequendi commendat eumque hortatur ut Ecclesiam ab hæreticorum insultibus defendat et fidem Dominico, sacræ theologiæ magistro, adhibeat. (Reg. 111, fol. 15 v°, c. 82.)

« *Eidem regi*. Inter cetera que solennes regii nuntii nobis hiis diebus exponere curaverunt, non siluerunt utique grande regium desiderium quod geris,

fili carissime, ad negotium transmarinum, ad quod te asseruerunt adeo estuare quod, circa tollenda queque illi obviantia, paratus eras prompto et indefesso studio laborare; et quia guerrarum Lombardie discrimina illi non levem obicem opponebant, nobis ex parte regia obtulerunt quod circa pacem reformandam in illis partibus, Ecclesie honore ac nostro servatis, si nobis aliqua via se offerret possibilis, libenter, multis pretermissis negotiis, intenderet regia celsitudo. Nos autem regiam celsitudinem circa premissa multipliciter commendantes, ipsis respondimus et per presentes magnificentie regie respondemus quod contra nonnullos ex ipsis, presertim contra illum a quo cuncta mala in illis partibus processerunt, Matheum videlicet de Mediolano, adeo per inquisitores illarum partium est processum, quod est, velut male de articulis fidei sentiens, pronuntiatus hereticus, et sicut hereticus condempnatus, cum quo non videbatur nobis, nisi prius ad gremium rediret Ecclesie, pax tractanda. De extrinsecis autem Janue, illa illius recitare curavimus que nuper nuntiavimus excellentie regie per nostras litteras transcriptum dicte sententie continentes, adicientes quod, si viam aliquam pacis nuntiis ipsis exposuerat providentia regia, nos illam audiremus libenter et super ea quod suaderet ratio prompto animo faceremus; quibus respondentibus quod nulla via illis per te exposita fuerat, subjunximus et adhuc in hoc stamus quod si antiqus ille dierum malorum (*sic*)[1] Matheus scilicet, pedem suum revocare vellet a devio et ad viam salutis dirigere gressus suos, ad gremium Ecclesie humiliter redeundo, nos super penis quas incurrisse noscitur, tantum ob tui gratiam, faceremus quod posses merito contentari. Alioquin viam ad pacem, fili carissime, aliam non videmus, nisi quod ad prescindendum[2] ipsum velut membrum putridum, ne alios ulterius possit inficere, viriliter instatur. Scimus enim hereticalis secte pestifere viros, dum eis facultas nocendi suppetit, contra catholicam fidem vehementer insurgere et, ut heresis sue venena ad inficiendum[3] corporis mistici membra transfundere valeant, studiosissime laborare. Cognovimus enim ipsos contra catholicam Ecclesiam, Domino eis adversante, colla surrigere, fidemque illos appetere christiani nominis inclinare. Sane, dum facta tuorum progenitorum clare et laudande memorie, qui fide preclari, devotione ferventes, pro fide catholica ab hereticorum insultibus defendenda et vindicandis illius opprobriis super quem, pro redemptione nostra, opprobria exprobantium ceciderunt, se et sua exposuerunt totaliter, delectabiliter recensemus, spe tenemus indubia, princeps inclite, quod, quanto ipsa exempla pressius te contingunt, tanto curabis attentius illorum sequi vestigia, immo, ut eos quibus in hereditate succedis, in prosecutione virtuosorum excedas actuum, studiosam operam adhibebis. Exurge itaque, quesumus, fili carissime, in adjutorium Ecclesie Christi; exurge, et dicti heretici suorumque defensorum et receptatorum ausus improbos comprime(re), superbas quoque eorum cervices jugo rectitudinis preme, nec tuis sinas temporibus talia pullulare, sciturus indubie quod, si Christi causam egeris, aget et ipse tuam. Et quia vox viva efficacius quam mortua imprimere consuevit, ecce dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, et in curia Romana lectorem, virum utique providum et discretum, de cujus circumspectione provida pleniorem fiduciam obtinemus, ad regalem presentiam cum hiis et nonnullis aliis nostris litteris duximus destinandum, cui circa contenta in illis certa commissimus serenitati regie vive vocis oraculo exponenda, illam attentius deprecantes quatinus super illis et ea tangentibus eidem magistro dignetur fidem credulam adhibere. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, que ad ea que Deo grata sunt et accepta cor tuum stimulet et accendat, amen. Datum Avinione, VI kal. julii, anno sexto[4]. »

1. Il faut sous-entendre sans doute *inimicus* ou un terme analogue.
2. Reg. *prescrudandum*.
3. Reg. *inficiendi*.
4. Pour la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1416 Avignon, 26 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, ut eidem Dominico fidem adhibeat Carolumque, regem Franciæ, ad ejus monitionibus annuendum inducat. (Reg. 111, fol. 16, c. 83.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi(s) Francie et Navarre illustri, per dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, nostras inter alias destinamus litteras quarum tenorem continet cedula presentibus interclusa, cui quidem magistro, circa contenta in dictis et nonnullis aliis litteris nostris quedam imposuimus regie ac tue magnitudini vive vocis oraculo referenda. Quare nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus regem ipsum, ut nostris super hiis monitis et exhortationibus acquiescat, inducere studeas instantiis et solicitudinibus oportunis, dicto magistro nichilominus fidem credulam adhibens super illis que pro parte nostra circa premissa et ea tangentia tibi duxerit exponenda. Dat. Avinione, vi kal. julii, anno sexto. »

1117 Avignon, 1er juillet 1322.

Archiepiscopo Viennensi, ut Amedeum, comitem Sabaudiæ, ejusque filios et valitores, ex parte una, ac Henricum, electum Metensem, Guigonem, dalphinum Viennensem, nonnullosque alios, ex altera, ad ineundum de novo treugas inducat. (Reg. 111, fol. 81 v°, c. 312; fol. 84, c. 322.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Cum inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie, ac ejus filios et Ludovicum de Sabaudia et Imbertum de Bellojoco, adjutores et valitores ejusdem comitis, ex parte una, et Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, dominum Fulciniaci, Ademarum de Pictavia, Amedeum, comitem Gebennensem, Amedeum de Gebenna, electum Tullensem, et Hugolinum, fratrem ejus, ac dilectam in Christo filiam aviam et tutricem dicti comitis Gebennensis, adjutores et valitores electi Metensis et dalphini predictorum, ex altera, per commotiones guerrarum se nimis periculose invicem collidentes, dudum, te procurante, treuge usque ad certum tempus jam elapsum, sub certis modis et formis inite fuerint ac firmate, nos, attendentes lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula, que sunt amarius deploranda, ex guerrarum commotionibus et congressibus bellicis si, quod absit, procederent, verisimiliter proventura, et ut eis salubriter obvietur, ac inter partes predictas reformetur Deo grata concordia et hominibus illarum partium fructuosa, super[1] qua operosam diligentiam adhibere proponimus, cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, ad partes illas accedens, ad ineundum et firmandum de novo treugas inter partes predictas, usque ad festum Nativitatis dominice futurum proximo firmiter duraturas, viis et modis ad hoc expedientibus, partes easdem et gentes et procuratores earum[2], ex parte nostra, moneas efficaciter et inducas ut, interim, dicte pacis concordia que non leviter insidet cordi nostro, tractari, et, actore Deo, perfici valeat commodius inter eos. Datum Avinione, kalendis julii, anno sexto. »

1. Ce mot manque dans le c. 322.
2. C. 322 : *eorum*.

1118 Avignon, 1er juillet 1322.

Eidem quod, si dictas treugas iniat, eas firmet, publicet et inviolabiliter observari faciat. (Reg. 111, fol. 81 v°, c. 313; fol. 84, c. 321.)

« *Eidem.* Intensis desideriis affectantes — Dat. ut supra. »

1119 Avignon, 1er juillet 1322.

Eidem, ut dictas treugas non observantes excommunicatos publicet eorumque loca interdicat. (Reg. 111, fol. 82, c. 314; fol. 84, c. 323.)

« *Eidem.* Cum, sicut nosti — Dat. ut supra. »

1120 Avignon, 1er juillet 1322.

Henrico, electo Metensi, ut prædicti Guillelmi archiepiscopi exhortationibus acquiescat. (Reg. 111, fol. 82, c. 315; fol. 84 v°, c. 325.)

« *Dicto Henrico, electo Metensi.* Dum pacis commoda — Dat. ut supra. »

1151 Avignon, 1er juillet 1322.

In e. m. dicto dalphino. (Reg. 111, fol. 82 v°, p. c. 315.)

1152 Avignon, 1er juillet 1322.

Archiepiscopo Tarantasiensi ut præfato Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, in agendis assistat. (Reg. 111, fol. 82 v°, c. 316; fol. 84 v°, c. 324.)

« *Archiepiscopo Tarantasiensi.* Ad obviandum periculis — Dat. ut supra. »

1153 [Avignon, 1er juillet 1322.]

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut ejusdem Guillelmi monitis super præmissis acquiescat. (Reg. 111, fol. 82 v°, c. 317; fol. 85 v°, c. 326.)

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Reformationem pacis et — abundantius vindicare[1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que les précédentes.

1154 [Avignon, 1er juillet 1322.]

In e. m. Imberto, domino Bellijoci. (Reg. 111, fol. 83, p. c. 317; fol. 85 v°, p. c. 326.)

1155 [Avignon, 1er juillet 1322.]

In e. m. vicariis, locum tenentibus seu vices gerentibus Amedei, comitis Sabaudiæ. (Reg. 111, fol. 83, p. c. 317; fol. 85 v°, p. c. 326.)

1156 Avignon, 4 juillet 1322.

Imperatorem Tartarorum rogat ut fidem catholicam accipere et, progenitorum suorum exempla imitans, cum Ecclesia Romana et rege Francorum amicitiam innovare velit. (Reg. 111, fol. 89 v°, c. 348; — Reg. 73, cur. fol. 24 v°, c. 81; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § xlii-xliii.)

« *Magnifico viro Boyssethan, imperatori Tartarorum, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro.* Inter solicitudines alias nostris humeris incumbentes, hoc perpeti cura revolvimus et hoc in solide caritatis ardore crebris orationibus a Domino postulamus, ut ipse lapis angularis, qui fecit utraque unum, suam sanctam, catholicam et universalem Ecclesiam toto orbe terrarum in unitate fidei orthodoxe dignanter adunat, cunctis mundum purget erroribus, et diffundat in mentibus ignorantium nomen ejus sue radios claritatis, ut ipsum cognoscant Deum vivum et verum omnium conditorem. Propterea jubilum copiose letitie desideriis nostris accresceret si, te dignum filium benedictionis constituens, vivido ac individuo ejusdem Ecclesie catholice corpori ad participationem vitalis spiritus jungereris inseparabili federe charitatis. Ideoque magnitudinem tuam rogamus et hortamur attentius, et per illius qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, misericordiam obsecramus quatenus ejusdem fidei saluberrimam unitatem, quam primo sancti apostoli de fideli Christi pectore susceperunt, et quam sacrosancta Romana servat, predicat et docet Ecclesia, sine qua nemo unquam Deum videre poterit, reverenter amplectens, et devote considerans quod omnis homo; eo ipso quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere illum qui eum condidit esse Deum, in ipsius lumen et regnum, omnis vetustate peccati et cecitatis errore depositis, per baptismatis transeas sacramentum, fidem hujusmodi constanter et fortiter observando, ut per illam gratia divina salvatus, cum Dei electis assequi valeas hereditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcescibilem conservatam in celis. Ceterum frequenter audivisse meminimus quod memorati progenitores tui, tamquam viri magnanimitate sublimes, ut Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, et apostolice Sedi devotam revecentiam exhiberent, ad ipsos interdum propter hoc mittebant nuntios speciales, et nichilominus cum Francie regibus, qui tunc erant, amicitiam contrahentes, illos per eosdem nuntios et litteras visitabant; quos predecessores et reges ipsi recipientes honorificentia qua decebat, in eorum gratis aspectibus letabantur, se hinc inde progenitoribus ac regibus ipsis donis et muneribus honorando. Ex quibus potes plene colligere quod tibi et imperio tuo

ad laudis cumulum et honoris accresceret si, progenitorum ipsorum imitans exemplum, per similes nuntios nos et dictam visitares Sedem, cum carissimo in Christo filio nostro rege Francorum illustri amicitiam renovares; nos enim ex hoc specialiter letaremur in Domino, qui tibi libenter in omnibus, que secundum Deum desideriis tuis grata procederent, placeremus. Datum Avinione, IIII nonas julii, anno sexto. »

1457 Avignon, 5 juillet 1322.

Episcopo Andegavensi, ut bona et fructus beneficiorum quæ Thomas, Corisopitensis episcopus, ante suam promotionem in Andegavensi diocesi obtinebat, exigat et ad Cameram apostolicam mittat. (Reg. 111, fol. 19, c. 100.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Andegavensi.* Non sine mentis amaratitudine cogitantes terras christicolarum sitas in partibus transmarinis acrius impeti solito per nationes barbaras, illisque succurrere cupientes, dudum omnes fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum ecclesiasticorum ubicunque consistentium, que venerabilis frater noster Thomas, episcopus C[o]risopitensis, tempore sue promotionis ad C[o]risopitensem ecclesiam obtinebat, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, antequam vacarent per consecrationem ejusdem episcopi, pro toto tempore vacationis ipsorum hac vice dispositioni nostre et Sedis Apostolice reservavimus auctoritate apostolica, in dictarum terrarum subsidium convertendos[1]. Verum cum idem episcopus, dicte promotionis tempore, decanatum ac canonicatum et prebendam in Andegavensi ecclesia, necnon capellam de Briolayo in tua diocesi obtineret, nos, de tua circumspectione provida plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus per te vel per alium seu alios, omnes et singulos fructus, redditus et proventus decanatus, canonicatus et prebende ac capelle predictorum, et aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum que ipse episcopus tunc temporis in tuis civitate et diocesi obtinebat, pro toto tempore quo post promotionem dicti episcopi vacavisse noscuntur, auctoritate nostra petere, exigere et recipere, et ad nostram Cameram mittere fideliter cum integritate procures, quid et quantum de eisdem fructibus, redditibus et proventibus, ac de quibus bonis vel rebus, et a quibus locis vel personis receperis aliisque circumstantiis universis, clare et distincte per tuas litteras vel instrumentum publicum Cameram certificaturus predictam, ut de illis pro utilitate hujusmodi subsidii commodius disponere, prout nobis videbitur, valeamus, contradictores — Dat. Avinione, III nonas julii, anno sexto. »

1. Reg. *committendos*.

1458 Avignon, 5 juillet 1322.

Item in e. m. episcopo Nannetensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ac scolastriæ quos prædictus episcopus in Nannetensi ecclesia obtinebat. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1459 Avignon, 5 juillet 1322.

Item « *pro fructibus prioratus de Enedol et grangie de Aitz, Nannetensis diocesis.* » (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1460 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Briocensi pro fructibus canonicatus et præbendæ Briocensis ecclesiæ. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1461 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Macloviensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ecclesiæ Macloviensis et prioratus sancti Singuillini, Macloviensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1462 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Venetensi pro fructibus prioratus de Hambont, Venetensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1163 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Carnotensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ecclesiæ sancti Johannis de Nogento Retrodi, Carnotensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1164 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Ebroicensi pro fructibus capellæ sancti Nicolai de Aquila « de Palaiti » : *Dat. ut supra.* (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1165 Avignon, 5 juillet 1322.

Johanni de Arpadella mandat ut omnia bona mobilia quæ quondam Radulphus, decanus de Gaya, ordinis Cluniacensis, Trecensis diocesis, penes Simonem, priorem de Ancra, camerarium monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis, aliasque personas deposuit, requirat et Ecclesiæ Romanæ nomine recipiat. (Reg. 111, fol. 19 v°, c. 102.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Habet nonnullorum relatio — Dat. III nonas julii, anno sexto. »

1166 Avignon, 5 juillet 1322.

Bertrando Cariti et Raymundo de Parisius quittationem de tribus millibus quingentis quadraginta duobus florenis et septuaginta novem denariis ad cathedram auri, tam de bonis Odonis, olim prioratus sancti Martini de Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, prioris, quam de redditibus ejusdem prioratus provenientibus, quos per manus Raynaldi de Podio, rectoris ecclesiæ sancti Andreæ de Assilhano, et Deodati Baldosii, clerici, Narbonensis et Ruthenensis diocesum Cameræ apostolicæ assignaverant, dat. (Reg. 111, fol. 91, c. 356.)

« *Dilecto filio Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi, capellano nostro.* Cum tam de — Datum Avinione, III nonas julii anno sexto. »

1167 Avignon, 7 juillet 1322.

Petro de Claromonte et Isabellæ, natæ Caroli, comitis Valesii, dispensationem pro matrimonio contrahendo concedit. (Reg. 111, fol. 19, c. 101; — Arch. nat., J. 436, n° 28, orig. scellé sur soie.)

« *Nobili viro Petro, primogenito dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis [Clarimontis]*[1], *et dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli, nate dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Valesii, salutem etc.* Etsi inter illos — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod vos, ad conservationem sincere dilectionis ac boni status progenitorum vestrorum et omnium de ipsorum genere unanimiter intendentes, desideratis propter hoc et alias certas causas rationabiles pro parte vestra nobis expositas, ad invicem matrimonialiter copulari, sed quia ex parte dictorum progenitorum vestrorum in tertio consanguinitatis gradu ex utroque latere vobis invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non potestis, quare nobis humiliter supplicastis ut vobis quod, predicto et quocunque alio, tam ex cujusvis alterius consanguinitatis gradu, remotiori tamen predicto tertio, quam etiam cujuscunque affinitatis seu cognationis spiritualis et aliis quibuscumque impedimentis, si qua forsan imposterum inter vos esse aliquo tempore appareret, nequaquam obstantibus, matrimonium invicem possitis licite contrahere per oportune dispensationis beneficium [concedere] misericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes pro bono [statu] et tranquillitate predictorum progenitorum et omnium[2] consanguineorum vestrorum ipsorumque parentum, fidelium, subditorum ac alias propter causas multiplices rationabiles nobis expositas, ac etiam pro bono publico quod, annuente Domino, exinde provenire speramus, plurimum expedire quod hujusmodi inter vos matrimonium contrahatur, vestris devotis supplicationibus inclinati, vobiscum ut, impedimentis predictis, tam illo videlicet quod ex predicto consanguinitatis gradu tertio quo ex parte dictorum parentum vestrorum ex utroque latere vos invicem attinetis provenire dinoscitur, quam quibuscumque aliis, siqua forsan ex cujuscumque consanguinitatis gradu, remotiori tamen predicto tertio, seu etiam cujusvis affinitatis seu cognationis spiritualis vel alterius cujuslibet attinentie vel etiam parentele, inter vos imposterum aliquo casu existere ullo unquam

tempore appareret, impedimentis nequaquam obstantibus, possitis hujusmodi matrimonium inter vos libere contrahere et in sic contracto licite remanere, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem suscipiendam ex vobis legitimam nuntiantes. [Nulli ergo — Si quis autem —] Dat. Avinione, nonis julii, anno sexto. »

1. Les mots entre crochets sont ceux qui, manquant dans le registre du Vatican, sont donnés par la bulle conservée aux Archives nationales.
2. *Communium* dans la bulle indiquée ci-dessus.

1168 Avignon, 7 juillet 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut Carolum, comitem Valesii, debitorum onere oppressum, aliquo subsidio pecuniali adjuvet. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 85.)

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie*]. Letanter percepimus et utique, fili carissime, cum gaudio recensemus quod dilectus filius Carolus, comes Valesii, patruus tuus, sicut tibi sanguine jungitur, sic et tibi caritatis glutino copulatur, quod non lingua dumtaxat panditur, sed exhibitione operis que probatio dilectionis esse noscitur, evidentius declaratur. Ipse quidem, quasi suis pretermissis negotiis, regia tractare studet ac[1] dirigere, spretis laboribus nec vitatis expensis, et quia, sicut providentia regia non ignorat, comitis ipsius magnificentia non patitur quod curiam sequatur regiam absque ingenti profluvio expensarum, ad quas ejus non suppetunt redditus, propter gravia onera debitorum contracta dudum propter guerrarum fremitus qui in regno Francie retroactis temporibus emerserunt, in quibus domui regie astitisse magnifice noscitur ac potenter, ac continuationem curie regie, in qua juxta sui status magnificentiam nequivit expensarum onera devitare, nec non et propter dotes immensas quas ipsum pro filiabus suis, juxta domus regie decentiam suamque et suorum quibus eas tradidit excellentiam, decuit assignare, profecto decet magnificentiam regiam, premissa sua onera supportando, sibi grata vicissitudine respondere, et quia hoc posse fieri facilius et commodius arbitramur de pecunia proventura ex biennali decima per nos celsitudini regie hiis diebus gratiose concessa, dignetur, quesumus, regia celsitudo vel de decimis terre sue, sicut nos eidem comiti de beneplacito clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, tunc ipsa regna regentis, fructus beneficiorum terre sue vacantium usque ad quadriennium meminimus concessisse, vel alias de ipsa decima, sicut providentia regia viderit expedire, manum ei porrigere adjutricem. Dat. Avinione, VIII idus julii, anno sexto. »

1. Reg. *ad*.

1169 Avignon, 8 juillet 1322.

Dicto comiti Valesii nuntiat se eidem regi Franciæ quasdam litteras, quarum cedulam præsentibus intercludit, scripsisse. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 86.)

« *Comiti Valesii*. Magnitudini tue pateat per presentes quod carissimo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri scribimus sub forma quam continet cedula presentibus interclusa, que per magistrum Johannem de Arpadela, capellanum nostrum, cui super hoc scribimus, eidem regi presentari poterunt vel per alium, sicut tua providentia viderit expedire. Dat. Avinione, VIII idus julii, anno sexto. »

1170 Avignon, 11 juillet 1322.

Bertrandum de Pebraco in capellanum suum recipit. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 877.)

« *Bertrando de Pebraco, priori monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis, Cluniacensis ordinis*. Religionis zelus et — Datum Avinione, V idus julii, anno VI°. »

1171 Avignon, 17 juillet 1322.

Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi, mandat ut ab executione mandati regii super occupatione bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, desistat, nuntians ei se ipsum Carolo, regi Franciæ, propter hoc scripturum esse[1]. (Reg. 111, fol. 17 v°, c. 90.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Cum vir peritus — Dat. Avinione, XVI kal. augusti, anno sexto. »

1. Voyez ci-après, n° 1473.

1472 18 juillet 1322.

Carolo, regi Franciae, Petrum, Vivariensem electum, quem commendat, regalibus expeditis negotiis, remittit. (Reg. 111, fol. 17 v°, c. 91.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Ecce, fili carissime, quod dilecto filio Petro, electo Vivariensi, nuntio regio, regalibus expeditis negotiis, licentiam dedimus ad regalem presentiam redeundi, cujus moram habeat et quoad nos et quoad ipsum, quesumus, regalis providentia excusatam; quoad nos quidem, propter discresias (*sic*) nonnullas quas propter intemperiem aeris sumus passi, necnon et propter occupationes nimias que inundaverunt plus solito hiis diebus; ipsum autem quia profecto pro sua expeditione oportune curavit insistere ac pluries etiam importune. Et quia ipsum probavimus eminentis scientie, probate experientie, ac circa regia negotia solicitum et fidelem, ipsum confidenter et ecclesiam ad tuam sibi commissam instantiam affectu quo possumus commendamus, cui commisimus aliqua personam tuam tangentia, et aliqua que nos tangunt magnitudini regi referenda, cui velit celsitudo regia super hiis fidem plenariam adhibere. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, et tecum laboret, amen. Datum XV kal. augusti, anno sexto. »

1473 Avignon, 19 juillet 1322.

Eidem regi ut assignationem bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, quam senescallus Carcassonensis nomine regio fieri petit, revocari faciat. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 87.)

« *Dicto regi.* Desiderantes, fili carissime, quod ad illa tuum cures affectum prudenter extendere, per que divinam possis promereri gratiam et ejus vitare solerter offensam, illa tibi suademus fiducialiter et ab hiis te retrahere satagimus confidenter. Hec autem posse perfici non videmus, te, sponse Christi, videlicet sacrosancte Ecclesie, matri tue, injuriam irrogante. Sunt enim Christus et Ecclesia, ejus sponsa, ea procul dubio indivisibili unione conjuncti, quod alter, reliquo in honore non habito, honorari non possit, nec uni irrogari injuria quin alteri irrogetur. Sane, fili carissime, innotuit nobis, non absque admiratione et displicentia nimia, relatio fide digna quod senescallus Carcassonensis thesaurum bone memorie Petri, Carcassonensis episcopi, quod (*sic*), ut posset ad divinum cultum, sustentationem pauperum et alia pia opera conservari, miseramus dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, pro thesauri custodia antedicti, ab executoribus testamenti ipsius episcopi sibi postulat assignari, quod nisi fecerint, quod tamen implere nequeunt, illum minatur violenter apprehendere, asserens mandatum regium super hoc se habere. Profecto, fili carissime, miramur nec sufficimus admirari si a providentia regia que Deo placere desiderat, sicut fertur, mandatum tale processerit, sic injuriosum Ecclesie et omni obvium rationi quod nequimus credere, nisi surreptione aliqua mediante. Delibera, fili, quesumus, cum peritis Deum timentibus, qui tibi que recta sunt consulant tuique honoris et salutis anime fervidi zelatores existant, delibera quo tibi jure potest competere bona precipue prelatorum ad cultum deputata divinum et usum pauperum et alia pia opera occupare, et disponere de eisdem. Profecto, fili, si tales consulas, hec tibi reperies non licere, nec vocem illorum audias qui, ad querendas excusationes in peccatis, colores querunt sub quibus veritatem...[1], cum de factis, repulsis coloribus, illi cujus occulis nuda sunt omnia et aperta quique cogitationes hominum plene novit, sis redditurus in districto examine rationem. Providentiam itaque regiam rogamus affectu quo possumus ampliori eidemque nichilominus sano consilio suademus quatinus, ob Dei reverentiam, tantam irrogari majestati tue non sinas injuriam, nec sit tibi grate sic ingratus patenter Ecclesie[2] existere, nec avarus illi que tibi sic extitit et esse disponit imposterum liberalis, sed potius tue salutis et honoris obtentu, ipsius jura et libertates manuteneas, protegas et defendas ipsamque clementia regia[3] favorabiliter prosequatur. Gratia

Domini nostri Jhesu Christi cor regis dirigat ut illa in hiis et aliis exequatur que sue beneplacita fuerint voluntati. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno sexto. »

1. Il manque évidemment ici un mot tel que *dissimulent*.
2. Reg. *velis* qui est une erreur manifeste.
3. Reg. *clementiam regiam*.

1474 Avignon, 19 juillet 1322.

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 111, fol. 17, c. 88.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Innotuit nobis, fili, fide digna relatio quod senescallus Carcassonensis bona mobilia que bone memorie Petrus, Carcassonensis episcopus, ad divinum cultum, sustentationem pauperum et alia pia opera deputata dimisit, petit sibi ab executoribus ejusdem episcopi nomine regio assignari, quod utique facere nequeunt cum ad illa, pro premissis usibus conservandis, dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, et sub cujus existunt custodia, ad partes illas duxerimus transmittendum, adiciens senescallus predictus quod, nisi executores predicti sibi bona assignaverint antedicta, ipse illa accipiet auctoritate cujusdam mandati regii quod super hoc asserit se habere. Profecto, fili, miramur nec sufficimus admirari si mandatum sic omni rationi obvium, sic injuriosum Ecclesie, de conscientia regia emanavit quod utique nequivimus credere nisi surreptione aliqua mediante. Et quia non decet excellentiam regiam nec sibi expedit indignationem sponsi Ecclesie, videlicet Jhesu Christi, contra se provocare, quod utique facerct si Ecclesie injuriam irrogaret, cum etiam carnalis sponse injuria in sponsum redundare noscatur, magnitudinem tuam rogamus, affectu quo possumus ampliori, quatinus, quantum in te est, pati nolis quod tanta injuria Ecclesie irrogatur, sed tui consilii et auxilii partes sic efficaciter interponas quod mandatum hujusmodi, si processerit, debeat revocari, sic quod inde, preter pro justitia laborantibus repromissum, nostrum et Apostolice Sedis gratiam abundantius merearis. Dat. ut supra. »

1475 Avignon, 19 juillet 1322.

Dominico, sacræ theologiæ magistro, et Johanni de Arpadella mandat ut quasdam litteras clausas Carolo, regi Franciæ, et Carolo, comiti Valesii, præsentent. (Reg. 111, fol. 17, c. 89.)

« *Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie magistro et in curia Romana lectori, et magistro Johanni de Arpadela, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, per litteras clausas[1] scribimus secundum formam quam continet cedula presentibus interclusa, vobis et unicuique vestrum mandantes et districtius injungentes quatinus litteras nostras predictas cum discretione et diligentia eisdem regi et comiti presentare, et circa expeditionem negotii pro quo illas dirigimus, quod non leviter insidet cordi nostro, prudenter et solicite instare curetis, nos de illius expeditione, quam votivam et felicem nos obtinere speramus, reddentes quamtocius poteritis certiores. Ceterum dilecto filio Petro Roderii, cancellario Francie, et Stephano de Mornasio (*sic*), beati Martini Turonensis, ac Johanni de Cerchamont, Pictavensis ecclesiarum decanis, consiliariis regiis, scribimus ut vobis et utrique vestrum fidem credulam in predictis adhibeant ac super expeditione obtinenda prestent vobis auxilium, consilium et favorem. Volumus autem, vobis et cuilibet vestrum sub virtute sancte obedientie injungentes ne premissarum litterarum transcripta alicui ostendatis, sed negotium in transcriptis ipsis contentum, illis de quibus scribimus et aliis de quibus expedire videbitur, exponatis[2]. »

1. Il s'agit ici, et l'index le spécifie, des lettres qui précèdent celles-ci dans le registre et que nous donnons plus haut (nos 1473-1474).
2. Cette lettre et les suivantes (nos 1476-1478) se rattachent, on le voit, à la même affaire. Nous croyons donc que la formule : *Dat. ut supra*, qui suit la dernière, peut s'appliquer à toutes pour la date. On remarquera plus loin, la formule : *Dat. ut infra* (no 1483).

1476 (Avignon, 19 juillet 1322.)

Stephano de Mornayo, ut præfatis Dominico et Johanni, pro acceleratione negotii ipsis commissi, consilium et auxilium præbeat. (Reg. 111, fol. 17 v°, c. 89.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Mornassio* (sic), *decano ecclesie beate Martini Turonensis, capellano nostro.* Super quodam negotio — uberius vendicare[1]. »

1. Pour la date, voyez la lettre précédente (nº 1475).

1177 (Avignon, 19 juillet 1322.)

In e. m. magistro Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ, cancellario. (Reg. 111, fol. 17 vº, p. c. 89.)

1178 (Avignon, 19 juillet 1322.)

In e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi : *Dat. ut supra.* (Reg. 111, fol. 17 vº, p. c. 89.)

1179 Avignon, 22 juillet 1322.

Bernardo de sancto Mauritio de duobus equitaturis ac nonnullis florenis, annulis et lapidibus quæ ab Arnaldo Calmelli, ab ordine Prædicatorum apostata restitui fecerat et Neapoleoni, sancti Adriani diacono cardinali, assignaverat, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 81 vº, c. 311 ; fol. 91 vº, c. 359.)

« *Dilecto filio magistro Bernardo de sancto*[1] *Mauritio, cantori Autisiodorensi, officiali Avinionensi.* Cum Arnaldum Calmelli — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno sexto. »

1. Ce mot est corrigé à l'encre noire dans la rubrique du c. 311.

1180 Avignon, 25 juillet 1322.

Guidoni, comiti Blesensi, respondet se quasdam ejus petitiones admisisse, alias autem exaudire non posse. (Reg. 111, fol. 18, c. 93.)

« *Guidoni, comiti Blesensi.* Nobilitatis tue litteras — Dat. Avinione, viii kal. augusti, anno sexto. »

1181 Avignon, 26 juillet 1322.

Electum Vivariensem quadam « discrasia » febrili laborantem consolatur. (Reg. 111, fol. 18, c. 94.)

« *Electo*[1] *Vivariensi.* Credentes, fili, te — Dat. Avinione, vii kal. augusti, anno sexto. »

1. *Episcopo*, dans l'index du registre.

1182 Avignon, 30 juillet 1322.

H(ugoni) Geraldi de responso ejus litteris apostolicis ab Hugone de Engolisma transmisso gratias agit. (Reg. 111, fol. 28 vº, c. 146.)

« *Nobili viro H. Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Series litterarum dilecti — Dat. Avinione, iii kal. augusti, anno sexto. »

1183 Avignon, 30 juillet 1322.

Amedeum, comitem Sabaudiæ, rogat ut consiliis Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, ratione prolungationis quarumdam treugarum, acquiescat, eique nuntiat quod adventum suum ad curiam gratum habebit. (Reg. 111, fol. 83, c. 318.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Cum periculosa dispendia non faciliter numeranda que ex gravi discordia inter te tuosque valitores, ex parte una, et dilectos filios nobiles viros Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, ac Guigonem, dalphinum Viennensem, eorumque valitores, ex altera, hostis antiqui procurante malitia, suscitata hactenus provenerunt, et, nisi occurratur salubriter, graviora formidantur verisimiliter proventura diligenter attendimus, et bona innumera que ex reformanda inter vos pacis concordia possunt probabiliter provenire diligenti studio cogitamus, ad pacis hujusmodi comoda procuranda et dissensionum incomoda declinanda operosum adhibere studium paternis affectibus intendentes, venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, pacis et concordie zelatori, damus nostris litteris[1] in mandatis ut, ad partes illas se conferens, tam partem tuam quam aliam ad ineundum et confirmandum treugas inducere studeat usque ad festum Nativitatis dominice futurum proximo duraturas, ut interim, pacis auxiliante actore, ad discordias extirpandas et pacis jacienda semina vacare

commodius valeamus. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur, tibi(que) paterno consilio suadentes quatinus; ipsius archiepiscopi monitis et exhortationibus salutaribus, in hac parte taliter acquiescas quod nostris desideriis super hiis satisfiat tuque proinde, preter premium retributionis eterne, quod viris pacificis veritas repromittit, nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam valeas de bono in melius promereri. Ad hec, si pro multis ad laudem Dei et Ecclesie sancte sue tuumque honorem et comodum procurandis posses, sicut alias tibi scripsimus, ad nostram presentiam te conferre, tua esset nobis admodum grata presentia, et, ut credimus, pluribus fructuosa. Datum ut infra (*sic*). »

1. N° 1447.

1184 Avignon, 30 juillet 1322.

Eduardo, ejusdem comitis nato, ut dicti archiepiscopi monitis acquiescat. (Reg. 111, fol. 83, c. 319.)

« *Euduardo* (sic), *nato ejusdem comitis*. Ad pacis federa — Dat. Avinione, III kal. augusti, anno sexto. »

1185 Avignon, 30 juillet 1322.

Agneti, Gebennensi comitissæ, ut, ad easdem treugas procurandas, præfati archiepiscopi monitis acquiescat eique assistat. (Reg. 111, fol. 83 v°, c. 320.)

« *Agneti, comit(t)isse Gebennensi*. Dispendiosis periculis ex — Dat. ut supra. »

1186 Avignon, 3 août 1322.

Johannem ecclesiæ Corisopitensi, per obitum Thomæ, episcopi, vacanti, et Apostolicæ Sedi hac vice reservatæ, in episcopum præficit. (Reg. 111, fol. 96, c. 384.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Corisopitensi*. Dudum ad notitiam — Datum III nonas augusti, anno sexto. »

1187 Avignon, 5 août 1322.

Carolo, regi Franciæ, de gestis a nuntiis ejus in curia, de casu flebili Armeniæ et de dilatione vicecomiti Leomaniæ concessa. (Reg. 111, fol. 18, c. 95; fol. 20, c. 104.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Francie et Navarre regi illustri*. Ecce, fili carissime, quod dilectus filius nobilis vir Ludovicus, comes Clarimontis, qui, expeditis negotiis regiis, post alios regios nuntios pro negotio passagii transmarini usque nunc in curia moram traxit, super illo responso habito, ad presentiam regiam dirigit gressus suos, cui profecto et collegis suis de diligentia sedula ac circumspectione provida, tam in proponendo dicta negotia que dilectus filius magister Stephanus de Morneyo, decanus ecclesie sancti Martini Turonensis, capellanus noster, facunde proposuit, aliis collegis sibi assistentibus et facunde, quam in prosequendo ipso negotio, necnon et super eorum in curia conversatione laudabili, pacifica et honesta, laudabile testimonium secura conscientia perhibemus[1] ipsosque ex habundanti, cum eos sciamus indubie non egere, et eorum quemlibet, benivolentie regie affectu quo possumus commendamus. Ut autem quod dictus comes obtulerit circa predictum negotium transmarinum, quidve petierit et declaraverit et post adjecerit circa illa, celsitudo regia non ingnoret, cedula[2] pandet prudentie regie, si eam audire libuerit, presentibus interclusa. Dilationem autem pro vicecomite Leumanie ob honorem regium concessimus postulatam. Casum flebilem Hermenorum (*sic*) per nostras litteras magnificentie regie alias duximus intimandum, circa quem, quesumus, vigilet, et nobis quid intendit super hoc excellentia regia non differat intimare. Ad hoc dilectum filium magistrum Petrum Barrerie, archidiaconum Nivernensem, clericum et nuntium regium, qui post alios tuos nuntios aliquibus diebus remansit in curia pro negotiis regiis sibi impositis prosequendis, super prudenti et solicita prosecutione ipsorum magnificentie regie commendamus, quem super mora quam traxit[3] in curia habeat, cum omni culpa careat, celsitudo regia excusatum. Datum Avinione, nonis augusti, anno sexto[4]. »

1. Cap. 104 : *prohibemus*.
2. Ib. *sedula !*

3. Ib. *contraxit*.
4. La date manque dans le cap. 104. Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1188 Avignon, 5 août 1322.

Carolo, comiti Valesii, Ludovici, comitis Clarimontis, in Franciam redeuntis declarationes et petitiones circa passagium transmarinum transmittit. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 96; fol. 20 v°, c. 105.)

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii.* Ut que dilectus filius nobilis vir Ludovicus, comes Clarimontis qui, negotiis expeditis regiis, dirigit in Franciam gressus suos, super negotio passagii transmarini obtulerit, petierit, declaraverit, ac post adjecerit circa illud, tua magnificentia non ignoret, ecce quod illa tue providentie plenius innotescet cedula presentibus interclusa. Datum ut supra[1]. »

1. Au sujet de la Croisade en général, voyez n° 1683, note 1, et sur le rôle de Louis de Clermont, n° 511, note 2. Le 22 juillet 1319, Philippe V lui avait promis que, s'il entreprenait une expédition particulière en Terre Sainte, il ferait en sorte de lui procurer l'appui du Pape. Charles IV lui renouvela, avant le 11 avril 1322, les mêmes promesses (Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, t. I, p. 263, n° 1526 et p. 282, n° 1633).

1189 Avignon, 10 août 1322.

Johanni de Arpadella, ut litteras licentiæ a Carolo, rege Franciæ, Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, concessæ extrahendi de regno centum quinquaginta millia florenorum duplicari faciat. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 98; fol. 20 v°, c. 108.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Cum dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Gitto (*sic*), vicecomes Leomanie et Altivillaris, a carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, super licentia et ducatu extrahendi de regno Francie et ad Sedem Apostolicam faciendi deferri centum quinquaginta milia florenorum, in quibus nobis et Ecclesie Romane tenetur astrictus, litteras obtinuerit, volumus et discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus consimiles litteras a cancellaria dicti regis, que duplicare litteras ab eodem rege concessas per se, ut intelleximus, consuevit, alioquin a rege prefato pro nobis obtinere diligenter studeas, et eas nobis mittere fideliter quamtocius non postponas, ad dilectum filium magistrum Stephanum de Mornayo, decanum ecclesie beati Martini Turonensis, capellanum nostrum, ac alios devotos nostros de quibus tibi expedire videbitur, si necesse fuerit, super obtinenda dicta littera recurrendo. Datum Avinione, iiii idus augusti, anno sexto. »

1190 Avignon, 10 août 1322.

Prædicto Bertrando, ut solutionem florenorum summæ ab ipso Cameræ debitæ acceleret, non expectando terminum sibi novissime super hoc assignatum. (Reg. 111, fol. 23 v°. c. 121; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 34, n° 194.)

Nobili viro Bertrando de Gutto, vicecomiti Lomanie et Altivillaris. Rubrica[1]. Grata nobis insinuatione per litteras tuas quas nobis destinare curasti accepimus quod, tuis negotiis in Francia feliciter expeditis, ac a carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, super extrahendo de regno Francie summam florenorum in quibus nobis et Ecclesie Romane teneris astrictus, et ad Romanam curiam deferendo obtentis licentia et ducatu, repetebas e vestigio partes tuas. Quare tue nobilitatis prudentie credimus expedire nobisque gratum erit admodum et acceptum si missionem dicte summe florenorum acceleres, non expectando terminum tibi novissime super hoc assignatum. Ad hoc autem quod aliquem de nostris petebas pro deferenda dicta pecunia tibi mitti, quod id nobis non videtur expediens vel necessarium respondemus. Datum Avinione, iiii idus augusti, anno sexto. »

1. Pour ce mot, qui est répété en marge, voyez n° 117.

1191 Avignon, 12 août 1322.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas clausas super certis negotiis Carolo, regi Franciæ, et Carolo, comiti Valesii, destinatas, eisdem, si commode poterit, præsentet vel per alium præsentari faciat. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 97; fol. 20 v°, c. 106.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadela, canonico Parisiensi, cappellano nostro.* Cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii, nostras super certis negotiis clausas litteras destinemus[1], volumus et discretioni tue presentium tenore mandamus quatinus prefatas litteras, quas una cum presentibus per latorem presentium circumspectioni tue providimus transmittendas, eisdem regi et comiti per te, si comode poteris, vel alium, si inpedimentum occurreret, studeas presentare. Datum Avinione, II idus augusti, anno sexto. »

1. D'après l'analyse figurant à l'index du registre pour le c. 97, il s'agirait des deux lettres précédentes (cc. 95 et 96, voyez ci-dessus n°s 1487-1488).

1492 [Avignon, 12 août 1322.]

Eidem, de præsentatione quarumdam litterarum regi Franciæ facienda. (Reg. 111, fol. 20 v°, c. 107.)

« *Eidem.* Si dilectus filius magnificus vir Carolus, filius regis Francie, comes Valesii, quasdam litteras nostras clausas quas carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, dirigimus, tibi duxerit assignandas, volumus quod illas dicto regi ex parte nostra studeas presentare[1]. »

1. Cette lettre n'a pas de date, mais elle offre avec la précédente des rapports si évidents que nous n'hésitons pas à lui attribuer la même date.

1493 Avignon, 12 août 1322.

Johannæ, comitissæ Fuxi, respondens, nuntiat ei quod non videtur expediens annuere votis ejus. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 122; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II., p. 35, n° 195.)

« *Johanne, comitisse Fuxi.* Nobilitatis tue recepimus litteras per quas, ut hiis que Bernardus de Barreria, clericus et nuntius tuus, pro parte tua nobis exponeret, fidem ve[l]lemus adhibere credulam postulabas, que utique patienter audivimus et que proposuit intelleximus diligenter. Sane, filia, miramur de tua prudentia quod tam grande negotium sub simplici credentia, nulla de illo in tuis litteris mentione habita, duxeris tali nuntio committendum, sed nec sufficimus admirari quod in illo negotio tua circunspectio processerit adeo, sicut tuus nuntius te processisse asserit, inconsultis, ymmo prorsus ins[c]iis viris magnificis et omni honore condignis, domui Fuxi consanguinitate seu affinitate conjunctis. Et quia statum domus illius intense desideramus prosperum, multisque circunstantiis dicti negotii in consideratione deductis, non videmus dicte domui expediens nec Deo gratum arbitramur existere quod votis tuis in hac parte presentialiter annuamus, ab hiis que petieras exequendis consulte duximus abstinendum. Dat. Avinione, II idus augusti, anno sexto. »

1494 Avignon, 14 août 1322.

Amedeo, comiti Sabaudiæ, de adventu ejus ad curiam et de negotio pacis cum Guigone, dalphino Viennensi, habendæ. (Reg. 111, fol. 85, c. 327.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Innotuere nobis tue magnitudinis littere diem recessus tui de Francia ad propria reddituri, quodque iter tuum accelerare disposueras ut, juxta exhortationes nostras sepius tibi factas, ad nostram possis presentiam celerius te conferre, quod, ut expedientius exequaris, gentibus tuis per tuas litteras dederas in mandatis ut venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, quem per nos ad procurandum treugas inter te et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, ac utriusque valitores, ad partes illas transmittendum audiveras, in omnibus acquiescant — Datum Avinione, XIX kal. septembris, anno sexto. »

1495 Avignon, 21 août 1322.

Archiepiscopo Lugdunensi pro Jacobi Gaucelmi, militis, liberatione. (Reg. 111, fol. 85 v°, c. 328.)

Venerabili fratri archiepiscopo Lugdunensi. Ad prelatorum officium — Dat. Avinione, XII kal. septembris, anno sexto. »

1196 Avignon, 23 août 1322.

Donationem ecclesiæ Pontis Sorgiæ, Avinionensis diocesis, a Raymundo, abbate, et conventu monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, Romanæ Ecclesiæ factam et ad usum papalis palatii Pontis Sorgiæ nuper ædificati convertendam, confirmat, ejusdem donationis tenorem præsentibus inseri faciens. (Reg. 73, cur. fol. 25 v°, c. 88; — Reg. Avin., t. XVI, fol. 388, c. 88.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Religiosis desideriis sine difficultate prestari decet effectum, et, quod laudabiliter geritur, obtinere convenit roboris firmitatem. Sane dilecti filii Raymundus, abbas, et conventus monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam, matrem suam, pie gerentes compassionis affectum, ac neccessitatem papalis palatii quod sumptuosis edificiis apud castrum Pontissorgie situm, in comitatu Venaisini, ad nos et eandem Romanam Ecclesiam pertinente, construi fecimus, benignis considerationibus attendentes, dudum in suo Cluniacensi capitulo congregati, tractatu et deliberatione prehabitis, ac interveniente inter eos consensu unanimi et concordi, ecclesiam Pontissorgie, Avinionensisdiocesis, tunc ad eosdem abbatem et conventum spectantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate sancte Romane Ecclesie ad usum dicti palatii, vel ad nostram et ipsius Ecclesie voluntatem omnimodam alias faciendam, pro se et successoribus suis perpetuo, meliori et efficaciori modo quo potuerunt, sua libera voluntate applicaverunt ac etiam donaverunt, nobis devote et humiliter supplicantes ut donationem hujusmodi ex certa scientia confirmare et supplere deffectum, si quis esset, de apostolice potestatis plenitudine dignaremur, sicut in patentibus litteris confectis super hoc, eorundem abbatis et conventus sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius et seriosius continetur. Nos autem applicationem et donationem hujusmodi ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica et ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum si quis sit in illis, de apostolice plenitudine potestatis. Tenor autem predictarum litterarum talis est.

Sanctissimo in Christo patri meritisque beato domino suo domino Johanni, digna Dei providentia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie summo pontifici, frater Raymundus, Dei et vestri gratia vestre Cluniacensis ecclesie minister humilis, et ejusdem loci conventus, cum devotarum orationum instantia, pedum oscula beatorum. Ad Vestre Sanctitatis notitiam deducimus per presentes quod nos, considerantes Ecclesiam de Pontesorgie ad nos, et ecclesiam nostram Cluniacensem sine medio pertinentem, ad usum papalis palatii quod in villa Pontissorgie edificari et construi Sanctitas Vestra fecit, non mediocriter oportunam, nos propter hoc, ut moris est, ad sonum campane in nostro Cluniacensi capitulo congregati, tractatu et deliberatione prehabitis, consensu unanimi et concordi dictam ecclesiam de Pontessorgie cum juribus suis et pertinentiis universis prefate sancte Romane Ecclesie ad usum dicti papalis palatii, vel ipsius alias voluntatem omnimodam faciendam, pro nobis et successoribus nostris perpetuo, meliori et efficaciori modo quo possumus, presentium litterarum tenore applicandam duximus et donandam, Vestre Sanctitatis beatitudini supplicantes humiliter et devote quatinus donationem nostram hujusmodi dignetur ex certa scientia confirmare et defectum, si aliquis sit in ea, supplere de plenitudine potestatis, Sanctitatem Vestram que nos, servos suos, ecclesiamque Cluniacensem predictam et ordinem habere dignetur in speciali recomendatione gratie et favoris, custodiat et conservet Altissimus longeve et feliciter Ecclesie sue sancte. Dat. Cluniaci, sub nostrorum appensione sigillorum, vii kal. mensis junii, anno domini millesimo cccxxii°[1]. Nulli etc. nostre confirmationis et supplectionis infringere etc. Dat. Avinione, x kal. septembris, anno sexto. »

1. La date est en toutes lettres dans le registre d'Avignon.

1197 Avignon, 27 août 1322.

Cum inter curiales et curias ac habitatores et incolas castrorum Pontis Sorgiæ ad Romanam, et « Biturrite »[1] ad Avinionensem ecclesias pertinentium, ratione incertitudinis territoriorum castrorum ipsorum periculosæ dissensiones subortæ fuerint, Petro de Nogareto et Jacobo de Mutina mandat ut, ad prædicta loca se conferentes, de præfatis summarie et de plano ac sine judicii figura

veritatem inquirant, evocandos vocent et eadem territoria limitibus distinguant. (Reg. 111, fol. 91 v°, c. 360; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 87.)

« *Dilectis filiis*[2] *Petro de Nogareto*[3], *thesaurario Burdegalensi, litterarum nostrarum contradictarum, et Jacobo de Mutina, canonico Cameracensis ecclesiarum, sacri palatii nostri causarum auditoribus.* Illius licet immeriti — Dat. Avinione, vi kal. septembris, anno sexto. »

1. Nous avons trouvé plus haut (n° 1255) les formes *Bidaride* et *Biteride*.
2. Reg. 111 : *Dilecto filio.*
3. Ib. *Nogayreto.*

1498 Avignon, 29 août 1322.

Guillelmum Dulcini et Guillelmum de Proalto ad pacem inter Amanevum, dominum de Lebreto, et Bernardum Jordani de Insula, Guillelmum de Cavomonte ac Jordanum de Insula, de Montegalhardo dominos, et nonnullos alios reformandam mittit, omni potestate super hoc ipsis concessa. (Reg. 111, fol. 24, c. 123 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 36, n° 196.)

« *Dilecto filio Guillelmo Dulcini, provinciali ordinis fratrum Predicatorum provincie Tholosane, et Guillelmo de Proalto, ejusdem ordinis.* Viscera nostra multiplici — Dat. Avinione, iii kal. septembris, anno sexto. »

1499 Avignon, 29 août 1322.

Amanevum de Lebreto hortatur ut ad pacem obtinendam studium adhibeat fidemque prædictis nuntiis tribbuat. (Reg. 111, fol. 24, c. 124; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 38, n° 197.)

« *Nobili viro Amanevo, domino de Lebreto.* Audimus, fili, et — Dat. ut supra. »

1500 Avignon, 29 août 1322.

Guillelmo de Cavomonte super eodem. (Reg. 111, fol. 24 v°, c. 125; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II. p. 40, n° 198.)

« *Nobili viro Guillelmo, domino de Cavomonte.* Periculosa turbatione quam — Datum ut supra. »

1501 Avignon, 29 août 1322.

In e. m. comiti Petragoricensi. (Reg. 111, fol. 24, p. c. 125.)

1502 Avignon, 29 août 1322.

Brunessendi, comitissæ Petragoricensi, pro eadem pace procuranda. (Reg. 111. fol. 24, c. 126 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 199, non publié.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Brunessendi, comitisse Petragoricensi.* Non ignorare te — Dat. ut supra. »

1503 Avignon, 29 août 1322.

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, super eodem (Reg. 111, fol. 25, c. 127 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 200, non publié.)

« *Nobili viro Bertrando, vicecomiti Lomanie.* Vides, fili, quam — Dat ut supra. »

1504 Avignon, 29 août 1322.

Bernardo Jordani de Insula, ut pacem cum Amanevo de Lebreto, quem ad duellum pro injuriis aliis illatis provocaverat, faciat. (Reg. 111, fol. 25, c. 128; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 201.)

« *Nobili viro Bernardo Jordani de Insula.* De tua, fili, prudentia sapientibus et insipientibus admirandi, nos turbando, tribuisti materiam, dum pro injuriis illatis aliis[1] qui ad eas prosequendas sufficiunt, velut pugilem te constituens, dilectum filium nobilem virum Amaneum, dominum de Lebreto, ad duellum provocare concepisse diceris ipsumque super hoc procurasse ad judicium evocari. Nunquid non admiratione dignum quod virum sic expertum, sic providum, ad hoc aliene injurie traxerint, ad quod proprie trahere minime, nisi inevitabilis i[m]mineret necessitas, debuissent? Profecto, fili, ad horrendum certamen hujusmodi in quo Deus temptari noscitur, et in quo expertus ab inexperto, fortis a debili et justus ab impio sepius superantur, non fuit leviter recurendum, et quia cepta minus provide non sunt a prudentibus pertinaciter prosequenda sed potius provide deserenda, nobilitatem tuam toto cordis affectu requirimus et

rogamus quatinus, ne conceptus iste ad partum usque prosiliat, sed potius suo prefocetur in ortu, honestate tua, quantum fieri poterit, preservata, nostris et aliorum amicorum tuorum salutaribus monitis acquiescas. Ad hec guerrarum incom[m]oda et pacis commoda in meditationis debite scrutinio sepius recensentes, guerris exhortis (*sic*) inter te et nonnullos magnates illarum partium, ex parte una, et nobilem antedictum et sequaces suos, ex altera, hoste humani generis procurante, desideranter appetimus finem dari pacisque federa inter vos solide reformari attentius concupimus, sperantes in Domino quod mala sopiet pacis lenitas que guerrarum calamitas introduxit quodque multa com[m]oda ex pacis ipsius reformatione succrescere poterunt, precisis dispendiis que dissensionis iniquitas germinavit, nobilitatem tuam exhortandam duximus et rogandam ut ad hoc tuum coaptes animum et inclines, adhibiturus, ut promptius perfici valeant, consilium et auxilium oportunum. Dat. ut supra. »

1. M. Guérard suppose avec vraisemblance que le sire de l'Isle allait se battre en duel pour son propre frère Jourdain, puisque c'était surtout ce dernier qui était en querelle avec Amanieu d'Albret au sujet de Montgaillard (Voyez ci-dessus n° 1498, et L. Guérard, *op. cit.*, p. 37, note 1 et p. 42, note 1.)

1505 Avignon, 29 août 1322.

Jordanum de Insula, prædicti domini germanum, hortatur ut pacem cum eodem Amanavo faciat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 111, fol. 25, c. 129; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 43, n° 202, extrait.)

« *Jordano de Insula.* Miramur, fili, quomodo — Dat. ut supra. »

1506 Avignon, 29 août 1322.

Fulconem Lestrange, senescallum Vasconiæ, rogat ut pacem inter nobiles ejusdem provinciæ reformare studeat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 111, fol. 25 v°, c. 130; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 43, n° 203.)

« *Nobili viro Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Sicut, fili, nosse te credimus, bono presidi congruit [ut] impacatam atque quietam decretam sibi provinciam teneat, sedulam diligentiam adhibere. Sane, sicut publica fama notoriat, quod et nos utique referimus displicenter, a tibi decreta provincia videntur pax et justitia exulare, cum in ea potentes et nobiles, quasi superiore carentes, vicissim unus de alio ausu presumant temerario sumere ultionem, nec juribus sed viribus, nec viis pacificis sed congressibus bellicis, exortas inter se decresisse videantur dirimere questiones — Hec utique et alia non facile numeranda discrimina que ex magnatum dissensionibus sunt solita provenire, in meditationis debite scrutinio recensentes, tantis malis finem dari desideranter appetimus ac inter ipsos magnates et nobiles reformari pacis federa solide concupimus — Quare tuam nobilitatem requirendam attente duximus et rogandam quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, ut si que sunt inter ipsos magnates et nobiles vel ipsorum aliquos questiones, ipse per[1] semitas justitie vel vias pacificas terminentur, ac inter ipsos pacis reformentur federa, tui partes officii efficaciter interponas — Ceterum dilecto filio Guillelmo Dulcini priori provinciali ordinis fratum Predicatorum provincie Tholosane et Guillelmo de Proalto, ejusdem ordinis, et eorum cuilibet quos ad partes illas propter hoc destinamus, velit tua nobilitas super hiis que tibi ex parte nostra duxerint referenda fidem indubiam adhibere. Dat. ut supra. »

1. Reg. *ipsas vel.*

1507 Avignon, 30 août 1322.

Carolo, regi Franciæ, dispensationem pro matrimonio cum Maria, Johannis regis Bohemiæ sorore, contrahendo concedit. (Reg. 111, fol. 21, c. 109; fol. 33 v°, c. 149; — Reg. 73, com. fol. 401 v°, c. 1174.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Preclara domus Francie merita que sacrosancte Romane Ecclesie in suis necessitatibus, spreto expensarum profluvio et periculis non vitatis, in forti manu ac extenso brachio consuevit assistere, promerentur ut ipsam in suis oportunitatibus propitiam quadam singulari prerogativa gratie reperiat et benignam, sic ut interdum rigorem canonum

in dicte domus favorem, prout ejusdem domus necessitas exiget aut exposcet utilitas evidens, temperando, ipsum mitiget vel relaxet. Sane pro parte tua nobis exhibita petitio continebat quod tu, fili carissime, et dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria, soror carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, desideratis invicem matrimonialiter copulari; sed quia quarto consanguinitatis gradu ex utroque latere, respectu ejusdem stipitis, et eodem affinitatis gradu, pro eo quod tu dudum cum dilecta in Christo filia muliere Blancha de Burgundia, que prefate Marie quarto consanguinitatis gradu similiter jungitur, de facto matrimonium contraxisti, inter te et ipsam Blancham carnali postmodum copula subsecuta, invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non valetis, nobis humiliter supplicasti ut tecum ac cum eadem Maria quod, impedimentis hujusmodi aut quibusvis aliis, si qua forsan existunt, non obstantibus, copulari matrimonialiter valeatis dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque quos zelus domus predicte Francie, cui Dominus benedixit, pre multis aliis qui Sedis hujus prefuerunt regimini, afficit singulariter, et ad ea que sibi expedienda et acommoda noscuntur astringit, votis regiis annuentes, ut, predictis impedimentis consanguinitatis et affinitatis seu quibusvis aliis, sive ratione consanguinitatis respectu ejusdem seu diversorum stipitum, sive ab ipso stipite equaliter vel inequaliter distaretis, sive ratione affinitatum aliarum seu publice honestatis, justitia aut spiritualis proximitatis seu proximitatum procederent, super quibus Sedes consuevit Apostolica precipue cum personis sublimibus dispensare, possitis, tu et Maria predicta, in Dei nomine matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de potestatis apostolice plenitudine de speciali gratia dispensamus, prolem ex te et ipsa suscipiendam legitimam nuntiantes. Dat. Avinione, III kal. septembris, anno sexto[1]. »

1. La date ne se trouve que dans le reg. 73.

1508 Avignon, 30 août 1322.

Universis personis ecclesiasticis ut Guillelmo Dulcini et Guillelmo de Proalto, ordinis fratrum Prædicatorum, nuntiis apostolicis ad certas partes destinatis[1] de evectionibus provideant. (Reg. 111, fol. 26, c. 131; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 44, nº 204, non publié.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus sancti Benedicti, Cluniacensis, Cistertiensis et aliorum ordinum, ac decanis, prepositis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris, capitulis et conventibus et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus, exemptis et non exemptis, necnon Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theotonicorum magistris et preceptoribus ipsorumque loca tenentibus ad quos littere iste pervenerint.* Cum nos dilectum — Dat. Avinione, III kal. septembris, anno sexto. »

1. La lettre ne renferme aucune indication de lieu, on y lit seulement *ad certas partes pro quibusdam negotiis*, mais les lettres précédentes qui font mention des mêmes envoyés montrent bien quels étaient le but et l'objet de leur mission (nos 1498-1506).

1509 Avignon, 1 septembre 1322.

Vicariis ecclesiæ Auxitanæ, ut gravamina per se ac per officiales, bajulos aliosque administratores ejusdem ecclesiæ universitati villæ de Socio hominibusque locorum archidiaconatus Sociensis, Auxitanæ diocesis, illata cessare faciant. (Reg. 111, fol. 26, c. 132; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 45, nº 205.)

« *Dilectis filiis.., vicariis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Auxitane.* Ex parte universitatis — Datum Avinione, kalendis septembris, anno sexto. »

1510 [Avignon, 3 septembre 1322.]

Carolo, regi Franciae, de dispensatione pro matrimonio et de nonnullis aliis expeditionem pecuniæ vicecomitis Leomaniæ, amotionem impedimenti super bona quondam Carcassonensis episcopi appositi, provisionem ecclesiæ Auxitanæ ac passagium ultramarinum tangentibus. (Reg. 111, fol. 21, c. 110; — Arch. nat., J. 706, nº 222, orig. scellé sur chanvre; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1322, § XXIX, extrait.)

Eidem regi [*Carolo*]. Dispensationem super matrimonio contrahendo inter te, fili carissime, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, carissimi in

Christo filii nostri Johannis, regis Boemie [illustris][1], germanam, per litteras et nuntios regios postulatam, gradus quidem consanguinitatis et affinitatis ipsum impedientes matrimonium, reddebant facilem, cum et quantumcumque proximiores [gradus] existerent, dummodo fuisse[t] alias super illis per Sedem Apostolicam cum quovis alio dispensatum, quoad nos quantum ad tuam magnificentiam attinet, dispensatio ipsa facilis et prompte expedibilis censeretur. Sane nonnulla per genitorem quondam dicte Marie contra carissimum in Christo filium nostrum Robertum, Sicilie regem illustrem, ac in ejus personam et alias etiam contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus rex ipse fidelis existit, necnon et in ejusdem regis persona contra domum inclitam Francie, cujus est rex ipse membrum nobile, temere a[t]temptata, super quorum attemptatorum revocatione apostolice existunt constitutiones edite, que in scolis leguntur publice et in judiciis allegantur, dispensationem ipsam gravem ac difficilem efficaciter arguebant. Verum considerantes attente quantum tibi ac regnis tuis, immo toti catholice religioni, sit expediens divine ac humane domus sociam te habere, de qua possit ad Dei servitium et tutelam rei publice proles legitima, si Dominus annuerit, procreari, nec non et sedule attendentes conditiones laudabiles quibus, quoad mores et dispositionem corporis pollere predicta nobilis dicitur, quibus, et nos quoad mores fidem faciliter volumus adhibere, pro eo precipue quod magistram morum, honestatis et pietatis habuerit[2] paternam suam videlicet aviam que sancte vite, dum vixit, extitit, et conversationis honeste, in cujus scola nutrita fuit dicta nobilis ac ejus doctrina verbali et exemplari plenius informata, que sicut credimus, quanto plus in ratione solidabitur, tanto plus moribus ejus se conabitur et actibus conformare, quamque, propter ejus sanctitatem, sincere, dum vixit, dileximus ejusque supplicationes prompte sepius curavimus exaudire, ac insuper indubia spe tenentes quod devotio quam erga sanctam Romanam Ecclesium sinceraque affectio quam erga domum Sicilia gerit domus inclita Francie sint adeo solide radicate et supra fundamentum stabile sint fundate, quod neque ventorum flatus, neque aquarum plurimarum impetus ipsam a premissis evellere poterunt, sed in ipsis cum incremento continuo, dante Domino, inviolabiliter permanebit, votis regiis in hac parte duximus annuendum, de potestatis plenitudine apostolice dispensantes ut, gradibus non obstantibus antedictis, seu impedimentis quibuslibet aliis super quibus dispensare Sedes Apostolica consuevit, possis, in Dei nomine, eidem nobili matrimonialiter copulari, prout in litteris apostolicis super hoc confectis[3] videre celsitudo regia poterit plenius contineri, illi a quo bona cuncta procedunt preces humiles o[f]ferentes ut, sicut vitis habundans, fiat dicta nobilis in lateribus domus tue ac ex ea tibi dentur habunde, sicut novelle olivarum filii quos et eorum filios stantes videas in circuitu mense tue, quod, ut assequi merearis, fili carissime, time Deum, quod si [perfecte] feceris, nichil profecto negliges quod ad tuam salutem pertineat adimplere, talibus nempe predicta consuevit benedictio desuper, juxta psalmiste vaticinium, impertiri. Porro, fili carissime, alia que in dictis continebantur litteris regiis intelleximus diligenter et, que sunt memorie commendanda, taliter disposuimus, quod poterit memoria visione assidua sepius renovari. De hiis autem que regie celsitudini duximus nostris oblatis precibus commendanda [et] de quorum responsione dilata se licet ex habundanti duxit benignitas [regia] excusandam, adhuc instantiam instantie superadimus et preces precibus cumulamus, cum illa Deo credamus accepta existere et convenire honori regia, ut illa velit celeriter expedire. De expeditione autem illius pecunie vicecomitis Leumanie Sedi Apostolice facienda et impedimenti amotione appositi super bonis bone memorie Carcassonensis episcopi, regie benivolentie gratiarum referimus uberes actiones. Ad ea autem que ordinanda celsitudo regia de Auxitana ecclesia per iteratas litteras postulavit, respondemus quod, licet persona pro qua instat sit sufficiens et plurimum nobis grata, tamen, sicut alias per nuntios regios huc transmissos respondimus, annuere votis regiis presentialiter non valemus, tum quia concors postulatio de venerabili fratre nostro Rogerio, episcopo Vaurensi, celebrata dicitur ad ecclesiam memoratam, tum quia [circa] illam ecclesiam intendimus alia que ad honorem divinum, partium illarum et regni Francie comodum pertinere credimus, ordinare, et ideo habeat nos benivolentia regia super hoc excusa-

tos. Quod enim persona predicta existat apud nos commendata, probare exhibitio operis, dante Domino, oportuno tempore non tardabit. Ad hoc, fili carissime, super facto subsidii transmarini tempore inclite recordationis Philippi, regis Francie, germani tui, cum fratribus nostris, presentibus solempnibus nuntiis dicti regis, deliberavimus, cujus deliberationis tenorem regie celsitudini jam alias duximus destinandum, nec cessamus super hoc que oportuna dicto negotio credimus ordinare, de quibus omnibus et singulis excellentiam regiam, citra diem nostris nuntiis per regiam providentiam assignatam curabimus, dante Domino, reddere certiorem; habemus autem, nos et fratres nostri, de subsidio aliquo providere [4]. »

1. Les mots mis entre crochets sont ceux qui figurent dans l'acte original conservé aux Archives nationales.
2. Orig. *habuit*.
3. Voyez la lettre précédente, n° 1507.
4. Ce dernier passage, après le mot *certiorem*, est remplacé, dans l'acte original, par le suivant qui est plus précis et donne aussi la date « *Armenis autem nos et fratres nostri de subsidio aliquo presentialiter providemus. Dat. Avinione, III nonas septembris, pontificatus nostri anno sexto* ». Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1511 Avignon, 3 septembre 1322.

Carolo, comiti Valesii, eamdem dispensationem concessam esse nuntiat eique de prædicti impedimenti revocatione gratias agit. (Reg. 111, fol. 22, c. 111.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Ad tuam, fili, magnificentiam deducimus per presentes quod, insinuatione litterarum regiarum ejusque nuntiorum relatione percepto quod tecum, fili, et cum aliis de domo regia ac magno consilio regio deliberatione prehabita diligenti, fuerat ordinatum quod carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie ac Navarre illustris, dilectam in Christo filiam Mariam, sororem carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, duceret in uxorem, sed quia hoc compleri absque Sedis Apostolice dispensatione non poterat, quarto gradu consanguinitatis et affinitatis obsistentibus, quibus prefati rex et Maria invicem sunt conjuncti, nobis excellentia regia supplicabat ut quod, non obstantibus impedimentis hujusmodi et aliis, si qua forsan existerent, posset matrimonium perfici, providere per dispensationis beneficium dignaremur. Nos autem, licet nonnulla per..., genitorem Marie predicte contra carissimum in Christo filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, et in ejus personam et etiam contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus idem rex vassallus existit, nec non et in ejusdem regis personam contra domum Francie inclitam, cujus idem rex membrum nobile esse dinoscitur, temere attemptata, dispensationi hujusmodi non leviter obsistere viderentur, multis tamen aliis que dispensationem ipsam suadebant fieri, que potiora dissuadentibus etiam videbantur, in considerationem deductis, de quorumdam fratrum nostrorum consilio, quos ad hoc duximus evocandos, votis regiis duximus annuendum, super prefatis impedimentis et aliis, si qua forsan existerent, super quibus jam [1] dispensare Sedes Apostolica consuevit, de potestatis plenitudine dispensantes, prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continetur. Ad hoc, fili, de litteris concessis nostris nuntiis super revocatione impedimenti appositi in bonis bone memorie P., Carcassonensis episcopi, tue magnificentie gratiarum exolvimus uberes actiones. Dat. Avinione, III nonas septembris, anno sexto. »

1. Reg. *tum*.

1512 Avignon, 3 septembre 1322.

Stephano de Mornayo prædictam dispensationem notificat eumque de diligentia commendat. (Reg. 111, fol. 22, c. 112.)

« *Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis, capellano nostro.* Licet multa dispensationi viderentur obsistere postulate, alia que ipsam suadebant fieri visa sunt prevalere; propter quod, illis non obstantibus, dicta fuit admissa postulatio prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius videre poteris contineri [1]. Illud autem directivum voluntatis regie, tam de regiis quam de tuis retinuimus litteris, ut plenior et securior haberi possit, quotiens opus fuerit, certitudo. Diligentiam autem quam adhibere circa certa negotia commissa dilecto filio Dominico, lectori Romane curie, ac Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro, ut exitum habeant felicem et celerem, cura-

visti, prout eorum nobis insinuavit relatio, plurimum in Domino commendantes, tuam exhortamur prudentiam ut, quod cepisti laudabiliter, prosequi sedule non ommittas. Datum ut supra. »

1. Il s'agit, on le voit, et l'index le spécifie, de la dispense précédente (nº 1507).

1513 Avignon, 3 septembre 1322.

Fratri Dominico et magistro J[ohanni] de Arpadella de diligentia commendat eisque quid agendum sit notificat. (Reg. 111, fol. 22, c. 113.)

« *Fratri Dominico, magistro curie, et magistro J. de Arpadella, capellano nostro.* Diligentiam sedulam adhibitam circa illa que vestre solicitudini committenda duximus, in Domino commendantes, volumus et mandamus quatinus, circa illa que agenda remanent, vestra diligentia non tepescat, assignantes vos vel alter vestrum litteras quas vobis presentialiter mittimus, hiis quibus ipsas dirigi ipsarum subscriptio declarabit. Volumus autem quod tu, fili Dominice, usque ad diem prefixam ad respondendum super transmarino passagio debeas remanere dictumque responsum expectare, nisi tibi aliud interim duxerimus injungendum. Expedit quod executores bone memorie P., Carcassonensis episcopi, profecti in Francia, Carcassonam redire debeant indilate, et ideo, ut hoc faciant procurate. Datum ut supra. »

1514 Avignon, 3 septembre 1322.

Magistro Petro Roderii, cujus diligentiam commendat, respondet se votis regis Franciæ super ordinatione Auxitanæ ecclesiæ annuere non potuisse. (Reg. 111, fol. 22, c. 114.)

« *Magistro Petro Roderii, prefati Francie regis cancellario.* Votis regiis super ordinatione Auxitane ecclesie honeste annuere non valemus, tum quia concors postulatio de certa persona in eadem extitit celebrata, tum quia circa illa, nonnulla Deo grata et rei publice expedientia disposuimus ordinare. Personam autem de qua nobis scripsit[1], recomendatam habebimus ut, dante Domino, exhibitio operis oportuno tempore comprobabit. Diligentiam quam circa expeditionem eorum pro quibus regie celsitudini scripsimus adhibere curasti, plurimum in Domino commendantes, ipsam fatemur apostolici favoris uberiorem gratiam merito meruisse. Datum ut supra. »

1. *Sic*, sous-entendez *rex*.

1515 [Avignon, 16 juin — 4 septembre 1322.]

Episcopo Carcassonensi de statu Caroli, regis Franciæ, necnon de benivolentia ab eodem rege et de gratitudine ab ipso, episcopo, Apostolicæ Sedi exhibendis. (Reg. 111, fol. 18, c. 92.)

« ... *Episcopo Carcassonensi.* Illam de carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, benivolentia fiduciam gerimus quod sacrosancte Ecclesie, matri sue, que ipsum sincero affectu prosequitur, non erit injurius, quin immo propitius et benignus; te autem illa pollere gratitudine supponimus quod non leviter faceres que divinam majestatem possent offendere et Sedi Apostolice ac nobis non immerito displicere. Fraternitatis tue litteras recepimus, legimus et contenta in eis intelleximus diligenter, que grate fuerunt nostris aspectibus et erunt alie, quotiens illas miseris, in quibus statum regis predicti ac totius domus regie, quem optamus successibus abundare prosperis, nobis petimus nuntiari. Gratia Dei sit tecum[1]. »

1. Ce document n'a pas de date, mais il figure dans la partie du registre consacrée aux lettres de la sixième année et nous croyons pouvoir l'y rattacher, il sera donc au plus tard du 4 septembre 1322. D'autre part, nous voyons qu'il y est fait mention de Charles IV, roi de France; or dans notre recueil, c'est à la date du 8 février (nº 1366) qu'il figure pour la première fois; le 19 janvier, le pape, dans une lettre aux rois de Majorque et d'Aragon (nºs 1358-1359) parle bien du nouveau roi de France, mais sans donner de nom. La présente lettre sera donc postérieure à cette date du 8 février 1322; mais, à ce moment, le siège de Carcassonne, précédemment réservé (nº 1357), était vacant par la mort du titulaire, Pierre de Rochefort (lettre du 5 février, nº 1363). La date du 31 mars donnée par C. Eubel dans la *Hierarchia catholica* (p. 172), par Gams dans la *Series episcoporum* (p. 529),

et par les auteurs de la *Gallia* (t. VI, col. 895), est, on le voit, fausse. C'est le 22 juin que nous trouvons le nom de son successeur, Guillaume de Flavacourt (nº 1429) nommé le 16, suivant C. Eubel (*op. et loc. cit.*), et la lettre de Jean XXII sera au plus tôt de cette date, que nous mettons ici sous toutes réserves, étant donné les erreurs que plusieurs fois nous avons relevées dans la *Hierarchia*. Faut-il voir un rapport entre le document que nous publions ici et ceux qui le précèdent dans le registre (c. 90, 17 juillet, et cc. 87-89, 19 juillet 1322, nºs 1471, 1473-1475), relatives à la succession de l'évêque de Carcassonne? Nous ne pouvons l'affirmer.

1516 [Avignon, 5 septembre 1321 — 4 sep. 1322.]

Thesaurario et capellanis Capellæ regalis palatii Parisiensis de quatuor missis quas, secundum magistri Guillelmi de Lineis, canonici, oblationem, singulis annis in jejuniis quatuor temporum pro Papa celebrare faciunt, gratias agit. (REG. 111, fol. 18 vº, c. 99.)

« *Dilecto filio, thesaurario et capellano* (sic)[1] *Capelle regalis palatii Parisiensis.* Copiose devotionis grata sinceritas qua personam nostram satagitis, sicut benedictionis filii, revereri, per fructum deducentes laudabilium operum in effectum, oblationem dudum per dilectum filium magistrum Guillelmum de Lineis, canonicum vestrum, de quatuor missis ad laudem et reverentiam sancti Spiritus, et, ut divina clementia in nostrum auxilium dexteram sue pietatis extendat quoad vixerimus, singulis annis in jejuniis quatuor temporum cum debita reverentia celebrandis, ratificantes et etiam approbantes, distributiones solennes universis et singulis ex vobis qui eisdem mis[s]is, intererint, sicut pro regibus Francie qui de hac vita migrarunt Capelle fundatoribus supradicte, affluenter fieri consuevit, solvere statuistis, vos ad easdem quatuor missas, postquam nos contigerit de vita presenti ad celestem patriam jussu divine misericordie revocari, in totidem speciales missas pro defunctis in perpetuum pro anime nostre salute, statutis temporibus celebrandas proinde committendi[2], necnon et ad hec omnia in vestro marti[ro]logio annotandi solenniter, ut a vobis et posteris vestris illa tenaci memoria conserventur specialiter obligandi[3], prout in patentibus litteris vestris, quas nostro apostolatui destinastis vidimus contineri; super quibus devotionem vestram cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendamus, intendentes vobis et eidem Capelle propitiis adesse favoribus, ac vos et illam apostolice benivolentie presidiis, quantum cum Deo poterimus, confovere[4]. »

1. Il faudrait : *Dilectis filiis thesaurario et capellanis.*
2. *Sic*, il faudrait *convertendi.*
3. *Sic*, il y a évidemment une lacune ou une erreur qui rend toute la phrase obscure.
4. Nous attribuons ce document, comme le précédent, à la sixième année du pontificat, puisqu'il est placé dans la partie du registre consacrée à cette année.

ANNUS SEPTIMUS

1517 Avignon, 6 septembre 1322.

Regem Franciæ Johannes papes XXII ad pacem cum duce Burgundiæ hortatur. (Reg. 111, fol. 189, c. 786.)

« *Regi Francie illustri*. Cognoscentes, magistra rerum nos experientia edocente, nonnunquam rancores ex[1] suboriri, nutriri odia et scandala varia suscitari, desiderio desideramus intenso questiones exortas inter te, fili carissime, ex una parte, et dilectum filium nobilem virum ducem Burgundie, ex altera, quem unit excellentie regie idemptitas sanguinis, junxit fidelitatis debitum ejusque domum domui vetuste fedus amicitie copulavit, pretermissis litigiorum anfractibus, viis pacificis terminari, et ut desiderata facilius assequamur, preces nostras affectuose benivolentie porrigimus regie, exhortantes eandem ut sua velit nostris in hac parte desideriis cohaptare, indubie supponentes hec Deo grata existere, convenire honori regio, et ad mutuam pacem servandam et roborandam amicitiam pertinere. Datum Avinione, viii idus septembris, anno vii°. »

1. *Sic*, il semble manquer un mot tel que *discordia*.

1518 Avignon, 6 septembre 1322.

Comiti Valesii, ut ad dictam pacem conservandam studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 189, c. 787.)

« *Comiti Valesii*. Inter carissimum in — Datum ut supra. »

1519 Avignon, 6 septembre 1322.

Galcherio de Castellione super eodem. (Reg. 111, fol. 189, c. 788.)

« *Dilecto filio nobili viro Gaucherio de Castillione, comiti Portuensi, constabulario Francie*. Questiones inter carissimum — Datum Avinione, viii idus septembris, anno vii°. »

1520 Avignon, 7 septembre 1322.

Johanni, duci Britanniæ, ut Bernardum de Pogeto, ecclesiæ Corisopitensi Apostolicae Sedi reservatæ in episcopum præfectum, excusatum habeat, si idem Bernardus ad præsentiam ejus non accedat, cum in partibus Lombardiæ una cum Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, legato apostolico, variis negotiis curandis occupetur, et ut præfatam ecclesiam vicariosque ac administratores ejus commendatos habeat. (Reg. 111, fol. 189, c.791.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie*. Illam, fili, de — Dat. Avinione, vii idus septembris, anno septimo. »

1521 Avignon, 8 septembre 1322.

Guillelmum Rufi custodem monetæ aureæ in castro Pontis Sorgiæ fabricandæ et instrumentorum cum quibus cuditur constituit. (Reg. 111. fol. 400, c. 1677 ; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 4.)

« *Dilectio filio Guillelmo Ruffi, canonico ecclesie de Garendia, Nannetensis diocesis*. Cum, multa deliberatione — Datum Avinione, vi idus septembris, anno septimo. »

1522 Avignon, 10 septembre 1322.

Marco Rolandi de Senis, de fabricatione instrumentorum et cuneorum pro eadem moneta. (Reg. 111, fol. 399 v°, c. 1676 ; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 3.)

« *Dilecto filio Marcho*[1] *Rolandi de Senis*. Nuper, multa deliberatione prehabita, monetam novam auream sub certis modo et forma ac lege et pondere, pro utilitate rei publice, ordinavimus in castro nostro papali

Pontis Sorgie fabricandam; sed quia certa instrumenta necessaria esse noscuntur, cum quibus moneta hujusmodi habet cudi, quorum fabricandi peritiam percepimus te habere, ut hujusmodi instrumenta de forma, litteris et sculptura super hoc ordinatis, et in quodam instrumento publico super custodia dicte monete et instrumentorum predictorum confecto plenius designatis, ad mandatum dilectorum filiorum Guillelmi Rufi[2], canonici ecclesie de Garandia, Nannetensis diocesis, custodis, et Cionelli del Pucio ac Pochini[3] del Drago, magistrorum prelibate monete, fabricare valeas dictaque instrumenta, dum ea fabricaveris, excepta tamen certarum litterarum sculptura quas in venerabilis fratris Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii, et Ademarii Amelii, succentoris Albiensis, capellani et thesaurarii nostrorum, vel alterius eorumdem presentia, et non aliter, sculpere[4] debeas, dictis custodi et magistris in eadem tradere possis presentia, postquam, ut premittitur, completa fuerit et perfecta, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, IIII idus septembris, anno septimo. »

1. Reg. 74 : *Marco.*
2. Ib. *Ruffi.*
3. Ib. *Pachini.*
4. Reg. 111 : *sculpture*, la forme régulière est donnée par le reg. 74.

1523 Avignon, 12 septembre 1322.

Electo Vaurensi de zelo gratias agit eumque hortatur ut regem Franciæ ad quædam inducat nuntiosque apostolicos dirigat. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 792.)

« .., *Electo Vaurensi.* Ex tuarum litterarum serie letanter percepimus ad carissimi in Christo filii nostri Francie, regis illustris, presentiam te, resumptis viribus, incolumem pervenisse, ac ea que tue commiseramus prudentie, nichil obmisso de contingentibus, sed adjecta sedule complevisse, super quo in Domino tuam diligentiam commendantes, discretionem tuam exhortamur attente ut, quotiens oportunum videris, oportune regem ipsum, ut juxta divinum beneplacitum regimen sibi commissum exequi studeat, inducere non obmittas, nostrosque nuntios dirigere in hiis que habebunt agere, juxta solitum non postponens. Datum Avinione, II idus septembris, anno VII°. »

1524 Avignon, 20 septembre 1322.

Johanni, comiti Foresii, de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 111, fol 189 v°, c. 793.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Foresii.* Munus venationis quod — Datum Avinione, XII kal. obtobris, anno septimo. »

1525 Avignon, 20 septembre 1322.

Hugoni Geraldi de amotione manus regiæ a bonis quondam episcopi Carcassonensis gratias agit. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 794.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Quam displicenter impedimenta — Dat Avinione, XII kal. octobris, anno VII°. »

1526 Avignon, 20 septembre 1322.

Hugoni de Engolisma de diligentia sua gratias agit, eumque hortatur ut eumdem zelum in agendis adhibeat. (Reg. 111, fol. 189 v°. c. 795.)

« *Dilecto filio Hogoni d'Engolisma* (sic), *archidiacono Biliomi in ecclesia Claromontensi.* Diligentiam quam [h]actenus — Dat. Avinione, XII kal. octobris, anno VII°. »

1527 Avignon, 25 septembre 1322.

Guillelmo de Proalto, quid in negotiis sibi in Vasconia commissis agere debeat. (Reg. 111. fol. 205 v°, c. 896; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 48, n° 208.)

« *Guillelmo de Proalto, ordinis Predicatorum.* Ordinate nobis innotuit tuarum series litterarum diligentiam quam circa tibi commissa negotia studuisti sedule adhibere, licet effectus obtatus sequtus (*sic*) non fuerit, superbia partis seu partium obsistente, in Domino comendantes, moram tuam, quamdiu dilecto filio nobili viro senescallo Vasconie superest[1] quod ad pacis

bonum, quo nil in rebus mortalibus potest concupisci delectabilius, inter partes procurandum tua sit oportuna presentia, nobis noveris esse gratam, vias et modos perquirens solicite ac, juxta prefati senescalli consilium, exequens diligenter, per quos guerrarum calamitatibus in illis partibus finis detur, rescripturus nobis, quotiens occurerint, [que] videris rescribenda. Dat. Avinione, vii. kal. octobris, anno septimo. »

1. *Sic*, il y a une erreur ou une lacune, le sens exigerait *videbitur* ou un terme analogue.

1528 Avignon, 25 septembre 1322.

Fulconis Lestrange, senescalli Vasconiæ, zelum ad sedandas discordias inter illarum partium nobiles suscitatas adhibitum, sicut ex suis et Guillelmi Dulcini, prioris provincialis provinciæ Tholosanæ Guillelmique de Proalto, ordinis Prædicatorum, nuntiorum apostolicorum, ipse audiverat, commendat. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 897 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 28, n° 209.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Letanter tam ex — Datum ut supra. »

1529 Avignon, 1er octobre 1322.

Bernardo de Trilia tabellionatus officium concedit, formamque juramenti ab eo in Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii apostolici, manibus præstandi præsentibus inserit. (Reg. 111, fol. 339, c. 1672.)

« *Dilecto filio Bernardo de Trilia, clerico Caturcensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, kalendis octobris, anno septimo. »

1530 [Avignon, 9 octobre 1322.]

Carolo, regi Franciæ, ut Hugonem, dominum Castri novi, Caturcensis diocesis, in negotiis suis expediendis commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 189, c. 789.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Francie et regi illustri.* Dilectum filium nobilem — negotiis expedire [1]. »

1. La date est donnée plus bas, n° 1533.

1531 [Avignon, 9 octobre 1322.]

Petro Roderii eumdem Hugonem commendat. (Reg. 111, fol. 189, c. 790.)

« *Dilecto filio magistro Petro Roderii, canonico Remensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, cancellario.* Cum dilectus filius — sedule interponas [1]. »

1. Pour la date, voyez ci-dessous, n° 1533.

1532 [Avignon, 9 octobre 1322.]

In e. m. electo Vivariensi. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 790.)

1533 Avignon, 9 octobre 1322.

Item magistro Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ beati Martini Turonensis, capellano apostolico : *Datum Avinione*, vii *idus octobris, anno septimo*. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 790.)

1534 Avignon, 10 octobre 1322.

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris, de centum et quinquaginta millibus florenorum, quos Cameræ apostolicæ debitos persolvit, quittationem dat, tenores instrumentorum publicorum idem debitum tangentium præsentibus inserens. (Reg. 74, cur. fol. 82-84, c. 180 ; — Reg. Avin., t. XVIII, fol. 143-146 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 49, n° 210.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Dudum ad audientiam nostram deducto quod felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, tibi assignaverat realiter in pecunia numerata trecenta milia florenorum auri per te et certas personas alias in Terre Sancte subsidium expendenda, nos, ne tam magna subsidia dicte Terre negotio in divinam offensam et ejusdem Terræ dispendium, propter probationum defectum vel ex causis aliis deperirent, te propter hoc et ex aliis certis causis, ad presentiam nostram, auctoritate processuum nostrorum super hiis habitorum, de fratrum nostrorum consilio, ad certum terminum duximus evocandum, tuque coram nobis personaliter

constitutus, confessus fuisti et recognovisti expresse tibi donata fuisse a dicto predecessore, dum viveret, dicta trecenta milia florenorum, eaque ab eo te integre recepisse et habuisse expendenda per te vel descedente a te, si essent, aut, si non essent, per certos alios, secundum quod in ordinatione ejusdem predecessoris contineri dicebas, quando videlicet generale passagium fieret transmarinum, exhibens ad probationem ordinationis predicte quasdam scripturas sigillis tuo et aliorum plurium communitas, ac respondens, interrogatus a nobis, nichil aliud velle proponere vel producere super hiis, nisi quod paratus eras, juxta formam dicte ordinationis, eandem pecuniam expandere in primo passagio generali, teque super hiis voluntati et ordinationi nostre, tanquam obedientie filius, humiliter submisisti, promittens te inviolabiliter servaturum quicquid per nos super hiis existeret ordinatum; nosque dicta submissione recepta, non virtute dictarum scripturarum, quas pronunciavimus et declaravimus, de fratrum consilio predictorum, fidem non facere de ordinatione predicta, sed de gratia speciali, tum ob favorem negotii Terre Sancte, tum ex eo quod contemplatione dicte pecunie, tu et multi alii nobiles receperatis vivifice crucis signum, te presente, auctoritate apostolica et ex vigore submissionis predicte, taliter de fratrum predictorum consilio duximus ordinandum, videlicet [1]:

Quod de dicta summa trecentorum milium florenorum, centum et quinquaginta milia florenorum tenereris usque ad certum terminum integraliter nostre Camere assignare, in hiis que predicto negotio oportuna et expedientia forent, prout videremus expediens, convertenda. Reliquam vero medietatem penes te volumus remanere, per te vel tuum universalem heredem expendendam in subsidium negotii supradicti, sub certo modo qui in litteris nostris inde confectis plenius et seriosius continetur. Tuque nichilominus, pro predictis omnibus et singulis contentis in dictis nostris litteris inviolabiliter observandis, nomine tuo ac heredum et successorum tuorum, omnia bona tua stabilia, videlicet vicecomitatum, baronias, castra, villas, cum eorum territoriis, juribus et jurisdictionibus et pertinentiis universis, nec non omnia alia bona tua mobilia et immobilia, presentia et futura, ac jura ubicumque et in quibuscunque consistentia, nobis et Romane Ecclesie sollemniter et efficaciter obligasti, juramento per te super hiis prestito corporali, teque super hiis juridictioni camerarii nostri et Sedis Apostolice et auditoris causarum ejusdem Camere ex certa scientia, volontarie submisisti, dictique camerarius et auditor in personam tuam excommunicationis, et in omnes terras tuas interdicti ex tunc sententias promulgarunt, si premissa omnia et singula, juxta ordinationem nostram super hiis habitam, tuamque obligationem secutam, minime adimpleres. Et ut tue devotionis integritas apud Deum et Sedem Apostolicam continuis excresceret incrementis, nos te tuosque heredes et quoslibet successores et eorum quemlibet, preterquam sicut tu et heres tuus universalis ex ordinatione nostra in dictis litteris nostris contenta obligati et astricti fuistis, de ipsorum fratrum consilio et assensu, ex certa scientia, de apostolice plenitudine potestatis, perpetuo duximus absolvendos, quitandos et etiam liberandos ab omni obligatione et vinculo juramenti, quibus et sub quacunque verborum forma essetis, occasione suprascripte totaliter summe trecentorum milium florenorum auri, aut sepefati predecessoris ordinationis vigore, vel alias, ad dictum passagium, nisi ut supra premittitur, quomodolibet obligati, nec pretextu dicte ordinationis predecessoris ejusdem seu alterius cujuscumque obligationis, qua Romane Ecclesie teneremini, ratione totalis summe predicte, in posterum contra te aut heredes et successores tuos posset questio quomodolibet suscitari, nisi prout in dictis nostris litteris continetur, teque a quibuscumque excommunicationum sententiis, si quas incurrisses, virtute nostrorum processuum quorumcunque, ratione summe predicte, per dictas litteras nostras duximus absolvendum, et interdictum si cui, premissorum occasione, terre tue essent supposite, relaxandum et totaliter amovendum, quascunque alias penas contra te in processibus nostris quibuscunque contentas, ratione predicta, de ipsorum fratrum consilio tibi remisimus, ex certa scientia, et de apostolice plenitudine potestatis, nolentes per dictos processus, quatenus dictam summam concernerent, tibi vel successoribus tuis spiritualiter vel temporaliter prejudicium generari, tibique recedendi

de Romana curia liberam et benignam licentiam vive vocis oraculo duximus concedendam.

Post que, cum infra predictum terminum, ex pluribus rationabilibus causis, dictam quantitatem centum et quinquagenta milium florenorum auri non posses, juxta promissionem et obligationem hujusmodi per te factas, predicte Camere assignare, tempus solutionis et assignationis predicte per plures terminos successive per nuntios tuos ad hoc specialiter destinatos pro tua parte petitos, usque ad festum beati Remigii proximo preteritum, ac subseqenter, cum infra dictum festum ejusdem pecunie pro parte tua facta plena solutio non fuisset, usque ad proximum futurum festum Omnium Sanctorum duximus prorogandum, omnes penas et sententias per nos prolatas et contentas in predictis litteris inde confectis, vel alias per nos, vel auctoritate nostra seu per prefatos camerarium et auditorem, vel alterum eorumdem occasione hujusmodi promulgatas, usque ad dictum festum Omnium Sanctorum autoritate apostolica, suspendentes ac decernentes te, procuratores et nuntios tuos usque ad dictum festum Omnium Sanctorum predictis penis et sententiis non ligari.

Cum autem tu, tanquam filius obedientie, devotionis et gratie, per dilectos filios Raymundum de Caselis, Caturcensis diocesis, Anissancium de Tuiosa, Adurensis ecclesiarum canonicos, procuratores et nuntios tuos, ad hoc per te ad presentiam nostram specialiter destinatos, predictam summam pecunie, juxta ordinationem et obligationem predictas, Camere nostre et Sedi ejusdem debitam, videlicet centum et quinquaginta milia florenorum auri, tam in florenis auri legalis ponderis, quam in aliis diversis monetis aureis ac auro conflato equivalentibus, eidem Camere in manibus venerabilis fratris Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii, et dilecti filii Ademarii Amelii, thesaurarii nostrorum recipientium dictam pecuniam, nostro et Camere nostre, ac Sedis ejusdem nomine, de mandato nostro super hoc specialiter eis facto, assignanda duxeris et integraliter persolvenda et realiter numeranda, prout in instrumentis publicis inde confectis quorum tenores de verbo ad verbum presentibus duximus inserendos, decernentes ex certa scientia tenores ipsos, absque exhibitione originalium seu exemplarium fidem plenariam et perpetuam habituros, plenius continetur, nos, ad tuam ac heredum et successorum tuorum cautelam, nomine nostro et successorum nostrorum Romanorum pontificum, presentium tenore fatemur nobis et eidem Camere de predictis centum et quinquaginta milibus florenorum auri, per te et tuo nomine et de mandato tuo, infra dictum ultimum terminum, quem tibi, ut premittitur, duximus prorogandum, fore integraliter et realiter satisfactum — non dimittat.

Tenores autem dictorum instrumentorum tales sunt.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo secundo, IX kal. octobris, quinte indictionis, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII anno septimo, prefatus dominus noster mandavit et commisit oraculo vive vocis reverendo in Christo patri domino Gasberto, Dei gratia episcopo Massiliensi, camerario, et venerabili ac discreto viro domino Ademario Amelii, succentori ecclesie Albiensis, thesaurario suis, licet absentibus — consueto signavi.

In nomine Domini, amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentissimo vicesimo secundo, die vicesima quinta mensis septembris, indictione quinta, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis divina providentia pape XXII anno septimo, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, personaliter constitutis venerabili in Christo patre domino Gasberto, Dei gratia episcopo Massiliensi, camerario, et discreto viro domino Ademario Amelii, succentore ecclesie Albiensis, thesaurario dicti domini nostri pape, et discretis viris — predictos requisitis.

In nomine Domini, amen.

Anno a Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo secundo, die vicesima quinta mensis septembris, indictione quinta, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII, anno septimo, in nostrorum notariorum et testium infrascriptorum presentia — consueto signavi.

Ceterum cum ad tuam securitatem sint hec littere

duplicate, nolumus quod alium quam unicum effectum possint quomodolibet operari, nec extendi ad summam aliam quam ac dictam summam centum quinquaginta milium florenorum per te semel, ut premittitur, persolutam. Nulli etc. — Dat. Avinione, vi idus octobris, anno septimo. »

1. Voyez nº 1277-1279.

1535 Avignon, 12 octobre 1322.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, gratias agit quod ipsum de statu nuptiarum et conditionibus Mariæ, reginæ Franciæ, certiorem facere curaverit. (Reg. 111, fol. 189 vº, c. 796.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Fraternitatis tue recepimus litteras diem festivum regalium nubtiarum (*sic*) conditionesque carissime in Christo filie nostre Marie, regine Francie et Navarre illustris, multas laudabiles et nonnullas continentes, alia[1]... super quo tuam prudentiam commendantes, volumus tuamque fraternitatem attentius exhortamur ut, tam super hiis quibus minus certitudinaliter intimasti, et aliis de quibus expedire videris, nos cures, cum opportunitas[2] [se] offerret, reddere certiores. Dat Avinione, iii idus octobris, anno viiº. »

1. Il y a ici un blanc dans le registre.
2. Reg. *paternitas*.

1536 Avignon, 12 octobre 1322.

Petro Roderii, cancellario regis Franciæ, super eodem. (Reg. 111, fol. 189 vº, c. 797.)

« *Dilecto filio Petro Roderii, canonico Remensi, carissimi in Christo filii K., regis Francie illustris cancellario.* Innotuere nobis tue — Datum ut supra. »

1537 Avignon, 13 octobre 1322.

Stephano de Mornayo, decano sancti Martini Turonensis, super eodem. (Reg. 111, fol. 189 vº, c. 798.)

« *Dilecto filio Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis, capellano nostro.* Grata nostris accessit — Dat. Avinione, iii idus octobris, anno vii. »

1538 Avignon, 13 octobre 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut Jordanum de Insula, militem, in hiis quæ in curia expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 189 vº, c. 799; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II. p. 65, nº 211).

« *Cari[ssimo] in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Pro dilecto filio — Datum Avinione, iii idus octobris, anno septimo. »

1539 Avignon, 13 octobre 1322.

Cancellario regis Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 189 vº, c. 800; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 66, nº 212, non publié.)

« *Dilecto filio cancellario illustris regis Francie et Navarre.* Pro dilecto filio — Dat. ut supra. »

1540 Avignon, 13 octobre 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut in causa inter dictum Jordanum de Insula et nautas de sancto Martino et de Regula vertente, justitiam eidem Jordano ministrari faciat. (Reg. 111, fol. 189, c. 801; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 66, nº 213.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo etc.* Dilecti filii nobilis viri Jordani etc., insinuatione percepimus quod causa olim inter eum, ex parte una, et nautas de sancto Martino et de Regula, ex altera, in qua Jordanus ipse sententiam obtinuisse legitimam coram delegato senescallo regio Tholosano se pretendit, nuper ad audientiam Parisiensis curie devoluta, et in qua procuratores ejus plura jura et munimenta fulcientia ipsam producere in curiam omiserunt, curie predicte arrestum, dicti Jordani juribus indiscussis, per adverse partis astuciam sententiam decrevit hujusmodi revocandam. Quapropter regiam excellentiam deprecamur quatinus benigniter, si libeat, hiis attentis, circa relevandum in hac parte dicti Jordani justitiam, adhibere dignetur de

speciali gratia remedium oportunum. Datum Avinione, III idus octobris, anno septimo. »

1511 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in eumdem modum P[etro], electo Vivariensi[1]. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Pour la date, voyez ci-dessous, n° 1514.

1512 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Stephano de Mornaio, decano ecclesiæ sancti Martini Turonensis, capellano papæ. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1513 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ cancellario (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1514 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi : *Datum Avinione,* II *idus octobris, anno quo supra.* (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1515 Avignon, 15 octobre 1322.

Episcopo Forojuliensi, decano sancti Stephani de Tescone, ac archidiacono Montispensati ecclesiarum, ut magistro Raynaldo de sancta Arthemia, thesaurario ecclesiæ Noviomensis, capellano apostolico, ducatus Spoletani rectori, redditus ejusdem thesaurariæ, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, ministrari faciant. (Reg. 111, fol. 317 v°, c. 1282.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Forojuliensi, et dilectis filiis decano sancti Stephani de Tescone, Montisalbani, ac archidiacono Montispensati, Caturcensis ecclesiarum.* Cum jam dudum — Datum Avinione, idibus octobris, anno septimo. »

1. *Athemia* dans l'index du registre.

1516 Avignon, 22 octobre 1322.

Biencium Caruchi, Octavianum Bernardini et Andream de Ruffo, mercatores Florentinos, cognitores constituit ad cognoscendum, diffiniendum et sententiandum aurum, pondus et legem monetæ quam per Cionellum del Pucio et Pochinum del Drago, monetarios, in castro Pontis Sorgiæ fabricandam ordinavit. (Reg. 111, fol. 400, c. 1678 ; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 2.)

« *Dilectis filiis Biencio Caruchi et Octaviano Bernardini ac Andree de Ruffo*[1], *mercatoribus de Florentia*[2]. Cum, multa deliberatione — Datum Avinione, XI kal. novembris, anno septimo. »

1. Reg. 74 : *Bufo.*
2. Ib. *Florentinis.*

1517 Avignon, 23 octobre 1322.

Roberto, régi Siciliæ, ut Amedæo, comiti Sabaudiæ, ad curiam apostolicam accedenti, litteras de securo conductu per terras suas comitatuum Pedimontis, Forcalquerii et Provinciæ concedat. (Reg. 111, fol. 260 v°, c. 1086.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Cicilie* (sic) *illustri.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, X kal. novembris, anno septimo. »

1518 Avignon, 23 octobre 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensis, ut prorogationem usque ad festum Resurrectionis dominicæ proximo venturum treugarum inter dictum Amedeum, comitem Sabaudiæ, ex parte una, et Guigonem, dalphinum Viennensem, ex altera, prius initarum, eisdem nobilibus et Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus, aliisque quorum interest, notificet. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1606.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Cum treuge dudum — Datum Avinione, X kal. novembris, anno septimo. »

1519 Avignon, 23 octobre 1322.

Littera de securo conductu pro comite Sabaudiæ. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1607.)

« ... *comiti Sabaudie.* Recipitur sub gardia Sedis Apostolice : Promptitudo devotionis, etc., require in sexto anno, inter illas de ultra Rodanum ; duplicata fuit sub dat. X kal. novembris, anno septimo. »

« *Venerabilibus fratribus*, *etc.*, require in proxima supra; duplicata similiter et sunt littere securi conductus veniendi ad curiam[1]. »

1. Ces lettres étant toujours conçues dans les mêmes termes, le scribe n'a pas pris, on le voit, la peine de les transcrire ici et s'est contenté de renvoyer à des lettres analogues précédemment enregistrées.

1550 Avignon, 1er novembre 1322.

Henrico, electo Metensi, quod, certis rationabilibus causis exigentibus, usque ab biennium sacros ordines et munus consecrationis recipere non teneatur indulget. (Reg. 111, fol. 400 vº, c. 1681.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, kalendis novembris, anno septimo. »

1551 Avignon, 7 novembre 1322.

Piloforti, cardinali, de « discrasiis » corporalibus quæ eum a curia recedentem invaserant, ne periculo viarum se exponat. (Reg. 111, fol. 190, c. 802.)

« *Piloforti, tituli sancte Anastasie presbytero cardinali*[1]. Tuas, fili, nos — Datum Avinione, vii idus novembris, anno septimo. »

1. Cette rubrique est en noir.

1552 8 novembre 1322.

Petrum, prius abbatem monasterii Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, monasterio Cluniacensi per obitum Raymundi vacanti, in abbatem præficit. (Reg. 111, fol. 395, c. 1646.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Cluniacensis.* Monasterio Cluniacensi per — Datum Avinione, vi idus novembris, anno vii. »

1553 Avignon, 13 novembre 1322.

Episcopo Carcassonensi super nonnullis respondens, ipsum de statu regis et reginæ Franciæ certiorem fieri petit. (Reg. 111, fol. 190, c. 803.)

« *Episcopo Carcasonnensi.* Fraternitatis tue recepimus litteras per quas devotionem quam ad nos et Romanam geris Ecclesiam evidenter percepimus, super quo devotionem fraternam multipliciter in Domino commendamus. Sane, quod multi de novo opinantur que scripsisti errario non sufficimus admirari, si cum per nos promoti diligenter attenderent in quantum ultra communia servicia nobis fuerint liberales, possent utique de promotis ab aliis qualiter ad nos se habebunt extimare, et si nostros alios consideratione redditus gratiasque quas jam multis annis in diversis partibus habere nos oportuit, et expensas immensas quas exigunt adverterent, nec non alia que nobis incumbunt attentius cogitarent, profecto opinarentur contraria et unde illa tolerare potuimus, mirarentur, sed fingantur falsa, quecunque voluerint, quia, hiis non obstantibus, veritas remanebit, nec propter eorum opiniones fatuas minus vel amplius faciemus. Scribe, frater, nobis, frequenter et nobis insinua statum carissimorum in Christo filiorum nostrorum regis et regine Francie et Navarre illustrium, quem Dominus faciat prosperum sibique faciat acceptabilem atque gratum. In prejudicium cardinalis resignationem illius beneficii sibi reservati facere non potuimus, sed pete possibilia et honesta. Datum Avinione, idibus novembris, anno septimo. »

1554 Avignon, 13 novembre 1322.

Ademario Targæ, curiæ Romanæ obsequiis insistenti, facultatem redditus beneficiorum suorum ecclesiasticorum percipiendi in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad tres annos concedit. (Reg. 111, fol. 400, c. 1679.)

« *Dilecto filio Ademario Targe*[1], *decano ecclesie Tullensis.* Meritis tue probitatis — Datum Avinione, idibus nevembris (*sic*), anno septimo. »

1. On trouve plus loin *Targa* (nº 1559).

1555 Avignon, 13 novembre 1322.

Archiepiscopo Arelatensi, archidiacono Conchensi et Deodato Petri, ut eidem Ademario præfatos redditus

per dictum triennium ministrari faciant. (Reg. 111, fol. 400 v°, c. 1680.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Arelatensi, et dilectis filiis archidiacono Conchensi ac Deodato Petri, canonico in ecclesia Ruthenensi*[1]. Meritis etc. — Datum ut supra. »

1. L'index du registre porte : *judicibus*.

1556 Avignon, 17 novembre 1322.

Guillelmo, Sabinensi episcopo, Apostolicæ Sedis legato, ut Petro, abbati Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, in abbatem monasterio Cluniacensi præfecto, ab ejus præsentia recedendi licentiam concedat. (Reg. 111, fol. 241 v°, c. 983; fol. 244, c. 997.)

« *Guillelmo, episcopo Sabinensi, Apostolice Sedis legato.* Nuper monasterio Cluniacensi — Datum Avinione, xv kal. decembris, anno vii. »

1557 Avignon, 20 novembre 1322.

Mariæ, reginæ Franciæ, congratulatur de honore ad quem assumpta est. (Reg. 111, fol. 190, c. 804.)

« *Marie, regine Francie.* Assendisse (*sic*), filia carissima, nosceris tronum regie dignitatis et utique non regni cujuslibet sed illius videlicet Francie, cui pre cunctis regnis aliis hujus seculi Dominus benedixit. Profecto, benedictionis et gratie filia, si mediteris attente cujus consortem te divina providentia reservavit, si quantis et qualibus te gratia salvatoris pretulerit consideres diligenter, habes unde querere debeas cum psalmista quid pro tam profusis beneficiis ipsorum rependere valeas largitori, et procul dubio adeo ipsa reperies excedere vires tuas. Quod et si tibi velle forsan adjiciat posse tantum, quid dignum pro ipsis rependere tibi reperias non adesse. Sane quia sapientia largitoris a te non exigit ultra posse, illud saltem retribuere stude provide, et si quesieris quid sit illud, utique quod non tuis meritis, sed soli sue misericordie hoc ascribas, illi cum humilitate supplici gratias jugiter refferas, illum qui te prevenit in tot benedictionibus super omnia diligas, eique placere satage, omnique cura co[m]mitere vita quod ejus occulis valeat displicere, ipsum time ac ejus precepta adimplere festina fideliter, misericordiam in operibus pietatis et misericordie te exerce, ut merearis assequi quam misericordibus veritas repromittit. Hec siquidem non tantum sine Dei adjutorio tue subjacent facultati, in quibus si te diligenter exercere studueris, largitoris gratiam, ut potiora tibi tribuere debeat[1], provocabis, et tandem de regno temporali ad ete[r]ni gloriam transmigrabis. Ad hoc, carissima filia, carissimum filium nostrum K, regem Francie illustrem, virum tuum, cujus subjecta es pro lege matrimonii potestati, juxta suam excellentiam et benivolentiam qua te pretulit aliis, sincere dilige, ac ei debitum honorem impendens, humilem te sibi ac quietam exhibeas, sibique secundum Deum studeas in omnibus complacere; pro tuis autem oportunitatibus ad nos habere recursum te volumus cum fiducia filiali. Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno septimo. »

1. Reg. *debeas*.

1558 Avignon, 24 novembre 1322.

Johannæ, reginæ Franciæ, de prospero suo prolisque suæ statu gratulatur, eique Petrum de Fretis, nuntium suum, de facto Dalphini responsurum remittit. (Reg. 111. fol. 190 v°, c. 805.)

« *Regine Francie Johanne.* De statu tue magnificentie, carissima filia, prolisque tue, dilectus filius magister Petrus de Fretis, familiaris tuus et nuntius ad nos propterea destinatus, prospera nobis retulit que nos utique repleverunt letitia non indigne, ut autem de nostro, de quo tua benivolentia te reddebat solicitam, tuis desideriis satisfiat, excellentia regia noverit quod nos, quantum ad exteriorem hominem, Dei misericordia perfrui mur[ ] sospitate, licet interior autem multis turbinibus quatitur ac solicitudinibus molestatur propter multa que inter redemptos Christi sanguine inordinate et in suarum animarum periculum precipimus fieri, quibus nequimus, juxta nostrum desiderium, salubriter obviare. Verum in hoc super hiis omnibus consolamur quod divina providentia tanta

non sineret mala fieri, nisi de malis hujusmodi providisset elicere meliora, sperantes in ejus misericordia quod circa talia, sicut ipse cui futura sunt ut presentia manifesta, non tardabit adhibere remedia oportuna. Super facto Dalfini quid disposuimus facere, poterit prefatus nuntius, cui hoc exposuimus, magnificentie regie plenius nuntiare. Gratia Domini nostri Jhesu Christi, carissima filia, tecum sit, teque in agendis dirigat detque tibi in hac valle miserie sic paciente (*sic*) quod ad eternam gloriam, post hujus vite transitum, valeas pervenire, habitura ad nos recursum in tuis oportunitatibus quotiens expedire videris cum fiducia filiali. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno septimo. »

1559 Avignon, 1er décembre 1322.

Abbati monasterii sancti Apri, ut magistro Ademario « Targa[1] », decano ecclesiæ Tullensis, Romanæ Ecclesiæ obsequiis insistenti, redditus ejusdem decanatus ei a morte quondam Guillelmi Costæ, ejusdem ecclesiæ decani, pertinentibus, assignari faciat, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 111, fol. 401 v°, c. 1687.)

« *Dilecto filio.., abbati monasterii sancti Apri(i), ordinis sancti Benedicti, extra muros Tullensis.* Dignum reputamus et — Datum Avinioni, kalendis decembris, anno septimo. »

1. On trouve plus haut *Targe* (n° 1554).

1560 Avignon, 1er décembre 1322.

Capitulo ecclesiæ Tullensis, ut eidem abbati, præfatæ concessionis executori, pareant. (Reg. 111, fol. 402, c. 1688.)

« *Dilecto filio capitulo ecclesie Tullensis.* Dignum reputamus et — Datum ut supra. »

1561 Avignon, 1er décembre 1322.

Electo Tullensi, ut eidem Ademario de præfatis redditibus responderi faciat et prædicto abbati assistat. (Reg. 111, fol. 402, c. 1689.)

« *Dilecto filio.., electo Tullensi.* Dignum etc. — Datum ut supra. »

1562 Avignon, 5 décembre 1322.

Carolum, regem Franciæ, rogat ut, ad exemplum fratris ejus, negotium passagii transmarini assumat eique ad quædam dubia levanda respondet. (Reg. 111, fol. 191-192 v°, cc. 809-812; fol. 209 v°-211, cc. 914-916.)

« *Carolo regi Francie illustri.* Meminimus, fili carissime, teque credimus reminisci quomodo dudum clare memorie Philippus, germanus tuus, rex Francie et Navarre, pie devotionis inflammatus affectu quem gerebat ad Terram Sanctam de impiorum eripiendam manibus, in qua Salvator humani generis sumpsit corporalis nativitatis initium, in qua conversationis humane sua deduxit tempora et in qua postremo, post probrose passionis opprobria, pro redemptione nostra mortem subiit temporalem, et sui pretiosi effusione cruoris vetus piaculum expiavit, suos solemnes nuntios cum litteris de credentia ad nostram presentiam destinavit, per quos ad multe jocunditatis materiam nobis et nostris fratribus apertius intimavit quod, si[c] cor suum ad [e]ripiendam Terram ipsam de impiorum manibus divina gratia estuabat, quod ad prosequtionem dicti negotii nobis personam suam totumque posse regium exponebat; verum quia prefatum negotium adeo expensarum immensum profluvium exigebat quod illud absque nostro subcidio regia non poterat magnificentia supportare, nobis prefati nuntii pro parte regia humiliter supplicarunt ut qualia subcidia pro dicti prosequtione negotii de proventibus ecclesiarum et alias eidem faceremus, vellemus circumspectionem regiam reddere certiorem. Nos autem oblationem prefatam dignis in Domino laudibus multipliciter comendantes, ac ipsam meritis gratiarum actionibus prossequentes, supplicationi predicte annuimus velud consentanee rationi, multisque collationibus tam cum fratribus nostris quam cum prefatis nuntiis habitis super studiis antedictis, tandem nostra ipsorumque fratrum nostrorum, necnon et omnium prelatorum regni Francie, qui tunc in curia aderant, resedit deliberatio ut, pro promptiori et utiliori dicti prosequtione negotii, sub modo et forma subscriptis,

offerremus eidem subcidia que secuntur[1], videlicet decimam omnium proventuum ecclesiarum in terris et regnis tuis consistentium, levandam per quadriennium a termino kalendarum julii in antea continue computandum, per singulos prelatos in suis civitatibus et diocesibus, sine invocatione brachii secularis, juxta modum et consuetudinem hactenus observatos, terminis qui secuntur : medietatem videlicet in yemali festo beati Martini, et aliam in festo Ascensionis Domini tunc proximo subsequenti, que quidem decima per prelatos eosdem in loco tuto reponeretur, et custodiretur regie celsitudini concedenda pro dicti prossequetione negotii, si illud infra dictum [festum] sancti Martini duceret assumendum et infra dictum quadriennium personaliter et realiter prosequendum, ipsumque ac heredes suos sub obligatione terrarum et regnorum predictorum, et sub juramento corporali per suos solemnes nuntios, secundum modum per reges Francie in talibus observatum, specialiter deputatos prestando, per patentes litteras sub cera viridi sigillatas et Sedi Apostolice assignandas, efficaciter obligando, ita tamen quod moneta que curret tempore solutionis hujusmodi decimarum in terris et regnis predictis, secundum valorem quem haberet cum parisiensibus et turonensibus parvis reciperetur, sic quod, pretextu cambii, solutores et debitores dictarum decimarum nullatenus gravarentur. Ceterum de emolumentis hujusmodi decimarum, cum passagio inchoando esset necessarius apparatus, pro personis ad hoc necessariis per Sedem Apostolicam deputandis, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exigeret, et juxta incrementum et processum apparatus predicti, illis quos regia deputaret providentia prelati predicti expensas necessarias ministrarent, adjecto quod si, casu aliquo contingente, non fieret passagium prelibatum, quod ipse et heredes sui quicquid recepissent tunc de dictis decimis et convertissent in usus proprios vel alios, integraliter restituere Romane Ecclesie tenerentur, et idem fieret de galeis et aliis vasis navalibus factis pro dicte Terre subcidio de pecunia decimarum hujusmodi in ejusdem Terre Sancte subcidium convertendis, et nichil omnino de decimarum ipsarum proventibus in usus alios quam dicte Terre subcidium convertatur. Nec non postquam de assumptione dicti negotii et obligatione predictis que premissa sunt facta fuissent et completa, nostrum et suum propositum omnibus regibus et principibus orthodoxis, ac universis prelatis, comitibus, baronibus et comitatibus notificentur et etiam publicentur, illis dumtaxat exceptis qui ratione vicinitatis habent continue cum Sarracenis et hostibus fidei vel Ecclesie confligere et pugnare, et ad hec modo inducerentur quo valeret fieri meliori, cruxque universaliter predicaretur tam in suis quam aliis regnis et terris de quibus expediens videretur, et per Sedem eandem deputarentur in omnibus regnis et terris predictis certe persone ad exigendum et colligendum et in certo loco ponendum omnia legata et relicta facta dicti occasione negotii transmarini, et in singulos ecclesiis singuli trunci ponerentur in quibus reponerentur oblationes et helemosine fidelium que fierent pro dicto passagio, certis clavibus consignari, que omnia ad cognitionem et arbitrium Ecclesie convertentur in subcidium passagii memorati. Et insuper indulgenti[e] moderate et determinate concederentur pro negotio prelibato. Item quod ordinaretur indilate particulare passagium per quod subveniretur Terre fidelium constitute in partibus transmarinis, quod est valde necessarium passagio generali, cujus et particularis passagii, cum esset ordinatum, ipse esset capitaneus, nostri Redemptoris obtentu; quem capitaneatum valeret exequi per alium seu alios, sicut videret utilius expedire; super cujus particularis passagii apparatu et numero gentium pro illius complemento necessariarum, postquam esset inter ipsum et Ecclesiam ordinatum, ministrarentur expense necessarie tam de decimis duorum annorum levatis de tempore sexennali, concessisque seu impositis per felicis recordationis C[lementem] papam V, predecessorem nostrum, in consilio Viennensi, quam de eo quod exigeretur et levaretur in dictis regnis et terris suis de legatis et indulgentiis supradictis; expense necessarie per personas quas nos et magnitudo regia deputaremus, ministrarentur ad apparatum hujusmodi faciendum, ita quod, ultra hujusmodi decimas et subcidia que de dictis legatis et indulgentiis provenirent, in nullo remaneret nostra Camera obligata;, solutis vero expensis pro dicto particulari passagio de decimis

dictorum duorum annorum, et aliis predictis subcidiis et redditibus, super hoc ratione de illis [reddita], residuum reservaretur in subcidium passagii in quo sua proficisceretur persona ad arbitrium Ecclesie convertendum. Ordinaremus etiam quod, si in persona propria assumeret negotium antedictum, singulis annis, quamdiu ultra mare fuisset, continuaretur decima de suis regnis et terris predictis, juxta modum colligenda predictum suisque et gentis sue usibus et necessitatibus pro dicto passagio applicanda; sed si, deliberatione prehabita pleniori, prudentie regie videretur quod esset pro tunc generale vel illud in quo ipse transfretare deberet personaliter passagium differrendum, quod ab exactione dicte quadriennalis decime cessaretur, et ordinaretur de majori particulari passagio faciendo, cujus esset capitaneus et ministrarentur expense necessarie ut in consimili superiori articulo est expressum, et haberet remissionem plenariam omnium peccatorum, hoc addito quod, in hujusmodi casu quo capitaneatum et curam dicti particularis passagii reciperet et exequeretur, ita quod exinde de aliquo bono proventuro spes probabiliter haberetur pro continuatione et sustentatione dicti passagii, imponentur per Ecclesiam in dictis regnis et terris suis due decime satis tempestive, priusquam essent subsidia concessa pro passagio particulari consumpta, quas celcitudini regie esse volumus obligatas, ita quod, reddita ratione de expensis faciendis pro dicto particulari passagio, residuum reservaretur pro generali passagio, ut in superiori consimili articulo continetur, que quidem decime colligerentur et reponerentur per modum superius ordinatum.

[C. 810] Post hec autem dicto rege, sicut Domino placuit, vita functo, infestaque relatione percepto quod Sarracenorum rabies, suis finibus non contenta, conflatis viribus, Armenie regnum invadens hostiliter ac in Christi fideles crudeliter irruens, multos eorum absque delectu sexus, ordinis vel etatis, occupata et prorsus eversa civitate de Ayacio, immaniter, pro dolor, trucidarat ac, ad abolendum de terra illa christianorum nomen et cultum, et exterminandum exinde christianitatis residuum, tanto ardentiori desiderio suspirabat quanto Terre predicte conditio, catholicorum mundi principum et aliorum fidelium non fulta suffragio, nullius resistentie verisimilitudinem promittebat, regalem tuam magnificentiam rogandam duximus et obsecrandam per viscera misericordie Dei nostri, tibi nichilominus in remissionem tuorum peccaminum suadentes quatinus, illius obtentu qui pro redemptione humani generis crucis subire patibulum non expavit, prudenter considerans et diligenter attendens quam sit recuperationis Terre Sancte negotium, pro quo prossequendo vexillum crucis in te nosceris assumpsisse, prefatum regnum Armenie oportunum, ad illud preservandum ab impiorum manibus attendens sollicite ac diligenter intendens, dictum assumeres negotium transmarinum, quod per particulare passagium cui tuus presit capitaneus, quousque de efficaci subcidio ad eripiendum terram ipsam de impiorum manibus fuerit ordinatum, prossequeris taliter quod interim frenaretur barbarica rabies, quies Christicolis procuraretur illarum partium ac via efficaci passagio pararetur, et, ut de hiis que regi prefato, predecessori tuo, obtuleramus, h[ab]eres certitudinem pleniorem, transcriptum litterarum nostrarum sibi super hoc directarum celsitudini regie per certum nostrum nuntium duximus destinandum. Sane, quia super dicto negotio et oblatione predicta per nos facta, deliberatione cum tuo consilio prehabita diligenti, nonnulla, sicut intelleximus, dubia occurerunt que, nisi per nos declarata fuerint, te certum nobis non patiuntur dare responsum, ad exponenda nobis hujusmodi dubia ac ad nostram declarationem super hiis obtinendam dilectos filios P., electum Vivariensem, ac nobilem virum Matheum de Varenis, militem, ad nostram presentiam cum litteris de credentia destinasti, qui, in nostra presentia constituti, dubia ipsa prudenter verbo curaverunt exponere et in scriptis tradere subsequenter, cujus quidem scripture tenor noscitur esse talis.

[C. 811 et 915]. Sanctissime pater et domine, cum sicut scribitur [causa] XXIII, q[uestio] VIII[a]. Igitur cum sepe a Sarracenorum partibus adversa nuntia pervenirent que Sanctitati Vestre viscera sauciebant, vos, sicut sancte fidei christiane zelator precipuus et director, velud alter fidelissimus Mathathias devotum filium vestrum serenissimum principem, dominum nostrum Francie et Navarre regem, ut negotium

assumeret transmarinum, per particulare passagium usquequo generale posset fieri prossequendum, cui suus preesset capitaneus, tam salubriter quam efficaciter obsecrastis, et, ut de illis que Vestra Sanctitas inclite recordationis domino Philippo, tunc regi Francie, fratri suo, pro subcidio hujusmodi particularis passagii providerat offerenda, certior posset esse, transcriptum litterarum vestrarum dicto domino Philippo super hoc directarum eidem transmisistis. Dominus autem rex, sicut ille qui sancte fidei christiane et sacrosancte Romane Ecclesie vult precipuus esse pugil, ad videndum et deliberandum super illis que Vestra Sanctitas sibi miserat, ommissis aliis suis negotiis, promptibus (*sic*) affectibus se convertit. Quibus omnibus visis et sollicite circumspectis, non fuit sibi visum quod per ea vel ex eis plene posset deliberare, et nec per consequens respondere an comode possit, debeat et expediat quod capitaneatum hujusmodi particularis passagii in se sumat, et ecce, Pater Sanctissime, causam quare dominus noster rex, qui totis desideriis cordis sui afficitur ad negotium transmarinum, quanto perfectius et promptius illud quod in se suscipiet vult implere, tanto se cautius et maturius vult habere in isto negotio quod tangit Sanctam Romanam Ecclesiam principaliter, et universaliter omnes principes, et totum populum christianum, per istam viam particularis passagii assumendo, et ex hoc, antequam istud negotium alter in se sumat, vul[t,] si placet Sanctitati Vestre, per eandem Sanctitatem ad quam pertinet, certior fieri super infrascriptis, de quibus per premissa que Vestra Sanctitas sibi misit non potest plene vel potuit certus esse, et sine quibus non potest super assumptione capitaneatus hujusmodi particularis passagii comode respondere.

Primo, de numero personarum tam pedestrium quam equestrium quem Vestra Sanctitas in hoc particulari passagio disposuerit transfretari.

Secundo, de aparamentis ; qualia, quanta, quando et ubi fient.

Tertio, quo tempore quod volet (*sic*) precise, supposita possibilitate, illos quos disponet passagium facere, aggredi dictum iter.

Quarto, quanto tempore volet (*sic*) hujusmodi transfretantes in prossequtione predicti negotii remanere.

Quinto, an et quomodo Vestra Sanctitas providebit quod numerus, secundum Sanctitatis Vestre dispositionem inibi transmittendus, si quocumque casu ipsum, quod absit, contingeret defalcari, durante dicto tempore debeat integrari.

Sexto, quando, qualiter et unde et quanta ministrabitur pecunia pro apparamentis dicto passagio necessariis ordinandis et pro habendis, sustentandis[3] et retinendis personis toto tempore quo in prossequtione dicti negotii disposueritis ipsas esse, et pro ceteris pro dicto passagio necessariis vel etiam oportunis pro toto predicto tempore faciendis. Cum enim duas decimas quas reverendissima Vestra Sanctitas una cum helemosinis et legatis a christicolis pro dicto negotio colligendis, in predictis litteris obtulit, et quas, diu est, fore levatas et stare presupponit, dominus rex non habuerit nec receperit in solidum vel pro parte, nec de ipsis recipiat aliquid de quo passagium juvari valeat superesse, et predicta legata et helemosine sunt penitus in incerto et Sanctitas Vestra in predictis litteris, quarum sibi copiam transmisistis, expresse duxerit protestandum quod ultra predicta nollet esse vestram Cameram obligatam, clare potest Vestra Sanctissima Paternitas conspicere quod prefatus dominus rex isto modo non potest in se suscipere factum istud quod Ecclesie precipuum et principale et omnibus christicolis est commune. Quare dignetur reverendissima Vestra Sanctitas sic perfecte, plene et fructuose super predictis, et ceteris omnibus ad dictum negotium facientibus, sua salubria beneplacita declarare, quod idem dominus rex cum suo magno consilio, quod jam ad quindenam instantis festi beati Andree apostoli convocavit, nedum de gentibus regni sui, sed etiam de exterioribus per quas sperat se feliciter dirigi super istis, possit plene deliberare an, secundum ea que sub certo reverendissima Vestra Sanctitas de predictis et aliis ad rem facientibus disposuerit ordinanda et etiam respondenda, comode valeat et ipsum deceat, et quantum ad honorem Dei, sancte fidei vestrumque et sacrosancte Romane Ecclesie et suum, expediat quod capitane[at]um hujusmodi particularis passagii sub titulo sui regalis nominis in se sumat.

[cc. 812 et 916] Nos autem, dictis dubiis plenius intellectis ac super ipsis deliberatione cum fratribus nostris prehabita diligenti, nos et ipsi vehementer obstupuimus ac nimium fuimus admirati super eo videlicet quod, in dicta scriptura nobis per nuntios exhibita regios, vidimus contineri quod predictam biennalem decimam per nos tuo predecessori oblatam excellentia tua nec habuit, nec recepit in solidum, vel pro parte, nec de ipsa receperit aliquid superesse de quo possit passagio subvenire predicto, procedens ulterius concludendo quod nos clare possumus conspicere isto modo factum istud suscipere te non posse. Profecto, fili, non indigne nos et fratres nostri super hoc possumus admirari, cum nuntii prefati germani tui coram nobis et ipsis constanter asseruerint extare decimam antedictam, et si ita sit quod non extet, tenemus indubie teque tenere credimus ipsam ad germanum tuum predictum, cujus successor nosceris, pervenisse, pro qua sicut et pro aliis ejus debitis indubie obligatus existis; nec credimus quod ad quodcumque debitum aliud persolvendum astringuaris (*sic*) fortius quam ad illud, nec quod pro cujusvis alterius retentione debiti seu dilatione possis adeo graviter occulos divine magestatis offendere, nec molestus tot personis existere, ipsas quoque ex retentione vel dilatione hujusmodi adeo pregravare ; prefatum quidem debitum christicolas omnes respicere noscitur et specialiter pusillum illum gregem catholicum genti Tartare ac Babilonice convicinum, de quo, nisi eidem ocius occuratur, est, nec immerito, formidandum ne irreparabiliter corruat, et irrecuperabiliter corruat, et irreparabiliter incidat[1] in manibus immanium Barbarorum. Ideoque, fili carissime, providentiam regiam rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, sic sollicite studeas providere quod, de dictis duabus decimis, si recepte per tuum germanum fuerint, dicto gregi in tantis constituto periculis in presenti valeat aliqualiter subveniri, ne si, quod absit, illos pro defectu subcidii contingat obruere, de ipsorum sanguine habeas reddere rationem. Si autem a dicto germano tuo recepte non fuerint decime antedicte, ipsas in dictum subcidium converti et per te volumus, si dictum negotium juxta formam in oblatione facta prefato germano tuo contentam duxeris assumendum. Super hoc autem, an per ipsum habite vel non fuerint, cum collectoribus ipsis intendimus veritatem inquirere diligenter, sperantes in illo cui, cum voluerit, subest posse, quod, antequam dicte decime in predictorum subcidio sint consumpte, sic ipse affluenter tam de helemosinis fidelium quam de legatis, relictis et relinquendis in Terre Sancto subcidium et aliis oportunis subcidiis pro dicti gregis subcidio ministrabit, quod imposterum subcidia continuari poterunt et etiam ampliari. Alioquin, fili carissime, ignoramus quid tue valeamus prudentie ad premissa dubia respondere ; frustra siquidem de stipendariorum numero, frustra de apparatu passagii, frustra quoque de ipsius tempore queritur, si unde expense ministrentur pro premissis necessarie subtrahatur. De premissis autem decimis, nos et fratres nostri, que propter subcidium Terre Sancte noscuntur imposite et ad istud subcidium destinate, sperabamus quod dicto gregi subveniri posset ad tempus non modicum ; quod si foveri nequeat, nos frustratos spe nostra non absque cordis amaritudine cernimus, nec occurrit probabiliter ad quid, pro impendendo prompte dicto gregi subcidio, nos convertere valeamus. Ecclesias etenim gravatas esse conspicimus, nec illas gravatas adeo nobis oneribus expedit aggravare, presertim cum tue eccellentie in regnis et terris tuis, et nonnullis aliis principibus in suis per Sedem Apostolicam usque ad certum tempus sint concesse decime, de quibus utique consuevit Ecclesia talibus necessitatibus providere, et si forsan dicatur ab aliquo quod hec subcidia debent de pape Camera ministrari, propter quod videtur tua prudentia admirari super eo quod, in oblatione nostra predicta [germano] tuo facta per nos, adjectum expresse extitit quod nostram Cameram nolebamus remanere in aliquo obligatam, breviter respondemus quod ideo illud in nostra oblatione adjectum extitit, quod non meminimus nos legisse quod aliqui de nostris predecessoribus alicui de tuis vel cuicunque alii pro dicto passagio, se obligandum vel suam Cameram duxerit obligandam. Legimus equidem quod inclite recordationis Philippus, rex Francie, avus tuus, cum assumpsisset dicte Terre negotium prossequendum, essetque de ejus consilio et assensu ad inchoandum generale

passagium certus terminus assignatus, ad preces et instantiam summi presulis, assumpsit onus ministrandi expensas necessarias pro conservatione terre quam in partibus illis obtinebat christianitas, usque ad tempus passagii generalis, pro quibus expensis nec se obligavit presul ipse nec suam Cameram, sed dumtaxat mediam decimam primi anni sexennalis decime imposite in generali consilio Lugdunensi. Legimus insuper quod dum, aliquibus nobilibus intendentibus transffretare, Summus Pontifex in subcidium passagii summam aliquam pecunie concedebat, nec se nec suam obligabat Cameram, sed ipsam super aliquibus decimis assignabat, hoc expresse in concessione adjecto hujusmodi quod, etiam si dictam summam concessam non possent de dictis decimis assequi, non intendebat se vel suam Cameram aliqualiter obligare. Et ideo, fili carissime, si nos ipsorum predecessorum nostrorum, quorum non sumus digni corrigiam calceamentorum solvere, sequentes vestigia, hoc in nostra predicta oblatione duximus apponendum, non debet tua prudentia ulterius super hoc admirari. Rursus, si dicatur quod negotium transmarinum Ecclesie precipuum et principale, et omnibus christicolis est comune, sicut scriptura nobis oblata continet, respondemus quod, cum Ecclesiam nichil aliud quam collectionem fidelium esse constet, cujus quidem collectionis velud cujusdam corporis mistici Christus caput noscitur, et quisque fidelium esse membrum, patet quod illud quod ad christicolas pertinet, ad Ecclesiam noscitur pertinere, et e contra, quod ad Ecclesiam pertinet, debet ad christicolas pertinere; fatemur tamen quod, sicut ad caput congregationis alicujus cura et diligentia, quantum ad directionem et ordinem ac motionem et inductionem eorum que ad dictam congregationem pertinent, principalius noscitur pertinere, sic eorum que ad congregationem fidelium pertinent directio, motio et inductio, ad Christum qui vere capud esse ejusque ministrum, in quantum capitis vices gerit, principaliter noscitur pertinere. Hoc procul dubio facta predecessorum nostrorum, si diligenter considerentur, evidentius manifestant, quos principes catholicos et alios fideles predicationibus, exhortationibus induxisse legimus ad assumendum et prossequendum dictum negotium et pro eodem oportuna subcidia ministrandum; concedere quoque consueverunt indulgentias hiis qui premissa ducerent exequenda nec non et aliqua decimalia subcidia ad supportandum, non portandum talia onera, ministrare, que utique subsidia antiquis temporibus satis fuerunt exilia, sed efficacia extiterunt. Beatus quidem Ludovicus, rex Francie, proavus tuus, qui bis noscitur transfretasse, modica subcidia decimalia dicitur ab Ecclesia recepisse, et ejus predecessores etiam pauciora. Filio autem ejus, avo tuo predicto, qui dicte Terre Sancte assumpsit negotium promovendum, concessa fuerunt subcidia ampliora, videlicet fructuum, proventuum et reddituum ecclesiasticorum sexennales decime regni sui; et clare memorie Philippo, genitori tuo, recipienti onus dicti negotii, fuerunt concesse premissorum regnorum similiter decime sexennales. Nos autem, fili carissime, dicto predecessori tuo, ultra biennales decimas tunc collatas, restantes de illa decima sexennali imposita in consilio Viennensi, ac ultra quadriennales imponendas, si dictum negotium assumendum et prossequendum duceret, prout superius est expressum, imposituros nos obtulimus pro annis singulis quibus, pro prefato negotio, existeret ultra mare, unam decimam in regnis et comitatibus et terre ejusdem, annis singulis colligendam ejusque usibus et necessitatibus gentisque sue pro dicto negotio applicandam, quod nusquam ab aliis predecessoribus nostrorum alicui de tuis vel alicui alii legimus esse factum, preter que multa alia obtulimus, prout in dicta oblatione plenius continetur. Ex premissis itaque, fili carissime, providentia regia potest colligere evidenter quod predecessores nostri usquam leguntur de sua Camera, cujus redditus ad talibus (*sic*) sunt tenues et exiles, subcidia pro dicto passagio ministrasse. Item quod nulla oblatio predecessorum nostrorum major nostra extitit, ymmo etiam nec equalis. Si igitur dicte biennales decime, quas germano tuo obtulimus non extent, sed ab eodem germano tuo recepte fuerint et consumpte, tuque nolis vel non possis ad presens de ipsis satisfacere, nec ipsas convertere in subcidium particularis passagii memorati, non videtur nobis expediens premissis questionibus respondere, sicut superius est expressum. Hoc autem in casum illum de fratrum

nostrorum consilio decrevimus faciendum, videlicet quod per christicolarum terras et regna exponi pericula gravia que Armenis ac Ciprensibus, quos hostis Christi et persecutor populi christiani, Soldanus ille videlicet Babilonicus, noviter dicitur diffidasse,...[5] nec non quam sit illorum regnorum conservatio oportuna pro eripienda Terra Sancta de impiorum manibus, publice faciemus, indulgentias quoque de quibus expedire viderimus ipsis subvenientibus concedemus. Et nichilominus de illis CL millibus florenorum quos a dilecto filio nobili viro B., vicecomite Leomanie et Altivilaris recepimus hiis diebus[6], non obstante quod gravibus expensarum oneribus quibus hereticorum, ydolatrarum et rebellium Sancte Matris Ecclesie nos dudum subjessit malitia et adhuc subicit, nimium pregravemur in presentiarum, juxta fratrum nostrorum consilium curabimus, dante Domino, providere. Tenorem autem litterarum conficiendarum super dictis inductionibus et indulgentiis regali magnificentie intendimus, cum facte fuerint, dante Domino, destinare. Datum Avinione, nonis decembris, anno septimo[7]. »

1. Voyez nº 1262.
2. Il s'agit ici, et nous en avons d'autres exemples (voyez nºs 1685, note 1 ; 1695, note 2; 1696, notes 3, 5, 7) d'un renvoi au Décret de Gratien, première assise du *Corpus juris canonici*. Nous y trouvons en effet (*pars* II, *causa* XXIII, *questio* VIII, *can.* VII) le passage d'une lettre de Léon IV relative aux incursions des Sarrasins et débutant comme la lettre de Jean XXII : « *Igitur cum sepe adversa a Sarracenorum partibus perveniant nuntia, quidam in Romanum portum Sarracenos clam furtiveque venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari precepimus populum maritimumque ad litus descendere decrevimus et egressi sumus Roma.* »
3. C. 915 : *Sustinendis.*
4. *Sic*, il semble qu'il y ait ici une erreur de copie dans le registre.
5. Il manque ici un mot, tel que *imminent.*
6. Voyez nº 1534.
7. Pour la Croisade, voyez nº 1683, note 1.

1563 Avignon, 5 décembre 1322.

Archiepiscopo Senonensi, episcopo Claromontensi et abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisius, quod raptores bonorum quondam Beraldi, domini de Mercorio, moneant ut dicta bona Johanni, comiti de Joigniaco, domino de Mercorio, tanquam ejusdem Berandi heredi universali, restituant, alioquin eos excommunicare non omittant. (Reg. 111, fol. 401, c. 1683.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Senonensi et.., episcopo Claromontensi, et dilecto filio.., abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisius.* Sua nobis dilectus — Datum Avinione, nonas decembris, anno septimo. »

1564 Avignon, 6 décembre 1322.

Henrico, electo Metensi, ne impedimentum matrimonio inter Guigonem, dalphinum Viennensem, et filiam quondam regis Franciæ contrahendo afferat. (Reg. 111 fol. 190 vº, c. 808.)

« *Henrico, electo Metensi.* Fide digna relatione non absque displicentia et admiratione percepimus hiis diebus quod, licet inter dilectam filiam... clare memorie regis Francie filiam, et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem tuum, te presente, matrimonium per verba contractum fuerit de presenti, tu tamen, ut cum alia contrahat, diversos dicaris habuisse tractatus; quocirca nos qui paterno affectu ad dictum dalphinum et omnes de domo illa afficimur, considerantes attente quod hoc procederet in Dei contemptum et dicte consortis sue injuriam cederet, graviaque incomoda que sibi et ejus domui possent propterea provenire, discretionam tuam duximus exortandam quatinus, hiis in consideratione deductis, a tractatibus predictis et quibuscunque aliis super premissis habendis resiliens, dictum dalphinum ad complendum dictum matrimonium efficaciter inducere, ac negotium ipsum, ut consummatur, prossequi non obmittas, presertim cum carissima filia nostra Johanna, regina Francie et Navarre, parata sit ad consummationem matrimonii predicti procedere et que pro parte consortis dalphini predicti promissa sunt adimplere. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno septimo. »

1565 Avignon, 7 décembre 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, ne magistrum Guillelmum de Chanaco, archidiaconum Parisiensem, gravet nec ejus jurisdictionem perturbet. (Reg. 111, fol. 190 vº, c. 806).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Decet nos quibus — Datum Avinione, VII idus decembris, anno septimo. »

1566 Avignon, 7 décembre 1322.

Stephano, episcopo Parisiensi, ne prædicti archidiaconi juribus injuriam inferat vel inferri permittat. (Reg. 111, fol. 190 v°, c. 807.)

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Parisiensi.* Dilectum filium magistrum — Datum Avinione, vii idus decembris, anno septimo. »

1567 Avignon, 16 décembre 1322.

Episcopo Argentinensi, ut summam pecuniæ quam ex causa mutui de pecunia Clementis V recepti debet[1], Petro, Durandi, archidiacono de Rinello in ecclesia Tullensi, assignet. (Reg. 111, fol. 258, c. 1074.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Argentinensi.* Cum sicut accepimus — Datum Avinione, xvii kal. januarii, anno septimo. »

1. L'index met seulement : *de decima sexennali*, ce que le texte ne mentionne pas.

1568 Avignon, 16 décembre 1322.

Præfato Petro Durandi, ut dictam pecuniæ summam ab eodem episcopo recipiat et Cameræ apostolicæ assignet. (Reg. 111, fol. 258, c. 1075.)

« *Dilecto filio magistro Petro Durandi, archidiacono de Rinello in ecclesia Tullensi, cappellano nostro.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, xvii kal. januarii, anno septimo. »

1569 Avignon, 17 décembre 1322.

Archiepiscopo Bisuntino et Mathiæ, electo Maguntino, ut illos qui magistrum Petrum Durandi, archidiaconum de Rinello in ecclesia Tullensi, capellanum et nuntium apostolicum ad partes Alemaniæ, dum Rhenum navigando descenderet, verberaverunt, vulneraverunt et bonis suis spoliaverunt, singulis diebus dominicis et festivis excommunicent, donec de præmissis satisfecerint. (Reg. 111, fol. 258, c. 1076.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Bisuntinensi* (sic), *et dilecto filio Mathie, electo Maguntino, eorumque suffraganeis.* Infausti rumoris assertione — Datum Avinione, xvi kal. januarii, anno septimo. »

1570 Avignon, 17 décembre 1322.

Episcopo Argentinensi super eodem. (Reg. 111, fol. 258 v°. c, 1077.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Argentinensi.* Infausti rumoris etc — Datum ut supra. »

1571 [Avignon, 20 décembre 1322.]

Archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis ut, ab Infidelium conatus contra regna Armeniæ et Cypri, quos late describit, reprimendos, ecclesiasticas seculares personas compellant, indulgentias transfretantibus concessas publicent mandat nonnulla que subsidium obtinendum, truncos in civitatibus ponendos et orationes recitandas tangentia eis notificat. (Reg. 111, fol. 285 v°, c. 1164.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tholosano, ejusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad pie matris communis plurium filiorum noscitur officium pertinere filiorum successus denunciare filiis mutuo tam prosperos quam adversos, ut, prosperis cognitis, gaudentibus congaudeant alii, et, intellectis adversis, condolere dolentibus debeant curentque ipsis, ad sublevandas eorum calamitates et miserias, oportuna prompte subcidia (*sic*) ministrare. Hinc pia mater Ecclesia suis in Christo regni Francie filiis, de sui regni Armenie filiis fidelibus et devotis, cum in presentiarum nec leta possit insinuare nec placida, cogitur mesta scribere, ac ipsis de illis tristicia (*sic*) nuntiare. Habet enim rumor horribilis, habet quoque venerabilium fratrum archiepiscoporum et episcoporum ac carissimi in Christo filii nostrorum Leonis, regis, et dilectorum filiorum nobilium virorum Ossini, comitis Curchi, gubernatoris ceterorumque baronum populi regni Armenie litterarum nobis missarum assertio, habet insuper relatio nuntiorum quod, Infidelium in quorum vicinio est dictum regnum positum superbia inundante, multitudo premaxima, collectis viribus, robore adunato, ab anno citra dictum regnum ter invasit hostiliter ipsumque crudeliter ag[g]redi et ingredi non expavit, in quorum aggressibus singulis immensa da[m]pna in personis

et rebus intulit dicto regno. Primo quidem efferus Tartarus, Damordas proprio nomine nuncupatus, magnus et potens inter Tartaros regno Armenie adjacentes, Armenis insciis, cum triginta mil[li]bus equitum et peditum multitudine copiosa, hostiliter dictum regnum intravit, in quo viginti quinque dierum spatio moram contrahens, discurrendo quasi per totam planiciem dicti regni, agros depopulans, villas et domos exponens incendio, bona mobilia queque reperta inibi rapiens, effringens ecclesias, altaria polluens, presbyteros et clericos et alios pretioso Christi redemptos sanguine, immaniter, in Dei contemptum, et totius christianitatis opprobrium, crudeliter trucidavit. Post cujus Damorde de regno predicto pestilentem egressum, quidam alius illo nequior, crucis hostis et blasfemus[1] nominis christiani, nomine Haramanus[2], Turcomanorum dominus, regnum predictum quod nondum de prioribus calamitatibus respirarat, dolores superaddens doloribus et addendo vulnera graviora vulneribus, hostiliter introivit, ejusdem regni residuis dissipationi et vastitati crudeliter expositis per eundem. Quo siquidem, post perpetrationem malorum innumerabilium, a regno recedente predicto, bestia illa nequissima, ire (*sic*) plena, Soldanus videlicet Babilonis, ad predicti regni totalem discipationem (*sic*) et subversionem aspirans, multitudinem maximam peditum et equitum hostiliter in Armeniam destinavit; que, regnum ingressa predictum, Lajacium, Armenie civitatem, locum utique insignem, primo hostiliter subigens, et tandem castrum ipsius, fortissimum et in mari s(c)itum, per navalis obsidionis insidias et insultus expugnans, civitatemque et castrum hujusmodi occupans, ipsa totaliter dirruit et destruxit, ac regnum prefatum et fideles degentes in eo gravibus plagis et diris afficiens cruciatibus, quecunque reperiit[3] ibi residua rapuit et consumpsit. Ex quibus idem Soldanus et alii nominis christiani blasfemi[4], Redemptori nostro opprobriis exprobantes, non solum ad ejusdem regni exterminium, sed ad regni Cipri occupationem aspirant, ad hoc prava sua molimina multipliciter preparantes; nam dictus Soldanus, ut relatione percepimus fide digna, carissimum in Christo filium nostrum Henricum, regem Cipri illustrem, pro eo noviter diffidavit quia rex ipse, pie compassus Christi redemptis sanguine, nonnullos de dicto castro Laiacii et regno predicto Armenie, missis in eorum succursum magnis [navigiis][5], de dictorum impiorum manibus liberavit, ipsis salubriter in Ciprum adductis. Hiis utique et hiis similibus, ymmo gravioribus, prefatum regnum Armenie agitatur procellis, hiis trahitur fluctibus, hiis tempestatibus fluctuat, talibus in(h)ibi christianitas lacescitur injuriis, talibus lassatur angustiis, talium pressurarum mole comprimitur, et profecto, nisi sibi subveniatur celeriter, sicut creditur, irremediabiliter opprimeretur. Quod si, quod absit, fieret, aditus ad Terram Sanctam eripiendam de impiorum manibus difficilis nimium, immo pene inadibilis redderetur. Tantis ergo periculis dictum regnum, et quasi fatali ad[d]i[c]tum discrimini commemorat se subjectum, seque diutius et immensis pressuris oppressum denuntiat, enervatum viribus, exinanitum incolis, evacuatum opibus, ope desertum et necessarie defensionis auxilio destitutum, clamans et ejulans exhiberi sibi subcidium contra fidei inimicos qui, ad abolendum de ipso regno christianum nomen et cultum, immo ad omnino exterminandum illud modicum christianitatis residuum quod in illo Dei misericordia conservavit, ardenti aspirant desiderio et proposito dam(p)nando suspirant. Quis igitur orthodoxe fidei zelo fervens, ad tantum fidelium vindicandum ocius non ex[c]itetur opprobrium? Quis illico non exurgat adversus nequitiam malignantium aut non stabit adversus iniquitatem nephandis studiis operantes? Quis vocibus fidelis sanguinis de terra clamantibus ad tam graves non accendatur injurias ulciscendas? Exurgant igitur viri ad bella doctissimi, strenui regni Francie bellatores, accingantur viri potentes a seculo, ne tot mala, propter suam desidiam, suis fratribus inferantur. Prodeant in publicum eorum signa victricia quorum potentiam specialiter expectat et expetit regnum illud; eis debetur regni prefati defensio et finaliter victoria[6] hujus belli. Hec eis parantur ad gloriam, hec eis ad meritum reservantur. Non desit, quesumus Domino, in tanto discrimine virtus strenuitatis ipsorum, quam ipsis concessit specialius inter ceteras nationes. Exurgat fidelis regni prefati populus, ut intrepide in hostiles irruat acies, turmam

Infidelium opprimat et exterminet agmina impiorum; assistens quidem Dominus servis suis, in se sperantes non deseret, se timentibus tribuet firmamentum, quoniam non est abreviata illius dextera, sed ejus brachium bella conterens et comminuens cornua superborum, atletis suis virtutem tribuet ac preliantes per sui nominis gloria confortabit. Hec equidem et hiis similia pro prefatis Armenis fidelibus contra prenominatos hostes perfidos citra triennium miraculose est operata misericorditer clementia Salvatoris, que utique ad cunctorum Christi fidelium eo potius pervenire desideramus notitiam, quo, hiis plenius intellectis, de divina confisi potenti benivolentia, promptius et ferventius ad ulciscendas ipsius nostri Salvatoris injurias ac subveniendum suis fratribus accingantur. Dudum siquidem, citra triennium antedictum, dum dicti Soldani exercitus, Armenie regni depopulatus planiciem, capta preda spoliaque dividens, exultaret essentque, ut fertur, numero decem octo mil[l]ia equitum Sarraceni, ducenti atlethe Christi dumtaxat vel circiter, fideles Armeni, suam in eo, cui est facile in manu paucorum plures concludere, spem ponentes, ipsos adeo aggressi fuerunt viriliter et potenter quod, victrice Dei potentia ipsis, ut firmiter credimus, assistente, sex mi[l]lia Sarracenorum equitum, nonnullis ex eis in eorundem christianorum servitutem adductis, dicuntur in ore gladii peri[i]sse. Subsequenter autem, cum post demolitionem et eversionem civitatis et castri Lajacii predictorum, Soldani crudelis exercitus, sicut ursus esuriens et leo rugiens, regnum predictum percurreret, nemine resistente, sexcenti Armenorum gentis fidelis equites, mori potius quam videre tot christianitatis opprobria eligentes, in eo ponentes spei sue fiduciam qui victoriam dat de celo, hostes ipsos respectu ipsorum innumeros aggressi sunt intrepide, de quibus, divino fulti presidio, victoriam ad Dei gloriam reportarunt[7], propter quod admiratus, exercitui Sarracenorum presidens, timore repletus et viribus destitutus, ipsis Armenis non valens resistere, a facie ipsorum fuge presidium requisivit su[i]sque gentibus postmodum recollectis, quatuor seu quinque mi[l]lia equitum deesse priori ipsorum numero adinvenit. Cum itaque speremus verisimiliter, nec indigne, quod, si predicte persecutionis acerbitas qua regnum illud per Infideles diutinis est lacessitum molestiis, ac discrimina que hostium fidei crudelitas tam (de) Armenis ipsis quam orthodoxe fidei, nisi occuratur ocius, comminatur, nec non et victorie paucis fidelibus contra multos infideles de celo concesse fideliter exponantur, fideles Christi pietatis o(c)culo regnum illud respicient et ad reprimendum eorundem Infidelium conatus adversus se accingent viriliter et potenter oportunaque non ommittant subcidia suis fratribus exhibere, nos, de vestra prudentia ac zeli fervore ad ea que Dei sunt pleniorem fiduciam obtinentes, vobis et vestrum singulis premissorum expositionem fidelibus vestrarum civitatum et diocesum faciendam ac efficacem inductionem ipsorum ut, predictis in consistorio recte considerationis adductis, premissa, cum omni promptitudine, curent prosequi, duximus committendas, vobis ac vestrum singulis sub virtute sancte obedientie ac in vestrorum remissionem peccaminum districtius injungentes quatinus, in hujusmodi officio, juxta vobis a Deo datam prudentiam procedentes, efficaciter et prudenter illud per vos seu alios ad hoc ydoneos, religiosos seu seculares, de quibus videritis expedire, quibus districte presentium auctoritate precipimus et mandamus quatinus, non obstantibus quibuscumque privilegiis religiosis ipsis vel eorum ordinibus ab Apostolica Sede concessis, quorumcumque tenorum existant, etsi de illis facienda esset in presentibus mentio specialis, vobis et vestrum singulis circa premissa prompte pareant et intendant, exequi cum diligentia qua convenit studeatis; ad que compellendi per censuram ecclesiasticam religiosos et seculares eosdem, si necesse fuerit, appellatione posposita, quibusvis privilegiis seu indulgentiis contrariis eis vel eorum ordinibus ab Apostolica Sede, sub quacumque forma verborum concessis, nequaquam obstantibus, vobis et vestrum singulis plenam concedimus auctoritate presentium potestatem. Et ut iidem fideles premissa eo libentius eoque ferventius prosequantur quo potiorem se noverint fructum ex suis laboribus percepturos, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, et illa quam nobis, licet insufficientibus meritis, Deus ligandi atque solvendi contulit potestate, omnibus qui infra

biennium a proximo futuris kalendis maii numerandum, contra Soldanum et alios Infideles, in succursum et auxilium regnorum Armenie et Cipri predictorum in personis propriis et expensis accesserint, in eis vicissim vel eorum altero ad minus per unius annis spatium juxta dispositionem Sedis Apostolice moraturi, illam peccatorum suorum de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, veniam indulgemus que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem[8] Apostolicam consuevit, et in retributione justorum salutis eterne polliscemur augmentum. Illis etiam qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultates et qualitates suas ydoneos bellatores infra idem tempus curaverint destinare, tantundem inibi juxta dispositionem eandem per ejusdem temporis spatium moraturos eisque similiter qui licet in alienis expensis, in personis tamen propriis infra dictum annum illuc accesserint, ibidem quoque juxta dispositionem eandem per ejusdem temporis spatium moraturi, nec non et illis qui in suis dumtaxat expensis, juxta facultates et qualitates suas, pro aliquibus personis in eisdem regnis juxta dispositionem predictam vel eorum altero, ad ipsorum regnorum vel alterius eorundem defensionem, seu ad impugnationem hostium christiani nominis, moraturis, misericorditer saltem per annum providerint, illam suorum de quibus, ut predicitur, corde contriti et ore confessi fuerint, concedimus veniam peccatorum que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem Apostolicam consuevit. Hujusmodi quoque remissionis volumus esse participes, juxta quantitatem subcidii et devotionis affectum, omnes qui ad subventionem ipsius negotii infra annum, ut predicitur, a dictis kalendis maii numerandum, de bonis suis congrue ministrabunt. Omnibus autem personaliter transfretantibus in subcidium dictorum regnorum, sive in expensis propriis sive in alienis, ut premissum est, si vivifice crucis signaculo petierint insigniri, ipsis, per vos vel alium seu alios quibus committendum duxeritis, volumus hoc concedi. Omnium autem illorum nomina quos per vos vel alios dicto signaculo contigerit insigniri, per vos seu vestros commissarios in scriptis redigi precipimus, nosque de ipsis reddi per vestras litteras certiores, ut sic certior habeatur regnorum predictorum succursus. Adicimus insuper ut omnes et singuli qui, post iter infra eundem annum a dictis kalendis dumtaxat arreptum, in regnis predictis vel eorum altero seu in itinere fuerint rebus humanis exempti(s), illam suorum, ut predicitur, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, consequantur veniam peccatorum que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem Apostolicam consuevit. Dispositionem eorum que ex hujusmodi fidelium misericordi provisione obvenerint pro dicto subsidio facienda, Sedi Apostolice specialiter reservamus, ut de illis pro defensione oportuna ejusdem Armenie vel ipsius regni Cipri aut aliarum fidelium adjacentium partium, prout salubris status eorum exegerit et expediens fore viderit, valeat salubrius ordinare.

Ceterum volumus, ac vobis vestrumque singulis in virtute obedientie districtius injungimus et mandamus ut, juxta ordinationem dudum habitam in consilio Lugdunensi, tam in cathedralibus quam in singulis vestrarum civitatum et diocesum ecclesiis poni truncum concavum faciatis, tribus clavibus consignatum, prima penes loci ordinarium, secunda penes ecclesie sacerdotem, tertia per aliquem laicum ydoneum et fidelem illius parrochie in qua truncus extiterit, per dictum eligendum ordinarium, fideliter conservandis, in quo dicti fideles, juxta quod Dominus eorum mentibus inspiraverit, suas helemosinas deponere in dictorum regnorum defensionis subcidium ac impugnationem hostium nominis crucifixi suorumque remissionemque peccaminum moneantur.

Et ut hec ab illo a quo bona cuncta procedunt facilius impetrentur, in ipsis ecclesiis semel in ebdomada certa die quam sacerdos pronunciet populo, missa publice, una videlicet epdomada, missa de sancta Trinitate, secunda de beata Virgine, tertia de sanctis Angelis et sic deinceps cum devotione et reverentia decantetur. In qualibet autem missarum hujusmodi, cum omni devotione post Agnus Dei, ante susceptionem corporis Domini, psalmum dici mandamus et decernimus infrascriptum, videlicet : Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam[9], cum : Gloria patri; et versiculis qui secuntur : Versiculus : Salvos fac servos tuos — Responsio : Deus meus sperantes

in te — Vers. : Esto nobis, Domine, turris fortitudinis — Resp. : A facie inimici — Vers. : Nichil proficiat inimicus in nobis — Resp. : Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis — Vers. : Exurge, Domine, adjuva nos — Resp. : Et libera nos propter nomen tuum.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt potestates et omnium jura regnorum, respice ad populum christianum tuum, nomen sacratissimum invocantem, ut gentes que in sua feritate confidunt potentie tue dextera conprimantur.

Alia vero oratio semper dicatur in omnibus missis : Hostium nostrorum, quesumus Domine, elide superbiam, et eorum contumaciam dextere tue virtute prosterne, per Christum Dominum nostrum. Amen.

In omnibus autem missis aliis que infra ebdomadam dicuntur, semper dicatur, post Agnus Dei et ante susceptionem corporis Domini nostri Jhesu Christi, psalmus : Deus in adjutorium meum intende[10] —, cum versiculis supra scriptis, et cum oratione : Hostium nostrorum. Hujusmodi vero elemosine et oblationes que in truncis mittentur seu deponentur eisdem, diligenter et fideliter conserventur; et ut de eis et largitionibus aliis que pia fidelium largitate provenerint, secundum dispositionem Sedis ejusdem oportuna subventio dictis fidelibus proficiscentibus in dictorum regnorum defensionem et subcidium ministretur, et nulla fraus committatur in eis, et absque diminutione qualibet fideliter conserventur, et in defensionem et subcidium hujusmodi integraliter convertende, volumus et per vos et vestrum quemlibet in vestris civitatibus et diocesibus districte precipimus observari quod dicti trunci, in presentia sacerdotis et layci predictorum ac alterius probi viri, quem ordinarius loci seu vacantis ecclesie cathedralis vicarius duxerit deputandum, quater ad minus et pluries, si hoc expediens fuerit, adhibito ad hoc tabellione publico, aperiantur in anno, et de omnibus que reperientur in eis in dictorum sacerdotis et laici ac alterius probi viri et publici tabellionis presentia, per dictum tabellionem fiant publica instrumenta, et ea que taliter inventa fuerint, in eisdem numerata fideliter et etiam consignata, ad cathedralem ecclesiam illius vel illorum locorum ubi hujusmodi trunci cons(c)istent, caute et fideliter deferantur, et in proborum virorum presentia, in tuto loco, secundum quod loci ordinarius vel ejus vicarius una cum suo capitulo ordinaverit, reponantur. De omnibus insuper que secundum premissum modum deponi continget, fiant ad minus tria publica instrumenta, quorum unum penes loci ordinarium, aliud penes ipsum capitulum, tertium vero apud ipsum sacerdotem debeant remanere, ex[h]ibenda et ostendenda, et ad Sedem Apostolicam remittenda, saltem unum ex ipsis, per ordinarium supradictum de sex mensibus in sex menses. Et ut hec pure et fideliter peragantur, et tam pii necessariique negotii subventio festina et celeris ac etiam oportuna, annuente Domino, ministretur, nec aliquid inde dematur quod pro executione tam necessarii piique negotii fuerit erogandum, et ut quos Dei timor a malo non revocat, saltem severitatis ecclesiastice censura compescat, omnes et singulos cujuscunque dignitatis ecclesiastice vel mundane, seu status, ordinis, vel conditiones extiterint, qui de predictis oblationibus vel emolumentis seu obventionibus per se vel alios aliquid recipere seu retinere aut subtrahere forte presumpserint seu premissa committentibus prebuerint consilium, auxilium vel favorem, auctoritate apostolica excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, a qua per alium quam per Romanum pontificem absolvi nequeant, preter quam in mortis articulo constituti; quo quidem cessante periculo, si se, quam cito comode poterunt, Sedi Apostolice mandatum ipsius humiliter recepturi et satisfacturi super hiis, prout suadebit justitia, contempserint presentare, in pristinam sententiam recidant eo ipso, non obstante si eis vel eorum aliquibus aut ordinibus eorumdem sub quavis conceptione verborum a Sede Apostostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenum et expressam ac deverbo ad verbum de indulto hujusmodi, eorumque personis, locis vel ordinibus, aut propriis nominibus mentionem. Datum Avinione, pontificatus nostri anno septimo[11]. »

1. Reg. *blassemus.*
2. *Hermannus* dans le numéro 1573, qui offre de nombreux passages communs avec la lettre ci-dessus.

3. Reg. *reperiis.*
4. Reg. *blassemi.*
5. Le mot manquant est donné par le c. 1166 (nº 1573).
6. Reg. *victorio.*
7. Reg. *reportarum.*
8. Reg. *cedem.*
9. Ps. LXXVIII, v. 1.
10. Ps. LXIX.
11. Le registre ne donne pas la date du jour et du mois, mais des lettres analogues ayant été faites pour tous les diocèses le 20 décembre 1322, celle que nous publions ici peut en toute vraisemblance être attribuée à la même date (cf. O. Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322 § xxxix, où se trouve un extrait de la lettre adressée à l'archevêque de Brindisi : *Dat. Avinione* xiii *kal. januarii, anno* vii, d'après un rouleau de parchemin coté nº 747, provenant des Archives d'Avignon et transporté dans celles du Vatican). Voyez, au sujet de la Croisade, nº 1683, note 1.

1572 [Avignon, 20 décembre 1322.]

Archiepiscopo [Remensi] ejusque suffraganeis, de eisdem. (Reg. 111, fol. 288, c. 1165.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo [Remensi]*[1] *et ejus suffraganeis.* Dum mentis nostre aciem et interne considerationis aspectum ad Terre Sancte subcidium ejusque flebilem statum intenta meditatione convertimus, illud cum propheta dicere cogimur : Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Grandem utique afflictionem ejus futuram idem propheta commemorans nec habens cui compararet[2] illam, cui assimilaret, cuique equaret eandem, tempestati maris ejusque amaritudini, quod, tumescentibus fluctibus, ventorum impulsione concutitur, latrunculorum patet incursibus et hyantis aque periculis prompta demersione paratur, vicina quadam illi similitudinis et formidande nobis comparatione methaphore exequavit, cum diceret : Magna est velut mare contritio tua quam undique fluctus operiunt, venantur insidi[os]e hostes, jaculantur in mortem ; sed cum illius medelam difficile propheta conspiceret, quam longo jam spiritû cernebat langore tabescere, diutina relinqui desolatione videbat, merito subjunxit, ut diceret : Quis medebitur tui? Absunt namque qui diligunt, longe sunt ab ea qui opem ferant, instant qui odiunt, gravant, ut non resurgat, finitimos quoque ejus Armenos ipsorumque regiones, et sata pro se perque alios aggrediuntur, depopulantur et vastant, sic opprimunt ut eos perimant, sic opprimunt ut vel ipsis tributum dent, sic opprimunt ut Christi nomen, quod absit, abnegata fide, aboleatur in illis, Machemoto vero nequissimo serviant, illi impudico sternantur, hostes nobis fiant ex milite, apostate ex fideli, locus postremo non maneat ubi in transmarinis partibus, si caperetur Armenia, pedem christianitas sue devotionis affigat, nam, quod dolentes referimus et magna cordis amaritudine recensemus, diebus istis novissimis, prout venerabiles fratres archiepiscopi et episcopi, ac carissimus in Christo filius noster Leo rex, ac dilecti filii nobiles viri Ossinus, comes Curchi, et gubernator ceterique barones ac populus regni Armenie nobis per suas litteras et nuntios lacrimabiliter intimarunt, Soldanus Babilonie, velut secundus nequitie Pharao, cujus cor contra Dei erat populum induratum, et Turchi, licet eos hactenus graviter afflixissent, quia christianis alia terra solida ultra marina preter Armeniam non remanserat, eam nunc de medio tollere conabantur, presertim quia fidedigna relatione perceperant Sedem Apostolicam decrevisse eisdem Armenis in tantis eorum oppressionibus, ut fidelibus, subvenire; sic que dubitans ne Franci Armenis sociati eosdem efficacius impugnarent, idem Soldanus cum Tartaris qui dudum per centum annos Armenorum amici extiterant, per quos soliti erant se a Sarracenis defendere, eisdem obsistere, illos etiam impugnare, et cum Haramano, Turcamanorum domino, perniciosam amicitiam iniit, ut triplici fultus munimine, a tribus partibus Armenie terram invaderet, quo Armenorum resistentiam partitam minueret, eos aggrederetur securius, cautius, immo severius conculcaret, quod effectus vicinior docuit et pavor eorum proximus comminatur. Nam Damordas, magnus et potens inter eos qui Armenie adjacent Tartaros, etate, ut fertur, juvenis, moribus elatus, quique ob suam in Christi fideles nequitiam ac detestanda facinora et odii virus effusum, secundus a Sarracenis dicitur Machometus, cui, et si inchoata perfecerit, suam in christianos truculentiam consummando, abhominabile Deo Machometi nomen pollicentur, ut gaudeat, offerunt ut exultet, nam letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, cum triginta mi[l]libus equitum Armenie regnum invasit, et per xxv dierum spatium quibus in ipso discurrit, ut hostis depopulatus est, vastavit, incendit et rapuit, boves quoque, oves et

cetera eorum animalia abegit, agrorum sata virentia pro equorum suorum pabulis adeo consumpsit, quod semen eis, unde deinceps sererent, non reliquit, et quia eorum hostilis in Armeniam non timebatur Tartarorum adventus, ipsique Armenie infirma et intima quoque cognoverant velut alias ubi familiarius conversati, occisis quamplurimis in planicie qui ad Armenie montes non fugerant, ac nonnullis qui in montanis et fortalitiis ejusdem fuge sue presidium posuerunt, pueris videlicet et feminis, in captivitatem abductis, effringunt ecclesias, altaria polluunt, sacerdotes occidunt, necnon abbatias, monasteria, casalia et prestarias ardentis foci flamma consumunt, quorum sic detestandus furor desevit immanius, quod non pepercit mortuis nec compassus est jam defunctis, cum eorum exhumaret corpora, sepulcra violaret, depredaretur tumulos, nuda relinqueret monumenta, sicut et viventium peculium rapuit, supellectilem spoliavit, dum conspecta queque diriperet, abscondita cupidius rimaretur. Ac deinde, post ejusdem Tartari Damordas de regno Armenie antedicto egressum, prefatus Aramanus, Turcomanorum dominus, ipsius Damordas procuratione, quin potius ne(qua)quam machinatione, cum magno exercitu idem Armenie iterato regnum invasit, vastans et dissipans quod invenit; quem quidem Damordas de die in diem rediturum expectant cum tremore valido hostilem, nec [im]merito, et terribilem ejusdem in Armeniam reditum reformidant, prout eorundem prelatorum regis, gubernatoris, baronum et populi, calamitates hujusmodi et nonnulla circa hec alia continentes, transmisse nobis antedicte littere indicabant. Sed et Soldanus idem, prefata dudum machinata nequitia, triplici volens Armenos contritione conterere, post memoratum illorum egressum, innumeram equitum et peditum multitudinem hostiliter in Armeniam Sarracenorum inmisit, que depopulata est reliqua, vastavit atque combussit Lajacium, Armenie civitatem, locum utique insignem, cum suo inibi castro demoliens, et tandem navali obsidione vel bello captum, etiam ejusdem civitatis castrum fortissimum, in mari situm, evertens, ut illud Joelis prophete in hoc etiam vaticinium impleatur : Residuum eruce comedit locusta, residuum locuste comedit brucus, et residuum bruci comedit erugo, prout ad nos post prefatas Armenorum litteras et nuntios, fide digna sed mesta relatione pervenit. Qua de re clamat oppressus ad nos velut ad patrem filius, clamat fidelis ad Romanam Ecclesiam, ultramarinus populus ut ad matrem clamat afflictus, idem ad cunctos christicolas ut ad fratres, presidium postulans, ubera requirens, monita flagitans, vires indulgentie, largitionis et subventionis exposcens. Christianitas enim, ut prefati sumus, in Armenia paupere oppressa est. Soldanus illis insultat dum obtinet, minatur dum vincit, ex ho[c] blasphemus exprobrat Deo vivo, dumque superbit impius, incenditur pauper, affligitur qui minus potest, Jherusalem in Creatoris contumeliam detinet; in confusionem fidelium, in periculum animarum depopulatur Armeniam, vastat, incendit et urit; minatur exterminium illis, sue servitutis jugum perpetuum comminatur. Efferati, ut fertur, Egiptii moliuntur, ut navigent galeas parant, iter in Ciprum intendunt, regnum quippe fidele devotum tibi, Christianitati plurimum oportunum. Nam, ut eadem habet relatio, Soldanus ipse carissimum in Christo filium nostrum Henricum, regem Cipri illustrem, quia in tanto bellorum discrimine Armenis compassus, multos eorum ac aliorum fidelium de dicto regno Armenie et castro marino Lajacii antedicto, missis navigiis ut mortis iidem vitarent periculum et inibi utcumque sustentari valerent, in Ciprum fecit adduci, diffidavit elatus, sed non sic impii non sic, sed, ut speramus in Domino tanquam pulvis quem proicit ventus a facie terre, quia novit Dominus viam justorum et iter impiorum peribit, quod, nondum elapso triennio, in eodem regno Armenie contra Soldani exercitum qui, depopulatus Armeniam, in gravi multitudine fuerat, sue clementia dignationis effecit (*sic*); nam, cum essent numero decem octo mi l lia equitum Sarraceni, christiani ducenti vel circiter, quibus vivere Christus erat et mori lucrum, in Salvatore nostro habentes fiduciam, in certis Armenie passibus Sarracenos aggredientes eosdem, sex milia ex eis equitum vel circiter ceciderunt in bello, nonnullis eorum aliis in christianorum servitutem adductis. Nunc etiam qui solitus est mirabilia in suis operari fidelibus, misericors non desistit, quippe, ut ex prefata relatione percepimus, post demolitionem Lajacii eversionemque marini castri ejusdem, dum eadem Soldani inmissa hostiliter equitum et pedi-

tum in Armeniam multitudo, sicut exultant victores, capta preda, insolentius letarentur, sexcenti Armenie milites, animo constantes et strenui, ter eadem die particulari conflictu cum longe pluribus eis ex eadem multitudine tunc sibi vicissim succedentibus hostibus habito, palmam victorie reportarunt adeo ut admiratus, qui eidem Sarracenorum multitudini preerat, recollecto militum suorum exercitu, quatuor vel quinque milia equitum, computatis hiis qui in pugna Lajacii et castri ex eis ferro perierant, deesse priori suorum numero inveniret. Nec mirum, nam clamaverunt justi ad Dominum cum tribularentur et de necessitatibus eorum liberavit eos. Verum, quia sepe mala bonis inferantur ut meliores fiant, sepe peccatoribus, ut convertantur, sepe justis, ut probentur in illis, nam vasa figuli probat fornax, homines vero justos temptatio tribulationis, qui justi sunt sicut sol in justitia maneant, nam beatus vir qui suffert temptationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vite quam repromisit Deus diligentibus se, quod boni in malis temptati crescant; crevit enim Job dum affligeretur et recepit de manu Domini duplicia; qui vero peccatores quales nos omnes esse ex humilitate existimare debemus, nam, si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est, convertamur ad Dominum et miserebitur, quia pius et misericors est et multus ad ignoscendum et per cordis contritionem, oris confessionem et operis satisfactionem scrutemur vias nostras et queramus et revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos, quia non repellet in sempiternum Dominus quia, si abjecit, et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Clamaverunt itaque ad Dominum, dum tribularentur; clamant et nunc oppressi, dum sustinent et graviora ab opprimentibus reformidant; clamant utique ad Deum; clamant ad ejus vicarium cunctosque christicolas et, ut subveniatur in tempore, devota precum instantia interpellant. Nunquid igitur nos ac universi Christi fideles, dum illius qui pro nobis in cruce passus est vulnera cernimus, afflictiones memoramus, opprobria recensemus quibus saturatus est, quique illi ab insipiente sunt tota die[4], nunquid, inquam, in tanta fidelis populi contritione, tanta miseria, tanto ejus clamore, tantoque illius pavore et nephande inpudicitie formidando metu, et, nisi celerius succurratur eidem, non incertis, continere poterimus lacrimas, premere gemitus, vis[c]era concludere pietati? Absit a mente fidelium a christicolis relegetur. Quare nos hec, et fratres nostri prefate Romane Ecclesie cardinales, maturo pensantes judicio, eadem lib(e)ra debite considerationis appendimus et ex intimis nostre mentis precordiis condolemus. Et ut tantis precaveamus dispendiis, occuramus casibus rerum, da[m]pnis animarum corporumque periculis succurramus, vias cogitamus et modos quibus hiis celeriter medela prestetur et inter cetera que nobis in presentiarum et memoratis fratribus nostris pro expedientiori se exhibent, ipsorumque Armenorum devota supplicatio continebat pec[c]uniarium a Christi fidelibus prestandum subcidium, quo Armenie et Cipri regnis predictis de frumento et ordeo aliisque victualibus et ad vitam necessariis, ac armis et stipendiariorum stipendiis quibus nunc maxime pro defensione sui Armenia indiget, succurratur necnon quod bellatores ydonei, tam equites quam pedites, illuc pro ipsius defensione Armenie ex eorundem fidelium subcidio destinentur occurrerit, donec Omnipotens, tantis ejusdem afflicti populi ac totius Christianitatis in illo tribulationis sue benignitatis miseratione compassus dextere sue potentiam extenderit adjuvamen. Ut autem premissa eo promptius eoque ferventius exequi studeant quo pro laboribus suis se premia spiritualia percepturos senserint ampliora, nos de Omnipotentis Dei misericordia[5], — concedi per Sedem Apostolicam consuevit.

Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie ac vestrorum remissionem peccaminum districtius precipiendo mandamus quatinus, mercedis hujusmodi effecti participes, vos et quilibet vestrum, in vestris civitatibus et diocesibus, per vos et quosvis religiosos et seculares quos ad hoc ydoneos duxeritis deputandos, litteras hujusmodi, quotiens eas vobis exhiberi et presentari contigerit, reverenter recipere, ac illas et indulgentias ac remissiones et alias in eis contenta publice coram populo propter hoc convocando specialiter, cum expediens visum fuerit, diligenter legere et per verbum predicationis, juxta vobis a Deo prudentiam prestitam, publicare

et vulgarisare curetis. Ad hec religiosos et seculares predictos per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, si necesse fuerit, compellentes; non obstante indulgentia, si qua religiosis ipsis vel eorum ordinibus a Sede prefata forsitan sit concessum quod se non debeant intromittere de negotiis que sibi per Sedem committuntur eandem, aut si eis ordinibusque suis seu quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede sit indultum predicta quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dispositionem autem eorum que ex hujusmodi fidelium misericordi provisione — valeat ordinare. Ceterum volumus — propriis nominibus mentionem. Datum Avinione[6]. »

1. D'après l'index du registre.
2. Reg. *compareret.*
3. Reg. *considerationibus.*
4. Psaume LXXIII, v. 22.
5. Pour les passages supprimés ici, se reporter aux passages analogues de la lettre précédente (n° 1571).
6. Au sujet de la date, voir ci-dessus n° 1571. Nous retrouvons d'ailleurs la date : *Dat. Avinione,* XIII *kal. januarii, anno septimo,* dans une lettre adressée : *Universis Christi fidelibus,* qui reproduit en grande partie celle que nous publions ici (REG. VAT. 62, *de negotiis Tartatorum,* fol. 9 ; — REG., 74, fol. 3, v°, c. 8 ; — Cf. O. RAYNALDI, *Annales eccles.*, 1322, §§ XXXIII-XXXIX, extrait).

1573 [Avignon, 20 décembre 1322.]

Episcopo Parisiensi de eisdem. (REG. 111, fol. 291, c. 1166.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Parisiensi.* Ad pie matris[1] — nominibus mentionem. Datum Avenione. »

1. Le texte de cette lettre est le même que celui de la lettre publiée plus haut (n° 1571), nous ferons les mêmes remarques au sujet de la date ; voyez aussi n° 1572, note 6.

1574 Avignon, 22 décembre 1322.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, super prorogatione solutionis decem millium librarum tur. de bonis quondam Petri, episcopi Carcassonensis[1]. (REG. 111, fol. 193 v°, c. 814.)

Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus. Ex parte vestra dudum exposito coram nobis quod, vigore contractus initi super quodam debito decem mil l ium librarum turonensium in quibus bone memorie Petro, episcopo Carcassonensi, dum viveret, ex causa tenebamini mutui, ac, virtute juramenti a vobis super hoc prestiti, eratis, sicut adhuc esse noscimini, predicti debiti solutionis termino jam elapso, ad tenendum ostagia personalia Carcassone, donec de dicto debito quod dictus episcopus in suo testamento legavit Terre Sancte passagio generali, satisfecissetis, astricti, nos, volentes in hac parte vobiscum agere gratiose, per dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, per nos ad exigendum et conservandum, nostro et Ecclesie Romane nomine, bona mobilia dicti episcopi deputatum, relaxationem super eisdem ostagiis que nunc observabatis personaliter, usque ad festum Nativitatis dominice proximo venturum, sub certis conditionibus, pactis et obligationibus appositis et factis, penarum interpositione et juramento vallatis, contractu tamen principalis obligationis alias semper in sui roboris firmitate durante, concedi per nostras certi tenoris litteras fecimus de gratia speciali. Cumque secundum conditiones, pacta et obligationes hujusmodi, vos, absque monitione et requisitione quacunque, debetis et tenemini, in predicto termino festi Nativitatis Domini, ad dicta tenenda et observanda ostagia personalia Carcassonam reverti, nisi in dicto debito satisfactionem impenderitis interim vel nos duceremus super hoc aliud ordinandum, nos, vestris supplicationibus inclinati, sub eisdem obligationibus, pactis, conditionibus, juramentis, penis et cautelis quibus estis ad revertendum Carcassonam in dicto termino Nativitatis dominiçe, pro dictis tenendis et observandis ostagiis, obligati, coram venerabili fratre Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro, renovandis, faciendis et, prout melius et utilius faciendum videbitur, ineundis ac etiam adhibendis, predictum terminum usque ad proximo instans festum beate Marie Magdalene vobis ex uberiori gratia prorogamus. Datum Avinione, XI kal. januarii, anno septimo. »

1. Voyez sur le même sujet n°s 1420, 1440-1442, 1731.

1575 Avignon, 24 décembre 1322.

Magistro Johanni de Arpadella formam litterarum apostolicarum super quibusdam negotium transmarinum tangentibus regi Franciæ scriptarum mandat, ne ejusdem Johannis verba ab ipsarum litterarum tenore quomodolibet discreparent. (Reg. 111, fol. 193 v°, c. 813.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Nuper dilecti filii Petrus, electus Vivariensis, et nobilis vir Matheus de Varenis, miles, nuntii carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad nostram presentiam destinati, certos ex parte dicti regis nobis dederunt articulos super quibusdam tangentibus negotium passagii transmarini, quibus de fratrum n[ost]rorum consilio respondimus [1], et super hoc prefato regi per eosdem rescribimus nuntios juxta formam quam continet sedula (*sic*) presentibus interclusa. Volentes igitur te super hiis reddere solicitum et attentum, discretioni tue presentium tenore mandamus quatinus punctatim et seriose videas et plene recolligas omnia et singula que in carta hujusmodi contine[n]tur ut, si te coram eodem rege vel ejus consilio super premissis aliquid loqui vel dicere forcitan expedire[t], adeo prudenter et provide si[s] previsus quod nichil loquaris vel dicas quomodolibet circa illa quod a dictis et responsionibus nostris husjusmodit aliquatenus discreparet, nos nichilominus redditurus de omnibus que super predictis audiveris certiores. Datum Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1. 5 décembre 1322 (n° 1562). Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1576 Avignon, 24 décembre 1322.

Carolo Valesii responsiones super certis articulis passagium transmarinum tangentibus a Caroli, regis Franciæ, nuntiis præsentatis, mittit. (Reg. 111, fol. 194, c. 817.)

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, regi[s] Francie filio, comiti Valesii.* Tuam, fili, supponimus magnificentiam non latere qualiter dilecti filii Petrus, electus Vivariensis, et nobilis vir Matheus de Varenis, miles, nuntii carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, nuper ad nostram presentiam accedentes, certos dederunt nobis ex parte dicti regis articulos super quibusdam tangentibus negotium passagii transmarini. Et licet teneamus indubie tibi responsiones quas de fratrum nostrorum consilio fecimus ad predicta et super quibus dicto regi rescribimus reserandas [1], ut tue tamen excellentie plenius innotescant, illa tibi mittimus in cedula presentibus interclusa. Datum Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1. Voyez n° 1562.

1577 Avignon, 24 décembre 1322.

Raymundo de Balaeto de diversis pecuniarum summis quas quondam G. de Balaeto, archidiaconus Forojuliensis, capellanus apostolicus, nuntius in regno Siciliæ, Campaniæ Maritimæque ac Beneventi rector, germanus suus, receperat, dum vivebat, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 405, c. 1702.)

« *Raymundo de Balaeto de Suriaco, Sarlatensis diocesis.* Cum sicut in — Dat. Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1578 Avignon, 30 décembre 1322.

Magistro Armando de Narcesio, ut detentores peculii et bonorum quondam Raydulfi, decani decanatus de Gaya, ordinis Cluniacensis, Trecensis diocesis, ad restitutionem compellat. (Reg. 111, fol. 403, c. 1694.)

« *Dilecto filio magistro Armando de Narcesio, decano ecclesie sancti Stephani de Tescone Montisalbani.* Dudum apud Sedem — Datum Avinione, III kal. januarii, anno septimo. »

1579 Avignon, 7 janvier 1323.

Johanni, duci Britanniæ, respondet se negotium, cujus ratione Geraldus de Bisturre, decanus Andegavensis, ad curiam apostolicam missus erat, expedire quoad præsens non posse. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 818.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie.* Super sol[l]icita diligentia — Datum Avinione, VII idus januarii, anno septimo. »

1580 Avignon, 7 janvier 1323.

Littera de securo conductu pro Bertrando de Capdenaco, magistro hostiario, et Raymundo de Villanova, ad comitem Sabaudiæ missis. (Reg. 111, fol. 387, c. 1609.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum quorumcumque, necnon et nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et communitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectos filios — merito debeamus[1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante.

1581 Avignon, 7 janvier 1323.

In e. m. pro dicto R[aymundo] de Villanova. (Reg. 111, fol. 387, p. c. 1609.)

« *Item fiat alia in eumdem modum, excepto quod dominus R. de Villanova preponatur. Datum Avinione,* VII *idus januarii, anno septimo.* »

1582 Avignon, 8 janvier 1323.

Comiti Sabaudiæ ad curiam venienti, de proximo adventu ejus ad Niciam, instanti die lunæ, congaudet eique Bertrandum de Capdenaco et Raymundum de Villanova, milites, mittit. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1608.)

« ..., *comiti Sabaudie.* Leti magnitudinis tue — Datum Avinione, VI idus januarii, anno septimo. »

1583 Avignon, 10 janvier 1323.

Hugoni de Engolisma, ut in assignationibus quorumdam bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, tam Guillelmo, nunc Carcassonensi episcopo, quam executoribus testamenti dicti Petri faciendis, procedat, licet in litteris apostolicis super hoc missis de reservatione thesaurarii bonorumque mobilium et quibusdam aliis mentio non habeatur. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 820; fol. 198, c. 849.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Quia quedam nostre — Datum Avinione, III idus januarii, anno septimo. »

1584 Avignon, 13 janvier 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, super adimpletione conditionum appositarum in tractatu matrimonii inter filiam ejus et Guigonem, dalphinum Viennensem. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 819.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Nuper, filia carissima, relatione dilecti filii magistri Petri de Fretis, clerici et nuntii tui, ad nostram presentiam cum litteris credentie destinati, admiranter percepto quod quidam, nescitur quo ducti spiritu, dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, trahere per devium moliuntur quod, omisso matrimonio dudum inter ipsum et carissimam in Christo filiam nobilem mulierem... inclite recordationis Philippi, regis Francie et Navarre, viri tui, et tuam natam, per verba de presenti contracto, cum alia contraheret procurabant, nos dilecto filio Henrico, electo Metensi, dicti dalfini patruo, gubernatori Dalfinatus e vestigio dreximus super hoc scripta nostra[1], qui quidem electus nobis per suas litteras rescriptivas respondit et obtulit insuper se paratum facere compleri per eundem dalfinum ea que super dicto matrimonio perficienda restabant, dum tamen illa, que promissa sibi fuerant, opere complerentur, quodque nuntios suos et litteras pridem ad tuam magnificentiam specialiter super hoc destinarat, quibus duxeras respondendum quod, cum carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, ad solutionem dotis promisse pro dicto matrimonio teneretur, super solutione illius impendenda instares, ut posses comodius, apud eum, et alia faceres et compleres ad que, secundum conventiones initas super hoc,

tenebaris. Cum autem dictus electus asserat quod sibi et dicto dalfino non modicum existeret onerosum apud eundem regem onus et anxietates dotis hujusmodi repetende subire, serenitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, premissis in scrutinio recte considerationis adductis, dotis solutionem predicte et aliorum premissorum omnium complementum sic per te studeas integraliter procurare, quod dictum dalfinum et partem suam ad alium quam ad te pro predictis recurrere non sit opus, sed tollatur omnino materia predictum matrimonium amplius occasione hujusmodi differendi. Datum Avinione, idibus januarii, anno VII°. »

1. Voyez n° 1564.

1585 Avignon, 17 janvier 1323.

Regem Franciæ rogat ut erga Amanavum de Astariaco se clementem exhibeat. (Reg. 111, fol. 194, c. 815; — L. Guérard *Doc. pont.*, t. II, p. 68, n° 215.)

« .., *regi Francie illustri.* Dudum, fili carissime, antequam ascenderes ad solium regie dignitatis, pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astariaco, familiari nostro, contra quem tuam magnificentiam dicebatur ling[u]a tertia irritasse, preces nostras eidem magnificentie meminimus obtulisse, quas benivolentia tua benigne recipiens, ipsas ad exauditionis gratiam benignius introduxit[1]. Sane quia, sicut audivimus, prefatus nobilis ad presentiam regiam ducitur arrestatus causamque ductionis hujusmodi penitus ignoremus, providentiam regiam duximus affectu ampliori quo possumus deprecandam quatinus, si casus conditio pro quo ducitur misericordia egeat, sic, nostre interventionis obtentu, dignetur circumspectio regia rigorem justitie clementia temperare quod nos, qui nobis impensum proprie ascribemus quidquid gratie aut favoris prefato nobili impensum fuerit in hac parte, constringamur ad regia beneplacita fortius, ipseque nobilis et omnes cari sui ad obsequendum promptius et devotius excellentie regie merito teneantur. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium in hiis et aliis dirigat et ab omni adversitate protegat et defendat. Datum Avinione, xvi kal. februarii, anno septimo. »

1. Voyez n° 1235.

1586 Avignon, 17 janvier 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, ut apud dictum regem pro eodem Amanevo partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 194, c. 816; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 69, n° 216, non publié.)

« *Marie, regine Francie et Navarre illustri.* Pro dilecto filio — Datum ut supra. »

1587 Avignon, 17 janvier 1323.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 111, fol. 194, p. c. 816; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1588 Avignon, 18 janvier 1323.

Jordano de Insula ne quemquam ad duellum provocet. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 850; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 69, n° 217.)

« *Nobili viro Jordano de Insula, militi, familiari nostro.* Volens, fili, ad duelli certamen prudenter alium provocare, inter alia precipue consideranter debet attendere quod causa, pro qua vult provocationem hujusmodi facere, sit [ad] spectaculum hujusmodi reputanda sufficiens, et an ei suffragetur veritas sufficienterque nequeat alias comprobari, et, adhuc concurrentibus omnibus supradictis, nisi ex victoria talis certaminis utilitas evidens et notabilis provocanti vel rei publice spераretur probabiliter proventura, esset ab ea tutius abstinere quam ad eam faciliter prosilire. Ideoque nobilitati tue salubriter suadentes, eandem duximus in Domino deprecandam quatinus, hec cogitans et recogitans diligenter, ad provocandum quenquam ad tale certamen[1], in quo quidem divina providentia nonnunquam, nescitur quo occulto judicio, agonizantem juste permittit succumbere, te nolis facilem exhibere, nichilominus provisurus quod illum non prosequaris per talia quem non sine gravi dispendio posses a tui conjunctione sanguinis separare. Pro commissis autem contra nos nullum a quoquam

provocari ad talia volumus, quin immo, quantum expressius possumus, inhibemus; quod si forsan a quoquam contingeret fieri, curaremus sic provocati s[1] in omni curia, prout possemus, melius providere. Datum Avinione, x kal. februarii, anno VII. »

1. Il s'agit du vicomte de Lomagne (voy. n° 1596).

1589 Avignon, 18 janvier 1323.

Molismensi et sancti Stephani de Divione abbatibus, ut capitulum ecclesiæ Lingonensis, quod de bonis mensæ Lingonensis, sede per Guidonis episcopi obitum vacante, receptis rationem reddere recusat, personaliter citent. (Reg. 111, fol. 403 v°, c. 1695.)

« *Dilectis filiis.., Molismensis, et.., sancti Stephani de Divione, Lingonensis diocesis, monasteriorum abbatibus.* Sua nobis venerabilis — Datum Avinione, xv kal. februarii, anno septimo. »

1590 Avignon, 18 janvier 1323.

Eisdem, ut Henricum de Salinis, canonicum Lingonensem, qui, certa questione inter Ludovicum, Lingonensem episcopum, et capitulum Lingonense adhuc pendente, contra inhibitionem apostolicam minas feroces officiali ejusdem episcopi inferre præsumpsit, citent. (Reg. 111, fol. 404, c. 1696.)

« *Eisdem judicibus.* Ex gravi conquestione — Datum ut supra. »

1591 Avignon, 21 janvier 1323.

Judici majori Provinciæ, quod deliberet si accessus ejus ad certas partes fructuosus fore videatur. (Reg. 111, fol. 387, c. 1610.)

« *Dilecto filio magistro Bonifacio de Fava, judici majori Provincie.* Litteras tuas et alias in eis interclusas quas nobis destinare curasti recepimus et in utrisque contenta vidimus et intelleximus diligenter, super devotione devotorum illarum partium congaudentes in Domino et eam plurimum commendantes, ac circa reductionem indevotorum ad devotionem et obedientiam adhibere proponentes, actore Domino, consilium oportunum. Accessus autem tuus ad partes illas nobis esset acceptus admodum, sed veremur quod, propter novitates que secute dicuntur, non esset, sicut illis cessantibus, fructuosus. Hoc autem tuo, qui plenius potes percipere predicti accessus exitum, duximus arbitrio relinquendum. Dat. Avinione, xii kal. februarii, anno septimo. »

1592 Avignon, 23 janvier 1323.

Petrum Danrocha Petro de Nogareto, thesaurario Burdegalensi, litterarum apostolicarum auditori, in limitatione territoriorum castrorum Pontis Sorgiæ et Bidaridæ cum Jacobo de Mutina, canonico Cameracensi, sacri palatii causarum auditore, facienda subrogat. (Reg. 111, fol. 404 v°, c. 1700.

« *Dilecto filio Petro Danrocha, archipresbytero ecclesie de Capdroto, Sarlatensis diocesis.* Dudum ad nostri — Datum Avinione, x kal. februarii, anno VII°. »

1593 Avignon, 3 février 1323.

Henrico, electo Metensi, quod gentem armigeram congregare desinat, treugasque cum adversariis suis indictas inviolabiliter observare studeat. (Reg. 111, fol. 387, c. 1611.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Causam subesse tibi — Datum Avinione, iii nonas febroarii, anno septimo. »

1594 Avignon, 3 février 1323.

Gasberto, Massiliensi episcopo, et Geraldo de Capmulo, regimen et administrationem ecclesiæ Avinionensis, Apostolicæ Sedi reservatæ, committit. (Reg. 111, fol. 407 v°, c. 1713.)

« *Venerabili fratri Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro, et dilecto filio magistro Geraldo de Capmulo*[1], *archidiacono Caturcensi, ecclesie Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicariis generalibus auctoritate apostolica deputatis.* Dudum ecclesiam Avinionensem — Datum Avinione, iii nonas februarii, anno septimo. »

1. *Campmulo*, dans le registre, mais la lettre *m* a été exponctuée.

1595 Avignon, 4 février 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, ut de statu Caroli, regis, et Mariæ, reginæ Francorum, sæpins scribat. (Reg. 111, fol. 195, c. 821.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Grata nobis est admodum sollicitudo[1] quam tua fraternitas vigilanter adhibet in significandis nobis sepius que tue occurrunt prudentie nuntianda, super quo tuam diligentiam, que utique non caret erga nos sincere devotionis indicio, plurimum in Domino commendantes, illam rogamus et hortamur attente quatinus, in hujusmodi laudando proposito stabiliter perseverans, continuare non desinas quod sic provide inchoasti; et quia votivum nostris accedit affectibus de statu carissimorum in Christo filiorum nostrorum K., regis, ac Marie, regine Francie et Navarre illustrium, quos optamus, eis gratia suffragante divina, sospitate perfrui, audire sepius certa nova, fraternitati tue id etiam suademus ut, quotiens se tibi oportunitas offerre [t], super hiis et aliis de quibus expedire cognoveris, frequenter studeas nos reddere certiores. Datum Avinione, II nonas februarii, anno septimo. »

1. Reg. *sollicitudine.*

1596 Avignon, 4 février 1323.

Bernardo Jordani, militi, P. de Cunho, nuntium suum remittit; de ejusdem nuntii mora ac de dilata responsione excusationem petit præfatumque Bernardum hortatur ut circumspecte cogitet an expediat Jordanum de Insula, fratrem suum, ad duellum in curia Franciæ Bertrandum, vicecomitem Leomaniæ, provocare. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 851; — L. Guérard, *Doc. Pont.*, t. II, p. 70, n° 218.)

« *Nobili viro Bernardo Jordani, militi, domino Insule, familiari nostro.* Nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium P. de Cunho, tuum nuntium, presentatas, solita benignitate recepimus, et tam ea que in ipsis continebantur quam que nuntius ipse, pro parte tua, nobis curavit exponere pleno collegimus intellectu. Sane, quia multis et arduis negotiis nobis ingruentibus occupati, deliberare super illis adhuc ad plenum nequeamus, nec pro nunc tue nobilitati per consequens respondere, licet profecto nuntius ipse super hoc apud nos oportune institerit et sepius importune, ne tamen ulterior ipsius nuntii mora tuum forte gravaret animum, illum tibi duximus remittendum. Nos autem adhuc super dictis agendis plenius, actore Domino, deliberare ac tibi respondere disponimus, oportunitate capta. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus super mora ac dilata responsione hujusmodi, dictum nuntium habeas rationabiliter excusatum, nec cujuvis scripture seu verbo tua nobilitas credulam fidem adhibeat quod dictus nuntius super fratris sui promotionem apud nos aliquando institerit directe vel etiam indirecte, cum nec quicquam etiam ipsum exposuisse percepimus quod a sibi per te impositis aut a tua mente verisimiliter discreparet. Ad hec, quia relatione fide digna percepimus quod dilectus filius nobilis vir Jordanus de Insula, frater tuus, disponit dilectum filium nobilem virum Bertrandum, vicecomitem Leumanie, ad certamen duelli in curia Francie provocare, providentia tua an hoc expediat cogitet circumspecte. Ut autem quod dicto Jordano super hoc scribimus[1], tua nobilitas non ignoret, ecce quod cedula tibi patefaciet presentibus interclusa. Dat. Avinione, II nonas februarii, anno VII. »

1. Voyez n° 1588.

1597 Avignon, 5 février 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, concedit ut usque ad biennium votum quod de visitando limina beati Jacobi apostoli emisit, complere non teneatur. (Reg. 111 fol. 195, c. 722.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Cum sicut ex — Datum Avinione, nonis februarii, anno septimo. »

1598 Avignon, 8 février 1323.

Unum capellanum in capella beatæ Mariæ prope portam Aurosam in civitate Avinionensi instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 17 v°, c. 40; — Reg. 82, cur. fol. 2 v°, c. 6[1].)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus augmentum animarumque salutem solicitis studiis intendentes, ad horum promotionem eo libentius operam solertem impendimus quo per hoc magis gratum Altissimo credimus obsequium exhibere. Sane felicis recordationis Gregorius papa X, predecessor noster, inter cetera statuit in concilio Lugdunensi quod ita ordinum professoribus quibus victum questus publicus ministrabat, quibusdam exceptis, liceret in eisdem ordinibus remanere, si vellent, quod nullum ad eorum professionem admitterent, nec de novo locum aliquem seu domum acquirerent, neque loca seu domos, que tunc habebant, que dispositioni Sedis Apostolice reservavit in Terre Sancte subsidium aut pauperum vel aliorum usus per locorum ordinarios vel alios quibus id Sedes ipsa convertenda committeret, alienare possent absque Sedis predicte licentia speciali, decernentes irritum et inane si secus super hiis contigerit attemptari, et in contrarium facientes excommunicationis sententia promulgata. Cum autem, sicut accepimus, fratres ordinis Penitentie Jhesu Christi, qui existebat unus de ordinibus memoratis, locum quem prope portam Aurosam in civitate Avinionensi obtinuerunt, duxerint deserendum, nullusque de illo absque auctoritate Sedis ejusdem disponere potuerit neque possit, statuto obstante predicto, nos, dictum locum ad pios usus deputare volentes, auctoritate apostolica statuimus, volumus et etiam ordinamus quod in capella beate Marie dicti loci unus presbyter idoneus per episcopum Avinionensem qui pro tempore fuerit instituendus, qui eidem capelle condecenter deserviat in divinis, ac infirmorum et pauperum ad hospitale dictum : Petitum civitatis predicte confluentium curam gerat, eisdem confessionis, eucharistie et extreme unctionis sacramenta, quotiens opus fuerit, ministrando eorumque corpora, cum decesserint, in cemeterio infra dictum locum deputato tradendo ecclesiastice sepulture, perpetuis temporibus habeatur. Volumus autem quod dictus presbyter pro sustentatione sua dictum locum cum capella, domibus, logiis, ortis, possessionibus, proventibus et omnibus juribus et pertinentiis suis, prout confrontatur cum rivo aque, ex parte una, et, ex altera, cum via publica qua itur de dicta porta Aurosa versus flumen Rodani, ac dicti ordinis fratres illum tenebant, habeat, teneat et possideat, legata et oblationes ibidem obvenientia recipiat pacifice et quiete, quas quidem oblationes ac legata et locum predictum cum omnibus juribus et proventibus, obventionibus et pertinentiis suis pro victu et sustentatione dicti presbyteri et servitorum suorum auctoritate predicta concedimus, donamus et in perpetuum assignamus, capellam, cimiterium et locum predicta ab omni jure parrochiali quoad premissa penitus eximentes. Nulli ergo etc. nostrarum constitutionis, volontatis, ordinationis, concessionis, donationis et assignationis infringere etc. Datum Avinione, VI idus februarii, anno septimo. »

1. Dans ce dernier registre, la lettre figure encore une fois sous le même numéro, dans la forme abrégée : « *Ad perpetuam rei memoriam. Rubrica.* Ad divini cultus augmentum animarumque salutem solicitis studiis intendentes, etc. ut in proxima superiori per totum usque in finem. Dat. ut supra. »

1599 Avignon, 13 février 1323.

Rostagnum Davini rectorem ejusdem capellæ beatæ Mariæ prope portam Aurosam Avinionensis civitatis instituit. (Reg. 82, cur. fol. 3, c. 8.)

« *Dilecto filio Rostagno Davini, rectorem capelle beate Marie prope portam Aurosam Avinionensis.* Meritis tue probitatis — Dat. Avinione, idus februarii, anno septimo. »

1600 Avignon, 15 février 1323.

Arnaldum de Brusaco de monasterio de Gondonio, Cistertiensis ordinis, Agennensis diocesis, motu proprio ad monasterium de sancto Andrea, sancti Benedicti ordinis, Avinionensis diocesis, transferens, præposito Avinionensi, archidiacono Beneventano et succentori Albiensi mandat ut eumdem Arnaldum recipi faciant in dicto monasterio de sancto Andrea in monachum. (Reg. 111, fol 404 v°, c. 1701.)

« ... *preposito Avinionensi.., archidiacono Beneventano, et... succentori Albiensi.* Apostolice Sedis gratiosa — Datum Avinione, XV kal. martii, anno septimo. »

1601 Avignon, 20 février 1323.

Bertrando de Auriaco et Bernardo Amorosi, ut debita quæ quondam Petro, episcopo Carcassonensi, solvenda erant, exigant et recipiant. (Reg. 111, fol. 195, c. 723.)

« *Dilecto filio Bertrando de Auriaco, canonico Montisregalis, et Bernardo Amorosi, rectori ecclesiarum de Mossolenchis, Carcassonensis diocesis.* Intendentes dudum de — Datum Avinione, x kal. martii, anno septimo. »

1602 Avignon, 21 février 1323.

Henrico, electo Metensi, ut Gerardum Francisci, scutiferum Amadei, comitis Sabaudiæ, tunc apud Sedem Apostolicam existentis, quem gentes ejus, durantibus treugis, apud Mirabellum ceperant, liberet. (Reg. 111, fol. 387, c. 1612.)

« *Eidem* [*Henrico, electo Metensi*]. Non absque displicentia — Datum Avinione, IX kal. martii, anno septimo. »

1603 Avignon, 4 mars 1323.

Eumdem electum Metensem iterum hortatur ut dictum Girardum Francisci, familiarem comitis Sabaudiæ, libertati restituat. (Reg. 111, fol. 387 v°, c. 1613).

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus Viennensis.* Licet detentio [1] Girardi — Datum Avinione, IIII nonas martii, anno septimo. »

1. *Sic*, pour *detenti*.

1604 Avignon, 9 mars 1323.

Regem Franciæ hortatur ut, ad dissentiones quæ in partibus Vasconiæ inter nobiles oriuntur sopiendas, studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 827; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 71, n° 219.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Ad ea, fili — Datum Avinione, VI idus martii, anno septimo. »

1605 Avignon, 9 mars 1323.

Reginæ Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 828; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 72, n° 220, non publié.)

« *Dicte regine* [*Francie*]. Supponentes, carissima filia, — Datum ut supra. »

1606 Avignon, 9 mars 1323.

Comiti Valesii super eodem. (Reg. 111, fol. 196, c. 829; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 72, n. 221, extrait.)

« *Comiti Valesii predicto.* Quia ad pacis — Datum ut supra. »

1607 Avignon, 14 mars 1323.

Bertrandum Cariti et Raymundum de Parisius de certa pecuniæ summa de bonis et peculio Odonis, olim prioris prioratus sancti Martini in Valle, Carnotensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, et de ejusdem prioratus fructibus collecta quam Cameræ apostolicæ assignaverant, quittat. (Reg. 111, fol. 407, c. 1710.)

« *Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensis, et Raymu*[*n*]*do de Parisius, canonico Turonensis ecclesiarum.* Ex parte vestra — Datum Avinione, II idus martii, anno septimo. »

1608 Avignon, 15 mars 1323.

Electo Metensi, gubernatori Dalphinatus Viennensis, ut ad pacem cum archiepiscopo Lugdunensi, domino Bellijoci et natis Amedei, comitis Sabaudiæ, firmandam, treugas prius indictas prorogare necnon procuratores ad curiam apostolicam mandare velit. (Reg. 111, fol. 387 v°, c. 1614.)

« *Electo gubernatori predicto.* Nuper deducto ad nostri apostolatus auditum quod venerabilis frater noster.., archiepiscopus Lugdunensis, et nobiles viri dominus Bellijoci, in terris eorum, ac Eduardus et Aymo, nati dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, per ballivum ipsius comitis publice mandari fecerant de armorum gentibus congregandis, fecerant

etiam fieri machinas quamplures et eas in quadrigis poni, ex quibus habebat comunis opinio quod hec fiebant ad nocendum[1] dilecto filio nobili viro domino de Monteluello in terra, bonis et fortalitiis que idem nobilis a dilecto filio nobili viro Dalfino Viennensi tenet in feudum, et quod, ex adverso, idem Dalfinus vel tu, ejus nomine, gentes vestras armigeras paraveratis ad resistendum vel nocendum eisdem, nos, attendentes, quod ex talibus mandamentis seu paramentis, si procederetur ulterius, multa hinc inde possent periculosa scandala suscitari et bonum pacis utrinque, si Deus dederit, reformande, ad quod ferventer intendimus, impediri, ac volentes predictis scandalis obviare, per dilectum filium Symonem, tituli sancte Prisce presbyterum ac Lucham, sancte Mariæ in Via Lata diaconum cardinales, requiri eundem comitem in Romana curia existentem, sibique ex parte nostra fecimus suaderi quod sic faceret et ordinaret, sicque provideret super hiis de remedio oportuno, quod per dictos archiepiscopum et dominum Bellijoci ac filios suos non procederetur ulterius in premissis; et ultra hec, cum treuge inter dictos comitem et Dalphinum hactenus indicte essent modico tempore, scilicet usque ad Pascha dumtaxat proximum, sibi per cardinales predictos aperiri fecimus mentem nostram, quomodo videlicet affectabamus intense quod dicte treuge, de partium consensu, deberent ad aliquod tempus accomodum prorogari, ita quod, medio tempore, dictarum treugarum posset commodius de vestra et ejusdem comitis pace tractari. Cum autem idem comes circa premissa sibi ex parte nostra proposita multum se reddiderit liberalem, supra se recipiendo quod archiepiscopus, dominus Bellijoci et filii sui predicti ab omni hujusmodi convocatione et congregatione gentium armorum et qualibet invasione cessabunt usque ad Pascha prefatum, et super hoc eisdem suas litteras miserit speciales, et etiam circa treugas prorogandas stare ordinationi nostre se asseruit, dummodo treugas taliter firmemus easdem, quod non sine magnis penis violari valeant seu infringi, discretionem tuam monemus, requirimus et rogamus attente, tibi nichilominus sano consilio suadentes quatinus, postquam tibi constiterit quod dictus archiepiscopus et alii prenominati, sicut idem comes promisit, cessent a convocatione, congregatione et invasione predictis, tu etiam facias illud idem, nec contra ipsos aliquam facias novitatem, sed, si quod mandamentum forsan pro hujusmodi fecistis negotio de armorum gentibus congregandis, illud studeas revocare. Ut autem, pro prorogandis et firmandis treugis predictis tutius[2] procedere valeamus, volumus quod, quantocius comode poteris, duos vel tres tractatores, viros providos et discretos, de quibus plene possis confidere, cum pleno mandato et potestate ad tractandum, prorogandum, ineundum et firmandum treugas antedictas, ipsasque pena, juramentis, obligationibus et stipulationibus tuo et dicti Dalphini nomine roborandum, ad nostram presentiam destinare procures, ita quod ante finem dictarum treugarum hujusmodi prorogatione secuta, absque guerrarum periculo, inter te et dictum Dalphinum et comitem memoratum pacem firmam et concordiam tractare et perficere, actore Domino, valeamus. Quod si forte alicui vel aliquibus super firmandis treugis predictis, ita latam nolles, te inconsulto, concedere potestatem, illi saltem quos mittes, potestatem habeant tractandi super treugis predictis et refferendi tibi et Dalphino predicto, ita quod illud quod per ipsos pro parte altera fuerit concordatum, per te et dictum Dalphinum valeat acceptari et etiam roborari. Ceterum discretionem tuam requirimus et rogamus attente quod, postquam tibi constiterit dictum archiepiscopum et alios prenominatos a predictis novitatibus omnino cessare, te personaliter conferas ad locum aliquem Romane curie convicinum ut, in trac[ta]tibus treugarum et pacis inter te dictumque Dalphinum, ex parte una, et prefatum comitem, ex altera, habendis et perficiendis feliciter, dante Deo, cum expedierit, de facili tuam habere possimus presentiam, ut per eam voluntas et consensus tuus possit super eis sciri et obtineri faciliter, ne contingat, propter tui distantiam, treugas et pacem hujusmodi retractari. Datum Avinione, idibus marcii, anno septimo. »

1. Reg. *noscendum.*
2. Reg. *totius.*

1609 Avignon, 15 mars 1323.

Regi Franciæ Archambaldum, comitem Petragoricensem, familiarem ipsius, qui nonnulla in regali curia

expedire habet, commendat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 825.)

« *Eidem* [*regi Francie*]. Pro dilecto filio — favorabiliter prosequaris [1]. »

1. Pour la date, voyez ci-après n° 1614.

1610 Avignon, 15 mars 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, de eodem. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 826.)

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Francie et Navarre illustri*. Pro dilecto filio — partes tuas. »

1611 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Carolo, comiti Valesii. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1612 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Petro Roderii, canonico Parisiensi, regis cancellario. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1613 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1614 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Johanni de Cerchemont : *Datum Avinione, idibus marcii, anno VII°*. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1615 Avignon, 16 mars 1323.

In e. m. Stephano de Mornayo : xvii *kal. aprilis, eodem anno*. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1616 Avignon, 16 mars 1323.

Raymundum de Balaeto de certis pecuniarum summis quas nomine quondam Guillelmi de Balaeto, archidiaconi Forojuliensis, capellani apostolici, germani sui, tunc in Anglia nuntii, Cameræ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 405 v°, c. 1703.)

« *Eidem Raymundo de Balaeto*. Cum per rationes — Dat. Avinione, xvii kal. aprilis, anno septimo. »

1617 Avignon, 18 mars 1323.

Regem Franciæ iterum rogat ut cum Amanevo de Astaraco, qui Parisius detinetur, clementer et misericorditer agat. (Reg. 111, fol. 197, c. 839; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 73, n° 223.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Excellentie regie nuper preces nostras pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astayraco, familiari nostro, qui arrestatus detinetur Parisius, quod, eo casu quo super illis pro quibus detinetur egeret gratia, illam apud ipsam, rigore justitie temperato clementia, reperiret sine lesione juris alterius, meminimus obtulisse [1], ad que tua sublimitas nobis duxit rescriptivis litteris respondendum quod, causa captionis dicti nobilis, cujus eras inscius, tibi per relationem dilecti filii nobilis viri senescalli Tholosani, qui ad tuam presentiam erat venturus breviter, reserata, nostri contemplatione, faceres super hoc que bono modo valerent fieri, justitia non offensa. Sane, fili carissime, quia pro justitia quam in tua curia promptam esse semper quibuscunque supponimus, nequaquam precum nostrarum emanavit instantia, sed potius pro gratia obtinenda, si ea dictus nobilis, ut premittitur, indigeret, preces nos urget caritas, quam ad dictum nobilem gerimus, super hoc iterare, quam quidem, fili, si faciendam duxeris, partis, si qua appareat, justitia non offensa, reprehendi nequaquam poteris, quia rex regum et dominus dominantium hoc docuit et reges presertim catholici in hoc plerumque, cum hoc causa suggessit probabilis, ipsius sunt severitati justitie preferentes clementiam invitati. Ad clementiam autem rigori justitie preferendam possunt, in casu presenti, benignitatem regiam probabiliter inclinare juvenilis etas ejusdem nobilis, que non sicut matura est obediens rationi, adhuc et grata obsequia impensa sepius a suis progenitoribus domui regie, ac que idem nobilis personaliter, non est diu, impendere studuit,

et erit paratus, dum vixerit, Domino annuente ; rursus et patris pietas, cui est unicus, quem filii pena plus affligeret quam ipsum etiam sustinentem ; postremo et nostre interventionis obtentus, quo a regali benivolentia posse ampliora speramus consequi, [et] ad gratiam ipsam credimus inclinari, quam, ut alias scripsimus, nobis factam propriissime ascribemus. Datum Avinione, xv kal. aprilis, anno septimo. »

1. 17 janvier 1323, n° 1585.

1618 Avignon, 18 mars 1323.

Reginæ Franciæ, ut eumdem Amanevum commendatum habeat et pro eo partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 197, c. 840; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 74, n° 224, non publié.)

« *Dicte regine Francie.* Nuper tibi, filia — fuerit ascribemus[1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui suit.

1619 Avignon, 18 mars 1323.

In e. m. Carolo, comiti Valesii : *Datum ut supra.* (Reg. 111. fol. 197 v°, p. c. 840; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1620 Avignon, 18 mars 1323.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras deprecatorias pro Amanevo de Astaraco Carolo, regi, Johannæ, reginæ, et aliis curiæ Franciæ magnatibus destinatas, eisdem, si dicto Amanevo expediens videtur, præsentet. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 841 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 75, n° 225.)

« *Magistro Johanni de Arpadella.* Cum pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astariaco, familiari nostro, carissimis in Christo filiis nostris Carolo, regi, et Marie, regine Francie et Navarre illustribus, necnon et dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, ac aliis curie Francie magnatibus, diversas nostras deprecatorias litteras destinemus, volumus et tue discretioni mandamus quatinus, si dictus Amanevus dictas litteras tibi duxerit exhibendas, prefatis quibus diriguntur eas studeas presentare. Datum ut supra. »

1621 Avignon, 18 mars 1323.

Dicto Amanevo de eisdem. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 842 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 75, n° 226.)

« *Amanevo de Astairaco, familiari nostro predicto.* Super precibus quas — Si vero tibi videatur expedientius quod per dilectum filium magistrum Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, capellanum nostrum, prefatis quibus diriguntur dicte littere presententur, eidem, cui super hoc scribimus, ipsas procures litteras exhibere. Datum ut supra. »

1622 [Avignon, 18 mars 1323.]

Galchero de Castellione respondet quod ipse quosdam in curia libenter audiet. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 843.)

« *Galchero de Castelhione, comiti Portiensi, constabulario Francie.* Libenter, fili, illum videremus et audiremus militem, illumque ad nostram presentiam, si causa se offerret probabilis...[1] ; quia tamen se non offert presentialiter, vocaremus de quo in tue nobilitatis litteris mentio habebatur. Sane, si miles ipse ad castrum suum, quod non multum distat a curia, declinaret, inde possemus eum probabilius vocare[2]. »

1. Il y a ici une lacune évidente.
2. Cette lettre a le même objet que la suivante, et, sans doute, la même date.

1623 Avignon, 18 mars 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, de eisdem. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 844.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Illum letanter qui, ut scripsisti, nobis loqui desiderat, audiremus, et utique ipsum destinandum ad nostram presentiam credebamus, sed ipsum vocandi occasionem probabilem non habemus. Illum quoque qui super certis nobis loqui negotiis expediret, adhuc libentius audiremus, si ejus presentiam haberemus, sed ipsum vocandi causam non habemus probabilem ; sed, si ad castrum suum descenderet, inde ipse, non vocatus, ad nostram posset se conferre presentiam, vel nos ipsum etiam personaliter evocare. Datum ut supra. »

1624 Avignon, 19 mars 1323.

Guidoni de Convenis, quod patienter sustineat aliquas injurias per gentes Alienordis, comitissæ Montisfortis, sibi latas, donec pax inter ipsos valeat reformari. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 845; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 76, n° 227.)

« *Nobili viro Guidoni de Convenis.* Displicenter audivimus que — Datum Avinione, XIIII kal. aprilis, anno VII°. »

1625 Avignon, 19 mars 1323.

Johanni, duci Lotharingiæ, respondet religiosas curæ ac directioni fratrum Prædicatorum ordinis deputatas, ab eorum potestate subduci non posse et excusationem petit. (Reg. 111, fol. 259, c. 1079.)

« *Johanni, duci Lothoringie.* Rem novam a — Datum Avinione, XIIII kal. aprilis, anno septimo. »

1626 Avignon, 23 mars 1323.

Regi Franciæ Bernardum Jordani de Insula commendat. (Reg. 111, fol. 196, c. 830.)

Dicto regi [*Francie*]. Dilectum filium nobilem virum Bernardum Jordani, dominum de Insula, fidelem regium familiaremque nostrum ad regalis excellentie presentiam accedentem, ejusque negotia prudentie regie affectu ampliori quo possumus comendamus[1]. »

1. La date est donnée plus bas, après les *in e. m.* (n° 1640).

1627 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. [Mariæ], reginæ Franciæ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 830.)

1628 Avignon, 23 mars 1323.

Item Clementiæ, reginæ Franciæ et Navarræ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 830.)

1629 Avignon, 23 mars 1323.

Comiti Valesii eumdem Bernardum Jordani ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 196, c. 831; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 79, n° 229.)

« *Dicto comiti* [*Valesii*]. Cum dilectus filius — attentius comendamus[1]. »

1. Pour la date, voyez plus bas, n° 1640.

1630 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1631 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Philippo, dicti comitis Valesii nato. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1632 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Carolo, dicti comitis Valesii filio. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1633 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1634 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Galchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Franciæ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1635 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Galchero de Castellione juniori. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1636 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Matheo de Tria, marescallo Franciæ. Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*

1637 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellano apostolico. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1638 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Petro Roderii, canonico Parisiensi, curiæ Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1639 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1640 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ beati Martini Turonensis: *Datum Avinione*, x *kal. aprilis, anno VII.* (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1641 Avignon, 23 mars 1323.

Regi Franciæ, ne credat suggestis ei contra Jordanum de Insula, sed ut ipsum excuset. (Reg. 111, fol 196 v°, c. 833; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 80, n. 230.)

« *Regi Francie predicto.* Cum, sicut intelleximus, multa contra dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum veritati obviantia celcitudini (*sic*) regie sint suggesta, clementiam regiam, ut ipsam contra dictum nobilem talia non acce[n]dant, sed ejus excusationes benigne dignetur audire ac ipsum in suis agendis recomendatum habere, quanto affectuosius possumus, deprecamur. Datum Avinione, x kal. aprilis, anno VII°. »

1642 Avignon, 23 mars 1323.

Comiti Valesii, ne relatis contra dictum Jordanum de Insula fidem adhibeat, sed ut eum in agendis commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 834; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 231, non publié.)

« *Dicto comiti Valesii.* Excellentiam regiam tuamque magnificentium contra dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum, per suos emulos super multis que veritati dicuntur contraria percepimus informatum; quare magnificentiam tuam eo affectu ampliori quo possumus deprecamur ut premissa te contra dictum militem non acce[n]dant, sed ipsum potius benigne audire tua dignetur magnificentia, et, ut similiter a regia celsitudine cui super hoc scribimus, audiatur, sedulam opem dare, ipsumque in suis agendis habere propentius (*sic*) comendatum. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum[1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui se trouve plus loin (n° 1648).

1643 Avignon, 23 mars 1323.

Petro Roderii super eodem. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 835; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 232.)

« *Petro Roderii, canonico Parisiensi, curie Francie cancellario.* Dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum, ejusque negotia que ipse tue prudentie curabit exponere, affectuosius comendamus[1]. »

1. Pour la date, voyez ce que nous disons ci-dessus, n° 1642.

1644 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1645 Avignon, 23 mars 1323.

Item Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1646 Avignon, 23 mars 1323.

Item Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ sancti Martini Turonensis. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1647 Avignon, 23 mars 1323.

Item Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1648 Avignon, 23 mars 1323.

Reginæ Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 836; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 233, non publié.)

« *Regine Francie predicte.* Carissimo in Christo — Datum ut supra. »

1649 Avignon, 23 mars 1323.

Magistro Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas hiis quibus destinantur præsentet. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 837;—L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 82, n° 234.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi.* Tam carissimis filiis nostris in Christo Carolo, regi, et Marie, regine Francie et Navarre illustribus, quam dilecto filio magnifico viro comiti Valesii ac quibusdam aliis super nonnullis negotiis diversas nostras litteras destinantes, volumus et tue discretioni mandamus quatinus litteras ipsas dicti[s] regi et regine ac comiti et aliis, quibusvis litteris aliis eas preferens, studeas presentare, nos de responsione, si quam super contentis in eisdem litteris fecerint, redditurus quamtocius certiores, alias pro responsione hujusmodi non reddas aliquatenus te infestum. Ubi vero presentare per te litteras ipsas fores forcitan (*sic*) impeditus, dilecto filio Bertrando, priori sancti Martini de Campis Parisiensis, una cum illa quam ei dirigimus super hoc, assignare studeas per ipsum modo simili presentandas. Ceterum si dilecti filii nobiles viri dominus Insule vel Jordanus, germanus ejus, litteras nostras alias per te prenominatis vel aliis prestandas, tue providentie exhibentes[1], illas subsequenter per te vel dictum priorem volumus, ut premittitur, presentari[2]. »

1. *Sic*, il faudrait *exhibeant*.
2. Pour la date voyez le numéro suivant.

1650 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. eidem priori sancti Martini cum clausula « *Ceterum* », omissa illa « *Ubi vero* » etc. « *Datum Avinione*, x *kal. aprilis, anno VII.* » (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 837; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1651 Avignon, 23 mars 1323.

Redditus ad mensam archiepiscopalem ecclesiæ Auxitanæ pertinentes, per obitum Amanevi archiepiscopi vacantis, in subsidium Terræ Sanctæ reservat. (Reg. 111, fol. 393 v°, c. 1639; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 235.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Non solum frequentis — Datum Avinione, x kal. aprilis, anno VII°. »

1652 Avignon, 24 mars 1323.

Alienordi, comitissæ Montisfortis, de munere regratatur, quorumdam sanctorum reliquias mittit, eamque ad pacem cum Guidone de Convenis hortatur. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 846; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 236.)

« *Nobili mulieri Halienordi, comitisse Montisfortis.* Missum nobis, filia, tue devotionis encennium, egere te illo pro tue devotionis anime plurimum arbitrati, credimus remi[t]tendum, sed quia illud per tuas postmodum litteras tanta recipi per nos instantia postulasti, nos, affectioni tue sincere volentes satisfacere, dictum retinuimus encenium, pro quo tibi gratiarum referimus actiones, et, ut tue devotionis sinceritas ad Deum et sanctos ejus ferventius accendatur, ecce quod vasculum in quo reposite sunt nonnullorum sanctorum reliquie per.., latorem tibi presentium destinamus, nos[1]..., reliquias ipsas reverenter recipiens, sanctorum ipsorum suffragia quod diem propitiationis tibi gratiam impetrent, studeas devotis orationum instantiis implorare. Ceterum, cum super dissensione quam inter te et dilectum filium nobilem virum Guidonem de Convenis, nepotem tuum, humane quietis emulus suscitavit, ad presens propter ipsius fratrumque suorum absentiam, ut optaremus, oportuna nequeamus remedia procurare, habeat nos tua nobilitas excusatos. Circa ea enim intendere proponimus sedule post ipsorum reditum, nisi antea fuerint, favente Domino, procurata. Et quia a nonnullis percepimus quod nobilis predictus paratus est in uno de tuis et suis amicis communibus consentire, qui pace possit questionem hujusmodi terminare, nobilitatem tuam rogamus attentius, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus in hac via velis tuum animum coaptare. Si enim guerrarum pericula et incommoda varia attendere volueris diligenter, illa vitabis utique, et, si pacis commoda consideraveris, illum cum diligentia prosequeris. Nuntium de mora, quesumus, habeas excusatum; fuit enim pro sua expeditione solicitus plurimum, sed nos, qui aliquorum presentia spera-

bamus plenius super adhibendo in premissis oportuno remedio informari, quorum adventus dilatus nimium extitit, ipsum tamdiu detinuimus, desiderantes pro pace votiva inter te et eundem nobilem aliquid ordinare. Dat. Avinione, ix kal. aprilis, anno VII°. »

1. Il y a ici une lacune évidente; il faut suppléer, ainsi que le fait remarquer M. Guérard (*op. cit.*, p. 84, note 1) : *autem te exhortamur ut*, ou une formule analogue.

1653 Avignon, 25 mars 1323.

Regi Franciæ quasdam supplicationes iterat. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 832.)

« *Dicto Francie regi.* Scripsisse nuper meminimus excellentie regie sub forma inferius annotata, sed timentes ne, propter viarum pericula, litterarum presentatio forsan fuerit impedita, scripta nostra presentibus duximus iteranda, clementiam regiam deprecantes ut contenta in illis ad exauditionis gratiam introducat. Tenor vero litterarum premissarum satis est : Johannes etc. Ad ea, fili, etc.[1] »

1. Il s'agit d'une lettre du 9 mars 1323 que l'on trouvera ci-dessus, n° 1604. La date est donnée après les *in e. m.*

1654 Avignon, 25 mars 1323.

Item in e. m. reginæ Franciæ : *Johannes etc. Supponentes etc.*[1] (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831.)

1. Voyez ci-dessus n° 1605.

1655 Avignon, 25 mars 1323.

Item in e. m. Carolo, comiti Valesii : *Johannes etc. Quia ad pacis etc.*[1] *Datum Avinione*, viii *kal. aprilis, anno VII°.* » (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831.)

1. Voyez ci-dessus n° 1606.

1656 Avignon, 25 mars 1323.

Regi Franciæ preces pro Jordano de Insula propter viarum pericula et impedimenta iterat. (Reg. 111, fol. 197, c. 838 : — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 237.)

« *Prefato regi Francie.* Licet nuper pro dilecto filio nobili viro Jordano de Insula, familiari nostro, porrexerrimus excellentie regie preces nostras[1] — quo possumus iteramus[2]. »

1. 23 mars 1323 (voyez ci-dessus n°s 1626 et 1641).
2. La date se trouve après l'*in e. m.*

1657 Avignon, 25 mars 1323.

In e. m. reginæ et comiti Valesii: *Datum Avinione*, viii *kal. aprilis anno VII°.* (Reg. 111, fol. 197, p. c. 838 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1658 Avignon, 31 mars 1323.

Raymundum Gauterii de certa pecuniæ summa quam de bonis quondam Pontii, episcopi Cavallicensis, Apostolicæ Sedi reservatis provenientem Cameræ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 407 v°, c. 1711.)

« *Raymundo Gauterii*[1], *militi de Cavallione.* Tue relationis assertione — Datum Avinione, ii kal. aprilis, anno septimo. »

1. *Gaucherii* dans l'index.

1659 Avignon, 1er avril 1323.

Carolo, regi Franciæ, concedit ut priorem monasterii de Pissiaco nominare possit. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 864.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Merita tue celsitudinis exigunt ut, quantum cum Deo possumus, votis tuis paternaliter annuamus ; tuis igitur supplicationibus inclinati, quod in monasterio de Poyssiaco, Carnotensis diocesis, a recolende memorie Philippo, rege Francie, patre tuo, de bonis ejus regalibus constructo, ut asseris, et dotato, in quo priorissa et sorores sub cura fratrum ordinis Predicatorum Domino famulantur, ille duntaxat prior ordinis per dilectum filium magistrum generalem vel priorem provincialem Francie ordinis predicti, ponatur quem, donec vixerit et quotiens ad hoc tempus ingruerit, duxeris nominandum, et quod, cum magis-

tro generali vel priori provinciali, ad regimen hujus cure jam nominare valeas aliquem, non obstante quod dilecto filio Nicholao, dicti ordinis, ad vitam suam, ita quod inde amoveri non possit, per alias apostolicas litteras curam monasterii prefati commisimus, quas quidem litteras et earum deinceps effectum, cum idem Nicholaus renunciaverit commissioni nostre hujusmodi, quam renunciationem duximus admittendam, et ex hoc et aliis certis rationabilibus causis de certa nostra scientia, revocamus, plenam et liberam tibi concedimus, tenore presentium facultatem. Nulli ergo etc. Datum Avinione, kalendis aprilis anno VII°. »

1660 Avignon, 5 avril 1323.

Episcopo Valentino, ut conventiones inter se et capitulum Diense, ex una parte, ac Petrum Ysoardi, dominum de Asyo[1], ex altera, habitas servet. (Reg. 111, fol. 388, c. 1615.)

« .., *episcopo Valentino et Dyensi*. Pro dilecto filio — Datum Avinione, nonis aprilis, anno septimo. »

1. *Assyo*, dans l'index.

1661 Avignon, 7 avril 1323.

Duci Venetorum, ut cruce signatos proficiscentes in subsidium Ecclesiæ per partes suas libere transire permittat. (Reg. 111, fol. 358 v°, c. 1478.)

« *Nobili viro Johanni Superantio, Venetorum duci*. Dum tue nobilitati illa paternis exhortationibus suademus que tue saluti congruunt et honori, tanto te promptiorem ad executionem eorum invenire confidimus quanto pro ea divine et Apostolice Sedis uberiorem sperabis gratiam promereri. Cum itaque nonnulli cruce signati aliique nostri et Ecclesie Romane fideles, contra inimicos et infideles ejusdem Ecclesie, et in ipsius proficiscentes subcidium, iter suum per partes illas sepius sint acturi, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus tam ipsos, quam eorum apparatus et navigia per portus, aquas et districtus tuos, eundo et redeundo, liberaliter transire permittas, eis per te tuosque officiales, ministros et subditos benignum favorem pro nostra et ejusdem Sedis reverentia, super hiis impendendo, ita quod inde, preter retributionis eterne premium, a nobis et Sede ipsa digne commendationis preconiis, cum gratiarum actionibus attollaris. Datum Avinione, vii idus aprilis, anno septimo[1]. »

1. Voyez au sujet de la Croisade, n° 1683, note 1.

1662 Avignon, 11 avril 1323.

Rostannum ecclesiæ Niciensi in episcopum præficit. (Reg. 111, fol. 396, c. 1652.)

« *Dilecto filio Rostanno, electo Niciensi*. De provisione ecclesie — Datum ut supra [Avinione, iii idus aprilis, anno septimo]. »

1663 Avignon, 13 avril 1323.

Petro Arquerii, decano ecclesiæ Rothomagensis, componendi seu transigendi super bonis et debitis dudum per Benedictum Roterii[1] Cameræ apostolicæ cessis facultatem concedit. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 852.)

« *Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis*. Facta dudum per — Dat. Avinione, idibus aprilis, anno VII°. »

1. *Rotarii* dans l'index.

1664 Avignon, 28 avril 1323.

Officiali Tolosano ut, receptis a Matheo Gayte, olim thesaurario senescalliæ tolosanæ, et Johanne Gayte, locum tenente ejus, septingentis quadraginta una libris sex solidis et quinque denariis tur. parv., quam pecuniæ quantitatem, inter cætera, de bonis Arnaldi Pascalis, canonici Xanctonensis, habuisse noscuntur, præfatis Matheo et Johanni sententiæ excommunicationis contra ipsos a Guillelmo Rufi, hebdomadario Mimatense latæ, absolutionem impendat. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 853.)

« *Officiali Tholosano*. Cum dilectus filius — Datum Avinione, iiii kal. maii, anno septimo. »

1665 Avignon, 28 avril 1323.

Hugoni de Engolisma, de administratione bonorum quondam Petri Carcassonensis episcopi, Apostolicæ Sedi reservatorum, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 392, c. 1635.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste Ecclesie Narbonensis.* Dudum de thesauro — Datum Avinione, iii kal. maii, anno VII°. »

1666 Avignon, 1er mai 1323.

Stephanum de Pinu, præpositum Sistaricensem, causarum curiæ Cameræ apostolicæ tam civilium quam criminalium viceauditorem generalem deputat. (Reg. 111, fol. 388, c. 1616.)

« *Stephano de Pinu, preposito Sistaricensi, causarum Camere nostre viceauditori generali.* De tue circumspectionis — Propter hoc autem venerabili fratri nostro Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro aut sue jurisdictioni non intendimus in aliquo derogare, quin ipse causas de quibus sibi videbitur per se vel per alium seu alios audire valeat ac etiam terminare. Dat. Avinione, kalendis maii, anno septimo. »

1667 Avignon, 7 mai 1323.

Universis personis ecclesiasticis, ut Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, sacræ theologiæ professori lectorique in Romana curia, Apostolicæ Sedis nuntiis pro certis Romanæ Ecclesiæ negotiis [1] ad partes Franciæ destinatis, de evectionibus in eundo et redeundo provideant, præsentibus post sex menses minime valituris. (Reg. 111, fol. 199, c. 854.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos venerabilem — Datum Avinione, nonis maii, anno septimo. »

1. Au sujet de la Croisade qui fut le principal objet de cette mission, voyez n° 1683, note 1.

1668 Avignon, 16 mai 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, de litterarum ejus receptione, de exponendis a nuntiis apostolicis et de negotiis Bernardi Jordani de Insula, Jordanique, germani ejusdem Bernardi. (Reg. 111, fol. 199, c. 855; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 86, n° 238.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Fraternitatis tue letanter recepimus litteras et contenta in eis intelleximus diligenter. Et quia, circa factum in illis contentum, te errare percepimus, tenemus indubie quod, cum prudentie tue fuerit veritas manifesta, aperte cognoscere poteris quod non est materia de nobis probabiliter conquerendi [1]. Illam autem tibi exponi per nostros nuntios quos ad partes illas missuri sumus e vestigio, dante Domino, faciemus. Negotia dilectorum filiorum nobilium virorum Bernardi Jordani, domini de Insula, ac Jordani, ejus germani, tue prudentie comendamus, exhortantes eandem ut de hiis, de quibus expedire videris, nos cures reddere certiores. Datum xvii kal. junii, anno septimo. »

1. Reg. *conquerenda.*

1669 Avignon, 18 mai 1323.

Petro Dueza indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 111, fol. 202, c. 871.)

« *Petro Duesa, militi, vicecomiti Caramanni.* Ferventis devotionis affectus — Nulli ergo etc. [1]. »

1. La date se trouve après les in e. m. (n° 1671).

1670 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Arnaldo de Trianno, milite, domino Castrinovi de Montemirabili. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 871.)

1671 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro de Via, milite : *Datum Avinione*, xv *kal. junii, anno VII°*. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 871.)

1672 Avignon, 18 mai 1323.

Hugoni de Trianno indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 111, fol. 202, c. 872.)

« *Hugue* (sic) *de Trianno*. Exposcit tue devotionis — Datum ut supra. »

1673 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. Bernardæ, consorti Hugonis de Cardallaco, domini de Berengis. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 872.)

1674 Avignon, 18 mai 1323.

Hugoni de Trianno concedit ut confessorem eligere possit. (Reg. 111, fol. 202, c. 873.)

« *Hugue* (sic) *de Trianno* [1]. Ut per confessionis — Datum ut supra. »

1. *Hugoni de Trienno* dans l'index.

1675 Avignou, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro Dueza, vicecomite Caramanni. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 873.)

1676 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro de Via, domino Villemuri. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 873.)

1677 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Bernarda, consorte Hugonis de Cardallaco. (Reg. 111, fol. 201, p. c. 873.)

1678 Avignon, 23 mai 1323.

Regi Franciæ de Petri, Vivariensis episcopi, ac Roberti, Bononiæ comitis, nuntiorum ejus, receptione. (Reg. 111, fol. 199, c. 856.)

« *Dicto regi Francie*. Serenitatis regie recepimus litteras nobis per venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, ac dilectum filium nobilem virum Robertum, Bononie comitem, presentatas, per quas petebat excellentia regia ipsis, super hiis que ex parte regia nobis referenda ducerent, fidem nos credulam adhibere. Sane, quia ab initio confuse et minus intelligibiliter dictum negotium proponebant, ac quod super illo possemus deliberare cum aliquo ex nostris per ipsos etiam nominando fratribus non sinebant, ad tempus distuimus respondere; sed, ipso negotio per ipsos aliqualiter declarato, ipsis respondendum duximus sicut ille qui in prosperitate status regii delectatur, sicut ipsi referre plenius poterunt circumspectioni regie oraculo vive vocis. Datum Avinione, x kal. junii, anno VII°. »

1679 Avignon, 23 mai 1323.

Comiti Valesii de devotione quam habet ad passagium transmarinum, sicut nuntii ejus exposuerant, gratias agit eique responsionem per Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, ordinis fratrum Prœdicatorum, sacræ theologiæ professorem, transmittit (Reg. 111, fol. 119 v°, c. 857.)

« *Comiti Valesii*. Ad tue, fili, magnitudinis notitiam deferimus per presentes quod venerabilis frater noster P., episcopus Silvanectensis, et dilectus filius nobilis vir Bochardus de Momauransiaco (*sic*), miles, ad nostram presentiam venientes, exhibita nobis pro parte tua quadam clausa littera per quam ipsis petebas super hiis que pro parte tua super transmarino negotio nobis exponenda ducerent, fidem credulam adhiberi, ipsaque a nobis letanter recepta ac plenius intellecta, ambassiatam suam, primo verbo, et subsequenter in scriptis prudenter exponere curaverunt, per quam nobis affectum laudabilem et nobis acceptum admodum quem geris ad eripiendam de impiorum manibus Terram Sanctam, pro generis humani redemptione aspersam Redemptoris sanguine, retulerunt, quem profecto ab illo in cujus manu corda sunt principum infusum tibi divinitus credimus, super quo illi a quo datur regere principibus labiorum vitulum exolventes, supplicamus humiliter et precamur instanter ut te, ad ipsius beneplacita et specialiter circa ejusdem Terre negotium prosse-

quendum, in tam sancti propositi soliditate conservet. Credentiam autem prefatorum nuntiorum ac nostram quam ipsis responsionem facimus ad eandem, per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et lectorem in Romana curia, tue re[f]erendam magnificentie, duximus committendam, quibus et eorum cuilibet insolidum velit tua circumspectio super premissis adhibere fidem plenariam sicut nobis. Gratia Domini nostri Jhesu Christi tecum sit, qui te in agendis dirigat et protegat ab adversis. Datum ut supra[1]. »

1. Au sujet de la Croisade, voyez nº 1683, note 1.

1680 Avignon, 23 mai 1323.

Carolo, duci Calabriæ, matrimonium inter Guigonem, dalphinum Viennensem, et Isabellam, quondam regis Franciæ filiam, per verba de præsenti solempnisatum esse nuntiat, unde nec lex divina nec canonica patitur ut illam, sibi, duci, etiam dispensatione qualibet interveniente, valeat matrimonialiter copulare, alteram autem dispensationem, si necesse fuerit, paratum ei concedere paratum papa se præbet. (Reg. 111, fol. 261, vº c. 1095).

« *Eidem duci* [*Nobili viro Carolo, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenito, duci Calabrie*[1]]. Scire te, fili, volumus quod inter dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, tibi tertio consanguinitatis gradu conjunctum, et dilectam in Christo nobilem mulierem Isabellem, clare memorie regis Francie filiam, non solum contracta fuerunt sponsalia, sed est solennizatum per verba de presenti matrimonium, et, ut creditur, per carnis copulam con[su]mmatum[2]. Unde nec lex divina nec canonica patitur ut illam sibi, etiam interveniente dispensatione qualibet, tua magnificentia valeat matrimonialiter copulare. Sed, si Dominus annuat, et alia tue magnitudini occurat accepta, de dispensatione nobis te non oporteat esse solicitum, quia tecum parati sumus in eo casu in quo cum quovis dispensaremus alio, cum omni promptitudine dispensare ; ad hoc autem, ut tibi convenientem et Deo gratam habeas, ad largitorem bonorum omnium et specialiter a quo uxor bona tribuitur, recurrere te oportet. Datum Avinione, x kal. junii, anno septimo. »

1. C. 1094.
2. Voyez, au sujet de ce mariage, les nºs 1564, 1584 et 1732.

1681 Avignon, 23 mai 1323.

Præfato duci dispensationem matrimonialem cum quacumque muliere ei in tertio et quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus conjuncta concedit. (Reg. 111, fol. 262, c. 1096.)

« *Dicto duci.* Etsi conjunctio copule conjugalis in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradibus sacris sit canonibus interdicta, providentia tamen Sedis Apostolice circumspecta, rigorem mansuetudine temperans, super hiis, presertim cum personis sublimibus, dispensat interdum, et quod negat juris severitas de gratia benignitatis indulget, potissime cum necessitas exigit et causa rationabilis id exposcit. Nos igitur attendentes quod tui prosapiam generis adeo per diversas mundi partes propagavit Altissimus, quod, juxta status tui decentiam et ejusdem splendorem generis, mulierem tibi conjungendam matrimonialiter, que tibi in aliquo dictorum graduum non attineat, reperire commode non valeres, ac cupientes domum inclitam regiam, in qua genitori tuo existis unicus felicibus numerose prolis successibus ex omni latere stabiliri, ut cum quacunque muliere, si tertio ve quarto aut utroque consanguinitatis vel affinitatis gradibus respectu unius stipitis, vel duorum et ex uno latere vel duobus tibi conjuncta fuerit, publice honestatis justicia ac quibusvis constitutionibus et prohibitionibus juris contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium contrahere licite valeas, tecum et cum ea, cum qua sic contrahere te continget, auctoritate presentium dispensamus, prolem suscipiendam ex hujusmodi matrimonio legitimam nuntiantes. Datum ut supra. »

1682 Avignon, 25 mai 1323.

Regem Franciæ de firmo proposito quod habet ad passagium ultramarinum et ad subveniendum regnis

Armeniæ et Cypri commendat, eique Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, magistum curiæ, nuntios, de quibusdam responsuros mittit. (Reg. 111, fol. 199 v°, c. 858.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Venientes nuper ad nostram presentiam venerabilis frater noster Petrus, episcopus Vivariensis, et dilecti filii nobiles viri Ludovicus, comes Clarimontis, et Bochardus de Momonranciaco(*sic*), miles, nuntii regii[1], nobis serenitatis tue clausas litteras presentarunt, quibus super negotio passagii transmarini, et deinde super nonnullis aliis nobis exponendis pro parte regia, ipsis vel duobus ex eis fidem petiit celsitudo regia credulam adhiberi; quos quidem nuntios et litteras letanter recepimus, benigne audivimus et intelleximus diligenter. Prefati vero nuntii, tam verbo quam scriptis suam prudenter aperientes credentiam, nobis exponere curaverunt pium desider[i]um quod ad eripiendum Terram Sanctam de impiorum manibus, et grandis compassionis affectum quem ad subveniendum regno Armenie ab Infidelium hostili rabie afflicto nimis immaniter, acetiam regno Cypri quod ab eisdem hostibus affligi similiter formidatur, nec non ad complacentiam et honorem nostrum ac sacre Romane Ecclesie, matris tue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis, habere noscitur regia celsitudo. Profecto, fili carissime, hoc tibi ab illo credimus indubie divinitus inspiratum a quo bona cuncta procedunt quique, corda principum habens in sue potestatis arbitrio, eadem ad nutum sue voluntatis inclinat. Super quibus tuum hujusmodi laudabile propositum cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino comendantes, ei, qui tam pium propositum in cor impressit regium, supplicamus humiliter et deprecamur instante[r] ut illud tibi, juxta divinum beneplacitum, ad honorem Dei et Ecclesie sue, ad exaltationem et dilatationem fidei catholice, potestatem exequendi tribuat et virtutem. Sane, quia visum est nobis et fratribus nostris quod deliberatio per nos et fratres nostros super premissis habita super contentis in scriptura vestra oblata per nuntios regios brevi scriptura non poterat comprehendi, excellentie regie per nuntios decre[vi]mus respondendum, ad quod exequendum venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum ordinis Predicatorum, sacre theulogie (*sic*) professorem et magistrum curie, magne religionis et scientie probateque experientie viros, duximus eligendos quibus, quesumus, velit circumspectio regia super hiis que ex parte nostra super premissis ambo vel eorum alter, alio impedito, exponenda duxerint, fidem plenariam adhibere[2]. Nec miretur regia celsitudo si responsionem super ordinatione passagii distulerimus adeo, quia negotium erat et est satis perplexum, propter quod sepius cum nostris fratribus et interdum cum nuntiis regiis oportuit nos conferre, supervenitque venerabilis frater noster P., Silvanectensis episcopus, cum litteris regiis, et dilecti filii magnifici viri Karoli, regis Francie filii, comitis Valesii, tangentibus negotium transmarinum[3], super quo deliberare oportuit, et etiam respondere. Ad hec non ferat moleste, quesumus, regia celsitudo si formam indulgentiarum non misimus, quia, intellecto quod ipse susceperat negotium antedictum, cogitavimus quod oporteret nos in ipsis aliqua immutare; quare ipsas supersedimus mittere quousque habuissemus de modo receptionis certitudinem pleniorem. Super aliis autem que pro parte regia nobis prefati nuntii singulariter exponere curaverunt, quantum bono modo potuimus duximus amovendum[4], sicut eorum relatibus et litteris apostolicis super illis confectis plenius apparebit. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno VII°. »

1. Voyez n° 1684.
2. Voyez au sujet de la Croisade le groupe de lettres publiées ci-après (n°s 1683-1711).
3. N°s 1686-1689.
4. *Sic*, le sens exigerait *respondendum* ou un terme analogue.

1683 *Paris, 7 février 1323*[1].

Regis Franciæ Caroli, volentis christianis regnorum Armeniæ et Cypri subvenire et ad partes illas navium, galearum et lignorum atque gentium quoddam numerum circa instantem mensem maii destinare, Amalrico, vicecomite Narbonensi, capitaneo, Berengario Blanchi, admirallio constitutis, littera pro subsidio ad hoc habendo. (Reg. 111, fol. 215 v°, c. 919 : — Martène et Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. I, col. 1370; — *Ordonnances des rois de France*, t. I, p. 810[2].)

« *Karolus, Dei gratia Francie rex et Navarre, dilectis et fidelibus nostris archiepiscopo*[3].., *universis et singulis episcopis, prelatis, abbatibus, decanis, capitulis, ducibus comitibus, baronibus et ceteris notabilibus et potentibus personis*[4]... *ballivie et ejus ressorti, salutem et dilectionem.* Ad Terre Sancte preciosissimo domini Jhesu Christi Creatoris, Redemptoris et Salvatoris nostri sanguine dedicate liberationem, et de manibus perfidorum nomen ejusdem Domini nostri Jhesu Christi, quod est super omne nomen, cui omne genu celestium, terrestrium et infernorum cum reverentia flecti debet, et omnis lingua confiteri quod idem dominus noster Jhesus Christus est in gloria Dei patris, [exsufflantium][5], blasfemantium et prosequentium ereptionem noster precordialiter aspirat affectus, ad id nostra versatur intentio principalis, nunc de generalibus et specialibus remediis propter dicte Terre Sancte liberationem, et terrarum que in partibus transmarinis a christianis tenentur conservationem ac Infidelium impugnationem, nunc etiam de personis que ad dicta exequenda remedia sufficientes et ydonee reperiri valeant, cogitando provide. Cum per nuntios providi, magnifici et catholici principis regis Cypri illustris, et per alios nuper ad nostrum, et non absque magna cordis amaritudine, fuerit prolatum, auditum, inimicos fidei orthodoxe a paucis citra temporibus ter regnum Armenie hostiliter invasisse, et innumerabiles christianos et igno[s]centes ac parvulos crudelissime trucidasse[6], ac multos ex eis secum in captivitatem duxisse ut a veritate et lumine orthodoxe fidei faciant exorbitare et in secta eorum perfidie ac erroris et dampnationis aggregari eosdem, nec non quod dicti fidei inimici se preparant ad dictum regnum Armenie et regnum Cypri et alias terras quas christiani in illis tenent partibus invadendas, et, nisi Deus eorum malignis obviet conatibus, capiendas, et vos, prelati et barones nobiscum, quando predicta fuerunt nobis Parisius exposita, existentes, a dictis nuntiis regi Cypri lacrimabiliter fuerimus requisiti ut, predecessorum nostrorum per quorum et potentie gallicane manus Terra Sancta predicta frequenter a manibus impiorum erepta extitit, inherendo, providere vellemus super hiis de remedio oportuno, protestatique ipsi nuntii fuerunt ut si, quod Deus avertat, dicta regna sine quibus dicta Terra Sancta difficiliter recuperari posset, temporibus nostris et vestris perdi contingeret, et christicolarum in eis degentium sanguinem innocentem effundi, eorum uxores et liberos capi ac eisdem per dictos Infideles abuti, de nostris et vestris ac aliorum christianorum adjuvare valentium et nolentium seu negligentium manibus in districto examine [ratio] requiratur; nos, dictis periculis occurrere et predictorum regnorum securitati, et ne per mare eisdem Infidelibus deferantur, ad impugnandum christianos, arma, ferrum, lig[n]amina, et pueri christiani quos, pro dolor, ad Christi fidem susceptam abnegandam et impugnandam, aliqui perfidi christiani venales exponunt, providere volentes, certum versus partes illas ob predicta, navium, galearum et lignorum atque gentium numerum circa instantem mensem madii decrevimus destinare, et dilectum atque fidelem militem consiliarium ac familiarem nostrum Amalricum, dominum et vicecomitem Narbonensem, quem etiam ad hoc propria accendit devotio, tanquam discretione preditum, in armis strenuum et expertum, zelo fidei accensum, fidelem et ydoneum capitaneum constituimus in predictis[8] eique dilectum ac fidelem Berengarium Blanchi, admirallum nostrum maris, ad promptiorem et feliciorem expeditionem et executionem tradidimus predictorum; cum quibus etiam aliqui prelati, consiliarii nostri et alii, ac nonnulli barones, nobiles et potentes ac multe alie persone ecclesiastice et seculares regni nostri, ob devotionem et ad assequendum indulgentias propter necessariam deffe[n]sionem dictorum regnorum Armenie et Cypri, illis qui transfretabunt, vel pro se alios mittent aut transfretantibus subvenient, de novo auctoritate apostolica concessas, transfretare intendunt. Quamobrem, cum per nos et dilectum ac fidelem patruum nostrum comitem Valesii et alios de genere nostro, et per prelatos, barones et alios clericos et laicos tunc nobis assistentes, gratis, liberaliter et ex devotione peccuniarum subcidium oblatum fuerit pro relevamine expensarum faciendarum in primo passagio memorato, et dictum subsidium sine vestro et aliorum fidelium adjutorio non sufficiat ad predicta, vos et vestrum singulos affectuose requirimus et rogamus quatinus ad locum magis communem et accomodum a vobis, prelatis, in singulis

diocesibus deputandum, propter zelum et deffensionem fidei orthodoxe ac regn[or]um predictorum, convenientes absque dilatione in unum, juxta facultates et potestatem vobis a Deo concessas subveniatis, et ad subsidium[9] dandum et mutuandum vestros inducatis subditos, presertim divites et habundantes, ac alios in predictis ne, ob deffectum subcidii, primum passagium retardari quomodolibet valeat memoratum, in grave da[m]pnum et periculum fidei ac fidelium in regni[s] Cypri et Armenie commorantium memoratis. Sane, illa que pro premissis in quantitatibus parvis dari contigerit, reponi volumus in truncis in parrochialibus ecclesiis indilate constituendis, in quibus fiant quatuor claves quarum unam curatus parrochie teneat, et tres alias tres probi viri, de assensu majoris partis parrochianorum in dictis parrochiis deputandi, per quos bona fide recolligantur, et in scriptis redigantur in fine cujulibet mensis illa que reposita in truncis fuerint supradictis, et sic recollecta integraliter tradantur episcopo diocesano et capitulo ecclesie cathedralis et tribus probis viris in singulis civitatibus secundum modum predictum deputandis. A quibus quidem episcopo et capitulo et tribus probis viris dicta peccunia et alia que, in grosso seu alias, in subcidium dicti primi passagii fuerint erogata, tradantur seu mittantur Parisius dilectis et fidelibus nostri.., Mimatensi episcopo,.., abbati sancti Germani de Pratis[10],.., decano Parisiensi, et Nicolao de Paci, ad recipiendum et in dictos usus et nullos alios convertendum dictam peccuniam deputatis, fidem gerentes indubiam et de hoc alios certificare curantes quod in nullos alios usus convertemus nec converti permittemus peccuniam memoratam. Porro in dicti primi passagii et etiam alterius passagii particularis, in quo plures homines armorum ire disposuerunt, quod in sequenti anno, citra[11] mensem augusti, largiente Domino, faciendum est, adjutorium obtulerunt dicti prelati Parisius existentes, ut vobis et aliis absentibus exemplum prebeant similia vel majora circa hoc faciendi, vicesimam partem, juxta decime taxationem, redditunm eorundem. Ad quod quidem particulare passagium faciendum multi magnates regni nostri intendunt, et precipue dilecti et fideles Ludovicus, dominus Bourbonii, camerarius Francie et consanguineus, Claromontensis, et Galterus de Castellione, constabularius nostri, de Porciniis comites, cum multis sequacibus eorundem. Datum Parisius, die VII februarii, anno domini M° CCC° vicesimo secundo. »

1. Nous plaçons ici (nos 1683 à 1711) une série de documents qui complètent les lettres de Jean XXII au sujet de la Croisade ; c'est à ce titre qu'elles figurent dans le registre et que nous devons les reproduire en les conservant dans leur ensemble.

Voir aussi, pour le même sujet, les numéros 1262, 1310, 1431, 1439, 1445, 1487, 1488, 1510, 1562, 1571-1573, 1575, 1576, 1661, 1667, 1679, 1682, 1715.

2. La lettre publiée dans ces deux recueils offre avec celle que nous donnons ici quelques variantes indiquées ci-après. De plus l'adresse est complète, le nom propre n'a pas été supprimé et on lit : *episcopo Carcassone* au lieu de *archiepiscopo*, et : *senescallie Carcassone* au lieu de *ballivie*.

3. Un blanc.

4. *Id.*

5. Le mot est en blanc dans le registre. Nous le rétablissons d'après les deux recueils indiqués ci-dessus.

6. *Tractasse* dans ces deux recueils.

7. Le mot, oublié sans doute dans le registre, est donné, par les mêmes ouvrages.

8. Voyez à ce sujet, *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. X, col. 621-624.

9. *Subveniendum* dans les recueils indiqués plus haut.

10. Cette partie de phrase, depuis *Mimatensi* jusqu'à *Pratis* ne figure pas dans le texte que donne le recueil des Ordonnances.

11. *Circa*, dans les recueils cités.

1684 *Abbaye de Coulombs, 17 février* [1323].

Idem rex Carolus, pro dicto Terræ Sanctæ negotio, nuntios speciales ad papam mittit. (Reg. 111, fol. 212, c. 917.)

« *A tres saint Perre en Dieu nostre saint Perre le pape.* Tres saint Pere nous envions vers vostre Sainceté nos ametz e feals nostre chier cousin le conte de Clermont, le esleu de Viviers [1] et Bonchart (*sic*) de Montinorency (*sic*), chavalier, pour le fait du saint passage d'outre mer, duquel nous desirons en cuer sus toutes choses le bon et brief avaucement. Si vous prions chierement et supplions humblement que à nous dis messages ou a deus d'isceuz, sus le fait du dit, passage principalement et sus aucunes autres choses qu'ils vous diront et requerront de part nous, vous veulliez croire et adjoustier plaine foy et les acomplir et fayre si liberalement que nous, qui souvrainement les avons a cuer, en puissons avoir et sentir bonne et breve expedition. Nostre S[eigneur] vous doinst

bone vie et longe. Donné en l'abbaye de Colons[1], le XVII jour de fevrier. »

1. Il était déjà venu à la cour pontificale pour la même affaire (voyez nº 1562, col. 188). Les envoyés royaux y arrivèrent le 22 mars 1323 (Voyez nº 1710).

2. Coulombs, Eure-et-Loir, ar. Dreux, c. Nogent le Roy, dioc. de Chartres. On sait en effet que Charles IV vint à Chartres en février 1323 (*Regum mansiones, itinera*, dans le RECUEIL DES HISTORIENS DE FRANCE, t. XXI, p. 489, A).

1685 [17 *février* 1323].

Prædictorum nuntiorum supplicationes super diversis idem negotium tangentibus. (REG. 111, fol. 212, c. 918.)

« Sanctissime pater et domine reverendissime, quia, sicut secundum Hieronymum[1] recitatur XXIII quest. : Quoniam vetus[2] Oriens inter se populorum furore collisus indiscisam Domini tunicam et desuper textam[3] paulatim[4] per frusta[5] discerpit[6], Christique vineam exterminant vulpes, inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, ubi fons signatus et ortus ille conclusus sit, possit intelligi, nam nunc[7] in Occidente sol justitie oritur, in Oriente vero Lucifer ille, qui cecidit, desuper sideribus constituit tronum suum, propter que et alia sinistra plurimum et adversa nuntia que de Sarracenorum partibus procedebant, residuis Christi fidelium que, ceteris a nefandis Infidelibus extirpatis, in partibus illis immensa Dei misericordia conservavit, per viam particularis passagii Vestra Sanctitas, et prudentie supereminens immensitas paternis affectibus disposuit subvenire, ac christianisimum, omni devotione plenum filium vestrum, et sancte Romane Ecclesie quasi primogenitum inter reges, scilicet regem Francie et Navarre, primo per suos, et demum per vestros nuntios et litteras requisistis, rogastis et tam pie quam salubriter obsecrastis quod hujusmodi passagii capitaneatum in se vellet assumere per alium exequendum.

Qui, licet sicut orthodoxe fidei zelo plenus, fidelium omnium Redemptori promptum et gratum obsequium impendere, et in omnibus vestre summe Beatitudinis beneplacitis, et presertim tam salubribus, complacere ardentibus desideriis exardescat, tamen super aliquibus oportunis circa receptionem capitaneatus hujusmodi vestre Beatissime Sanctitatis intentionem apertius sibi petiit aperiri, non ut receptionem re[j]iceret, sed ut recipiens providentius ageret in receptis, quibus, etsi ex causis contentis in Vestre Beatitudinis litteris Sanctitas Vestra non respondit, se tamen semper habere sanctum propositum subveniendi calamitatibus et discriminibus Christi fidelium illarum partium tam pie quam benigne ipsa reverendissima Sanctitas declaravit.

Et vestris litteris dicto domino regi fideliter reportatis, advertens idem dominus rex rumores horribiles de transmarinis partibus de die in [diem] pejora pejoribus prioribus plena cunctis fidelibus angustiis et meroribus refferentes, considerans insuper quod Vestra Sanctitas, in exhortationibus et precibus quas, de recipiendo capitaneatu predicto, primo recordationis inclite domino Philippo, germano suo, tempore quo regnabat, et sibi postmodum, sepius feceratis, sancte, pie, laudabiliter, utiliter et plurimum salubriter monebat, et quod inter exhortationes et alias preces vestras hactenus sibi factas quasi primicie precum erant, et quod, secundum quod tantum tristia nuntia referebant, fideles in Christo fratres, incole regni Armenie, per nequissimos Christi blasfemos, non sine maximis nostri Redemptoris et totius Christianitatis opprobriis, ad extremum exterminium irremediabiliter deducentur, nisi tam nefandis periculis, velo levato, promptis adjutoriis succurratur, rejectis longioribus viis et deliberationibus que fatalibus discriminibus multa loca ipsis inimicis fidei convicina, et demum dictum regnum Armenie, tam miserandis calamitatibus subjecerunt, quapropter, ad gloriam magni Dei et Vestre complacentiam Sanctitatis, quam desiderat in hiis et aliis exequi posse suo et ad vestram et Sancte Romane Ecclesie reverentiam et honorem, nolens quod tanta bona que per salubrem dispositionem, quam Sanctitas Vestra habuerat de subcidio sepedictis christicolis per viam particularis passagii faciendo, sperari poterant et debebant, ulterius, ob defectum vel dilationem aliam sui ministerii circa capitaneatus hujusmodi devotam susceptionem et executionem celerem, remanerent, nec ex hoc tante subvertionis evidentia pericula, et tot et tantorum fidelium et locorum extirpatio sequeretur, quando ipse in vestris beneplacitis exequendis minis-

terium hujusmodi recipere, et ad exequendam vestram dispositionem et complacentiam daret operam celerem et quantum permitteret accomoda possibilitas efficacem, considerationibus istis motus, capitaneatum hujusmodi jam recepit, cum indubitata confidentia quod honor Dei, Vestre Sanctitatis, Sancte Romane Ecclesie et extrema necessitas dictorum fidelium, circa fidelem et honorabilem executionem passagii sepedicti, per receptionem capitaneatus hujusmodi, superadditus solito propinqus honor suus, Vestre S anctitatis intima promptis et sufficientibus adjutoriis impendendis intentius commoverent.

Quibus actis circumspecte, considerans idem princeps quod verbalis receptio nudaque pollicitatio penes Vestram Beatitudinem parum esset nisi sermonum qui multis annis negotium hujusmodi frustraverunt, terminos excederet, et promptis operibus pro vestra majori complacentia ad negotium extenderet dexteram manum, presertim cum de diversis mundi partibus tam transmarinis quam maritimis, quam etiam aliis[8], multos homines circumspectos, ecclesiasticos et seculares, barones, milites, nobiles et mercatores ac religio[sos] et alios convocasset, videlicet omnes illos per quos, plena deliberatione prehabita, intellexerat se posse salubriter instrui super illis que circa negotium sepedictum decentia, utilia vel necessaria possent esse, processerit ad deliberandum super hiis cum predictis, ut plenam deliberationem Vestre remitteret Sanctitati.

Et deliberatione multis diebus continuis habita per hujusmodi sapientes et per ipsius regis consiliarios ad hec junctos resedit deliberatio eorundem quod, ad remedianda gravamina que Christianitati in illis partibus continuis successibus inferuntur per fideles christianos, Infidelibus nequiores, qui, timore Dei postposito, contemptis et vestris sententiis, arma, ferrum, ligna et alia per que reddunt predictos inimicos sancte fidei fortiores et, quod horribilius omni catholico debet esse, pueros Christi baptismate presignitos Infidelibus distrahendos, qui, Christi nomine denegato, dum in erroribus Infidelium sunt nutriti, Christi fidelibus plus ceteris adversantur, per mare deferunt et transmittunt, et ad preservandum ne Soldanus per mare possit, ut concipit, hostiliter invadere regnum Cipri, et ad navigium ipsius, cum Dei et christianorum illarum partium adjutorio, impugnandum, et, si Deus adjuverit, conterendum, et ad utilitatem immensam, quam habet idem Soldanus de maris partibus, eidem subtrahendum, que ad expensas in persecutione fidelium faciendas plurimum juvant ipsum, et ad currendum per mare in Egipti partibus circumcirca, et in terra sua que habet maximas distantias circa mare in suis subditis dare da[m]pnum, cum viderint oportunum, viginti galee, due naves bone et sufficientes, armate quelibet de ducentis marinariis sufficientibus et electis, et quator galioti, quilibet cum centum hominibus, anno presenti, pro maris custodia, ad fines specialiter supradictos celeriter mitterentur, qui fines verisimiliter cum armata predicti navigii, cum Dei adjutorio, subsequentur. Et adhuc, secundum quod asserunt illi qui conditiones illarum partium plenius cognoverunt, verisimiliter est sperandum quod vel pro custodia terre sue, in locis multis ad invicem distantibus, prope mare, habebit idem Soldanus de gentibus suis ponere tot et tantos quod sibi non supe[rer]it plena potentia sic fideles Armenie prosequendi, et quod in hoc habebit multa consumere per que reddi poterit non modicum minus potens, vel inferri sibi poterunt multa damna, et quod infra spatium satis breve, presertim cum expediretur refectio aggerum illius inundantis fluminis magni Nili, quod necessario habent, ut asserunt, de triennio in triennium revocari, per hujusmodi maris custodiam posset dicti Soldani potentia taliter breviari, quod facilis esset recuperatio Terre Sancte.

Et nichilominus quod, ultra predictam armatam maris, tria milia servientium balistariorum ut in hiis pluribus transmittantur, qui, si ex hiis inimicis per terram regnum Armenie non servaverint, cessaverint impugnare, pona[n]tur in fortalitiis dicti regni circa frontarias hostibus convicinas pro predictis fortalitiis deffendendis.

Et adhuc resedit in hoc deliberatio sapientium quod, anno venienti, circa augustum, magnus equitum et peditum numerus, super quo et etiam super modo et ceteris oportunis expectabitur Vestre deliberatio Sanctitatis, modis omnibus mitteretur, qui per terram habeant defendere cum potentia christianos et terram quam in partibus illis tenent, et impugnare viriliter Sarracenos.

Et annis etiam sequentibus, tale gentium subcidium ordinetur, quod, cum Dei misericordia, spes de dilatatione christianitatis verisimiliter possit esse.

Postquam voluit et precepit idem rex quod, prefati ad deliberationem hujusmodi negotii convocati, probati circa talia plurimum et experti, conspicerent diligenter quantum emptio galearum, navium et lignorum et omnia necessaria et etiam oportuna pro premissis omnibus que passagium primum tangunt, constarent probabiliter anno proximo, et quantum etiam sequentibus successive; qui multis deliberationibus divisim et conjunctim habitis inter ipsos, repererint et dicebant quod si predicta fierent utiliter et decenter, constarent ccc^m librarum parisiensium anno primo, et tantumdem sequentibus, deducto quod emptio navigii deconstaret.

Quibus omnibus sic consultis, dum idem dominus rex deliberaret de premissis Vestre Paternitati sanctissime refferendis, ut, unde presens negotium sancte crucis egressum receperat primitivum, inde progressum acciperet effectivum, rumor detestabilis supervenit subito qualiter ille Soldanus, Sathane primogenitus, noviter diffidaverat regnum Cypri, et qualiter residui miserabiles christiani in illis partibus existentes extirpationi irremediabiliter, nisi tantis sceleribus (s)celeriter occurratur, ob defectum debiti subcidii subjacebant, et suggestum quod erat, et adhuc non mediocriter est timendum quod sanguis eorum, nisi sibi promptis auxiliis succurratur, ab omnibus adjuvare potentibus et dissimulantibus, esset in districto judicio requirendus, presertim cum, ratione tituli nominis christiani, exterminationes hujusmodi paterentur. Quibus auditis non sine mestitia magna cordis, consideravit idem rex quod tam ingens et evidens necessitas non poterat, propter itinerum et locorum longas distantias, relationes et deliberationes hic et ibi solitas expectare, et quod, quanto magis in aggrediendo dictum negotium, presertim in tam urgentibus, procederet, tanto plus Vestre summe Reverentie complaceret, maxime cum multas occupationes alias specialiter istis temporibus haberetis.

Considerans insuper presentiam quamplurimorum principum et baronum ac nobilium aliorum qui de multis mundi partibus convenerant penes ipsum, qui puro corde, sicut et sequentia bene docent, aperta via istius instantis itineris transmarini, dicebant se vestigia velle sequi et factum armorum velle dimittere, cui dictorum nobilium multitudo quamplurimorum copiosa tunc temporis actualiter insistebat, et quod vix ex ordinatione passagii hujusmodi, si tractatum reciperet longiorem, sequi poterat vel tantum bonum, considerationibus istis motus, pro majori vestra complacentia, ad tractandum de capitaneo preponendo in predicto primo passagio loco sui, intentione pura, devota et fideli promptitudine se convertit. Et considerans quod, ad hoc opus, vir nobilis, prudens et fidelis, optime sibi conscius pro integritate mentis erat, sicut in lege scribitur, eligendus, et quod vir circumspectionis et prudentie magne plenus dominus Almaricus (*sic*), vicecomes et dominus Narbonensis, inter alios talis erat qui verbis et operibus ostenderat evidenter se habere desiderium singulare ad sanctissimum opus istud, ipsum capitaneum in primo passagio posuit loco sui; nec ad hoc promptum videbat aliquem cui tutius et cum majori vestra complacentia, secundum quod ei videbatur, capitaneatus regimen tradi posset; qui etiam dominus de Narbona recepit in se primum passagium faciendum, ut superius recitatur, per integrum primum annum, pro ducentis millibus librarum parisiensium, et ad continuationem pro sequentibus annis, de quibus Vestra Sanctitas et prefatus dominus rex provideritis ordinandum, pro eodem pretio, deducta extimatione navigii sepedicti, quam plus recepit anno primo quam sit sequentibus recepturus, se nichilominus obligavit.

De sequentibus autem annis aliter precise dictus dominus rex nichil voluit ordinare sine Vestre complacentia Sanctitatis, cum ad eam interim explorandam tempus sufficiens superesset, et ex eadem ratione volens in omnibus, sicut decet, deferre Vestre reverendissime Sanctitati.

Super secundo passagio, licet ad illud conferre disposuerit, sicut infra sequitur, manu plena, nichil penitus ordinavit, sed deliberationem Vestre reverendissime Sanctietatis voluit expectare, sicut etiam facere de primo passagio proponebat, nisi essent predicta que ipsum ad dispositionem hujusmodi contra propositum coegerunt.

Premissis autem sic peractis, considerationem adhuc habuit dominus rex predictus quod, antiquioribus temporibus, quando reges per personas ecclesiasticas modo suo super hujusmodi negotio roga[ti], ipsi et consiliatores eorum quantitates numorum offerebant, volens nedum personali, sed et reali subcidio huic operi piissimo subvenire, ne videretur legem imponere tantum verbis, ad hujusmodi videlicet et subsequentia passagia ordinanda, obtulit et offert facere subcidia que sequntur.

Pro primo, quantum constat navigium supradictum, quod ad usum passagii perpetuo remanebit et ultra, xx[ti] milia[9] librarum et amplius pro preparatoriis de quibus est celerius providendum, a suis collateralibus et paucis prelatis et baronibus ibi presentibus sunt oblata; et sine dubio contulisset idem dominus rex satis uberius de presenti, nisi grandia onera que habet et habuit, tam pro se quam pro suis predecessoribus et alias supportare, sibi facultatem accommodam subtraxissent conferendi largius in istanti. Et nichilominus volens non solum in se proficere sed in suis, misit ad partes singulas regni sui ad subditos exhortandos quod ad sanctissimum opus ist[u]d manus adiciant adjutrices [10].

Pro alio vero sequenti passagio, dum tamen Vestra reverendissima Sanctitas, sicut habet et ipsam decet, et pro honore Dei et vestro et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei et Vestre Beatitudinis, Sancte Romane Ecclesie et ipsius compleantur, nos certificat se daturum primo ccc[m] librarum turonensium, quas recipiendas in certis locis et sufficientibus assignabit.

Necnon se ordinaturum cum effectu quod de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et venditor aliam; de viginti solidis quilibet unum denarium; de xxx solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas assenderit (*sic*) ascendendo. Ex quibus tot et tanta subcidia poterunt provenire, quod difficile extimari, sed etiam credi posset, nec ex hoc ejus subditi retrahentur, quin ex indulgentiis et alias pie moti ad istud negotium adjuvandum, et porrigant plenas manus. Sed nec idem dominus rex ad sola prima juvamina se restringit, quin intendat, presertim decursis adjutoriis supradictis, alia subcidia facere Terre Sancte, secundum quod per Vestram Sanctitatem videbitur ad id opus largius elargiri, sed et demum exponere, si necessitas id exposcat, etiam se et sua.

Igitur dominus rex ad Vestram reverendissimam Sanctitatem nuntios suos misit super hiis que secuntur : primo, ad certificandum Vestram Beatitudinem reverenter de piis, devotis, firmis, affectuosis et stabilibus propositis et desideriis quibus ducitur et est ductus in omnibus et singulis supradictis, et afficitur ad piissimum negotium Terre Sancte, et, ad complacentiam et honorem Vestre beatissime Sanctitatis et Sancte Romane Ecclesie, matris sue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis. Secundo, ad supplicandum super omnibus et singulis infrascriptis, super quibus, et eorum quolibet dictos nuntios jussio regis urget.

In primis, quatinus ad sanctissimum istud factum quod principaliter contingit Vestram Beatitudinem, ut videtur domino nostro regi, cum sit negotium nostri piissimi Redemptoris, domini Jhesu Christi, qui sua misericordia tam condigne constituit suum universalem vicarium pre cunctis ceteris vos in terris, et in ea parte terre quam suo proprio sanguine consecravit tot et tantis blasfemiis execratur, est etiam negotium sancte fidei, cujus debetur Vestre Beatitudini pre ceteris major zelus, que sic locis originar[iis] exulatur, et est per consequens totius gregis dominici, cui magna Dei providentia vos capud (*sic*) preposuit et pastorem, spiritualiter et temporaliter, affluenter in plenitudine largitatis dignetur Vestra reverendissima Sanctitas subvenire, exemplo illius cujus vices geritis in solidum super terram, qui suum populum, ut ingrediretur hujusmodi Terram Sanctam, in columpna nubis per diem, et in columpna ignis per noctis tenebras precedebat, in utroque tempore dux itineris esset, ipsis utrumque subcidium, sic quod eis nichil deficeret, et subministrans, sed et exequi dignemini quod precepit Moysi suo, cujus auctoritas in Vestram benignissimam Sanctitatem divinitus translata est, dum injunxit ei quod elevaret virgam, et manum

extenderet supra mare ut populus per ejus (re)medium gradiretur, virgam directionis et virtutis in spiritualibus concedendis et manum potentis adjutorii extendendo, huic operi sic dignemini subvenire quod, tam ipse quam reges, principes, comites et barones, et omnes et singuli christiani vestris sanctis exhortationibus et exemplo promptius moveantur ad tam prompta quam exuberantia subcidia facienda.

Supplicat igitur ante omnia dominus rex predictus spirituale subcidium pro predictis, scilicet quod Sanctitas Vestra dignetur concedere plenas indulgentias generales illis omnibus qui transfretabunt, tam in primo quam in sequentibus passagiis, et circa hoc uberius exercere vestre plenitudinem potestatis quam fuerit consuetum, cum solito plus egeat Terra Sancta, et fideles christiani in partibus transmarinis subcidiis oportunis. Et idem fiat de illis qui propria pro primo passagio sunt largiti, et pro eodem vel aliis imposterum largirentur; et circa hoc, juxta datorum seu dandorum quantitatem, Vestra Sanctitas ita late, cum Dei complacentia, indulgentias hujusmodi taliter moderetur, quod quilibet fidelis catholicus, qui non poterit vel sibi datum desuper non f[ue]rit transfretare, ad propria plenis manibus eroganda pro sustentatione transfretantium moveatur, et quod indulgentia hujusmodi claris et certis terminis declaretur, ne forsan dubietas retrahat aliquos a donando, et dictas indulgentias dig[nemi]ni facere per totam christianitatem celerite[r] publicari, necnon et quod dignemini libertates et privilegia largiora concedere volentibus transfretare, inter que supplicat in specie que continentur inferius circa finem.

Item supplicat quod, de presenti, ad perficiendum et complendum sepedictum primum passagium, quod aperiret, Deo dante, et jam fructuosissime noscitur aperire viam multis subcidiis tam personalibus quam mixtis et realibus, per Dei gratiam valde latam, de quantitatibus quas recepit Vestra reverendissima Sanctitas in hujusmodi Terre Sancte negotio convertendis, et de aliis sic dignemini subvenire quod ad Dei, nostri Sancte Romane Ecclesie et totius Christianitatis gloriam et honorem celeriter hoc proximo tempore, ut exposcit necessitas supradicta, perfici valeat et compleri, et quod super passagio seu passagiis secuturis, et specialiter super illo quod expedit et est necessarium fieri anno proximo subsequenti, cum quanta gentium quantitate, et de ceteris oportunis eadem Vestra Sanctitas sibi suam significet voluntatem, et quod dignemini primo, quantum ad vos, et deinde quantum ad subditos, ordinare de tali et tanto subcidio faciendo quod de dila[ta]tione sancte fidei et recuperatione patrimonii Jhesu Christi spes verisimilis esse possit; eodem enim ordine sicut apparet ex superioribus rex procedet.

Item quod dignemini loqui domino regi Roberto et nuntios mittere speciales ad Fredericum, regem, ad Jenoenses, Pisanos, Anconithanos, Venetos et omnes alios commorantes in Maritima potestate, ad publicandum eis processus quos credit dictus dominus rex Francie factos esse per Vestram reverendissimam Sanctitatem contra illos qui Sarracenis et aliis catholice fidei inimicis vetita quoque portant seu commercium habent aliquod cum eisdem, et ad recipiendum ab eis, si commode poterunt eos inducere, sufficientes et ydoneas cautiones de servandis contentis in processibus memoratis, et ad inducendum eos ad faciendum super hoc statuta et ordinationes sufficientia et valida, secundum morem eorum, et requirendum quod prestent, in isto primo passagio et in sequentibus, consilium, auxilium et juvamen, et quod permittant extrahi libere bladum, vinum, equos, arma, navigia, lig[n]amina et omnia alia transfretantibus necessaria et etiam oportuna, et quod dicti processus quam comode fieri poterit aggraventur, et si forsan non sunt facti, quod fiant celeriter, et ut plus fieri poterit cum rigore.

Item quod dignemini scribere in speciali omnibus principibus christianis litteras exhortatorias, sicut Sanctitati Vestre videbitur ordinandas, quod velint ad istud sanctum negotium affluenter et celeriter adjuvare, et subditos suos inducere quod faciant illud idem, sicut dominus rex predictus subditis suis facit et intendit facere quantum poterit bono modo. Et quod, inter reges et principes et alios quoscunque guerram habentes, dignemini modis omnibus quibus poteritis procurare quod reformatio pacis fiat, vel saltem treuge sint longe quod eorum subditis, non debea[n]t impediri quominus ire valeant, si voluerint, vel alias adjuvare.

Item quod etiam mittere dignemini nuntios speciales Imperatori Constantinopolitano et regi Tarsis et ceteris de quibus Sanctitati Vestre videbitur expedire, ad inducendum ipsos et tractandum etiam cum eisdem quod contra Soldanum consilium et adjutorium velint dare. Et prefatus dominus rex paratus est scribere omnibus supradictis et procurare pro posse que Sanctitas Vestra supplicat procuranda.

Item quod Sanctitas Vestra circa bona Hospitalis et Templi ordinationem factam in consilio Viennensi faciat observari et exequi cum effectu, alias ordinare quod Terre Sancte subcidium faciant quale decet, sic quod imposterum sint facturi.

Item quod omnia legata incerta et indistincta, redemptiones votorum et legata omnia Terre Sancte facta, istis passagiis, ut melius fieri poterit, deputentur; quod fieri faciatis processus et ferri sententias contra illos qui ad talia tenebuntur, nisi satisfecerint infra tempus certum per vestram paternitatem sanctissimam moderandum, et nichilominus ipse rex, ad requisitionem illorum quos deputaveritis ad predicta, faciet executionem celerem contra suos subditos pro predictis.

Item quod dignemini dare, sicut etiam alias a vestris predecessoribus noscitur esse factum, omnibus prelatis religiosis et personis ecclesiasticis cujuscunque status aut conditionis existant, generalem et liberam licentiam transfretandi, tam in primo passagio quam in sequentibus, absque eo quod a Sanctitate Vestra vel alio superiore suo licentiam habeant petere specialem, dum tamen a se vel ab alio sufficienter habeant unde vadant et remaneant per integrum unum annum, quodque illi qui transfretabunt, ad quos ratione dignitatis competit visitare et procurationes recipere, per alium vel alios licite visitare et in peccunia procurationes recipere ex nunc secundum vestrum beneplacitum moderandas [1], quamdiu fuerint in prosecutione negotii memorati, dum tamen peccuniam inde recipiendam expendant in usus predicti negotii Terre Sancte, et quod illi qui tenentur Sedem Apostolicam visitare, quamdiu fuerint in servitio Terre Sancte, sint ab hoc liberi et immunes, et per biennium vel tempus aliud post regressum, sicut Sanctitati Vestre videbitur moderandum.

Item quod canonici et alii quomodolibet prebendati qui voluerint transfretare, a tempore itineris arrepti, recipiant integraliter fructus omnes prebendarum, dignitatum et quorumlibet beneficiorum suorum, et distributiones cotidianas ac si personaliter in ecclesiis residerent, cum, non minus quam in ecclesia residendo, constet eos Deo et universali Ecclesie deservire, non obstante quod non fecerint primam residentiam personalem, cum ceteris non obstantibus oportunis.

Item quod illi qui obtinent vel interim obtinebunt dignitates ecclesiasticas vel alia quecunque beneficia, cujuscunque status vel conditionis existant, quamdiu fideliter et integraliter tertiam partem fructuum et proventuum beneficiorum hujusmodi dictis usibus deputabunt, vel saltem per aliquod certum tempus, non teneantur ad ordines quos requirunt beneficia hujusmodi promoveri. Et quod idem concedatur omnibus qui duxerint transfretandum, videlicet quod quamdiu institerint in servicio Terre Sancte, durante dicto passagio, pretextu dignitatum vel ecclesiarum hujusmodi, non teneantur ad aliquos sacros ordines promoveri, nec procurationem aliquam solvere obtentu quorumcunque privilegiorum, vel circa ista moderemini tale tempus, sicut Sanctitati Vestre pro utilitate negotii videbitur expedire.

Item quod omnes illi qui de beneficiis, vel de quibuslibet bonis mobilibus ecclesiasticis ad alium pertinentibus, seu in quibus jus efficax non habebant, aliquod illicite quomodolibet habuerunt vel receperunt, pro quibus in judicio non sunt tracti et pro quibus possunt teneri ecclesiis vel personis ecclesiasticis quibuscunque, absolvantur in foro conscientie, dum tamen medietatem vel illam quotam de qua Sanctitati Vestre videbitur faciendum, tradant ad usus hujusmodi vel expendant in ipsis personaliter transfretando. Et quod idem fiat de omnibus qui ad restitutionem decimarum vel primiciarum quomodolibet tenebuntur, et idem si ad restitutionem quorumlibet debitorum a se vel a predecessoribus suis contractorum quibusvis personis forcitan teneantur, dum tamen certa persona non appareat cui sit restitutio facienda.

Item quod omnes persone ecclesiastice quibus non licet condere testamentum, possint de bonis ecele-

siasticis mobilibus vel ab ecclesiis vel ab al[iu]nde quomodolibet acquisitis vel acquirendis, testari, libere disponere et alias ordinare in vita pariter et in morte, et, ubi voluerint, eligere sepulturam, dum tamen usibus supradictis partem mediam bonorum hujusmodi integraliter duxerint deputandam vel quotam illam quam Sanctitati Vestre providerit ordinandam.

Item quod ecclesiastice persone que personaliter transfretabunt, a prestatione decime seu cujuslibet subcidii concedendi pro subcidio Terre Sancte penitus sint immunes.

Item quod si contingat personas ecclesiasticas, qualescunque et cujuscunque status fuerint, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, contra inimicos fidei bellicis armis uti et interficere vel etiam mutilare, vel consilium et auxilium ad hoc dare, a suis prelationibus, dignitatibus vel aliis suis beneficiis privari nequeant vel deponi, nec perdant executionem ordinis jam suscepti, nec impediantur quominus ad altiores ordines et alia quecunque beneficia valeant promoveri; vel circa hec et similia, sicut Vestre Beatitudini salubrius videbitur faciendum pro animarum remedio et pro securitate status ipsorum, alicui vel aliquibus concedere dignemini potestatem in predictis et aliis irregularitatibus quibuscunque, occasione hujusmodi contrahendis, libere dispensandi.

Item quod omnes persone ecclesiastice, tam prelaturas quam dignitates et alia beneficia quelibet obtinentes, etiam si religiosi fuerint, possint libere vendere vel pignorare, obligare fructus, redditus et proventus prelationum, dignitatum, prioratuum et beneficiorum suorum per unum annum ante arreptionem itineris, pro preparamentis necessariis perquirendis, dum tamen jurent, cessantibus aliis impedimentis legitimis, se transfretaturos in proximo tunc passagio secuturo, et etiam pro parte quadriennii post iter arreptum, si in servicio Terre Sancte pro tanto tempore voluerint remanere, sic quod possint reperire qui velint contrahere cum eisdem, vel quod tempus permissionis hujusmodi secundum vestrum, beneplacitum salubriter moderetur; quodque si personas prelaturas, dignitates vel beneficia obtinentes contigerit in prossecutione negotii mori, medietas reddit93uum et proventuum administrationum suarum percipiendorum in anno dicte mortis, cedat eorum ordinationi libere pro suis debitis persolvendis et aliis beneplacitis faciendis, alia medietate pro portandis oneribus remanente.

Item quod concedatur transfretantibus quod, auctoritate quarumcunque litterarum Sedis Apostolice vel legatorum ipsius, ipsi vel procuratores eorum extra proprias dioceses non trahantur; necnon alia privilegia et libertates, de quibus summe prudentie Vestre benignissime Sanctitati[s] videbitur expedire, dictis transfretantibus, si placet, concedatis, ut exhortatione talium et similium premiorum, fideles quilibet ad supernum premium salutare salubriter provocentur, et ad Vestre reverendissime Sanctitatis et suam gloriam, ipsorum anime salve fiant [12]. »

1. Le passage en question, depuis *Quoniam* jusqu'à *possit intelligi*, se trouve, sous une forme plus correcte, dans le Décret de Gratien, première assise du CORPUS JURIS CANONICI, *pars* II[a], *causa*, XXIV, *quæstio* I, *can.* XXV : *Hyeronymus ad Damasum*.
2. Reg. *retur*.
3. Reg. *rectum*.
4. Ce mot manque dans le texte du Décret.
5. Reg. *linstra* (?).
6. Reg. *deserpit*.
7. Ce passage depuis *nunc* jusqu'à *tronum suum* se retrouve aussi presque textuellement dans le texte cité.
8. Reg. *alios*.
9. *Turonensium* (cf. n[os] 1694, 1696, 1702, 1707).
10. Voyez n° 1683.
11. Il faudrait ici un mot tel que *valeant*.
12. Nous donnons à ce document la date que porte la lettre d'envoi des ambassadeurs auxquels il fut remis.

1686 *Saint-Germain-en-Laye*, 24 *avril* (1323).

Carolus, Valesii comes, nuntios ad papam super passagio transmarino responsuros mittit. (REG. 111, fol. 218, c. 926; — J. PETIT, *Charles de Valois*, p. 393, pièce justificative n° XIX.)

« *De passagio per persona comitis Valesii : littera dicti comitis.* Tres Saint e tres redouté Pere et sire je, Challes, filz de roy de France, conte de Valoys, vostre humble filz, me recommant a vous, tres saint Pere. Reverent Pere, mon chier et amé l'evesque de Senliz m'a parlé et touché d'aucunes choses touchantes ma personne et le voiage d'outre mer, desqueles choses j'ay dit et descouvert audit evesque et mandé a mon ame et foyal chevalier Bouechart de Monmo-

rency m'entention e mon cuer, e ay chargé et commis a l'un et a l'autre qu'il en parlent a vous, Tres Saint Pere, si vous supplij et pri que vous voillaiz touzjours mander vostre volenté comme a celuy qui est volontif et desirant de la faire. Nostre Sire soit garde de vous. Donce a Saint Germain en Laye, XXIIII jours en avrill. »

1687 *Saint-Germain-en-Laye*, 24 (?) *avril* [1323].

Regis Franciæ ad papam littera pro dicto comite Valesii. (REG. 111, fol. 218, c. 927.)

« *Littera regis Francie pro eodem.* Tres Saint Pere, nostre chier et feal oncle Challes, conte de Valois, nous a exposé que aucus de ses genz li ont signifié de par vous que vous desirrez et voudriez moult que il entrepreist le passage de la Terre Sainte et que vous y feriez et ayderiez moult avant tant bonnement comme vous pourriez, pour ce que il y fust plus convenable et plus profitable que moult d'autres. Si nous a monstré e fait mostrer la grant affection que yl a audit saint voiage et de an faire ce que vous en desirrez et voudriez, si comme dessus est dit; si nous a requis que nous ley vousissons conseillier et aviser. Donc nous, eue consideration sus ce et avis, li avons ainsi respondu et fait respondre que le passage general, quant Dieu plaira que bonnement se puisse faire et ordener, nous ne le lairions, ne a li ne contre aicors le retenons pour nostre persone en lieu et en temps, se Dieu nos donne vie. De cest premier particulier passage, qui est preparatif et moult necessaire aus autres, ensui[v]ans, l'en ne se puet en bonne guise partir, quar l'en y a ja avant procedé par l'avis de pluseurs vaillans et sages genz, et escript et mandé au roy de Chipre et de Ermenie et a pluseurs autres, donc de soi retraire seroit grant desconfort d'iceus et grant admirationt de nostre pueple, ne il n'est pas aussi bien convenable ne chose preste pour ledit nostre oncle. Mais, tres Sains Peres, nous desirrerions et voudrions moult que ledit nostre oncle entrepreist le secont passage auquel nous li voudrions moul aidier selonc nostre povoir. Si vous supplions que sur celi secont, lequel nous voudrions que il seur toutes autres personnes entrepreist, vous vueulliez entendre et y vueulliez tant faire que, a honneur de Dieu et essaucement de la foy et loange dont dit nostre oncle, il le puisse bonnement entreprendre. Et, Saint Pere, sus cesti premier passage dessus dit et sus les autres choses pour lesqueles nous vous avons envoié noz messages[1], nous attendons vostre bonne response, laquele est moult necessaire si comme vous savez. Si vous plaise a la faire et dilivrier au plus tost que vous porrez. Donné a Saint Germain en Laye, le XXXIII[2] jour d'avril. »

1. Voyez ci-dessus nos 1684-1685.
2. *Sic*, peut-être faut-il lire XXIIII, comme pour la lettre du comte de Valois qui précède. L'itinéraire de Charles IV, publié dans le *Recueil des Historiens de France* (t. XXI, p. 489), ne permet pas de corriger l'erreur.

1688 [24 *avril* 1323.]

Supplicatio pro comite Valesii papæ oblata. (REG. 111, fol. 218, c. 928; — J. PETIT, *Charles de Valois*, p. 394, pièce justificative n° XIX.)

« *Supplicatio pro parte dicti comitis oblata.* Sanctissime Pater et domine reverendissime, significamus Vestre benignissime Sanctitati qualiter dominus noster comes Valesii, sicut sancte fidei zelo plenus in passagio faciendo pro subcidio Terre Sancte, conditori fidei Sanctitate Vestre et toti Christianitati totis affectibus desiderat complacere, quodque, domini nostri Francie regis habita voluntate, ad hoc efficaciter et cum Dei juvamine salubriter exequendum offert Sanctitati Vestre personam suam, filios suos, bona sua et quicquid ultra poterit exponere loco et tempore pro predictis de quibus expediens Vestre videbitur Sanctitati.

Item quomodo tam dominus rex quam idem dominus noster Valesii Vestre supplicant Sanctitati quod ad hoc quod idem dominus comes possit cum tot, tantis et talibus personis facere passagium memoratum, quod, divino juvamine mediante, valeat christianos illarum partium et terram eorum viriliter defendere, valeat et inimicos fidei fortiter impugnare et Christi fidem dilatare, dignetur Vestra Sanctitas de sufficientibus subcidiis eidem subvenire et, dum hoc fiat,

idem dominus Valesii paratus est bonam securitatem facere de complendo et continuando passagium memoratum, sic quod Vestre poterit sufficere Sanctitati. Videtur autem eidem domino nostro Valesii, salva deliberatione Vestre Sanctitati[s], quod ad predicta ad honorem Dei et Sanctitatis Vestre et Christianitatis salubriter exequenda, sufficerent et decerent VIII^{m} hominum equitum, et XXX^{m} peditum stipendiariorum, qui etiam navigiis indigerent. Que autem dicta vadia debent esse, reperimus in scriptis alias Sanctitati Vestre exhibitis, tempore recordationis inclite domini Philippi, tunc Francie regis, que sunt penes reverendum patrem dominum cardinalem de Arrablayo, que Sanctitas Vestra voluit nos videre : pro barone XX sol. turonensium, pro milite X, pro scutifero VII sol. VI den., pro pedite XX den., unde supplicamus devote Vestre beatissime Sanctitati quatinus considerare dignemini que, qualia et quanta bona ex [1] persona dicti domini Valesii facto dicti passagii poterunt provenire, et super istis benigniter et gratiose dignemini respondere de beneplacito ipsius Sanctitatis [2]. »

1. Reg. *et.*
2. Pour la date, voyez n° 1686.

1689 [24 *avril* 1323.]

Declaratio dictæ supplicationis. (Reg. 111, fol. 218 v°, c. 929.)

« *Declaratio dicte supplicationis.* Sanctissime pater et domine reverendissime, super supplicatione quam pro domino nostro comite Valesii pro negotio Terre Sancte Vestre Beatitudini verbis et scriptis duximus exponendam, ut, quanto lucidius ipsi benignissime Sanctitati de verà, pura, laudabili et sincera intentione ipsius domini comitis apparrebit, tanto perfectius et uberius possit supplicationi predicte, cum Dei complacentia, respondere, ipsi Beatitudini sequentia disposuimus explicanda. Primo quod, licet numerum stipendiariorum VIII^{m} militum equitum et XXX^{m} peditum ex parte prefati domini nostri comitis tradiderimus ut decentem, tamen firmiter credimus et tenemus quod idem dominus Valesii, juxta deliberationem salubrem Vestre beatissime Sanctitatis, ad numerum pauciorem tam in equitibus, quam in peditibus se restringet, licet super hoc mandatum expressum de numero pauciori non habuerimus ab eodem.

Item quod tempus ad hujusmodi sanctum passagium faciendum videtur eidem domino Valesii circa finem biennii subsequentis, consideratis omnibus, oportunum, licet et in hoc et aliis intendat agere secundum deliberationem Vestre beatissime Sanctitatis.

Item ad minus intendit ultra mare in prosecutione negotii sancte fidei per quinquennium continuum remanere, et plus, si de majori tempore provideritis ordinandum.

Item quod paratus est, quantum Sanctitati Vestre pro plena securitate videbitur expedire, se et suos efficaciter obligare de negotio prosequendo, et, cum Dei adjutorio, pro posse suo complendo et effectualiter exequendo, et de hiis que ad hujusmodi passagium disposueritis concedenda, in illum et non in usum quemlibet alium convertendis.

Item credimus firmiter quod sit intentio dicti domini Valesii, quod sub domino nostro rege Francie, et sub ejus nomine capitaneatum dicti passagii recipiat, et prout ordinatum fuerit una cum Vestra beatissima Sanctitate, cum illius juvamine cujus negotium principaliter est gerendum, salubriter exequatur. Unde Sanctitati Vestre devotissime supplicamus, quatinus Vestre beatissime Sanctitati de tanto et tali subcidio sibi dignemini subvenire, quod ad honorem Dei, vestrum, domini regis, et suum et sancti negotii commodum decenter capitaneatum dicti passagii possit in se recipere, et ipsum exequi fructuose, et super hoc bonam et brevem responsionem facere si Vestre placeat Sanctitati [1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1686.

1690 [*Avril* 1323 *au plus tard.*]

Nuntiorum regis Jerosolimæ et Cypri consilium super negotio transmarino. (Reg. 111, fol. 216 v°; fol. 217, cc. 920-925.)

« C'est le consaill et avisiment que nous, messages du Roy de Jerusalem et de Chypre, conseillons celonc ce que il nos semble a nete conscience pour la garde

et deffence de la terre d'outremer, et sur ce que nos avons veu et oy a nostre sire le roy de France le bon entendement e voloir que il a nos semont de dire se qui si apres devise.

[c. 921] Tout premièrement por ce que nostre sire le Roy de France nous fist dire que quant a ores le generau passage, lequel il entendoit a fere et voloit accomplir, il li convenoit en ceste chose qui estoit si grant, avoir espace de tens por regarder ce qui converoit per edefier l'estat de ladicte besoigne mes anssois que le generau passage ce feist, viant nostre sire le Roy fere et mander aucun passage particulier, celonc se que nos avons peu entendre au retrait qui fu fet par lui au Parlement, et parce que le besoing le requiert,

[c. 922] a nous semble, porce que nos avons esté en la compaignie de monseigneur le conte de Clermont quant il fu devant nostre Sant Pere le Pape [1] et proposa l'ordenanse et l'eufre que il faisoit pour lui e por ces compagnons aler à la Terre d'outremer, por lui secourre et offindre les hanemis de la foy et servir II ans,

[c. 923] seigneurs, a nos semble que l'ordenance et l'oferte es bone, mes que le fust jusques au generau passage; car se autrement fust, si comme par autre fois a esté, que gens de savier et Arméniens de galies ont esté par dela aucune saison, de coi partant ladite gent et l'armement des galies ont esté, si comme dit est, les hanemis de la foy nos couroint ssus et nos offendoient en mantes manières, si comme entre vos seigneurs l'aves çeu et entendu, et grant domage et peril seroit à la Crestiente par dela que nul passage particulier se feist autrement que jusques au generau passage. Car a ce fere torneroit a grant aie et honeur a la Crestiente, car moult de bien et d'esploit porra ledit passage particulier fere quant la chose cera ordenée et pronis a maintenir ledeit passage si come dit est.

[c. 924]. Tout premierement quant la gent, qui devoscion ont, orront que le passage particulier est ordené par la manière ssus dite, il enverront à si grant foison e tant yront en avant en jusques que ledit passage veigne generau, que moult de bones besoygnes se feront. Encores les galies qui doivent estre deistreindront que nule vitaille ne porra estre donée ne porrée as henemis de la foy, de coy il lor tornera a gran demage. Encores, en ce que les mauveiss crestiens que les Memelans (*sic*) portent et lor vendent, les quels ce les meillors gens d'armes qu'il aient, il lor faudra encores des marchandiers, lesquels il ont il ne les pourent vandre, de coy il lor tornera a grant confusion quar il ne vivent d'autre.

[c. 925]. Enquores nos semble, pour l'echmeute que le Saudan de Babiloine a empris a fere au roiaumme d'Ermenie et a celui de Chipre et (et) porce que les crestiens par dela sont poi et de petit povoir au regart dou Saudan de Babiloinne, convenable chose sereit que x galies bien armées fuissent apareillées de partir à ce mars prochoin venant et II^{m} sergens ambalestriers aler aveq lesdites galies, et raison por coy, si est ceste que, se le Saudan faiseit nule armée por offandre l'un roiaumme ou l'autre, que les x galies, aveuc l'aie de l'armement que nostre sire le roy feroyt, lor porroit ferre gran domage, et la sergenterie seroit a la garde et defense des chastiaus et de forteresses d'Ermenie, et ce porcoy nos semble que le secors se fase si prochain, si est que le Saudan ne sache l'emprise per desa et qu'il ne pregnen tel consaill et si hastif qu'il ne fasse domage as cristiens per dela, ensi con fere le peut, se le ditz secors ne se faisoit si prochenement. Encores lesdites galies ne soient de commun, car autre fois ont estes mandées par dela qui ont este de feble portement et de povre consaill, et le cheventamant qui sera sur ledit armemant soit du roiaumme de France et si prodheume qui doute Dieu et aime l'arme de soi.

Encores nos semble que, por lesplait de la besoigne, que le saint Pere le Pape doive mander I legat sur lesdites galies, et qui portast indulgence tel qui fust a l'avantage et au sauvement de seus que bonne conscience averoient.

Encores nos semble que, nostre saint Pere le Pape, et nostre sire le roy de France si ont a mander solempnes messages au han des Tatars, por fayre li savoir l'emprisse que par desa est faite, et dire li celes chosses que a II seigneurs semblera que convenable chose soit, car meus et plus adroit li manderont que nous ne li saverons conseiller.

Et porce que a nous semble que les mil homes a cheval qui en la compaignie de monseigneur le conte doivent aler, porce que l'eufre de lui a esté de ceste Pantecouste a I an, nos semble que le voiage est trop lonc et perillous per II raisons, l'une que les hanemis poroient courre et grant domage fore en aucunes places s'il n'i avoit gent à cheval, l'autre que, se il portoient chevaus en celui temporal, il reseveroient grant domage : l'une que le chaut afauleroit une grant partie, l'autre qui moroient meimes du chaut et quant il ariveroient en Chipre, si ceroient il tels atornés et si febles, que hom ne se pouroit aidier d'eus porce que, en celui temporel, hom ne trouveroit nul herbage ; porcoi il nos semble por ces ssusdites raisons que Monseigneur le conte de Clermont se mouvera en cest haoust prochain venant, se a lui plest, avenc sa compagnie, porce que le temps li est plus convenable de l'autre pour pluseurs raisons : l'une que lui et sa compaignie porront aler en I tens, lequel est atrempré et que les ponens regnent plus fort, l'autre que les chevaus n'en averont mie grant chaut et ariveront en tens dont l'erbage lor sera prochain ; et se il y avoit nus chevaus fleeles du travaill, il seroient secourrus par le prochain herbage, et quant se veroit au nouviau tens, l'on (l'on) se poureit aidier d'eve aussi bien com le premier jour qui se mist à passer, et de ce faisons nous bien acerte[né] entre nous qui somes par dela, car nous mandons querre les chevaus par desa, lesquels, quant il viennent a nous au mois de septembre ou de octombre, seus chevaus echapent et durent, et seus qui vieroent en autre saison auci comme en iste se treuvent moult domages.

Encores nos semble il, por esploit de la besoigne, que ceste gent qui yront en cest saint voiage doivent huser et fere per le consaill de nostre seigneur le roy de Jerusalem et de Chipre, por ce que c'est I des princes de Crestienté que plus ause les besoignes par dela, si que a huser et fere par le consaill de lui, la chose multepliera selonc la fin de nostre desirier [2]. »

1. Il était venu à la cour pontificale sous Philippe V (voy. n° 330 note 2). Il y revint sous Charles IV (voyez lettre du 5 août 1322, n° 1488), il y fut encore envoyé le 17 février 1323 (n° 1684), et, le 22 mars, il arriva à Avignon (n° 1710).

2. Des envoyés du roi de Chypre étaient venus à la cour de France, suivant une lettre du 17 février 1323 (n° 1685). On en trouve, peut-être les mêmes, qui assistèrent à Avignon, avec les ambassadeurs Arméniens, aux délibérations où furent discutées en avril 1323 (n°s 1693, 1695 et 1710, les conditions de la croisade. Les deux documents que nous publions ici (n°s 1690 et 1691) sont donc au plus tard de cette dernière date. Seraient-ils antérieurs au mois de mars comme pourraient le laisser entendre les mots : ce mars prochain venant. Nous ne pouvons l'affirmer. Il est fait aussi mention d'envoyés Arméniens à Avignon le 22 juin 1322 (n° 1431).

1691 [*Avril* 1323 *au plus tard.*]

Ja. Constantii et Reverus, frater suus, una cum domino Sarchi, secundum præceptum a rege et baronibus omnibus regni Armeniæ eis datum, ejusdem regni necessitatem papæ significant. (Reg. 111, fol. 217-218, c. 925 *bis.*)

« Super passagio particulari quod ad presens ordinatur, super quo Vestra Sanctitas petiit a me Ja. Constantii, quod ego et Reverus, frater meus, una cum domino Sarchi, milite, deberemus habere consilium et vobis dare per scripta que nobis viderentur, et, cum essemus cum domino Sarchi locuti, respondit quod suum scriptum vellet per se donare, nos Ja. et Re. memorati, secundum preceptum et commissionem que a domino rege et baronibus omnibus regni Armenie habemus et, sicut homines de ipso regno nati et nutriti et scientes omnem nececitatem (*sic*) ejusdem regni, secundum nostram parvam scientiam, infrascripta Vestre Sanctitati significamus.

Ista passagia particularia que transfretare debeant partisando (*sic*) ab hinc, eundo et redeundo, per unum annum saltem habere[n]t durare, ita quod, secundum nostram extimationem et prout nobis videtur, non stabunt in regno Armenie ultra duos vel tres menses, et hoc est manifestum. Propterea videtur nobis quod christianis ibidem non proficuum, ymmo nocumentum prestabunt. Nam si aliqua da[m]pna in terra Sarracenorum fecerint per mare aut per terram, post ipsorum recessum intrabunt Sarraceni Armeniam et contra unum da[m]pnum quod ipsis fuerit illatum, ipsi regno seu ejus gentibus facient decem, sicut alias pluribus vicibus contigit, cum christiani ipsi aliqua dampna fecissent, postea Sarraceni in Armeniam accesserunt et, pro eorum dampnis, emendam et persolutionem receperunt; et hoc tempore, quo treugas habere-

mus cum eisdem, dicentes cristiani : « Hec nobis dampna fecerunt per vestrum consensum et verisimiliter modo maxime cum continue guerras in simul habeamus ». Et cum tam breviter recedent isti transfretaturi, inimicifidei, maximam exinde suscipiant audaciam super regni christicolis verisimiliter, quia videbunt ita subito recedere nostrum succursum quod tamdiu desideravimus, et nobis facient majora dampna quam nunquam fecerint, immo ipsum regnum et ejus gentes ponant ad omnimodam destructionem, et poterit esse quod, in tam brevi termino, sicut ubi forent ipsi transfretaturi, ipsi circumvicini regni Armenie inimici forcitan non facient aliquam guerram, sed, post recessum ab illic christianorum, se movebunt dicti inimici et sic erunt desolati ibidem omnes christiani et erit omnino patrie nostre destructio et perditio totalis.

Ex premissis igitur videtur nobis quod, si expense et peccunie que fient pro isto passagio et armamento quod tam breviter ibi ultra manebit, congregarentur et mitterentur in regnum Armenie, utilius fore (*sic*) regno, quia rex et barones Armenie longius et melius defenderent terram suam cum ipsis expensis et peccu[n]iis quam sic defendetur.

Vel videtur nobis melius et utilius quod transfretatorum qui ita cito sunt ab illic recessuri et cito re(d)dituri, medieta[s] duntaxat transfretaret et ibidem continue permaneret, quousque divina gratia et Vestra Sanctitas de remedio provideret meliori vel donec fieret passagium generale.

Nececitas regni Armenie est hec. Rex et barones ac omnes regni predicti christiani supplicarunt et supplicant Vestre Sanctitati ac sacro collegio cardinalium, necnon regi Francie ac omnibus aliis regibus, principibus et baronibus christianorum quod eis preberent auxilium, juvamen et consolationem, quia a XXXVI annis citra in quibus perdita est terra christianorum ultramarinorum, solum regnum Armenie guerravit contra fidei inimicos sine auxilio et adjutorio quorumcumque, modo enim non potest durare sine succursu christianorum citramarinorum, et principale adjutorium fiet in hunc modum.

Ordinetur per Sanctitatem Vestram ac regem Francie et alios reges et barones, principes christianorum, unus devotus, potens, probus et strenuus ac magni nominis et generis baro cum quatuor milibus equitibus (*sic*) armatis et x^{m} peditibus, qui cum omnibus sibi necessariis et paramentis vadant in Armeniam, permansuri in societate (et) baronum dicti regis Armenie, cum quibus poterit bene defendi regnum ipsum et poterit rex et barones ipsius regni Armenie cum ipsis recipere prelia in campis, quotiens et quando fuerit oportunum, contra fidei inimicos, scilicet Sarracenos, Tartaros et Turchos, et acquirere de terra et patria ipsorum magnam partem, nam etiam propter indulgentias jam a Sancta Matre Ecclesia concessas, plures christiani venirent in adjutorium dictorum fidelium, qui ita fortificarentur, et debilitarentur inimici; et haberent ipsi christiani sua navigia et galeas cum sibi necessariis omnibus in mari, quo inimicos ac etiam per terras dampnificarentur, quousque latius provideretur.

Si autem predicta ita breviter, sicut fuerit oportunum, ordinentur, quod saltem II^{m} equites et V^{m} pedites vadant, cum quibus, si contingeret inimicos intrare reg[n]um, valeant rex et barones ipsius regni Armenie predictis eis resistere et eis dare prelia in regno [quo]tiens fuerit oportunum. Quod si neutrum predictorum fore non poterit, ut premittitur, tam cito, sicut oportunum fuerit nececitati prefati regni, ordinetur saltem quod ibidem mittantur victualia et peccunie cum quibus recipiantur stipendiarii et muniantur castra et fortalicia, cum victualibus ac hominibus, equitis et peditis qui bene ibi inveniri poterunt et sic, quolibet anno, defendant regnum usquequo, divina gratia permittente, providebitur de ampliori remedio seu passagio generali.

Super premissis itaque dignetur Vestra Sanctitas ac sacrum vestrum collegium cardinalium, qui habetis gubernare totam Christianitatem, de remedio oportuno providere, respiciendo dictorum Christi fidelium ultramarinorum afflictionem et persecutionem; et que fienda sunt fiant breviter pro Dei[1] amore, nam tarditas ipsorum est regni Armenie destructio omnino ac omnium aliorum fidelium christianorum ultramarinorum[2]. »

1. Ces mots sont, par erreur, répétés dans le texte.
2. Pour la date, voyez n° 1690, note 1.

1692 [*Avril* 1323.]

Consilia data per cardinales ad oblationes a Carolo, rege Franciæ, pro subsidio Terræ Sanctæ factas. (Reg. 111, fol. 228 v°, c. 930.)

« *Infrascripta sunt consilia data per reverendos in Christo patres et dominos, dominos sancte Romane Ecclesie cardinales, ad oblationes factas per dominum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, pro subcidio* (sic) *Terre Sancte*[1]. Considerata oblatione facta per dominum regem, tam pro primo passagio quod est quoddam preparatorium, quam pro secundo et sequentibus passagiis, in quorum quolibet magnus numerus equitum et peditum requiretur, necnon attenta ordinatione regia super predictis, cum magnorum virorum et circu[m]spectorum, ut creditur, in talibus consilio, subsecuta, apparet ex verbis cedule pro parte regia tradite quod de anno presenti multum superest, cum dictus dominus rex, secundum cedulam, non exprimat inchoationem primi passagii, nec in martio preterito, nec in maio, nec augusto instantibus faciendam. Unde, supposito, quod secundum passagium honorabiliter et utiliter concordetur, relinquitur quod primum passagium non erit inutile nec impossibile, dumtamen pecunia necessaria ministretur. Ceterum quia dictus dominus rex non offert nisi L mille libras (*sic*) turonensium, et restant II^{c} mille libre turonensium, de quibus supponit Ecclesiam posse primo passagio subvenire, videtur, omnibus compensatis, quod Ecclesia, etsi non in toto, saltem in tanto pro dicto primo passagio, subventionem offer[e]t Vestre Sanctitatis arbitrio moderandam; et si numerus galearum esset minor quam fuerit ordinatum quod forcitan (*sic*) expediret, oblatio Sanctitati Vestre facienda minor, etiam sine indecentia, posset esse. Super secundo vero passagio et sequentibus, super quibus multe dubietates et obscuritates emergunt, videtur quod, super dubiis et generalitatibus predictis, dicti domini regis intentio debeat declarari, et quod persone solemnes mi[t]tentur ad eum, que dubia et difficultates que occurrunt circa hujusmodi negotia, et ex lectione dicte cedule, seriatim, divisim et lucidius aperirent, et quod, audita responsione et declaratione ipsius Sanctitas Vestra plenius informari et certius offerre subcidium juxta conditionem et numerum mittendorum[2]. Ceterum, ne Ecclesie Romane aliquid tarditatis seu difficultatis circa tam salubre negotium possit impingi, videtur quod, ubi dictus dominus rex talem et tantum exercitum mittere[t], super quo Vestram Sanctitatem redderet certiorem, qui nedum posset inimicis resistere, sed ipsos etiam viriliter impugnare, videretur ut populi christiani devotio eo potius augeatur, quo per Ecclesiam Romanam majus subcidium (*sic*) impendetur, quod, in casu ubi dictus dominus rex oblata realiter exequetur, simplex decima diuturna, quamdiu erit ibidem exercitus, et spes de dilatatione christiane fidei fuerit, imponatur, secundum dispositionem Sedis Apostolice et arbitrium dispensanda, quia, si procedat oblatio facta per dictum dominum regem et veniat ad effectum, cum hiis que obvenire[n]t ex indulgentiis et legatis, considerata fidelium multitudine qui sine stipendiis transfretare sperentur, poterit de dicta decima aliqua bona pars superesse pro domino rege prefato, ubi in propria persona dictum assumeret negotium, conservanda vel alias, pro utilitate et negotio Terre Sancte, juxta Sanctitatis Vestre arbitrium dispensanda. Preterea quantumcunque dictus dominus rex in persona propria negotium realiter assumeret, videretur quod per Ecclesiam dicto domino regi, quem in manu potenti et copiosiori exercitu transfretare necessario oporteret, in longe majori subsidio quam sit simplex decima, sit oblatio facienda. »

1. Ce titre, dans le registre, figure à la fin du c. 929. Il doit, en réalité, venir en tête du c. 930.

Les envoyés que le roi de France avait chargés, le 17 février 1323 (n°s 1684, 1685), de traiter de la Croisade, arrivèrent, le 22 mars, à la cour pontificale et exposèrent, le 29 suivant, l'objet de leur mission (n° 1710). La question était importante; elle fut soigneusement étudiée par le pape et les cardinaux : *multis collationibus cum fratribus nostris habitis et deliberatione plenaria subsecuta : — deliberatione cum fratribus nostris ac nuntiis regum Armenie et Cypri prehabita diligenti*, lit-on dans les instructions que Jean XXII, à la suite de ces délibérations, donna à ses légats, et qui sont au plus tard du 25 mai (n° 1710). Les avis des cardinaux que nous publions ici se placent entre ces deux dates, ils sont sans doute du mois d'avril, comme l'indiquent les expressions : *nec in martio preterito, nec in maio nec augusto instantibus*, que nous lisons dans la lettre ci-dessus : *in martio proxime preterito* (n° 1704) et : *in isto maio* (n° 1696) qui désigne évidemment le prochain mois de mai. Nous savons que Pierre des Prés portait, bien avant le 25 mai, date

donnée par C. Eubel dans sa *Hierarchia catholica* (p. 36), le titre d'évêque de Palestrina (n° 1694). Il l'était déjà en août 1322, comme on le constate dans le manuscrit du procès de l'évêque de Cahors, conservé aux Archives du Vatican (Cf. E. Albe, *Hugues Géraud, évêque de Cahors*, extrait du *Bulletin de la Société des Études littéraires, scientifiques et artistiques du Lot*, t. XXIX, 1904; p. 38 du tirage à part, note 1). Le siège était d'ailleurs vacant depuis le 3 novembre 1321.

2. Il manque ici un mot tel que *poterit*.

1693 [*Avril* 1323.]

Consilium Vitalis, episcopi Albanensis. (Reg. 111, fol. 219, c. 931.)

« *Concilium* (sic) *domini Vitalis, episcopi Albanensis.* In primis videtur michi quod duo solemnes et prudentes nuntii, qui ad invicem possint inter se conferre et intentionem Sanctitatis Vestre domino regi nuntiare, et de hiis que proponentur per dominum regem et suum consilium respondere, plene de omnibus dubiis que occurrunt in isto negotio informati, mitti debeant cito ad dominum regem.

Item videtur michi quod isti, postquam comendaverint, ex parte Sanctitatis Vestre, intentionem et devotionem domini regis et sui consilii in isto sancto negotio, primo debeant domino regi et consilio exponere et ostendere quod facere ad presens passagium particulare est impossibile et inutile, multiplici ratione.

Primo quia, propter temporis brevitatem, navigium non posset esse paratum, nec alia necessaria, puta biscoctum, arma, homines, tam naute quam alii; nec pecunia pro predictis necessaria posset esse collecta tempore oportuno, quia ante omnia oportet quod pecunia habeatur.

Secundo quia tale passagium nullum omnino afferret fructum, sed potius magnum dampnum: amissionem scilicet pecunie que in tali passagio expenderetur, quia tam pauca multitudo non posset resistere tante multitudini Infidelium, et Infideles etiam ex hoc magis inardescerent ad exterminandum illam modicam et debilem christianitatem que est in illis partibus, et majorem assumerent audaciam contra christianos, ac magis contepnerent (*sic*) potentiam christianorum, quia et si Soldanus hoc anno proponit invadere regnum Armenie vel Cypri, creditur quod hoc jam fecerit, scilicet in martio vel aprile, et sic illi qui hoc anno irent non essent christianis in auxilium tempore oportuno.

Tertio quia Cyprenses et Armeni qui sunt in curia in hoc concordant quod, modo facere tale modicum passagium particulare, nullo modo esset utile, maxime si non starent ibi, nisi per annum, eundo, morando et redeundo. Continuare autem tale passagium usque ad tempus passagii generalis esset maximarum expensarum que cum difficultate vix possent haberi. Tales etiam expense multum nocerent passagio generali, et etiam passagio particulari majori, quia illud quod deberet congregari pro passagio generali vel etiam pro majori particulari, esset consumptum in particulari passagio supradicto absque aliqua, vel saltem modica utilitate.

Restat itaque videre de secundo passagio, circa quod dico quod istud secundum passagium aut erit tam solenne quod equipollebit generali, quod tunc erit et non aliter [ac] si dominus rex in propria persona transfretaret, quod non videtur possibile quoad presens; si tamen ipse in persona propria transfretaret, consulo quod dominus noster sibi offerat illud quod obtulit domino regi quondam germano suo, sic exprimendo quod, ex quo dominus papa videret quod dominus rex cum effectu pararet se ad transfretandum personaliter et non ante, dominus papa promissionem illam impleret certitudinaliter cum effectu. Ante istud secundum passagium quod nec erit generale, nec dominus rex personaliter erit ibi, sed instituet capitaneum nobilem et providum, sicut decet, tunc dico quod, dummodo dominus rex provideat illi capitaneo de tali societate seu exercitu qui possit, secundum opinionem illorum qui noverant potestatem Soldani, ei in campo resistere et infidelem populum impugnare, et quod dominus rex talem excercitum tenebit ibi continue per quinquennium, et quod dominus rex ad hoc faciendum firmiter se obliget, in tali casu, habita firmitate ex parte domini regis, consulo quod offeratur sibi illud idem quod in primo casu, scilicet in illo casu in quo personaliter ipse iret, cum modificatione, expositione et obligatione que secuntur, videlicet quod in tali passagio in quo dominus rex non erit personaliter, sed ponet capitaneum cum exercitu supradicto, potente non solum resistere sed etiam impugnare gentem infidelem, et continuabit per quinquennium, sint duo milia equi-

tum et xx^m vel ad minus x^m peditum; in quorum numero nullus recipiatur qui alias in persona propria vel ad expensas proprias, esset iturus, vel qui ab alia persona seu collegio stipendia seu expensa recipere[t] ad eundum, sed predictus numerus equitum et peditum sufficeret in illis partibus ad resistendum potentie Soldani vel ad impugnandum ejus gentem, nisi speraretur quod fidelium devotio tam equitum predictum numerum duplicaret vel etiam triplicaret; sed ad aliqualem certitudine[m] et fundamentum, firmamentum firmum passagii, necesse est ad minus quod dominus rex provideat per quinquennium continuum de numero equitum et peditum supradicto cum auxilio Ecclesie jam premisso, alias si minor multitudo mitteretur, quod non posset Infidelibus in campo resistere nec eos impugnare, maxima da[m]pna et incom[m]oda sequerentur.

Motivum autem meum quod, si dominus rex firmiter se obliget ad tale passagium faciendum et per quinquennium ad minus continuandum, fiat sibi obligatio supradicta, est istud : in isto negotio, duo occurrunt pericula contra Ecclesiam. Primum est quod, si ex defectu rationabilis responsionis et sufficientis oblationis, modo, quod absit, negotium rumperetur, daretur via obloquendi populo, qui nescit negotii veritatem et difficultatem, contra Ecclesiam, et culpa aliorum imponeretur Ecclesie innocenti, et facile esset inducere populum ad istum clamorem et ad istam falsam opinionem, et certe hoc posset esse periculum et scandalum, et quantum poterit fieri est vitandum.

Secundum est periculum quod occurit quia, si dominus noster papa consentiat quod istud passagium secundum, de quo loquimur, fiat cum oblationibus quas facit dominus rex, aperte sequitur aliud inconveniens et ad periculum majus quam primum incomparabiliter. Pecunia enim quam dominus rex offert pro xx^ti galeis, duabus navibus, quatuor galeotis, nullo modo sufficeret ad parandum navigium sufficiens pro isto secundo passagio de quo loquimur, in quo scilicet, esset talis multitudo que posset probabiliter inimicos fidei in campo impugnare [et] Terram Sanctam de eorum manibus liberare, et videtur quod onus illud de habendo tanto passagio super humeros Ecclesie dimittatur. Aliud est difficilius, et quia cum clare constet quod passagium non solum esset inutile, immo periculosum et dampnosum, nisi saltem per quinquennium continuaretur, cum dominus rex nichil offerat pro continuatione exercitus ad predictum tempus, aperte videtur quod onus expensarum ad continuandum passagium dimittatur penitus domino nostro Pape, et cum istud onus omnino sit impossibile eidem domino nostro, quia nec decime nec quod speratur de indulgentiis aut aliis subventionibus fidelium sufficerent ad tenendum per quinquennium talem exercitum, nisi dominus rex amplius extenderet manus suas. Si autem Ecclesia non posset aut non ministraret expensas exercitui pro quinquennio supradicto nec rex hoc vellet facere, necesse esset omnino quod exercitus recederet de terra illa, et ad hoc sequerentur maxima mala. Primum est quod omnes expense facte essent perdite; secundum quia Sarraceni, post recessum exercitus, exterminarent christianitatem illorum duorum regnorum, et contempnerent omnino potentiam christianorum, et contra eos essent audatiores solito. Tertium est quia tunc, quamvis falso possent alii populum contra Ecclesiam concitare, dicendo quod Ecclesia noluit juvare nec ministrare expensas exercitui, ideo tota illa christianitas ab Infidelibus est consumpta, nec diceretur vel a paucis diceretur quod Ecclesia non potuit expensas facere tanto tempore pro exercitu, aut quod dominus rex noluit subvenire illi, etiam fuissent in exercitu, contra Ecclesiam clamarent fortius quam si non fuisset passagium inchoatum.

Unde si de duobus malis est minus eligendum, ego preeligerem quod ad presens istud negotium differretur vel etiam rumperetur, quam quod modo, aut sequenti, aut tertio anno, fieret passagium, et quod post unum annum, exercitus, ex defectu expensarum, compelleretur recedere sine fructu, immo cum amissione expensarum factarum, cum periculo exterminii illorum christianorum, cum opprobrio Christianitatis, et cum periculo oblocutionis populi contra Ecclesiam.

Est itaque, prout videtur, domino regi respondendum quod, cum passagium istud secundum de quo loquimur, dato etiam quod sit tanta multitudo quod non solum possit in campo resistere, sed Infideles et

impugnare, si non continuaretur saltem ad quinquennium, non etiam haberetur plena certitudo de quo possit continuari, includat pericula supradicta et plura alia, ad ponendum in toto negotio solidum fundamentum, ne quod non continuatur inutiliter, imo da[m]pnose et improvide inchoetur, placeat Sanctitati Vestre declarare de quo videtur sibi quod possit haberi sufficiens navigium pro secundo passagio supradicto, quia xx[ti] galee, due naves, quatuor galeote nullo modo sufficerent pro exercitu supradicto.

Secundo quod placeat sibi certitudinaliter declarare quo, anno primo aut sequentibus, et in quibus locis, et per quos exercitus, illa ccc[m] librarum turonensium quas offert [1] et hic addatur de quo et unde, in aliis quatuor annis, poterit in illis partibus sustentari. Addatur etiam hic omnino quod, cum ante omnia oporteat pec[c]uniam non congregare, sed esse congregatam, Ecclesia non habet ad quod se convertat, nisi ad decimas, ipse autem dominus rex debet recipere decimam etiam sequenti anno, nec ecclesie possent portare quod uno anno due decime solverentur, declaret ipse dominus rex, et certificet dominum nostrum si proponit illa ccc[m] librarum solvere quousque Ecclesia sit libera et liberata ab imposito onere decimarum.

Tertio, quod placeat sibi probare, experiri, et certificare dominum nostrum papam si, quomodo et quando poterit imponi in omnibus partibus sui regni illa gabella, scilicet, quod emptor et venditor de x solidis solvant unum denarium, de xx solidis, duos denarios, et sic, secundum quod ascendet pretium rei vendite, proportionaliter ascendendo, et de quarum rerum venditione et emptione hic intelligatur, nam necesse est quod istud certitudinaliter sciatur, et quod aliqua magna quantitas istius pecunie sit levata antequam passagium inchoetur, immo etiam antequam navigium pro predicto passagio preparetur.

Quarto, quod placeat domino regi certificare dominum nostrum papam de numero equitum et peditum, videlicet succincte ad hoc ut passagium utiliter et sine confusione Ecclesie et ipsius domini regis fiat, ut scilicet per talem exercitum possit probabiliter infidelis populus impugnari; et quo tempore intendit dominus rex quod istud passagium inchoetur, et quanto tempore continuetur. Petatur etiam ab ipso domino rege certificatio aliorum dubiorum que occurrerunt in isto negotio, que ipse dominus noster papa plenius novit, quia omnino expedit quod omnia sint certa, firma, clara, antequam negotium inchoetur.

Ad conditionem vero, quam dominus rex ponit in oblatione, dirigendo verbum suum domino nostro pape, et dicendo : Faciemus predicta dummodo vos faciatis sicut habetis, et decet vos etc. [2], videtur michi quod ad istam conditionalem est caute et prudenter respondendum.

Primo, quod nunquam invenitur factum nec alicubi invenitur scriptum quod aliquis summus pontifex, aut sancto Ludovico, aut alicui alteri regum et personaliter transfretanti, fecerit oblationem ita pinguem sicut modo dominus noster facit domino regi; et hic addatur quid fuit oblatum beato Ludovico, et quod non invenitur quod pro passagio particulari Ecclesie fuerit de subsidio requisita.

Secundo, addatur quod, per mutationem monete, ecclesie multum sunt gravate et redditus, Ecclesie in maxima parte diminuitur.

Tertio, addatur quod de nullo christianorum regno possent decime levari, propter impedimenta varia, guerras et discordias que sunt ubique inter christianos, excepto, benedictus Deus, regno Francie, ubi, et sicut est notorium sunt decime annis plurimis continue (e)levate, in quo etiam regno ecclesie plurimum sunt gravate. Ipse etiam dominus rex per se debet in sequenti anno decimam (e)levare.

Quarto addatur quod satis potest scire dominus rex et consilium suum quod Ecclesia quasi intra se habet periculosos inimicos qui a veritate fidei et obedientia Ecclesie recesserunt, qui tanto sunt Sarracenis periculosiores quanto viciniores, et de solo [3] christiano nomine gloriantur. Istis habet necessario Ecclesia resistere, ne alii audaciam et occasionem recipiant similia attemptandi.

Predictis in consideratione diligenter deductis, clare patet quod dominus noster papa qui, dummodo dominus rex ipsum certificet de predictis, omnino proponit ea que offert domino regi implere, plene facit sicut decet, sicut habet, et sicut potest plus quam nunquam fecerit aliquis papa alicui regi pro isto pas-

sagio ad honorem Dei fidei, et ad conservationem christiani populi illarum partium faciendo[4]. »

1. Phrase incomplète, il manque au moins un verbe.
2. Voyez, pour la suite, n° 1695.
3. Reg. *solus*.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1694 [*Avril* 1323.]

Consilium Petri, episcopi Penestrini. (Reg. 111, fol. 220 v°, c. 932.)

« *Consilium domini Petri, episcopi Penestrini*[1]. Ad ordinationem primi passagii videtur michi esse respondendum, premissa recommendatione affectionis et boni propositi domini regis, quod videtur impossibilitatem, ratione brevitatis temporis, prout experti in talibus asserunt, continere, et difficultatem non modicam, attenta summa oblata que cons(c)istit, ultra navigium, in xx^m libris (*sic*) turonensium[2], et illa que petitur, que est, ultra oblata, cc^m librarum turonensium, et licet possibilitas et facultas in predictis adessent, que absunt, tamen quod predictum fiat passagium in presenti, non videtur expediens, sed potius prorogandum donec plenius secundum passagium fuerit ordinatum, vel primi longior continuatio, cum assertio et ambaxiata nuntiorum Cypri et Armenie et aliorum multorum qui habent notitiam de predictis, hoc habeant quod particulare passagium, nisi continuetur, nedum inutile, sed nocivum non modicum existet.

Ad secundum videtur michi quod nil certum est per Sanctitatem Vestram offerendum nisi quod predecessori dicti domini regis, oblatum extitit, sed quod dubia et incertitudines dicte ordinationis per solennem nuntium seu nuntios certificare[3] ut plenius Sanctitas Vestra deliberare valeat in eisdem[4]. »

1. Voyez, au sujet de ce prélat, n° 1692, note.
2. On trouve cette même somme indiquée, tantôt en livres tournois, comme ici (n°s 1696, 1702, 1707), tantôt en florins n°s 1697, 1699, 1703, 1704), voyez aussi n° 1685.
3. Il manque ici un verbe tel que *velit*.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1695 [*Avril* 1323.]

Consilium Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri, presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 220 v°, c. 933.)

« *Consilium domini Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyteri cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiorum. Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam viginti millium librarum [turonensium][1]. Pro sequenti autem passagio obtulit trecenta millia librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item se ordinaturum cum effectu quod, de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat de decem solidis unam pictam, et venditor aliam; de xx^ti autem solidis, quilibet unum denarium; de xxx^ti (*sic*) solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascendet ascendendo.

Premissa autem obtulit, dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet, et pro honore Dei, et suo et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro redemptione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei, et domini pape, Sancte Romane Ecclesie et ipsius regis compleantur.

Quod passagium primum particulare, cujus dominus de Narbona capitaneatum, ut presupponitur, assumpsit, fiat juxta modum et tempus dispositum nec utile nec bene possibile[2], rationes omittens, quia in collationibus dominorum plene tacte fuerunt, quare pro nunc non videtur fiendum, non quod rumpatur, sed pro nunc differatur, et super hoc scribatur regi ostendendo ei inutilitates et quasi impossibilitates ipsius pro nunc.

Ad illud vero quod queritur qualiter expediat respondere ad illud quod dominus rex circa secundum passagium dicit promittendum, videtur an expediat aliquid certum offerri saltim (*sic*) conditionaliter et in eventum, potissime cum dominus rex magna offerre videatur, s[c]ilicet ccc^m libras (*sic*) turonensium, et illam gabellam imponendam, circa quod videtur dicendum, cum in rebus ambiguis absolutum non debeat esse judicium, ut xxxiii d[ist.] c[irca] f[inem], et [causa] xi, q[uest.] iii, can. grave[3], et omnia oblata incerta

videantur, nam in illis ccc[m], licet quantitas certa sit, incertum tamen quando et qualiter solventur, in gabella vero incertum est si et quando levabitur, et si de omnibus certis mediate vel immediate subjectis, et si ad annum vel ad annos quantum ex ea colligi poterit, qualis numerus militum et peditum mittetur, et quando et pro quanto tempore, et quis capitaneus, et an illi magni qui disposuerunt ire includantur in illo numero vel non, quod certum quid, nec pure nec conditionaliter offeratur de novo, sed oblata alias repetantur, ex quo enim certum dictum esset, post non, sic decenter posset diminui vel augeri, etiam posse[t] dici forsan per aliquos purificata (*sic*) conditio que non esset. Preterea aut conditio illa non exprimeret certum numerum militum et peditum, sed diceret : si rex mitteret sufficientem numerum militum et peditum, dominus offerebat tantum, et tunc datur materia dissensionis, quia forsan esset discordia qualis numerus diceretur sufficiens et qualis non, sicut in simili fuit in facto Flandrie, adhuc si diceretur de numero, de quo inter dominum nostrum et regem concordaretur, posset esse dissensionis materia, sed non tanta; si autem exprimatur certus numerus militum et peditum, cum nesciamus si rex voluerit vel potuerit illum complere, non erit provisum negotio, cum oblatio facta in uno casu non se extendat ad alium, sicut nec provisio. Et licet in numero etiam concordaret, timendum est periculum consequentie, ut pro tali numero tantum sibi concedi poterunt in futurum. Considerandum etiam quod multum offerre indecens est et grave ecclesiis, si parum contepnetur (*sic*) et forsan respuetur si rationabiliter forsan (*sic*) adhuc idem, quia parum reputabitur, considerata oblatione domini regis superficialiter, cum, licet magna sit, forsan major credetur; illa etiam oblatio includit conditionem per Sanctitatem Vestram et Ecclesiam adimplendam ibi cum dicitur in scriptura eorum : sicut habet et expedit, etc., que pro nunc non videtur bene possibilis adimpleri; sicque si deficiat, oblatio sub ea facta deficere videtur.

Idcirco veniendo ad primum quod queritur, breviter domino regi respondendum videtur, post commendationem affectionis et voluntatis intime quam ostendit se habere, tam ex oblationibus quam ex aliis, ad passagium Terre Sancte, respondendo in summa quid primo scripsistis et adhuc idem offerendo, quidque ipse rescripsit, petendo sibi ad aliqua dubia responderi, et qualiter sibi tunc rescripsistis, et quid nunc per istos nuntios sub littera credentie vobis expositum extitit, super quibus, plena deliberatione habita, quantum ad istud secundum passagium, quia ad aliud jam respondi, cum nondum sit ordinatum qualiter, nec quomodo, nec de tempore quo durare debeat, nec de capitaneo, nec de numero militum et peditum, et aliis necessariis, certum quid respondere non potestis, sed ad tractandum super istis tales nuntios mittatis. Quod cum vero inter vos et eum ordinatum et dispositum fuerit de subcidio, ordinabitis quantum cum Deo et juxta morem predecessorum vestrorum poteritis, quod erit ad honorem Dei et ad utilitatem negotii, ipseque merito debebit contentari. Mitterem etiam illi que nuntii regis Cypri et nuntii Armenorum pridie in consistorio vobis exposuerant. Insuper informarem nuntios mittendos super omnibus premissis et aliis contingentibus, et quod possent etiam supponere quod, in casu ubi istud secundum passagium esset preordinatum et inter Sanctitatem Vestram et regem concordatum quod tunc si fieret ante unum particulare preparativum, juxta ordinationem vestram et suam, subveniretis sicut vobis decens et congruum videretur. Hec pro rudi materia sub correctione Vestre Sanctitatis occurrunt scribenda, nec obmittendum videtur qualiter predecessores vestri pro particularibus passagiis de decimis minime consueverunt providere. Insuper etiam significandum videtur eidem quomodo mutatio monete obviat passagio quandocumque ex ea subditi gravantur, regnumque summe depaupertatur (*sic*), et suadendum quod reformetur in melius[4]. ».

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Il manque ici un verbe.
3. Le texte cité se trouve en effet dans le Décret de Gratien, *pars* I[a], *distinctio* XXXIII, *can.* VII et dernier : *Gregorius I Andreæ Tarentino episcopo*. Pour la seconde référence, il faut, sous entendre, le mot *causa*, on lit en effet, dans le Décret, *pars* II[a], *causa* XI, *quæstio* III, *can.* LXXV : *Grave satis est et indecens ut in re dubia certa detur sententia* (*Gregorius I Constantio Mediolanensi episcopo*).
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1696 (Avril 1323.)

Consilium Petri, tituli santi Stephani in Celio Monte presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 221 v°, c. 934.)

« *Consilium domini Petri, tituli sancti Stephani in Celio Monte presbyteri cardinalis, Ecclesie Romane vicecancellarii.* Pater sanctissime, super primo particulari passagio faciendo de presenti juxta ordinationem domini regis, pro quo dominus rex offert quantum constabunt xx[ti] galee, due naves et quatuor galioti, necnon pro eodem passagio collaterales domini regis et nonnulli prelati obtulerunt summam xx[m] librarum turonensium [1], et super secundo magno passagio pro quo idem dominus rex offert ccc[m] librarum turonensium, et unam (pictam [2] omnium que vendentur in qualibet parte regni sui a decem solidis supra, et a viginti denariis in triginta, tres obolos, que premissa offert dictus dominus rex, sic dicendo : dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet et pro honore Dei et suo, et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei et domini pape, Sancte Romane Ecclesie, et ipsius regis compleantur. Considero, super primo passagio, ipsius impossibilitatem, inutilitatem, et domini regis oblationem. Impossibilitas est triplex : una ex parte navigii, alia ex parte subcidii prefati viginti millium librarum, tertia ex parte brevitatis temporis. De prima quia aut construeretur novum navigium, et tunc non sufficeret annus, aut eme[re]tur antiquum, et tunc non sufficeret presens estas, et idem si partim novum et partim antiquum navigium acquiratur. Et ex parte subsidii viginti millium librarum? Quis (*sic*) enim hec sunt inter tantos? Certe viginti millia librarum non sufficerent pro biscocto et aliis utensilibus minutis, quid ergo stipendiarii facerent? Et arma alia multa necessaria navigiorum, dico quod oporteret aliunde haberi. Si autem dicatur quod illa et alia multa poterunt haberi ex subcidio, si quod Sanctitas Vestra faciat pro dicto particulari passagio, considero quod pro tali particulari non est decima concedenda, nec video quod Sanctitas Vestra habeat thesaurum unde hec possent suppleri, presertim cum essent necessaria ad supplendum ducenta millia librarum turonensium ; et etiam propter brevitatem temporis, quia istud passagium est annuale, et infra tempus conveniens non potest esse paratum, quia oporteret ad minus quod infra mensem augusti essent illuc, quod esse non potest, quia julius et junius essent necessarii ad transfretandum, et sic oporteret quod in isto maio esset totum paratum navigium, quod esse non potest, quare patet ex predictis impossibilitas. Considero etiam inutilitatem, quia expense multe fierent, ex quibus nullus fructus sequeretur ex eo quod passagium est annuale, et videtur, omnibus consideratis, quod non possent in Armenia morari ultra duos menses ; istud autem esset inflammare Soldanum et Sarracenos et exponere Armenos perditioni. Preterea credo firmiter quod illi qui transirent in isto particulari passagio, transirent animo indulgentias acquirendi, quas non haberent nisi per annum illuc morarentur ; medicus enim spiritualis non indulget penitentia intercepta, (distinct.) L, can. : absit [3] ; quare videtur sine fructu, si nunc fiat, istud passagium particulare ; propter quod dico quod michi videtur quod non debeat fieri pro nunc passagium istud particulare, et quod sucidium (*sic*) non sit dandum pro nunc pro isto particulari passagio primo.

Super secundo autem passagio magno non generali, considero quod in isto passagio persona domini regis non transfretabit, quia, si transfretaret, satis videretur dicendum quod, absque specificatione certi numeri militum et peditum et absque specificatione certe quantitatis pecunie, offerretur domino regi quod oblatum fuit per Sanctitatem Vestram domino Philippo, regi Francie, fratri suo, sub eisdem conditionibus et modis ; ubi autem persona sua non erit, sed per alium capitaneum assumet passagium, presupono quod capitaneus quem assumet sit talis, quod Vestra Sanctitas contentetur, et de beneplacito Vestre Sanctitatis illum assumat, et tunc super isto passagio, attendo Armenorum necessitatem, domini regis oblationem et voluntatem, et responsionem per Sanctitatem Vestram faciendam ; super quibus attendo quod legitur in libro Sapientie, xi cap., ubi dicitur quod Deus omnia disposuit in numero, pondere et

mensura[4] : aut ergo ponderabimus et mensurabimus necessitatem Armenorum, et secundum illam providebimus eis, et tamen hoc non potest facere nec rex, nec Ecclesia, quia quadraginta vel quinquaginta millia sunt Sarracenorum, aut domini regis voluntatem et facultatem, et hoc non decet, quia ipse certus est de facto suo et s[c]it quid habet facere et, secundum quod offerret certum et clarum, tunc Sanctitas Vestra videbit quid erit, et quis fructus posset inde sequi vel ad defensionem, vel impugnationem, vel neutrum, vel utrumque, et tunc Sanctitatis Vestra numerabit mensurabit et ponderabit juxta illud L D[ecret]i ponderet[5], ubi dicitur : indigemus ne precipitemus consilia et opera nostra; et tunc Ecclesia subveniret secundum quod utile erit et Deo placens, alias nichil. Et tunc sequitur tertiam, videlicet responsio per Sanctitatem Vestram facienda domino regi super premissis, super quibus, cum videam perplexitatem magnam, sequor beatum Gregorium dicentem : in perplexo sequi debemus quod minus ledit : D[ecret]i III (?) : veritate comperta[6]. Veritas autem est quod dominus rex nichil certum ponit in oblationibus suis, immo totum conditionale, cum dicit : sicut habet et ipsum decet pro honore Ecclesie et suo, et pro retentione fidelium (ut) est necesse et noscitur expedire ut dominus papa voluerit subvenire quod dicta passagia compleantur.

Item et est totum quod offert incertum, quia ccc^m predicta non habent determinationem temporis, nec impositio super venditionibus habet aliquam certitudinem, nec certus numerus peditum nec militum seu equitum ponitur, ex quo patet perplexitas, et ideo ad veritatem veniendum est, ut videlicet quod certum mensuratum et ponderatum ponat dominus rex super isto passagio et illud offerat, et tunc Sanctitas Vestra clare videbit an tale oblatum certum et clarum in tempore et in numero equitum et peditum ad expensas suas sufficiat, et tunc offerre poterit Sanctitas Vestra, considerato si fiet passagium ad defendendum vel impugnandum; alias cum nichil certum exposuerit Sanctitati Vestre, nichil certum sibi respondere potestis juxta de spo. et causa XI, questione III(I) : grave[7], quare videtur quod sibi scribatis exponendo, de primo passagio, impossibilitatem et inutilitatem, de secundo, incertitudinem et conditiones, et quod declaret se super omnibus et singulis de numero peditum militum, et de tempore ad expensas suas proprias vel suorum, et mittatis sibi personas discretas que sciant dicere et tractare cum eo et suo consilio que tractanda fuerint in premissis, que reportent omnem certitudinem super passagio quod incumbit[8]. »

1. *Sic*, voyez n° 1694, note 2.

2. Le registre porte *turonensium et pictavensium*; la correction est donnée par le passage analogue des documents qui précèdent (n° 1685).

3. Renvoi au Décret de Gratien, *pars* I^a, *distinctio* L, *can.* XXVI : *Absit. Ex epistola cleri Romani missa papæ Cypriani*, où se trouve le texte visé : *ubi enim poterit indulgentia medicina proficere, si etiam ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis?*

4. Le texte se trouve en effet dans le livre de la Sagesse, cap. XI, v. 21.

5. Autre renvoi au Décret de Gratien cité plus haut (*pars* I^a, *distinctio* L, *can.* XIV : *Ponderet. Calixtus papa I, epistola 2 ad episcopos Galliarum*) où nous lisons : *nec precipitemus consilia et opera nostra, neque ordinem corrumpamus*. Après *juxta illud*, il faut, dans notre texte, sous entendre *verbum* ou un terme analogue.

6. Il est difficile d'interpréter ce renvoi. Le seul canon commençant par *Veritate* (*Veritate comperta*) dans le Décret de Gratien se trouve bien le quatrième (*pars* I^a, *distinctio* VIII), mais il n'est pas de saint Grégoire.

7. Il s'agit évidemment ici d'un texte du Décret de Gratien (*pars* II^a, *causa* XI, *quæstio* III, *can.* LXXV : *grave*, etc.) que nous avons trouvé déjà dans le document précédent (voyez n° 1696, note 2). La forme *de spo* ne peut donc être pour *despo[n]satione impuberum*] qui figure dans une autre partie du *Corpus* et ne répond pas d'ailleurs au sens de la lettre. L'abréviation de *causa* par *cau* est elle-même incorrecte.

8. Pour la date voyez n° 1692, note.

1697 [*Avril* 1323.]

Consilium Guillelmi, tituli sancti Ciriaci presbyteri cardinalis. (REG. 111, fol. 222, c. 935.)

Consilium domini Guillelmi, tituli sancti Ciriaci presbyteri cardinalis. Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet, pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiotorum; item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam XX^m florenorum[1]. Istud passagium non videtur faciendum in anno presenti, potissime propter temporis brevitatem, et quia expense essent inutiles et

da[m]pnose gentibus Cypri et Armenie, quia, pro defensione regnorum suorum, magis pecunia pro victualibus et aliis necessariis indigerent, prout asserunt nuntii missi de partibus illis.

Pro sequenti autem passagio[2] — ipsius regis compleantur.

Item oblatio facta pro isto passagio videtur esse dubia et incerta quia, licet certa su[m]ma pecunie offeratur, videlicet ccc[m] librarum, non tamen dicitur quo tempore vel quo anno hujusmodi peccunia persolvetur, et an simul vel in partes, scilicet in anno, vel in annis, et in quo vel quibus; et licet in certis locis et sufficientibus sit hujusmodi peccunia, ut dicitur, assignanda, non tamen exprimitur in quo loco vel locis.

Item illa impositio seu ordinatio que dicitur facienda de pictis et denariis ab emptoribus et venditoribus levandis, videtur esse multum dubia et incerta, quia plerisque videtur quod de difficili concordabunt vel consentient nobiles regni vel communitates locorum seu alii populares, et ideo ante omnia videretur eorum consensus habendus; et si haberetur, videretur declarandum et extimandum ad quantam summan posset assendere (*sic*) annuatim gabella seu imposit[i]o supradicta. Videretur etiam declarandum an dominus rex velit assumere hujusmodi passagium in persona propria cum effectu, quo casu videtur ei esse offerendum quicquid oblatum fuit domino regi bone memorie, fratri suo. Si vero per alium ipsum assumat, videtur esse declarandum cum quoto numero equitum et peditum, et utrum hujusmodi passagium sit particulare, videlicet ad defendendum regna Cipri et Armenie, vel generale, seu tale quod sufficiat nedum ad defendendum, sed etiam ad invadendum et expugnandum fidei inimicos, ita quod possint verisimiliter stare in campo et expugnare eosdem, et Terram Sanctam, dante Domino, conquistare. Et in isto magno passagio viderentur esse necessarii IIII mil[l]ia equitum ad minus, prout etiam hoc dicunt nuntii supradicti, et xx[m] peditum. Quare considerandum est ad quantum assenderent (*sic*) stipendia predictorum, computando pro equite, pro mense, xv florenos, et pro pedite tres florenos; et unde summa hujusmodi levari poterit continuando tempus passagii supradicti. Particulare siquidem passagium faciendum non videtur, nisi posse[t] continuari usque ad majus passagium supradictum. Et ideo non videtur quod dominus noster summus pontifex possit aliquam certam oblationem facere, donec premissa per dominum regem fuerint declarata; sed videretur quod per eundem dominum nostrum aliqui discreti nuntii et solemnes ad dominum regem essent mittendi ad habendam declarationem et certitudinem premissorum et ad tractandum de viis et modis utilioribus in predictis, quas et quos confestim scriberent et refferrent domino nostro pape, ut posset suum certum dare responsum[3]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Pour le passage supprimé ici, voyez le numéro 1695.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1698 [Avril 1323.]

Consilium Bertrandi tituli Vitalis presbyteri cardinalis. (REG. 111, fol. 222 v°, 936.)

« *Consilium domini Bertrandi, tituli sancti Vitalis presbyteri cardinalis.* Sanctissime Pater, si Vestra Sanctitas non responderet ad petitiones quas dominus rex videtur per nuntios suos facere, contemptus videretur, et posset inde sequi magna indignatio regis, et non credo quod deceat Sanctitatem Vestram; item quod, domino rege Francie faciente tales oblationes pro istis passagiis, Sanctitas Vestra nichil offerret, nec pure nec sub conditione, videtur quod vellet totaliter rumpere istud negotium et extinguere devotionem ipsius regis et populi Gallicani, et non credo quod deceat bonitatem vestram et devotionem quam habetis ad passagium, et voluntatem quam habetis ad impediendum clamorem populi, murmur et oblocutiones que possent inde suscitari. Item quod, domino rege offerente non solum in genere, sed etiam aliqua in specie, Sanctitas Vestra staret in generalitate et offeret in genere solum, nichil specificando, non videtur quod deceat curialitatem vestram. Item quod, domino rege offerente dubia incerta et indeterminata, et semper sub conditione, Sanctitas Vestra offerret clara, certa, determinata et sine conditione, non credo quod deceat prudentiam vestram et consilii vestri.

Quid ergo faciendum est? Videtur michi primo quod Sanctitas Vestra debeat respondere domino regi per

nuntios solennes quos mittatis ei cum litteris Vestre Beatitudinis, per prudentiam vestram sufficienter instructos, ita quod de suo nichil dicant [nec] de per vos impositis aliquid ommittant.

Secundo quod per ipsos et per vestras litteras commendetur multum oblatio facta per ipsum regem, devotioque sua ac bona voluntas quam ostendit se habere ad profectum Ecclesie et recuperationem Terre Sancte.

Tertio quod dicatur ei expresse quod passagium particulare, quod ipse ordinaverat debere fieri in isto anno, juxta determinata per vos et per dominos meos ac per Cyprenses et Armenos qui habent de talibus experientiam, pro isto anno esset inutile, secundum conditiones expressatas (*sic*) in suo rotulo, immo tota peccunia que pro ipso passagio expenderetur, non solum inutiliter, verum etiam in da[m]pnum et verecundiam Christianitatis poneretur.

Quarto quod dicatur ei quod, si Sanctitas Vestra habet aliquam summam peccunie deputatam passagio, ipsa et multo major esset necessaria pro alimentis et castrorum custodia Armenorum et Cyprensium, et multo pro eis utilior quam si alicui tali particulari passagio deberet applicari.

Quinto quod, cum ipse dominus rex scripserit quod, pro illo magno passagio quod appellat secundum, quod ipse expectat tractatum Sanctitatis Vestre [et] deliberationem vestri consilii, scribatur ei quod ipse tractaret cum vestris nuntiis, juxta tame[n] instructionem vestram, de omnibus que sunt necessaria passagio supradicto, videlicet de capitaneo, si ipse non deberet transire in propria persona; expedit enim negotio quod aliqua persona multum nobilis et multum notabilis institueretur capitaneus, non enim esset in quolibet considerandum.

Item de numero equitum quos ipse deberet tenere ad propria stipendia, ita quod in illis non includerentur illi qui, moti devotione, vellent transire ad expensas proprias et in personis propriis, nec illi etiam qui ad expensas aliorum mitterentur; et videretur quod ad minus essent necessarii duo mi[l]lia equitum, et illi forsan sufficerent, ita quod possent stare in campo contra Sarracenos una cum illis qui transirent ad expensas proprias vel ad expensas aliorum mittentium ipsos et x^{m} peditum.

Item de tempore, videlicet quando deberet incipere vel in augusto anni sequentis, vel in martio anni tertii ab isto, et quod interim fieret apparatus.

Item in (*sic*) quanto tempore deberet illuc morari predictus exercitus. Videtur enim illuc morari ad minus per quinquennium; non quod iidem deberent illuc morari per totum quinquennium, sed, quibusdam de illis vel morientibus vel redeuntibus ad propria post biennium, alii in locum eorum mitterentur, ita quod per totum quinquennium rex deberet tenere ad propria stipendia II^{m} equitum, et x^{m} peditum. Et puto quod, durantibus indulgentiis, tot transirent ad expensas proprias vel aliorum per totum quinquennium, quod semper esset ibi magnus exercitus et Christianitati fructuosus.

Item de pecunia pro navibus et galeis et aliis tanto exercitui necessariis, unde et per quem modum haberetur. Ad hoc enim est istud negotium inchoandum et cum ipse offerat pro secundo passagio III^{m} librarum turonensium, et se facturum impositionem in qualibet parte regni sui in contractibus emptionum et venditionum, sicut in suo rotulo exprimitur [1], sciant per certitudinem nuntii Vestre Beatitudinis ab ipso domino rege quando solvet illa III^{m}; si enim ea vellet statim solvere, esset valde utile pro necessario apparatu; et de illa impositione utrum possit fieri cum beneplacito populi, ita quod sit duratura per totum quinquennium, et per quem modum poterit fideliter et utiliter colligi, et integraliter pro Terre Sancte negotio et pro nullo alio expendi.

Sexto sciant cum ipso rege utrum ipse volet (*sic*) se obligare ad ista sicut rex, et, in isto casu, vel ipsi nuntii vestri vel ipse rex per suos proprios nuntios debeat reddere certam Vestram Beatitudinem de supradictis omnibus, ea dico certitudine que potest esse in humanis.

Septimo videretur quod, ubi dominus rex vellet se ad supradicta omnia obligare sicut rex, et de hoc certam reddere Sanctitatem Vestram, postquam esset vobis facta certa relatio, Sanctitas Vestra deberet sibi aliqua offerre non solum in genere, sed etiam in specie, sub conditione tamen videlicet ubi rex ipse poneret in effectum et in reali exécutione omnia supradicta.

Que autem deberet esse oblatio Sanctitatis Vestre

f[i]enda domino regi, tunc, scilicet facta de hoc relatione, haberetis consilium, et videretur, salvo judicio meliori, quod, propter reverentiam persone et necessitatem negotii et interventum devotionis in cordibus fidelium, et ad impediendum murmur et clamorem populi et quorundam, rex faciat tant[a]m et talem oblationem, quod esset sibi fienda illa oblatio que fuit facta domino regi, fratri suo jam defuncto, s[c]ilicet de indulgentiis de legatis indistinctis et de factis pro subcidio (*sic*) Terre Sancte; item de una decima pro quolibet anno, quamdiu negotium duraret, et hoc dato etiam quod ipse non transiret in propria persona, ita tamen quod nichil de istis fieret donec ipse suam oblationem ponere[t] in effectum, et quod ipsa cessante, quantum ad effectum cessare[t] totaliter et vestra. Et si dicatur quid offeretur sibi amplius quando postea ipse vellet transire in propria persona, dicendum quod, in illo casu, ecclesie libenter se gravarent et amplius largirentur.

Octavo scribatur sibi quod similiter ordinare[2] aliquod passagium particulare ante suum majus, pro alio anno, et videatur, si utile placet Sanctitati Vestre, ut faciat expensas pro illo de illis duabus decimis quas Sanctitas Vestra credebat extare, quod si non extant, faciat ipse de suo, quoniam ipse ad illas tenetur.

Nono videtur michi necessarium quod per nuntios vestros ac litteras explicentur sibi omnia dubia et omnia que in supradictis quasi impossibilia intuenti clarius videntur[3]. »

1. Voyez n° 1685.
2. Il manque ici un verbe tel que *velit*.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1699 [*Avril* 1323.]

Consilium A[rnaldi], sancti Eustachii diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 223 v°, c. 937.)

« *Consilium domini A., sancti Eustachii diaconi cardinalis.* De primo passagio pro quo dominus rex Francie offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum videlicet xx^ti galearum, duarum navium et quatuor galiotorum; item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam viginti millium florenorum[1]; videtur michi quod non sit faciendum quantum est de isto anno primo, quia nimis est processum in tempore et nichil est paratum pro dicto passagio, quod appareat.

Item, dato quod esset jam paratum, non prodesset, immo magis noceret quia veniret tali tempore quod non posset prodesse, immo magis nocere, ut dictum est; et quamvis esset navigium paratum, non video unde Sanctitas Vestra posset habere peccuniam que sufficeret pro isto passagio primo particulari, et ita consulo.

Pro sequenti autem passagio pro quo obtulit ccc^m. librarum turonensium, item se ordinaturum cum effectu quod, de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, recipientur certum quid de xx^ti et xxx^ta etc. Premissa autem obtulit dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet et pro honore Dei etc.[2]; videtur michi quod iste oblationes sunt incerte et sub conditionibus talibus quod Sanctitas Vestra hoc non posset bene facere, quia totum onus passagii videtur poni supra vos per verba illa cum dicit : dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet, et est necesse, voluerit subvenire quod dicta passagia compleantur. Quare videtur pro istis oblationibus non sit aliquid offerendum, nisi illud vel illa que offerrentur si predicte oblationes non essent facte[3]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Voyez n° 1685.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1700 *Avril* 1323.

Consilium Bertrandi, sanctæ Mariæ in Aquiro diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 234, c. 938.)

« *Consilium domini Bertrandi, sancte Marie in Aquiro diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie[1] — ipsius regis compleantur.

Pro primo passagio, supposita domini regis ordinatione in eo, cum angustia seu brevitas temporis reddat ipsum [im]possibil[e] pro presenti, et impossibilitas que procedit ex temporis brevitate, nullum actum reddit vel ipsum necessario differt; item, possibilitate supposita pro hoc anno, constat secundum communem opinionem

omnium quod, nisi esset certa continuatio pro futuris passagiis, istud primum esset nedum inutile, sed dampnosum, et de ista continuatione nulla pro nunc certitudo apparet, nec dominus rex super illis se efficaciter obligavit; consulo nichil offerri debere per dominum nostrum papam, sed quod dominus rex curialiter inducatur ut illa quinquaginta millia librarum que ipse cum aliquibus prelatis et baronibus obtulit, dignetur christianis illis transmarinis indigentibus destinare, et dominus noster augeat quantitatem xxx^ta^ millium florenorum, alia xxx^ta^ millia erogando de peccunia ad passagium destinata. Et tam dominus noster papa quam dominus rex aliquas personas fideles et probatas eligant, que cum prefata peccunia illuc vadant, et provideant diligenter ut in eorum majoribus necessitatibus et utilitatibus expendatur.

Pro sequenti autem passagio necesse videtur, juxta dictum regis[2] in petitione seu supplicatione intimatum[3], ut responsuro principi vera et clara precatio rem aperiat cognoscendam. Et quia oblatio super isto multiplicem in se continet incertitudinem, nedum in illius prestationis seu gabelle impositione, que quantum ad omnia est incerta, et, quantum ad multos, ejus impositio quoad populi patientiam impossibilis reputata, sed etiam quantum ad quantitatem ccc^m^ librarum, non consulo quod sub tanto et tali dubio certum aliquid per dominum nostrum summum pontificem offeratur, nec consulo quod dominus noster ad certum militum numerum, set sub generalitate transeat, quod ubi, declaratis omnibus negotium concernentibus, specialiter quantum poterit assendere (*sic*) gabella predicta, si videatur sibi negotium posse procedere, tantum faciet quod ipse dominus rex et mundus debebunt merito contentari. Et ulterius quod adiciat quomodo sub implenda conditione per dominum nostrum, que est sibi nedum importabilis sed impossibilis, offert illa dominus rex predictus. Consulo tamen quod omnia que fratri suo oblata fuerunt, et sub eisdem formis, modis et conditionibus, isti domino regi integraliter offerantur, et, ad omnia ista explicite exponenda dicto domino regi, eligantur nuntii per dominum nostrum fideles et periti, qui sciant et velint proponere, et si necesse fuerit, respondere, et tractatus audire novos si offerantur eisdem, et eos domino nostro, antequam respondeant, referre, ut negotium, tantum pensata et ponderata deliberatione, procedat, et quod solam litteram bullatam de credentia secum portent, et ad partem credentiam non bullatam; et consilium Cyprensium et etiam Armenorum in Vestre S[an]ctitatis et duorum cardinalium presentiam recitatum, domino regi eorum sigillis offerant sigillatum. Hec consulo[4]. »

1. Pour ce passage, voir n° 1695.
2. Reg. *legis*.
3. Reg. *vim naturam* qui est une erreur manifeste.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1701 [*Avril* 1323.]

Consilium Neapolionis, sancti Adriani diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 224 v°, c. 939.)

« *Consilium domini Neapolionis, sancti Adriani diaconi cardinalis.* Agitur de duplici passagio ultramarino, de passagio particulari et de passagio majori. De passagio particulari videtur michi quod, quicquid fiat super eo, sive mittendo milites, sive mittendo navigium, nisi dictum subcidium (*sic*) continuetur usque ad passagium generale, totum est inutile, dampnosum et etiam periculosum, et provocatio hostium fidei in ruinam et mortem illius modice christianitatis que remansit in partibus transmarinis; nam, eis recedentibus qui ivissent in dicto passagio, remanerent christiani qui sunt ibi destituti omni consilio, auxilio et favore, et ideo non videtur a(u)gendum de dicto particulari passagio nisi ante omnia preordinetur de tali majori passagio quod possit esse non solum in defensionem illius terre que remansit ibidem christianis, sed etiam in offensionem hostium fidei et recuperationem Terre Sancte. Et videtur, quantum ad illud particulare passagium, id solum sufficere quod petitur per Armenos, videlicet quod terra illa muniatur victualibus et dentur Armenis stipendia sufficientia ad defensionem illarum terrarum que remanserunt in potestate fidelium qui sunt ibi, nam ibi invenientur persone ad hoc satis ydonee, tam de transmarinis partibus quam etiam citramarinis, et hec sufficiant quantum ad passagium particulare.

Ubi vero agitur de alio passagio majori, hic distingo (*sic*), quia aut illud passagium erit tale, et cum tanta multitudine armatorum militum et peditum, quod possit

non solum in campo stare contra hostes fidei, sed etiam Terram Sanctam invadere et etiam occupare, quod passagium non solum majus reputo, immo equipollere passagio generali, aut illud passagium, quod dicitur majus, erit solum in defensionem illorum regnorum Cypri et Armenie.

In primo casu, ubi agitur de passagio quod equipollet generali, etiam distinguo, quia aut inclitus princeps dominus rex Francie dictum passagium assumet personaliter, aut per capitaneum seu capitaneos mittendos per eum illuc. In eo casu ubi personaliter assumeret dictum passagium, videtur michi quod esset sibi istud negotium totaliter dimittendum, quod ipse ordinaret de numero militum, peditum, navigio et aliis sicut videret negotio expedire. Ipse enim est talis et tantus, quod, ibi taliter sociatus, (quod) Deus laudabitur et ipse habebit inde honorem. Et in illum eventum videtur michi quod essent dande decime sibi pro toto tempore quo ipse ultra mare in prosecutione dicti negotii moraretur. Si vero dictum passagium assumeret per capitaneum vel capitaneos ordinandos per ipsum, videtur michi quod esset tractandum cum eo de quantitate militum et peditum qui deberent ire cum ipsis, et videtur michi quod ad minus quatuor milia militum et decem milia peditum, de quibus essent ad minus quinque milia balistarii (*sic*), cum dictis capitaneis vadant. Inquo casu verisimile est quod, faciente devotione fidelium et indulgentiis que per Ecclesiam concedi consueverunt, Deus dictum numerum adaugebit in tantum, quod ibidem facient magnum fructum, et in eo casu, quandiu capitanei ordinandi cum numero dictorum militum et peditum in prossecutione dicti negotii fuerint ultra mare, videtur michi quod sint similiter decime concedende. De minori autem numero non videtur, quia nec campum possent tenere, nec pugnare cum hostibus, nec dampna que inferrent hostibus equiperarentur expensis et sumptibus qui fierent in assumptione et prosecutione negotii supradicti. Et quod esset gravius, eis redeuntibus ad propria, regna predicta remanerent exposita hostibus fidei christiane, nec ex tunc esset spes, immo quedam desperatio de futuro passagio generali[1]. »

1. Pour la date, voyez nº 1692, note.

1702 (*Avril* 1323.)

Consilium Lucæ, sanctæ Mariæ in Via Lata diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 224 vº, c. 940.

« *Consilium domini Luche*[1], *sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet, pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet xx[ti] galearum, duarum navium, et quator galetorum (*sic*). Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam xx[ti] milium librarum turonensium[2]. Non videtur passagium istud posse fieri utiliter prout ordinatum est, quia passagium istud fit aut pro lucro captando aut pro da[m]pno vitando : pro lucro captando, non ad presens, primo ratione temporis, quia jam transivit, secundo ratione numeri, quia non sunt tot quod possent invadere Sarracenos; tertio quia non possent applicare ad Terram illam usque ad hyemem, et tunc galee non possent navigare, et sic oporteret eas esse otiosas usque ad estatem, et tunc terminus anni esset fere completus, et oporteret eas reverti, et sic nullum lucrum. Pro da[m]pno vitando, non videtur fiendum, quia terra illa non indiget isto modo adjutorio : primo, quia mittere homines cismarinos est irritatio et inflammatio Sarracenorum, et gens ista esset parva, et etiam sic parva reverteretur in capite anni, et tunc esset major desolatio christianorum causa recessus quam fuerit consolatio causa accessus, et sic magna quantitas peccunie que esset expensa in isto negotio, esset perdita, quod non est fiendum. Item, licet credam quod posset inveniri quantitas cc[m] librarum turonensium que restat addenda oblationi facte per dominum regem, esset perdita nisi continuaretur passagium, quod michi videtur difficile, quia, licet inveniretur in primo, non posset leviter in secundo et aliis levite[r] inveniri. Quid fiet ergo ? Remanebunt isti taliter desolati ? Non, et videtur quod de ista peccunia que in isto passagio sic inutiliter expendebatur, reciperetur aliqua pars hinc et inde, et mitteretur ad partes per aliquos probos viros qui expenderent in necessitatibus oportunis, quousque de majori passagio fuerit ordinatum, et si conservabitur terra cum majori (*sic*) gravamine expensarum.

Pro sequenti autem passagio[3] — et ipsius regis compleantur.

Ista oblatio per dominum regem prima facie vide(n)tur multum magna, sed considerata natura negotii, non michi [tantum] sed [etiam aliis][4] videtur parva [et] incerta, primo quia ccc^m^ [lib. turonensium] pro tanto negotio nichil sunt, nec est declaratus locus unde recipiantur, nec tempus quando, et sic sunt incerta. Oblatio illius leve de obolo et denario est incerta, quia nescitur adhuc utrum populus acceptet, et, si acceptaverit, nescitur quantum poterit ascendere, et sic non poterit responderi certe in re incerta. Item videtur incerta et impossibilis ratione conditionum appositarum in clausula : premissa autem obtulit dum tamen dominus papa etc.[5]. Quid fiet ergo? Videtur quod dominus noster per suas litteras rescriberet domino regi, repetendo alias oblata bone memorie fratri suo, et ostenderet difficultates et impossibilitates ac inutilitates totius negotii tam primi passagii, quam secundi. Item videtur et bonum esset quod dominus noster mitteret duas solennes personas bene instructas et informatas per eum, que irent ad dominum regem ad sciendum declarationem oblatorum, et ad exponendum causam et inutilitatem primi passagii retardati, ac etiam sciendum si dominus rex intendit in persona propria transfretare ; et, si intenderet, offerantur ei alias oblata. Si non intenderet per se, sed per alium, habeant numerum declaratum militum et peditum, ac nomen capitanei transmittendi ; et videretur michi quod, ad minus, essent duo milia pedites, quinque milia stipendiati, ita quod in numero non comprehenderentur equites et pedites qui propriis personis et sumptibus transfretarent et, hoc scito, posset dominus noster clare respondere ad omnia supradicta, ante non, secundum me. Et videtur michi quod gens ista seu passagium istud deberet ordinari et firmari ad minus per quinquennium, quia aliter nichil valeret, quia lucrata in uno vel duobus annis, si recederet, omnia perderentur. Ite[m] videtur michi utile et expediens quod, tempore navigabili, essent ibi alique galee armate subtiles et ad vexandum Sarracenos in plagiis et portubus eorum, ac etiam impediendum mercationes eorum et aliorum infidelium christianorum qui portant eis prohibita contra Deum. Alias non videtur quod possit fieri quicquam boni nisi omnia predicta ordinentur, declarentur et fiant[6]. »

1. On ne trouve aucun cardinal de ce titre en 1323 dans la liste donnée par C. Eubel (*Hierarchia catholica Medii Ævi*, t. I, p. 50), *Lucas de Flisco* ayant été transféré en 1306 à l'église des saints Cosme et Damien.
2. Voyez n° 1694, note 2.
3. Pour le passage supprimé, se reporter au n° 1695.
4. Il y a ici des lacunes évidentes que le sens permet de rétablir.
5. Voyez ci-dessus n° 1695.
6. Pour la date voyez n° 1692, note.

1703 [*Avril* 1323.]

Consilium Jacobi, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 225, c. 941.)

« *Consilium domini Jacobi, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis.* Ad ea que dominus rex Francie offert super negotio Terre Sancte posset alicui occurrere in via collationis quod sequitur : videlicet quod non est expediens pro primo passagio per dictum regem ordinato, ut vigin[ti] galee, due naves et quatuor galiote pro presenti anno mittantur, ubi dictus rex tantum offert quantum constabit navigium, et collaterales et nonnulli prelati[1] obtulerunt pro ipso usque ad summam viginti milium florenorum[2], quia nimis sumptuosum, parva utilitas, presertim si sequentibus annis non continuaretur, et pecunia ad hoc modica per eum et illos offerretur. Non tantum esset inutile si decem galeas rex idem Francie, ante finem augusti, ad defensionem Cypri et Armenie regnorum et maris custodiam destinaret, assignando peccuniam unde dicte galee armarentur et destinarentur ad partes easdem, nam ad defensionem essent utiles, cum futuri nesciantur eventus, illis de regnis ipsis Armenie et Cypri defendendi sedaretur fiducia, animarentur ad subcidium (*sic*) Terre Sancte, nec putarent negotium ultramarinum per regem Francie esse desertum.

Ad id vero quod per eundem regem Francie offertur pro secundo passagio, videlicet ccc^m^ librarum turonensium etc[3]; item se ordinaturum cum effectu quod de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui etc., in via collationis occurrere posset quod

non est [e idem regi, ultra alia oblata sibi alias vel fratri suo, clare memorie domino Philippo, aliquid per dominum papam et Romanam Ecclesiam offerendum, nec pure nec sub conditione, propter multas rationes que ad presens ommittantur, presertim quia premissa obtulit idem rex : dum tamen idem dominus papa etc., quod obscurum est, insolitum et importabile, ut totum onus expensarum ultramarini passagii Ecclesie Romane incumbat, sicut alias sufficienter eidem domino regi per dominum nostrum suis litteris fuit plene responsum. Non ergo videtur aliquod novum regi Francie pro secundo passagio offerendum, sed commendandum oblationes ejusdem ac ostendendum per nuntios saltem discretos et providos viros, difficultates et obscuritates et dubia. Et quia idem rex dicebat quod super secundo passagio quod dilationem patiebatur, voluntatem domini pape scire volebat, destinandum esse nuntios ad eundem, ut regis intentionem agnoscant et refferant, ut de negotio possit salubrius cogitari. Ne tamen aliquod domino pape vel Ecclesie possit ascribi, cum rex pro passagiis multa videatur offerre, posset offerri regi, si personaliter transfretaret, quod alias fratri suo oblatum fuit, et, pro aliis passagiis particularibus, de duabus decimis etc., ut in eisdem litteris plenius continetur ; et significari quomodo indulgentie valde copiose dantur sub certa forma euntibus in subcidium (*sic*) Armenie et Cypri regnorum predictorum [4]. »

1. Reg. *prefati*.
2. Voyez nº 1694, note 2.
3. Pour ce passage et les autres passages supprimés ici, se reporter au numéro 1695.
4. Pour la date, voyez nº 1692, note.

1704 [*Avril* 1323.]

Consilium Arnaldi, sanctæ Mariæ in Porticu diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 225 vº, c. 942.)

« *Consilium domini Arnaldi, sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis.* Super primo particulari passagio quod dominus rex Francie assumpsit fiendum in martio proximo preterito, pro quo obtulit se daturum quantum constabit navigium pro ipso passagio ordinatum, videlicet xx^{ti} galearum, duarum navium et quatuor galeatorum (*sic*), quod quidem navigium habet deconstare xxx^{ta} millia librarum turonensium [1], et nonnulli collaterales et prelati regni Francie etiam promiserunt usque ad summam xx^{m} florenorum [2], videtur dicendum quod hoc primum passagium particulare non est fiendum de presenti tempore, nam amodo de ista estate gentes esse non possent in regnis Cypri et Armenie bona hora quod possent multum proficere, sed differendum est usque in proximo futurum martium ; et tunc, si interim ordinetur, quod fiat. Sed secundum particulare passagium magnum et nobile, prout inferius subjungetur, videtur esse fiendum, alias autem, nisi secundum ordinaretur interim magnum et nobile, non esset nisi perditio peccunie et irritatio inimicorum. Ubi vero secundum passagium fuerit ordinatum, videtur quod pro primo passagio deberent sufficere x galee in proximo futuro martio, si ad hoc, bono modo, posset dominus rex induci. Si autem induci non posset vel velle[t] modis omnibus, quod, sicut ipse jam ordinavit, ita fieret, pro eo quia istud est primum magnum negotium quod assumpsit postquam successit in regno, videretur, antequam rumperetur negotium, et ut ipse magis animaretur ad hujusmodi passagia facienda [et] prossequenda, quod in dicto futuro martio fieret passagium juxta ordinationem suam predictam.

Super secundo vero passagio, pro quo dominus rex obtulit ccc^{m} librarum turonensium, et ordinare cum effectu quod de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis unam pictam, et venditor aliam, de viginti autem solidis quilibet unum denarium, de xxx^{ta} vero solidis tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, videtur quod, si ipse predicta ccc^{m} libr. assignet in locis certis et sufficientibus et solvat terminis competentibus, et cum effectu ordinet seu procuret quod gabella predicta levetur prout obtulit, seque velit obligare quod teneat usque ad quinquennium in regnis predictis duo milia militum, et quinque milia balist[a]riorum, et ad ista fienda deputet unum bonum, nobilem et potentem capitaneum loco sui, offerenda sit sibi decima totius regni levanda per quinquennium, et [si] vellet in eisdem regnis tenere gentem predictam, videretur

quod sibi sit offerenda una decima pro unoquoque anno quo gentem ipsam teneret. Ubi autem nollet se ad tenendum balistariorum numerum obligare, sed solummodo ad tenendum predicta duo milia militum, videtur quod propter hoc non esset rumpendum negotium, quia devotio populi creditur esse tanta quod, ubi firmatum fuerit de tenendis predictis duobus milibus militum, tot equites et infiniti pedites transfretarent, qui non solum ad dictorum defensionem regnorum possent sufficere, immo etiam ad offensionem inimicorum jugiter habundare. Ubi dominus rex infra dictum quinquennium, vel post, in persona propria transfretaret, videretur quod ibi esset duplex decima offerenda ; ita tamen quod secunda decima hujus decime duplicis offerende levaretur cum transfretasset, et esset personaliter ultra mare ac quamdiu ibi moraretur in dicti prossecutione negotii, aliter non levetur. Item ultra omnia ista, cum firmatum fuerit quod teneri debeant ad minus duo milia militum usque ad quinquennium ut est tactum, offerenda videtur peccunia que fuit habita a vicecomite Leomanie pro hujusmodi militibus transmittendis. Videtur quod oblationes supradicte sufficere debeant pro honore domini nostri ac hujus sancte Romane Ecclesie ad prossecutionem negotii memorati [3]. »

1. Cette somme était attribuée non à la première, mais à la seconde expédition, comme on le voit dans la suite de la même lettre et dans les lettres précédentes (nos 1685, 1693, 1695, 1696, 1697, 1710).
2. Voyez no 1694, note 2.
3. Pour la date, voyez no 1692, note.

1705 [Avril 1323.]

Consilium Raymundi, sanctæ Mariæ Novæ diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 226, c. 943.)

« *Consilium domini Raymundi, Sancte Marie Nove diaconi cardinalis.* Sanctissime pater et domine, mi videtur simplicitati mee quod, de facto passagii ultramarini, sit respondendum illustri domino regi Francie quod illud quod obtulit Sanctitas Vestra inclite recordationis domino Philippo, germano suo, est parata eadem Sanctitas Vestra sibi concedere in casu ubi ipse in persona propria transfretaret, et, ultra hoc, videtur michi quod esset dicto domino regi offerenda beneficia vacantia quamdiu dictus dominus rex in persona propria esset ultra mare.

In casu vero ubi ipse in persona propria non reciperet passagium, sed per capitaneum alium vellet exequi dictum passagium, non videtur michi quod Sanctitas Vestra facere debeat certam oblationem, donec concordatum fuerit et declaratum inter Sanctitatem Vestram et dictum dominum regem de predicto capitaneo, et de numero militum et peditum, et de tempore vel mora ultra mare residendi. Et bene videtur michi advertendum et expediens quod capitaneus debeat esse talis qui diligat et timeat Sanctam Romanam Ecclesiam et Sanctitatem Vestram. Et, ipsis declaratis, consulo quod taliter se habeat Vestra Beatitudo in oblatione facienda, quod Deus et mundus cognoscant quod predictum passagium, quod est commune omnibus catholicis, vestra clementia habet cordi [1]. »

1. Pour la date, voyez no 1692, note.

1706 [Avril 1323.]

Consilium B[ertrandi], sanctæ Agathæ diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 226 v°, c. 944.)

« *Consilium domini B., sancte Agathe diaconi cardinalis.* Videtur michi quod passagium primum ordinatum per dominum regem non expediat modo fieri, quia perditum esset quicquid fieret circa illud, nisi sequeretur secundum passagium majus, quod non video adhuc ordinatum nec aliquid circa [1] illud certum utiliter, sed demum fiat, cum de majori inter dominum nostrum et dominum regem fuerit concordatum, si domino nostro et domino regi videbitur illo (*sic*) tunc expedire.

Super secundo passagio majori particulari respondendum videtur quod dominus noster summus pontifex debet mittere viros providos et discretos, in quibus plene confidat, plene informatos in istis negotiis de conscientia et voluntate domini nostri, ad dominum regem Francie, qui explicabunt eidem domino regi illa que necessaria, utilia ac etiam oportuna fuerint in negotio antedicto. Et, ante omnia, isti nuntii informari habent per dominum nostrum quod ostendant

domino regi difficultates que sunt in predicto passagio faciendo circa modos peccuniarum habendarum et vias quibus habeatur peccunia pro predictis. Secundo erunt informandi quod dicant pericula que consequerentur si fieret passagium et non continuaretur, quia christiani exponerentur exterminio et perditioni, nisi continuaretur passagium antedictum. Tertio informentur nuntii qui mittentur quod explicent domino [regi] quod, si in passagio mitterentur in pauco numero homines militares, equites et pedites, non esset nisi irritare Soldanum et alios Infideles, et exponerentur periculo mortis non solum ultramarini christiani, sed etiam transfretantes. Ex quibus sequitur quod, primo, isti nuntii debebunt tractare cum domino rege vias et modos certos unde habeatur peccunia, et certificari, antequam aliquid offeratur realiter per dominum nostrum papam, super impositione gabelle oblate per dominum regem, et super ccc^{m} libris (*sic*) oblatis etiam per eundem. Habebunt etiam potestatem tractandi cum domino rege de continuatione passagii particularis secundi, ut saltim continuetur usque ad quinque annos inclusive. Et videtur michi etiam quod dominus noster debeat declarare voluntatem suam domino regi per istos nuntios super numero equitum et peditum mittendorum in passagio sepefato. Numerus qui videtur michi necessarius est duorum milium equitum et quinque milium peditum ad minus, et si in tractatu possent concordare de majori numero, circa quem erit per nuntios efficaciter insistendum[2], esset multum utile. Et ne videantur isti nuntii ad audiendum tractatum tantummissi, et ut dominus rex admittat eos ad tractatum libentius, et quia timeo quod non admitterentur ad tractatum nisi dominus rex crederet eos offerendi et promittendi, nomine domini nostri, habere aliquam potestatem, videtur michi quod dominus noster debeat dare potestatem istis nuntiis offerendi in tractatu vicesimam, ita tamen quod, ubi concordatum et firmatum erit quod dominus rex imponat gabellam et populus regni sui consenserit, et dominus rex imposuerit, dominus noster habeat imponere vicesimam; et non alie erunt etiam imponende conditiones in oblatione predicta [quam] quod dominus rex assignet ex quibus redditibus exigentur, et in quibus locis, illa ccc^{m} libr. per dominum regem oblata, et si concordia fuerit super numero equitum et peditum, et continuatione passagii memorati. Videtur etiam michi quod, antequam rumperetur negotium, offerende essent decime quinquennales pro quinque annis. Et, si concordaretur de majori tempore, quod offeratur decima annua pro tot annis quot durabit impositio gabelle memorate. Ultra autem vicesimam annuam offerendi nuntii non habeant potestatem. Sed si deveniatur per tractatum quod amplius quam vicesima annua habeat offerri, habebunt nuntii tractatum remittere ad dominum nostrum papam, ut per eum offeratur quicquid ultra vicesimam offerretur sub modis et conditionibus superius expressatis in predicta vicesima per nuntios offerenda. Super articulo qui incipit : premissa autem obtulit[3], respondendum quid obtulerunt aliis regibus summi pontifices, predecessores domini nostri, et concludendum quod pro particulari passagio Ecclesia non consuevit offerre, sed pro generali consuevit ad plus decimam predecessoribus regis offerre. Quare videtur quod dominus rex multum debeat contentari si offeratur vicesima per nuntios antedictos, que nunquam pro passagio particulari oblata fuit per aliquem Romanum Pontificem[4]. »

1. Reg. *certi.*
2. Ib. *insistendo.*
3. Pour ce passage, voyez n° 1695.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1707 [*Avril* 1323.]

Consilium Johannis, sancti Theodori diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 227, c. 945.

« *Consilium domini Johannis, sancti Theodori diaconi cardinalis.* Circa primum passagium particulare pro quo dominus rex Francie offert quantum constabit navigium pro dicto passagio, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiotorum, et prelati et barones ei assistentes obtulerunt xx^{m} librarum turonensium[1], cum tamen, secundum scripturam datam, sint necessaria cc^{m} librarum turonensium, videtur dicendum quod dictum passagium pro tempore de quo agitur in scriptura, sit omnino inutile, et quodam modo impossibile, tum ratione temporis quod videtur

jam elapsum quo illi, de quorum subventione agitur, indigent tali auxilio, tum ratione navigii quod non est paratum, et videtur omnino impossibile quod possit ita in instanti parari, tum r[ati]one peccunie que ad hoc requiritur, que nec tota extat, nec occurrit unde ita in expedito possit haberi.

Circa secundum passagium et sequentia, pro quibus idem dominus rex offert ccc^m librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item offert se ordinaturum — compleantur[2].

Videtur quod oblatio premissa multipliciter sit dubia et incerta. Primo namque quoad ccc^m librarum de quibus agitur, non exprimitur utrum simul an per partes sint solvenda, inter que multum reffert, particularis namque solutio non minima habet incomoda; nec etiam exprimitur quo tempore sint solvenda.

Secundo, prefata oblatio, in quantum tangit impositionem gabelle de qua supra fit mentio, videtur adhuc incertior et magis dubia. Verendum namque verisimiliter est quod populus regni Francie, sine cujus consensu vel saltem tolerantia, premissa fieri non possent, hujusmodi impositioni et exactioni, tanquam rei eis omnino insolite et maxime onerose, nullatenus assensum, immo nec patientiam prebeant; et dato quod prefata gabella procedat, dubium est quantum ascendat. Videtur etiam totalis prefata oblatio dubia et incerta, quia conditionaliter facta, ut patet in verbis illis : premissa autem offert duntaxat dominus papa etc., que verba in conditione illa posita, generalia sunt et dubia, et possent esse captiosa. Quare, premissis sic dubiis existentibus et incertis, non videtur quod posset fieri certa et clara responsio, nisi predicta certificentur et declarentur. Videtur etiam dubium ibi quia non exprimitur quot milites habebuntur in illo passagio, et quot pedites. Videtur igitur quod, super premissis sit mittendus nuntius vel nuntii, prout Sanctitati Vestre videbitur, ad dictum dominum regem, qui sint viri providi et circumspecti et plene instructi, qui exponant dicto domino regi, primo, circa primum particulare passagium de quo supra tactum est, et inutilitatem et impossibilitatem de qua dictum est, et quod, propter premissa, Sanctitas Vestra supersedet ad presens in illo. Super secundo passagio cum sequentibus, petant declarationem intentionis domini regis super dubiis de quibus tactum est supra, et refferant domino nostro. Exponant tamen domino regi quomodo Sanctitas Vestra habuit et habet valde gratam intentionem domini regis, et multum commendat eam, et hortatur eum ad continuandum sanctum propositum circa subcidium (*sic*) Terre Sancte; et quod, istis declarationibus factis, ubi possit negotium, et videatur quod verisimiliter debeat utiliter procedere, et premissa oblata habeant realem effectum, ipsa intendit, in quantum cum honore Dei et Ecclesie poterit, sic affluenter manus adjutrices porrigere, quod Deo primo erit gratum et dicto domino regi, et etiam toti Christianitati liquebit quod hujusmodi negotium, inter omnia alia negotia est, sicut esse debet, singulariter vobis cordi. Et si dominus rex velit, prout in scriptura data videtur peti, certificari per Sanctitatem Vestram de numero militum et aliis oportunis pro dicto passagio, quod sint instructi dicti nuntii ad informandum eum de premissis, et de expensis necessariis pro predictis; et tunc poterit videre dominus rex et clare aperire quid potest et vul[t] circa premissa facere et Sanctitas Vestra quod incumbat, et utrum ad hec vires Ecclesie se extendant, et hoc consulo ego Johannes, sancti Theodori etc.[4]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Pour ce passage, se reporter au numéro 1695.
3. Reg. *sunt*.
4. Pour la date voyez n° 1692, note.

1708 [*Avril* 1323.]

Consilium Galhardi, sanctæ Luciæ diaconi cardinalis. Reg. 111, fol. 227 v°, c. 946.

« *Consilium domini Galhardi, sancte Lucie diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie — galiotorum[1]. Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam xx^m florenorum[2]. Pro sequenti autem — compleantur.

Dico quod non est expediens nec utile quod supradictum primum passagium fiat pro tempore presenti, quousque de secundo et sequentibus majoribus passagiis particularibus fuerit plene et secure ordinatum, qualiter, quando et unde poterunt fieri; qualiter vide-

tur quod dominus noster non debeat subvenire in illo de presenti.

Super secundo dico quod dominus noster habet requirere dominum regem Francie quod taxet numerum militum et peditum mittendorum in secundo et sequentibus passagiis particularibus majoribus faciendis, deinde eum certificet super numero per ipsum regem taxato, et quem capitaneum dabit illis. Item quod rex declaret et assecuret dominum nostrum quando et unde predicta ccc^m librarum solventur; item qualiter dominus noster vult scire quando et quanto tempore predicta gabella imponetur et qualiter et quanto tempore consentiet populus regni Francie quod dicta gabella levetur, et quantum levari poterit in uno anno. Unde cum dominus noster super premissis responsionem certam et plenam habuerit a domino rege prefato, offerat se sic in illis subvenire quod dominus rex debebit contentari, et pro istis explicandis, essent mittendi ad dominum regem duo prudentes viri. Ista videntur facienda et ordinanda per dominum nostrum papa secundum parvitatem mei modici intellectus, et ita consulo[3]. »

1. Pour ce passage et le suivant, supprimés ici, se reporter au numéro 1695.
2. Voyez n° 1694, note 2.
3. Pour la date voyez n° 1692, note.

1709 [Avril 1323.]

Consilium Raymundi, sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 227 v°, c. 947.)

« *Consilium domini Raymundi, sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis.* Ad ordinationem primi passagii videtur michi esse sic respondendum, premissa commendatione affectionis et boni propositi, quod non expedit quod dictum passagium modo fiat, sed quod differatur donec secundum sit ordinatum vel continuatio primi fuerit ordinata.

Ad ordinationem secundi passagii videtur michi quod nil certum sit per Sanctitatem Vestram offerendum, sed sub generalitate. Item, Pater Sanctissime, quod dubia et incertitudines dicte ordinationis per vestros solemnes nuntios domino regi intimentur, rogando eundem ut inchoata velit prossequi, et de predictis dubiis per dictos nuntios Sanctitatem Vestram certificare, ut plene Sanctitas Vestra deliberare valeat in predictis[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1710 [Mai 1323, le 25 au plus tard.]

Instructio tradita Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et Dominico, ordinis fratrum Prædicatorum, Romanæ curiæ lectori, nuntiis ad Carolum, regem Franciæ, super facto passagii ultramarini ab Apostolica Sede destinatis. (Reg. 111, fol. 228-231, c. 948.)

« *Instructio regis. Instructio tradita venerabili fratri Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et dilectis filiis* (sic) *Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, Romane curie lectori, nuntiis ad carissimum in christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, super facto passagii ultramarini per Sedem Apostolicam destinatis.* In primis siquidem eorum adventu benigne ex parte nostra salutabunt predictum regem. Deinde presentabunt eidem litteras apostolicas sibi missas. Postea, hora sibi ad referendum suam credentiam assignata, referent celsitudini regie quomodo venerabilis frater P., Vivariensis episcopus, et dilecti filii Ludovicus, comes Clarimontis, ac Bochardus de Monmaurensiaco, miles, nuntii regii[1], die XXII° mensis martii proxime preteriti, ad nostram presentiam venientes, nobis exhibuerunt quandam litteram clausam per quam rex ipse insinuabat nobis quod prefatos nuntios super facto passagii transmarini ad nostram presentiam transmittebat, rogans quod dictis aut eorum duobus super dicto negotio principaliter, et deinde super nonnullis aliis que pro parte regia prefati nuntii proponere ac supplicare debebant, vellemus eisdem fidem plenariam adhibere, ac ea facere et complere. Item quomodo prefati nuntii, exhibita dicta littera, quantum ad transmarinum negotium suam credentiam summatim exponere curaverunt, eamque nobis, die XXIX^a mensis ejusdem, in scriptis explicite tradiderunt, quam benigne audivimus et perlegimus ac intelleximus diligenter. Et quia, super contentis in dicta scriptura multis collationibus cum fratribus nostris habitis et deliberatione plenaria sub-

secuta[2], visum est nobis et fratribus nostris quod dicta deliberatio brevi scriptura non poterat comprehendi, ne scriptura prolixior aures gravaret regias occupatas ad multa, per nuntios excellentie regie decrevimus respondendum, ad quod exequendum prefatos archiepiscopum et lectorem duximus eligendos.

Continebat autem scriptura per eos exhibita summarie que secuntur.

In primis siquidem, premissis quibusdam prefationibus, recitabat quod regem ipsum dudum fuimus per nostras litteras exhortati eidemque, tam per litteras quam nuntios obtulimus preces nostras quod capitaneatum particularis passagii faciendi pro Terre Sancte subsidio reciperet per alium exercendum.

Secundo, quomodo super oportunis nonnullis circa receptionem capitaneatus hujusmodi intentionem nostram sibi petiit aperiri, non ut receptionem capitaneatus predicti rejiceret, sed ut recipiens, providentius ageret in receptis. Quibus etsi ex causis contentis in nostris litteris non duximus repondendum, nos tamen habere propositum subveniendi calamitatibus et discriminibus Christi fidelium illarum partium duximus declarandum.

Tertio, quomodo et quare nobis inconsultis, dictum capitaneatum assumpsit.

Quarto, quomodo deliberavit cum multis super adhibendo remedio congruo in predictis, et quod in hoc illorum recedit (*sic*), deliberatio quod xx galee, due naves bone et sufficienter armate, et quatuor galioti, anno presenti, pro maris custodia, ad fines specialiter descriptas in scriptura predicta, celeriter mitterentur. Item quod, ultra dictam armatam maris, m^{m} servientum balistariorum ut in pluribus transmittantur, qui ponantur in fortalitiis regni Armenie circa frontarias hostibus convicinas, pro defendendis predictis fortaliciis, si per hostes fidei per terram regnum Armenie contingeret impugnari. Preterea recedit (*sic*) in hoc deliberatio premissorum quod ultra predictum passagium, anno venienti, circa augustum, magnus equitum et peditum numerus super quo, etiam super modo et ceteris oportunis, debet nostra deliberatio expectari, modis omnibus, mitteretur, qui per terram christianos illarum partium et terram quam in ipsis partibus tenent, habeant potenter defendere et Sarracenos viriliter impugnare. In hoc insuper dictorum sapientum deliberationem dicta scriptura recitat resedisse quod, annis sequentibus, tale gentium subcidium (*sic*) ordinetur quod, cum Dei misericordia, spes de dilatione Christianitatis verisimilis possit esse.

Quinto, recitatur in scriptura predicta quomodo providentia regia deliberaverat cum sapientibus supradictis quantum constarent omnia necessaria pro primo passagio, primo anno, et quantum, et si teneretur ulterius pro sussequentibus successive, quorum in hoc recitatur deliberatio recedisse (*sic*) quod, si premissa utiliter fierent et decenter, constarent ccc^{m} librarum parisiensium anno primo et tantundem sequentibus, deducto quod emptio navigii decostasset.

Sexto, recitat scriptura predicta quomodo, pro primo passagio, ordinavit capitaneum dilectum filium nobilem virum Amalricum de Narbona, vicecomitem Narbonensem. Item, quomodo dictus vicecomes Narbonensis recepit in se primum passagium faciendum, ut recitatur superius, pro cc^{m} librarum parisiensium, per integrum primum annum et ad continuandum pro annis sequentibus pro eodem pretio de quibus fuerit ordinatum, deducta tamen extimatione navigii supradicti.

Septimo, recitatur in eadem scriptura quid rex et quid ejus collaterales et nonnulli prelati qui aderant, obtulerant pro primo passagio faciendo, et quod nichilominus rex misit ad partes singulas regni sui exhortatorias quod ejus subditi ad opus istud manus adiciant adjutrices. Obtulisse autem regem ipsum scriptura recitat predicta quantum constabit navigium pro dicto primo passagio superius designatum; collaterales autem et nonnulli prelati usque ad summam xx^{m} librarum turonensium[3] obtulerunt. Item quod, pro sequentibus passagiis faciendis sub conditionibus infrascriptis, obtulit rex predictus ccc^{m} librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item se ordinaturum cum effectu quod, de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a x solidis supra, emptor solvat unam pictam de decem solidis, et venditor aliam; de xx^{ti} solidis, quilibet unum denarium; de xxx^{ta} autem solidis, quilibet tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo. Premissa autem obtulit rex predictus, dum tamen

nos sicut habemus et nos decet et pro honore Dei et nostro ac totius universalis Ecclesie noscitur expedire, ac pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire quod dicta passagia ad honore[m] Dei et nostri ac sancte Romane Ecclesie ac ipsius regis compleantur.

Octavo subjunguntur cause quare nuntii prefati regis sunt ad nostram presentiam destinati. Et primo recitantur transmissi ad certificandum nos de piis, devotis, firmis, affectuosis et stabilibus propositis et desideriis quibus ducitur et est ductus in omnibus et singulis suprascriptis, et afficitur ad piissimum negotium Terre Sancte, ad complacentiam et honorem nostrum et sancte Romane Ecclesie, matris sue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis. Secundo, ad supplicandum pro spiritualibus et temporalibus generaliter, et deinde specialiter pro certis subcidiis a Sede Apostolica super hiis impendendis. Quibus expositis, prefati nuntii curabunt exponere quante jocunditatis causam nobis et fratribus nostris attulit pium desiderium quod ad eripiendum Terram Sanctam de impiorum manibus, et grandis compassionis affectus quem ad subveniendum regno Armenie ab hostili rabie afflicto nimis immaniter, ac regno Cypri quod ab eisdem hostibus affligi similiter formidatur, necnon ad complacentiam et honorem nostrum et sancte Romane Ecclesie, matris sue, in [hiis] et aliis quibuslibet exequendis, regalem animum gerere tam verbalis nuntiorum ipsorum relatio, quam scriptura exhibita nunciabit cujus desiderium et affectum multipliciter in Domino commendantes, ac eidem pro illo gratias uberes referentes quod ab illo illi inspiratum indubie credimus a quo bona cuncta procedunt, quique corda principum habens in sue potestatis arbitrio, eidem ad nutum sue voluntatis inclinat, pro quibus illi gratias referentes, eidem humiliter supplicamus ut, qui tam pium affectum in cor impressit regium, eidem, juxta divinum beneplacitum, ad Dei honorem et Ecclesie sue sancte ac exaltationem et dilatationem catholice fidei potestatem exequendi benignius tribuat et virtutem.

Post hoc autem proponere non ommittent quomodo nos super primo passagio ordinato, quod fieret circa mensem maii, cujus erat vicecomes Narbonensis capitaneus ordinatus, et in quo debeant esse xx^{ti} galee, due naves bone et sufficienter munite, et quatuor galioti, et, ultra dictam armatam maris, debeant mitti servientum balistariorum ut in pluribus, pro qua totali armata debeant dari, pro uno anno c^{m} librarum turonensium capitaneo supradicto, de quibus rex predictus navigium predictum se obtulerat soluturum, et nonnulli prelati, magnates et nobiles inibi existentes, dicebantur xx^{m} librarum turonensium obtulisse, deliberatione cum fratribus nostris ac nuntiis regum Armenie et Cypri prehabita diligenti, visum est nobis et illis quod, propter brevitatem temporis per quod possent moram trahere in illis partibus gentes passagii supradicti, dictum passagium regnis predictis modicum afferret commodum, et hostibus inferre posset modicum nocumentum. Cum enim per unum annum tantum certitudinaliter dictum passagium fuerit ordinatum, deducto eundi ac redeundi ac yemali tempore in quo tamen stolium nequiret tute ac utiliter navigare, vix tres menses utiles dicto passagio superessent; et si dicatur quod non uno anno tantum, sed pluribus dictum stolium in illis partibus remaneret, non ostenditur unde pecunia ad hoc necessaria haberetur.

Preterea prefatum passagium expediens non videtur, presertim cum inter Soldanum Babilonicum et Armenos pax sit reformata seu treugua inita temporis satis magni, sicut habet assertio litterarum plurium de illis partibus transmissarum. Quare, cum ad hoc feratur intentio regia ut per armatam predictam christicolis afferat commodum et hostibus nocumentum, non ut tanta pecunie quantitas inutiliter consumatur, supponimus et precamur quod moleste ferre non debeat si armata hujusmodi, quousque de passagio ordinatum fuerit alio, differatur. Interim tamen videretur quod, pro maris custodia, decem galee bene munite sufficerent, sicque residuum posset pro sequenti majori passagio reservari. Que quidem armata decem galearum sustineri posset de illis centum quinquaginta milibus florenorum quos a vicecomite Leomanie habuimus[1], et de pecunia que, cede (*sic*) vacante, collecta extitit in ecclesia Auxitana, quousque fuisset de efficaci passagio ad defendendum christicolas illarum partium et expugnandum hostes viriliter ordinatum.

Circa secundum autem passagium quod, anno venienti, circa augustum, est fieri ordinatum, in quo magnus equitum et peditum numerus debet esse ad defendendum christianos illarum partium et hostes fidei viriliter impugnandum, necnon et circa alia subsequentia in quibus debet tale gentium subcidium ordinari quod, cum Dei adjutorio, spes de dilatatione christianitatis verisimilis possit esse et pro quibus prefati nuntii cercitudinem (*sic*) regiam trecenta milia librarum turonensium sub certis conditionibus asserunt obtulisse, necnon et quod ordinabit cum effectu regia celcitudo (*sic*) quod de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et de triginta solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, consideravimus nos et fratres nostri predicti, sed prefati nuntii tot conditiones dubias impossibiles oblationi hujusmodi adjecerunt, quod ipsam nullam vide[n]tur reddere, sic quod, illis conditionibus stantibus, debeat pro non facta dicta oblatio reputari.

Dicuntur enim per prefatos nuntios oblata fuisse predicta per magnificentiam regiam sub conditionibus que secuntur : videlicet si nos, sicut habemus, et nos decet et pro honore Dei et nostro, et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei et nostrum, ac sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis, dicta passagia compleantur. Quid enim habeamus offerre, et quod nos deceat, ac quid pro honore Dei et nostro, et totius universalis Ecclesie expediat ac pro retentione Christi fidelium illarum partium sit necesse, declarationem non meminimus nos legisse, nec consuetudinem novimus talia declarantem, licet legamus predecessores nostros pro dicte terre negotio nunc minora, nunc majora decimalia prestitisse subcidia, et indulgentias concessisse. Conditionem autem illam : si nos in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei ac nostrum et sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis dicta passagia compleantur, attento statu presentis temporis, quoad nos possibilis non videtur, cum quasi in nullo aliorum regnorum pro premissis possemus imponere decimas preterquam in regnis Francie et Navarre. Regna quidem Ispaniarum tam contra inimicos fidei quam contra christicolas guerras habent ; Italia guerris et aliis oneribus multipliciter est gravata, a quibus regnis alia juvamina non existunt. De hiis autem decimalibus subcidiis consuevit Romana Ecclesia talibus necessitatibus subvenire, ad que utique predictorum regnorum decima a[n]norum etiam plurium sufficere non valeret. Super subcidiis vero legatorum et helemosinarum, cum sint incerta et (in)dubia, non possum[us] nos fundare. A[d]vertat igitur excellentia regia quid, ultra illud quod dudum clare memorie Philippo, regi Francie et Navarre, predecessori suo, sibique postea, deliberatione cum fratribus nostris et nuntiis dicti regis prehabita diligenti, per nostras obtulimus litteras quarum transcriptum serenitati regie alias meminimus transmisisse, qua nulla major, nec equalis esset, per aliquem nostrorum predecessorum, quod audiveramus, facta fuit, pretextu oblationis predicte, sic facte sub dubiis et conditionibus minus possibilibus, attento ecclesiarum gravamine, valeamus offerre.

Proponent insuper quod, dicto pendente negotio, supervenit venerabilis frater noster Petrus, Silvanectensis episcopus, qui, una cum dilecto filio nobili viro Bochardo de Monmaurenciaco, milite, nobis magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, litteras presentarunt[5], per quas petebat comes predictus prefatis nuntiis super nonnullis eidem comiti nuper expositis, personam suam ac negotium contingentibus transmarinum, fidem credulam adhiberi. Presentaverunt insuper quasdam litteras clausas carissimi in Christo filii nostri K., regis Francie et Navarre illustris[6], inter cetera continentes quod, licet generale passagium quod sue persone speciali, si suo tempore contingeret fieri, reservabat, nec dicto comiti, nec alii concederet quoquomodo. Desiderabat tamen admodum quod dictus comes pre cuntis aliis secundum reciperet passagium antedictum, ad quod eundem intense vellet juvare comitem, secundum posse suum, nos deprecans quod super illo vellemus intendere ac tantum facere quod ad Dei honorem, fidei exaltationem ac comitis ejusdem laudem, ipse utiliter suscipere[t] passagium antedictum.

Proponent quoque quomodo episcopus et miles prefati, tam verbo quam scripto prudenter suam nobis credentiam exponentes [insinuabant nobis][7] quod dictus comes, sicut fidei zelo plenus in passagio faciendo pro subsidio Terre Sancte, conditori fidei, nobis ac toti Christianitati complacere desiderans, super quo dicti regis habuerat voluntatem, ad hoc exequendum efficaciter, nobis personam, filios ac bona sua et quicquid ultra, loco et tempore, exponere poterit, offerebat. Et cum, ut dicebant, intentionis esset ipsius comitis cum tot et tantis ac talibus personis dictum passagium facere quod, divino mediante juvamine, valeat christianos et eorum terram illarum partium defendere et inimicos fidei viriliter impugnare, cultumque christiane fidei dilatare, ad quod salubriter exequendum videbatur eidem comiti VIII^{m} equitum et XXX^{m} peditum stipendiariorum numerus, qui etiam indigerent navigiis, sufficere et decere, supplicabant nuntii memorati quatinus, considerato que, qualia et quanta bona ex persona dicti comitis dicto passagio poterant provenire, faceremus ei oportuna subcidia, cum comes ipse paratus esset, dum tantum hoc fieret, bonam et sufficientem securitatem facere de continuando et complendo passagium memoratum, et super hoc nuntiis ipsis aperiremus nostre beneplacita voluntatis. Subjungant etiam nostri nuntii quomodo, ad declarationem premissorum, episcopus et miles prefati per aliam cedulam nobis postmodum intentionem dicti comitis clarius explicarunt. Et primo quod, licet circa numerum stipendiariorum, equitum et peditum antedictum, intentionem dicti comitis declarasent, adhuc tamen tenebant firmiter et credebant, licet super hoc ab ipso mandatum non habuissent expressum, quod dominus comes se restringeret ad numerum pauciorum juxta nostri deliberationem salubrem. Item quod tempus ad hujusmodi passagium faciendum videbatur dicto comiti, consideratis omnibus, salva nostra deliberatione, circa finem sequentis biennii oportunum. Item quod ipsius comitis intentionis existit quod per quinquennium continuum ad minus in prosecutione dicti negotii in transmarinis partibus remaneret, et amplius si duxerimus ordinandum. Item quod paratus est juxta nostrum arbitrium, pro plena securitate prossequendi predicta et de hiis, que concedenda eidem pro premissis duxerimus, in illum usum et non alium converterdis, se et suos efficaciter obligare. Item quod credebant firmiter dicti comitis intentionis existere sub nomine dicti regis Francie, juxta nostram ordinationem, illum capitaneatum recipere passagii memorati, supplicantes de tali et tanto subcidio per nos eidem subveniri quod ad honorem Dei, nostrum, dicti regis et suum, et sancti negotii commodum, decenter suscipere posset et exequi capitaneatum prefatum.

Proponent quoque quod nos, oblationem hujusmodi plurimum comendantes, ipsam cum jocunditate animi sub modis et conditionibus et infrascriptis determinationibus acceptavimus non indigne, quam ab illo in cujus manu corda sunt principum, infuzam eidem divinitus credimus, illi a quo datur regnare principibus humiliter supplicantes ut ipsum, circa ejusdem Terre negotium prosequendum, corroboret et confirmet. Super quibus oblatione et declaratione, deliberatione prehabita diligenti, in consideratione deducto quod, intuitu persone dicti comitis, si dictum negotium personaliter prosequatur, favor maximus accrescet negotio, parati sumus, pro predicti passagii secundi negotio, cujus capitaneatum dictum comitem sub nomine regio recipiendum et prossequendum supponimus, ordinare subcidia (*sic*) que sequuntur.

In primis [imponere][8] duas decimas omnium proventuum ecclesiasticorum in regnis Francie et Navarre consistentium, beneficiis et locis ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani qui se contra hostes fidei exponunt continue dumtaxat exceptis, secundum consuetudinem et morem hactenus observatos, per duos annos, ut infra sequitur, per locorum ordinarios absque invocatione secularis brachii, nisi ordinaretur aliter per Sedem Apostolicam, pro eodem secundo pasagio quod dictus comes realiter et personaliter prossequendum duxerit, colligendas et in tuto loco cum diligentia reponendas, videlicet mediam decimam proximo anno, cum illo eodem restet una alia decima pro dicto rege ex concessione Sedis Apostolice colligenda; secundo vero anno dictorum duorum annorum quo tempus decimarum eidem regi concessarum transiverit, decimam et dimidiam residuas, ceteris ad hoc terminis (ad hoc) statuendis; quas quidem decimas regie celsitudini offerimus per eundem comitem in prosse-

cutione dicti negotii dispensandas, dum tamen idem comes in supradictum biennium negotium dicti passagii realiter et personaliter duxerit prossequendum seque, filios, terras et bona sua omnia corporali juramento et prestito pro premissis complendis duxerit obliganda, ac in premissorum certitudinem pleniorem, regias sigillo regio sub cera viridi, necnon et suas patentes et sufficientes litteras fieri fecerit Sedi Apostolice assignandas. Et ne de moneta in qua decime predicte solutio fiet et fieri debebit imposterum hesitetur, et vitentur gravamina que alias propter hoc viri ecclesiastici sunt perpessi [9], ordinarii predicti, in solutione dicte decime, quamlibet seu quaslibet monetas comuniter in terra in qua ejusdem monete solutio fuerit facienda currentes, in eo valore quem obtinebunt cum parvis turonensibus vel parisiensibus, secundum cursum [10] et extimationem comunem quo solutio fiet, recipere tenebuntur, ita quod, pretextu alterius cambii, debitores et solutores decime non graventur. De emolumentis vero dictarum decimarum, cum, Deo duce, pro dicto passagio apparatus fuerit inch[o]andus, persone industrie et fideles, precipuum zelum habentes ad subcidium memoratum, que per Sedem deputabuntur eandem, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exegerit et juxta processum et incrementum apparatus hujusmodi, expensas necessarias illis quos dictus comes deputaverit ministrabunt. Et si forte, quod absit, casu aliquo contingente, non fieret passagium memoratum, eundem comitem suosque filios, heredes et successores, virtute hujusmodi dispositionis [11] et juramenti prestiti, si forte ad dictam decimam manus extenderit dictus comes, teneri volumus ad restitutionem eorum que perceperit de decima supradicta, ita quod de ipsa quicquid in proprios usus vel alios converterit, restituere integraliter Romane Ecclesie teneatur. Et si forte in galeis vel aliis vasis navalibus pro dicte Terre subcidio expensas fecerint de decima supradicta, et ipsum, ut premittitur, non contingeret transfretare, galee et vasa et quecunque alia preparamenta facta fuerint de proventibus decime supradicte, assignentur Romane Ecclesie converterda in subcidium Terre Sancte, ut nichil omnino ex ipsius decime proventibus in usus alios quam in dicte Terre subcidium convertatur. Preter hoc deputabuntur per Sedem predictam certe persone in omnibus regnis et partibus ad exigendum, levandum, colligendum et in certo et tuto loco ponendum omnia legata relicta in testamentis seu ultimis voluntatibus occasione negotii transmarini. Concedemus insuper certas et determinatas indulgentias subvenientibus passagio memorato, ponenturque in singulis ecclesiis trunci concavi certis clavibus consignati, in quibus oblationes et elemosine fidelium pro subcidio hujusmodi reponentur quorum omnium emolumenta, secundum ordinationem nostram, ad arbitrium et subcidium predicti passagii convertentur. Ultra hujusmodi vero decimas et subcidia que de legatis et elemosinis provenient, ut prefertur, volumus quod Camera nostra in nullo remaneat obligata.

Offerimus etiam regie celcitudini memorate pro armata decem galearum interim ad maris custodiam, ne hinc illuc vehantur aliqua nec e contra deputanda, et, ut iter securius transfretantibus in predicto secundo passagio preparetur, nos paratos satisfacere de illis centum quinquaginta milibus florenorum quos dudum a vicecomite Leomanie duximus exigendos, et pecunia collecta de proventibus ecclesie Auxitane, ecclesia ipsa vacante, et si quod, ex quo dictus comes passagium prefatum prosequi ceperit, de predictis residuum fuerit, illud in utilitatem dicti negotii convertemus.

Offerrimus insuper nos ordinaturos quod postquam, Domino annuente, dictum comitem contigerit transfretasse, singulis annis quibus pro prefato negotio fuerit ultra mare, una decima proventuum predictorum de prefatis regnis, juxta dictum modum eisdem annis singulis colligenda, prefati comitis et gentis sue usibus et necessitatibus ministretur; sperantes et considerantes in Domino cujus negotium agitur quod, cum illis subsidiis que regalis providentia faciet a suis subditis fieri, procurabit predictum passagium felicem exitum, et christicolis illarum partium multipliciter fructuosum, auctore Domino, consequetur; et habebit rex ipse, postquam dictus comes capitaneatum hujusmodi, sicut supradictum est, realiter prossequetur remissionem plenariam peccatorum. Intentionis autem nostre et fratrum nostrorum existit quod comes prefatus quatuor milia equitum et peditum quindecim milia secum habeat, preter illos qui personaliter vel per alium seu alios

suis sumptibus transfretabunt. Nec ignoret regia celsitudo quod maritimarum civitatum versus Orienten rectores duximus requirendos, ut per dictarum incolas civitatum Sarracenis vehi prohibita non permittant, sed ab hoc ipsos curent compescere remediis oportunis, quod jam Januenses intrinseci et Veneti compleverunt, [et] adhuc ipsos et alios super hoc per nostras litteras intendimus commonere; nec miretur regia celsitudo si responsionem super ordinatis passagiis distulerimus adeo, quia negotium erat et est perplexum, propter quod sepius cum nostris fratribus, et interdum cum nuntiis regiis oportuit nos conferre, supervenerintque nuntii comitis memorati, super quorum ambassiata deliberare oportuit ac etiam respondere.

Non ferat etiam moleste regia sublimitas si formam indulgentiarum non misimus, quia, intellecto quod ipse susceperat negotium antedictum, cogitavimus quod oporteret nos in ipsis aliquam mutare; quare ipsas suspendimus mittere quousque habuissemus de modo receptionis certitudinem pleniorem[12]. »

1. Voyez n° 1684 et aussi n° 1687.
2. Les réponses des cardinaux à ce sujet se trouvent plus haut (n°s 1692-1709).
3. Voyez n° 1694, note 2.
4. Voyez n° 1534.
5. N° 1686.
6. N° 1687.
7. La correction est indiquée par le texte du n° 1711 qui reproduit, pour la plus grande partie, la présente lettre.
8. Id.
9. Reg. *professi.*
10. Reg. *cinsum.*
11. *Sponsionis* dans la lettre suivante (n° 1711).
12. Le 7 mai 1323, l'envoi des légats pontificaux mentionnés ici était déjà décidé, comme le prouve la lettre que nous donnons plus haut (n° 1667). Jean XXII faisait part de leur mission à Charles de Valois le 23, au roi de France le 25 du même mois (nos 1679 et 1682). Le 26, ils n'étaient plus à la cour pontificale puisque le pape leur écrivit (n° 1715) pour compléter les instructions que nous publions ci-dessus et qui, par conséquent, sont antérieures à cette date.

1711 [Mai 1323, le 25 au plus tard.]

Instructio eisdem nuntiis pro comite Valesii tradita. (Reg. 111, fol. 231-232, c. 949.)

« *Instructio comitis Valesii. Instructio tradita venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo, ac dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, Romane curie lectori, nuntiis ad dilectum filium magnificum virum Carolum, regis Francie filium, comitem Valesii, super facto passagii transmarini per Sedem Apostolicam destinatis.* In proximo siquidem eorum adventu benigne ex parte nostra salutabunt predictum comitem, deinde presentabunt eidem litteras apostolicas sibi missas.

Postea, hora sibi ad referendum suam credentiam assignata, sue referent magnificentie quomodo venerabilis frater P., Silvanectensis episcopus, et dilectus filius nobilis vir Bocardus de Monmaurensiaco, miles, nobis dicti comitis litteras presentaverunt, per quas ipse comes petebat prefatis nuntiis super nonnullis personam suam ac negotium contingentibus transmarinum fidem credulam adhiberi.

Presentaverunt insuper quasdam litteras clausas carissimi in Christo fili nostri K., regis Francie et Navarre illustris[1], inter cetera continentes quod, licet generale passagium quod sue persone specialiter, si suo tempore contingeret fieri, reservabat, nec dicto comiti nec alii concederet, quomodo desiderabat tamen admodum quod dictus comes pre cunctis aliis secundum reciperet passagium antedictum, quem super hoc intense juvare volebat secundum posse suum[2] — exequi capitaneatum prefatum.

Proponent quoque quod nos, oblationem hujusmodi plurimum comendantes, ipsam laudavimus et sub modis, conditionibus et determinationibus infrascriptis cum jocunditate animi acceptavimus non indigne — parati sumus pro predicti passagii secundi negotio, cujus capitaneatum dictum comitem, sub nomine regio et de ipsius assensu, recipiendum et prossequendum supponimus, ordinare subcidia que sequuntur.

In primis imponere — remaneat obligata.

Offerimus ultra predicta pro armata decem galearum, interim ad maris custodiam deputanda, ut iter securius transfretantibus in predicto secundo passagio preparetur — Nec ignoret regia ce[l]situdo quod vicinarum[3] civitatum versus Orientem rectores duximus requirendos, ut per dictarum incolas civitatum Sarracenis vehi prohibita non permittant, sed ab hoc ipsos curent compescere remediis oportunis, quod jam Januenses intrinseci et Veneti compleverunt, et adhuc ipsos et alios super hoc per nostras litteras intendimus commoneri[4]. »

1. Voyez nos 1686-1689.
2. Les passages supprimés se retrouvent textuellement dans le document précédent (n° 1710).
3. Nous avons trouvé plus haut, col. 329, ligne 2, *maritimarum* qui semble préférable.
4. La date est évidemment la même que celle du document précédent (n° 1710, note 12).

1712 Avignon, 25 mai 1323.

Gastoni, comiti Fuxensi, ut ad pacem habendam, excessus contra senescallum Vasconiæ commissos revocet. (Reg. 111, fol. 200, c. 859; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 86, n° 239.)

« *Nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi, familiari nostro.* Nuper infesta relatione percepto quod dilectus filius nobilis vir.., senescallus Vasconie, quibusdam excessibus per tuos contra suos officiales et subditos commissis, ut asseritur, multipliciter provocatus, armatorum multitudine congregata viribusque conflatis, terram tuam ingressus fuerat, ibique multa da[m]pna dederat, ad graviora procedere comminando, prefatum senescallum per nostras litteras exhortamur[1] ut, hujusmodi viis bellicis et incursibus hostilibus pretermissis, ad vias juris aut pacis amicabilis super hiis totaliter se convertat. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, variis da[m]pnis et periculis ex premissis, nisi celeriter occurreretur, imminentibus in consideratione deductis, ea que per tuos officiales et subditos commissa fuerint super predictis illicite, sic studeas prudenter corrigere et rationabiliter emendare, quod prefatus senescallus ab inceptis desistere, teque terram et subditos tuos favorabiliter studeat pertractare, ad hoc dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, comitissam Fuxensem, genitricem tuam, cui etiam super hoc scribimus, inducturus. Dat. Avinione, viii kal. junii, anno VII°. »

1. Voyez n° 1717.

1713 Avignon, 25 mai 1323.

Episcopo Adurensi, ut litteras apostolicas prædicto senescallo Vasconiæ directas præsentet, eumque ad pacem cum eodem Gastone reformandam inducat. (Reg. 111, fol. 200, c. 860; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 87, n° 240.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Adurensi.* Infestis nuper intellecto — Datum ut supra. »

1714 Avignon, 25 mai 1323.

Johannæ, comitissæ Fuxensi, ut, ad pacem procurandam, ea quæ per suos et Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearnii, officiales contra dictum senescallum Vasconiæ illicite commissa fuerint, emendare studeat. (Reg. 111, fol. 200, c. 861; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 88, n° 241.)

« *Nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxensi.* Displicenter audivimus, filia — Datum ut supra. »

1715 Avignon, 26 mai 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico Romanæ curiæ lectori, nuntiis apostolicis, quædam adjungenda instructioni ipsis super negotio transmarino commissæ mittit. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 862.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac dilecto filio Dominico, fratrum ordinis Predicatorum, sacre pagine professori, lectori Romane curie, apostolicis nuntiis.* Cum in instructione per nos vobis tradita super hiis que in negotio passagii transmarini per vos explicanda carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, imposuimus[1], omissa sint per oblivionem, que continet cedula interclusa presentibus, nostri signo anuli consignata, volumus et discretioni vestre mandamus quatinus, ea adjungentes in fine instructionis predicte, una cum aliis coram eodem rege illa proponere nullatenus ommittatis. Datum Avinione, vii kal. junii, anno septimo. »

1. Voyez n° 1710.

1716 Avignon, 26 mai 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, de assumptione ad regalis dignitatis apicem gratulatur. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 863.)

« *Marie, regine Francie et Navarre illustri.* Exultavit cor nostrum in Domino, tuarum litterarum, caris-

sima filia, tenore percepto te ad regalis dignitatis apicem divine gratie munere pervenisse. Profecto, filia carissima, tanti muneris gratia in cordis tui tabulis indelebiliter debet esse conscripta, ipsamque sepius cogitans et recogitans, diligenter ipsius gratie largitori in humilitatis spiritu exhibere gratias, teque, ut illi placeas, indefessum studium adhibere[1]. Datum ut supra. »

1. La seconde partie de cette lettre est évidemment incomplète, bien que le texte du registre ne présente pas de lacune.

1717 Avignon, 27 mai 1323.

Fulconem Lestrange, senescallum Vasconiæ, ad pacem cum Gastone, comite Fuxensi, et Johanna comitissa, ejus matre, habendam hortatur. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 898; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 88, n° 242, extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrange, militi, senescallo Vasconie.* Nuper infauste relationis assertione percepto quod, pretextu quorumdam excessuum qui per quosdam officiales et subditos dilecti filii nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearni, familiaris nostri, dudum in tuos officiales asseruntur fore commissi, terram et homines suos, armatorum multitudine congregata et alias conflatis viribus, aggredi ac eis inferre cepisti da[m]pna plurima, durius procedere super hiis comminando, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, prudenter attendens quod dictorum officialium et subditorum excessus in ipsius comitis, adhuc infra annos impuberes constituti, prejudicium redu[n]dare non debent, aggressionibus hujusmodi bellicis ac offensionibus hostilibus omnino dimissis, ad vias juris vel pacis amicabilis, sicuti tuum statum condecet, totaliter te convertas, habiturus eundem comitem nostri consideratione, quantum cum tua poteris decentia, comendatum. Nos enim periculis ex predictis imminentibus occurrere, quantum cum Deo possumus, cupientes, dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, comitissam Fuxensem, matrem prefati comitis, ut ea que per suos officiales illicite commissa fuerint in hac parte competenter emendari faciat, aliis nostris litteris exhortamur[1], quod admitti per te pacifice et de tuis officialibus idem fieri quesumus adeo favorabiliter et prudenter quod, sublatis hinc inde periculis et odiorum fomitibus extirpatis, pacis et tranquillitatis amenitas nutriatur nosque proinde tuam debeamus providentiam cum gratiarum actionibus merito comendare. Dat. Avinione, vi kal. junii, anno VII°. »

1. N° 1714.

1718 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus presbytero, ad officiandam capellam omnium Archangelorum et Angelorum in ecclesia Avinionensi dudum constitutam instituendo, assignat. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 38; — Reg. Avin. XVIII, fol. 509, c. 41.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani — Dudum in ecclesia Avinionensi, quam certis considerationibus prosequimur prerogativa favoris et amoris privilegio specialis complectimus in visceribus caritatis, ad hononem divini nominis ac precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, et sanctorum omnium quandam capellam construi fecimus et fundari, ad quam, omnium Archangelorum et Angelorum vocabulo insignitam, officiandam decenter, unum presbyterum honestum et idoneum per episcopum Avinionensem, qui erit pro tempore, inibi instituendum esse perpetuo auctoritat apostolica volumus, statuimus ac etiam ordinamus, qui pro vivis et deffunctis in eadem capella missas celebrare et eidem Avinionensi ecclesie in horis diurnis pariter et nocturis servire, sicut comode poterit, perpetuis temporibus teneatur — Dat. Avinione, iv kal. junii, anno septimo. »

1719 Avignon, 27 mai 1323.

Similiter pro capella sancti Andreæ apostoli in ecclesia sancti Agricoli Avinionensis, in collegiata nuper erecta, constituta. (Reg. 74, cur. fol. 11, c. 39; — Reg. Avin. XVIII, fol. 509 v°, c. 43.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani generis attendimus etc. ut supra in proxima superiori usque hostia salutaris, in ecclesia sancti Agri-

coli Avinionensis, quam dudum ad divini cultus augmentum in collegiatam, certo statuto ibidem canonicorum et servitorum numero, duximus erigendam ad honorem divini nominis ac precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, ac beati Andree apostoli et omnium sanctorum quandam capellam construi fecimus et fundari, ad quam, ipsius beati Andree, gloriosissimi apostoli domini nostri Jesu Christi, vocabulo et nomine insignitam, officiandam decenter unum presbyterum honestum etc., usque missas celebrare[1], et eidem sancti Agricoli ecclesie in horis diurnis etc. — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1718.

1720 Avignon, 27 mai 1323.

Similiter pro tribus presbyteris ad officiandam capellam Omnium Sanctorum Avinionensem instituendis. (Reg. 74, cur. fol. 11, c. 40; — Reg. Avin. XVIII, fol. 510, c. 44.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani generis etc., ut in supra superiori[1] usque facimus et fundari, ad quam, omnium Sanctorum vocabulo insignitam, officiandam decenter, tres presbyteros honestos et idoneos etc. mutato in plurali illud quod dicitur singulari in superiori — Datum Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1. N° 1719.

1721 Avignon, 27 mai 1323.

Constitutionem capellæ in ecclesia Avinionensi a bonæ memoriæ Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, factam confirmat. (Reg. 74, cur. fol. 11 v°, c. 41; — Reg. Avin., XVIII, fol. 511 v°, c. 45.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter cetera que — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1722 Avignon, 27 mai 1323.

Certis redditibus presbyteris in capella beatæ Mariæ in Castro Novarum instituendis assignatis, quædam oblationes et jura vicario perpetuo parrochialis ecclesiæ dicti loci reservat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 42; — Reg. Avin. XVIII, fol. 511 v°, c. 46.)

« *Ad perpetuam rei memorian.* Dudum, post expulsionem Judeorum de castro Novarum, Avinionensis diocesis, qui, licet sepius caritative et salubriter commoniti, converti ad fidem catholicam renuerunt, nos in loco ubi dicti Judei suam solebant facere sinagogam, ea diruta penitus, quandam capellam ad divini cultus augmentum et honorem precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, constitui fecimus et fundari, ut, ibidem judaice superstitionis eliminata spurcitia, prefate genitricis Dei celebris memoria perpetuis temporibus habeatur, ad quam officiandam decenter duos[1] honestos et idoneos presbyteros, instituendos per episcopum Avinionensem qui erit pro tempore, esse perpetuo volumus, et per alias nostras litteras ordinamus — Dat. Avinione, VII idus julii, anno septimo. »

1. *Tres* dans la lettre suivante.

1723 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus prædictis presbyteris assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 43; — Reg. Avin., XVIII, fol. 513, c. 47.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter opera laudanda — Dudum siquidem, Judeis in castro Novarum Avinionensis diocesis tunc morantibus, qui, post plures caritativas monitiones et predicationes salubres eis factas, tamquam dure cervicis populus, in sue perfidie cecitate manentes, illustrari vere catholice fidei lumine renuerunt, ab eodem castro Novarum expulsis, nos ad honorem sancte et individue Trinitatis ac gloriose Dei genitricis Marie, domine nostre, et omnium sanctorum, in loco ubi prius sinagoga dictorum extitit Judeorum, ea omnino diruta, quandam capellam construi et fundari fecimus, nominis et honoris vocabulo ejusdem gloriose Virginis insignitum, ut, domo orationis effecta, et inde judaice superstitionis eliminata spurcitia, Salvatoris nostri domini Jesu Christi et ejusdem genitricis sue omniumque sanctorum ibidem memoria celebris habeatur, laudetur divina potentia et immoletur pro redemptione animarum fidelium hostia

salutaris. Ut autem cultus predictus in capella ipsa ad honorem Dei sueque genetricis et totius celestis curie perpetuo juxta nostra desideria peragatur, tres presbyteros idoneos, puritate vite ac morum honestate pollentes, per episcopum Avinionensem, qui pro tempore fuerit, instituendos, ad ipsius capelle decorem et regimen esse perhenniter auctoritate apostolica statuimus, volumus ac etiam ordinamus — Dat. Avinione, vi kal. junii, anno septimo. »

1724 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus tribus presbyteris in capella beatæ Mariæ Carpentoratensis instituendis assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12 v°, c. 44 ; — Reg. 82, cur. fol. 1 v°, c. 4 ; fol. 2, c. 4[1] ; — Reg. Avin. XVIII, fol. 513 v°, c. 48.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter opera laudanda virtutum etc. ut in proxima superiori usque : eo libentius intendamus et impendamus operam efficacem quo magis inde etc. usque : dudum siquidem, Judeis in civitate nostra Carpentoratensi tunc morantibus, qui prius plures etc. usque : renuerunt, a civitate eadem expulsis, nos ad honorem etc. usque : hostia salutaris. Ut autem cultus ipse divinus in capella ipsa ad honorem Dei sueque genitricis et totius celestis curie perpetuo juxta nostra desideria peragatur, tres presbyteros idoneos, puritate vite et morum honestate pollentes, per venerabilem fratrem nostrum.., episcopum Carpentoratensem, et successores suos etc. — Datum Avinione, vi kal. junii, anno septimo. »

1. Cette lettre, on le voit a été enregistrée plusieurs fois. Sous ce cap. elle est indiquée comme il suit : « *Ad perpetuam rei memoriam. Rubrica.* Inter opera laudanda virtutum que velut oculis divine majestatis accepta etc. ut in proxima superiori per totum usque in finem. Dat ut supra. »

1725 Avignon, 27 mai 1323.

Unum perpetuum vicarium in ecclesiis ruralibus sancti Illarii, cui parrochia propria ascribit, sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali Avinionensi unitis, instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 13 v°, c. 49 ; — Reg. Avin. XVIII, fol. 515, c. 52.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Verum ut populus qui prope dictam sancti Illarii ecclesiam ad inhabitandum in loco de Bastida ad eandem ecclesiam Avinionensem pertinentis e transtulit, regatur salubrius ac comodius audire divina officia valeat et ecclesiastica recipere sacramenta, dictisque ecclesiis deserviatur decentius in divinis, nos auctoritate apostolica statuimus, volumus et etiam ordinamus quod a modo dicta ecclesia sancti Illarii parochialis existat suamque per se parrochiam limitatam habeat et distinctam, quodque in ea idoneus et perpetuus vicarius per episcopum Avinionensem, qui pro tempore fuerit instituendus, qui tam eidem quam dictis de sancto Verano et sancto Sulpicio ecclesiis serviat in divinis et dicte sancti Illarii ecclesie curam gerat, perpetuis temporibus habeatur — Datum Avinione, vi kal. junii, anno septimo. »

1726 Avignon, 29 mai 1323.

Prioratum de Lamonzia prope Brageriacum, Sarlatensis diocesis, quem quondam Bego de Cavomonte, Sedis Apostolicæ capellanus, obtinebat, motu proprio mensæ monasterii beatæ Mariæ Xanctonensis annectit. (Reg. 111, fol. 202, c. 874.)

« *Abbatisse et conventui monasterii beate Marie Xanctonensis, ordinis sancti Benedicti.* Prudentes virgines quę — Datum Avinione, iiii kal. junii, anno septimo. »

1727 Avignon, 1er juin 1323.

Bertrandum Rotini perpetuum vicarium ecclesiarum sancti Ilarii, sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, instituit. (Reg. 111, fol. 394 v°, c. 1642.)

« *Dilecto filio Bertrando Rotini, perpetuo vicario ecclesiarum sancti Ilarii et sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novariense, Avinionensis diocesis.* Illis libenter provisionis — Datum Avinione, kalendis junii, anno septimo. »

1728 Avignon, 1er juin 1323.

Gasberto, episcopo Massiliensi, et Ademaro Amelii, ut Gerardo Baudoni, archipresbytero Caramanni, To-

losanæ diocesis, sexcentas libras turonensium quas in solutione diversorum legatorum et in pios usus convertendas quondam Ayglina, Hugonis domini Castri novi, Caturcensis diocesis, conjux reliquerat, assignent. (Reg. 111, fol. 408 v°, c, 1717.)

« *Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario, et Ademaro Amelii, thesaurario nostris*. Cum, sicut accepimus — Datum Avinione, kalendis junii, anno septimo. »

1729 Avignon, 2 juin 1323.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, quid ad pacem inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Guigonem, dalphinum Viennensem, reformandam, ipse fecit et facere intendit notificat. (Reg. 111, fol. 201, c. 867.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, nate beati Ludovici, ducisse Burgundie*. Nobilitatis tue litteras novissime nobis missas leta manu recepimus, et que continebantur in eis intelleximus diligenter, sincere devotionis et pietatis affectus quibus ad pacis concordiam reformandam inter dilectos filios nobiles viros Amedeum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, daltinum Viennensem, ex altera, dissidentes invicem, ferventer aspirare dinosceris, aperte per easdem litteras cognoscentes, nec latent in abditis tui fructuosi labores, quos tempore patris dicti dalphini propterea prudenter et utiliter subiisti, sed potius fame tue claritatem magnificant, augmentum tibi divine gratie, sicut speramus, indubie producturi. Verum, filia, quia pacem ipsam inter predictos comitem et patrem ejusdem dalfini tunc, inspirante divina gratia tuisque solicitudinibus mediantibus, reformatam, quietis emulus non absque variis periculis perturbavit, apud nos, ut ad reintegrationem pacis et federis inter nobiles ipsos vellemus intendere, piis precibus ac humilibus et argumentosis intercessionibus institisti, nos pia tue sinceritatis in hac parte desideria, et solicita studia plurimum in Domino comendantes, tuam prudentiam volumus non latere quod nos qui, ut regis pacifici, cujus licet insufficientibus meritis locum tenemus in terris, commisse vici(i)s exequamur effectum, pacem zelamus omnium quos cultus christiane religionis includit, ad extirpandas inter nobiles ipsos quarumcunque dissensionum materias et pacis semina jacienda, tam treugas indicendo, quam litteras apostolicas diversas et varias destinando, ac solemnes mittendo nuntios ad eosdem[1], et demum, dicto comite apud Sedem Apostolicam existente, multis exhortationibus solicitis, et aliis viis et modis variis intensis duximus desideriis hactenus laborandum, quamvis, hostis antiqui prevalente malicia, nondum plene super hiis satisfactum fuerit votis nostris, sed adhuc labores vitare non intendimus, nec a prossecutione pacis hujusmodi, quam affectamus desiderabiliter, retrahere quomodolibet mentem nostram. Datum Avinione, III nonas junii, anno VII°. »

1. Voyez les lettres du 8 décembre 1320 (n° 1249) du 25 et du 27 mai, du 22 juillet et du 23 octobre 1321 (n°s 1257, 1258, 1260, 1281, 1318-1321), du 1er et du 30 juillet 1322 (n°s 1447-1455, 1483-1485), du 15 mars 1323 (n° 1608).

1730 Avignon, 3 juin 1323.

Priori et conventui de Berna, ut episcopo Vigintimiliensi ad ipsos destinato fidem adhibeant. (Reg. 111, fol. 388, c. 1617.)

« *Priori et conventui de Berna, Cartusiensis ordinis, Forojuliensis diocesis*. Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione, III nonas junii, anno VII°. »

1731 Avignon, 5 juin 1323.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis terminum ad tenenda ostagia personalia Carcassonæ, ratione cujusdam debiti, usque ad unum annum a festo beatæ Mariæ Magdalenæ prorogat. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 865.)

« *Nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus*. Dudum pro parte vestra proposito coram nobis quod, vigore contractus initi super quodam debito decem milium librarum turonensium, in quibus bone memorie Petro, Carcassonensi [episcopo], dum viveret, ex causa tenebamini mutui ac, virtute juramenti a vobis super hoc prestiti, eratis, sicut et adhuc esse noscimini, predicti debiti solutionis elapso termino, ad tenendum ostagia personalia Car-

cassone, donec de dicto debito, quod dictus episcopus in suo testamento legavit Terre Sancte passagio generali, satisfecissetis, astricti, nos, vestris supplicationibus inclinati, primo per dilectum filium Hugonem de Engolisma, sacristam Narbonensem, tunc archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, ad exigendum et conservandum bona mobilia dicti episcopi, nostro et Ecclesie Romane nomine deputatum a nobis, relaxationem super eisdem ostagiis, que tunc observabatis personaliter, usque ad festum Nativitatis dominice proximo preteritum, sub certis conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis, principali tamen obligatione semper in suo robore duratura, concedi fecimus[1], et nos subsequenter relaxationem aliam sub eisdem conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramento, a dicto festo Nativitatis Domini usque ad festum beate Marie Magdalene futurum proximo, vobis duximus de speciali gratia concedendam[2], sicut in litteris apostolicis ac instrumentis publicis confectis super hoc plenius continetur. Verum, cum juxta tenorem obligationum hujusmodi in prefato ultimo termino, nisi satisfactio dicti debiti precesserit vel nos aliud ordinaverimus, ad tenendum et observandum dicta ostagia Carcassonam debeatis, reverti, nos vestris petitionibus super hiis favorabiliter annuentes, ab eodem festo beate Marie Magdalene usque ad unum annum ex tunc continue sequturum, sub eisdem conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis, que, necnon contractum obligationis principalis in sui roboris firmitate manere volumus et decernimus, vobis reversionis terminum ad tenenda et observanda dicta ostagia de speciali gratia prorogamus. Datum Avinione, nonis junii, anno VII°. »

1. 24 juin 1322 (n° 1441).
2. 22 décembre 1322 (n° 1574).

1732 Avignon, 5 juin 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, de celebratione nuptiarum inter natam ejus Isabellam et Guigonem, dalphinum Viennensem, gratulatur. (Reg. 111, fol. 201, c. 866.)

« *Carisime in Christo filie Johanne, Francie et Navarre regine illustri.* Gaudeamus de nuntiatis nobis ad gaudium nuptiis inter dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Isabellem, natam tuam, in Domino tam feliciter quam solemniter celebratis, regratiantes tibi in Christo, carissima filia, que filialiter nos fecisti hujusmodi letitie tue participes, cujus pro certo paternaliter esse voluissemus expertes[1], propter quod supplicationes nostras Altissimo, utinam sibi acceptas, effundimus, desideranter obtantes ut sic affluenter super novellos hos conjuges rorem sue benedictionis infundat, quod in lateribus domus sue, sicut habundans vitis, in liberorum propagatione fructificent et in consensu caritatis mutue usque post senilia tempora perseverent. Datum Avinione, nonis junii, anno (nono)[2] VII°. »

1. Reg. *ex partes*.
2. *Sic*, il y a une erreur évidente et le mot doit être supprimé. Voyez, au sujet de ce mariage, les n°s 1564, 1584 et 1680.

1733 Avignon, 5 juin 1323.

Henrico, electo Metensi, de missione alicujus vel aliquorum pro pace inter ipsum Guigonemque, dalphinum Viennensem, ex parte una, ac Matheum, comitem Sabaudiæ, ex altera pertractanda. (Reg. 111, fol 388 v°, c. 1618.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Quamvis inter dilectum — Datum Avinione, nonis junii, anno septimo. »

1734 Avignon, 7 juin 1323.

Johannem, ducem Britanniæ, iterum rogat ut Bernardum, episcopum Corisopitensem, in Lombardia cum Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali germano suo, Ecclesiæ Romanæ obsequiis insistentem, excusatum, et ecclesiam ejus Corisopitensem commendatam habere velit. (Reg. 111, fol. 201 v°, c. 869.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britannie.* Indubitanter, fili, de — Datum Avinione, VII idus junii, anno septimo. »

1735 Avignon, 8 juin 1323.

Omnibus qui ad reedificationem ecclesiæ sancti Bartholomæi Caturcensis subventionem dederint, unius anni indulgentiam concedit. (Reg. 111, fol. 201 v°, c. 868.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Vite perennius gloria — Datum Avinione, VI idus junii, anno VII°. »

1736 Avignon, 9 juin 1323.

Henrico, electo Metensi, ut per Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem suum, recognitionem, fidelitatem et homagium Raymundo, archiepiscopo Ebredunensi, pro nonnullis bonis et juribus debita, præstari faciat et conventiones observari. (Reg. 111, fol, 388 v°, c. 1619.)

« *Eidem Henrico.* Venerabilis fratris nostri — Datum Avinione, V idus junii, anno septimo. »

1737 Avignon, 14 juin 1323.

Johanni, episcopo Eliensi, Bernardum Jordani, dominum de Insula, in negotiis quæ coram Vasconiæ et Agennensis senescallis, ratione terræ et bonorum Jordani quondam de Insula, fratris ejus, expedire habet, commendat[1]. (Reg. 111, fol. 206, c. 899; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 89, n° 243.)

« *Johanni, episcopo Eliensi*[2], *ad partes Vasconie pro reformatione Provincie destinato.* Cum dilectus filius nobilis vir Bernardus Jordani, dominus de Insula, familiaris noster, coram dilectis filiis nobilibus viris Vasconie et Agennensis senescallis vel altero ipsorum et curiis eorundem, nonnulla sua negotia, ratione terre et bonorum Jordani quondam de Insula, fratris sui, ac alia habeat, ut accepimus, expedire, nobilem ipsum quem certa[3] consideratione favore speciali prossequimur, suaque negotia tue benivolentie commendantes, fraternitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus eum, nostrorum obtentu precaminum, super predictis et aliis prossequens favorabiliter et benigne, per eosdem senescallos et quemlibet eorundem in sua justitia confoveri faciatis (*sic*) et defendi, ita quod ipse de tue fraternitatis prompta benivolentia nobis grata referre valeat, nosque tibi proinde ad gratiarum actiones uberes teneamur. Datum Avinione, XVIII kal. julii, anno septimo. »

1. D'après l'index du registre, cette lettre aurait le même objet que la lettre transcrite sous le cap. 898 qui la précède (voyez n° 1717) ce qui n'est pas.

2. *Elnensi* dans l'index du registre, ce qui est une faute. L'évêque d'Ely, Jean, avait été envoyé en Gascogne; son arrivée fut annnoncée aux prélats et seigneurs par des lettres du 30 janvier 1323 (Rymer, *Fœdera*, t. II, pars. II, p. 59; — cf. L. Guérard, *op. cit.*, p. 89, note 2). A la même époque l'évêque d'Elne s'appelait *Berengarius* (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 284).

3. Reg. *circa*.

1738 Avignon, 14 juin 1323.

Fulconi Lestrange, senescallo Vasconiæ, eumdem Bernardum commendat. (Reg. 111, fol. 206, c. 900; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 90, n° 244, non publié.)

« *Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1739 Avignon, 14 juin 1323.

In e. m. Johanni de Feltona, militi, senescallo Agennensi. (Reg. 111, fol. 206, p. c. 900; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1740 Avignon, 15 juin 1323.

Constabulario Burdegalensi de eodem. (Reg. 111, fol. 201, c. 901; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 90, n° 245, non publié.)

« *Constabulario Burdegalensi.* Cum pro dilecto - Datum Avinione, XVII kal. julii, anno septimo. »

1741 Avignon, 28 juin 1323.

Johannæ, comitissæ Fuxensi, ut ea quæ in Fulconis Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescalli, injuriam attemptata fuerint, revocari faciat, cum idem senescallus ad pacem se pronum præbeat. (Reg. 111, fol. 206, c. 902; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 91, n° 246.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxensi, Domine Bearni.* Scire te volumus, filia, quod dilectus filius nobilis vir Fulco Lestrange, dominus Albimonasterii, ducatus Aquitanie senescallus, preces nostras exhortatorias, quas super periculosa commotione dudum inter suos ac tuos et dilecti filii nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearni, nati tui, familiaris nostri, subditos, satore

procurante discordie, suscitata, per juris semitas aut vias pacificas, congressionibus bellicis cessantibus, terminanda direximus[1], devote suscipiens, convertit ad earum exauditionem favorabilem mentem suam, sicut per suas rescriptivas litteras nobis scripsit, licet tam ipse quam alie gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, ducis Aquitanie, super multis enormibus excessibus commissis et, post certa pacta, super treuga seu suffrentia (*sic*) inter partes, sicut asseritur, habita, per tuos et dicti comitis subditos, graviter conquerantur. Quocirca nobilitatem tuam rogamus paternis affectibus et hortamur quatinus, diligenter consideratis periculis variis que consueverunt ex talibus commotionibus provenire, quodque illis est, ante tempus, prudenter et salubriter, antequam deteriora proveniant, obviandum, ea que per tuos et dicti comitis subditos circa predicta indebite fuerint atte[m]ptata, taliter corrigere et pro illis satisfactionem impendere studeas condecentem, quod predictus senescallus, qui tanquam vir providus vias querit pacificas, inde debeat merito contentari, sublatisque periculis et scandalis evitatis, inter utriusque gentes et subditos, pacis et unitatis concordia nutriatur[2]. »

1. 27 mai 1323 (n° 1717).
2. Pour la date, voyez la lettre suivante.

1742 Avignon, 28 juin 1323.

In e. m. Gastoni, comiti Fuxensi, prædictæ Johannæ nato : *Dat. Avinione, IIII kal. julii, anno septimo.* (Reg. 111, fol. 206, p. c. 902 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1743 Avignon, 28 juin 1323.

Fulconi Lestrange de grata responsione regratiatur eumque iterum hortatur ut ad discordiam inter suos et Gastonis, comitis Fuxensis, subditos sopiendam, studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 903 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 92, n° 247.)

« *Nobili viro Fuconi Lestrange, domino Albimonasterii, ducatus Aquitanie senescallo.* Gratam responsionem super — Datum ut supra. »

1744 Avignon, 28 juin 1323.

Johanni, episcopo Eliensi, de laudabili intentione quam habet discordiam inter gentes Eduardi, regis Angliæ, et Gastonem, comitem Fuxensem, per vias pacificas sopiendi, gratias agit. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 904 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 92, n° 248.)

« *Johanni, episcopo Elinensi* (sic)[1]. Laudabilem intentionem quam — Datum ut supra. »

1. *Elnensi* dans l'index. Voyez à ce sujet ce que nous disons plus haut, n° 1737, note 2.

1745 Avignon, 28 juin 1323.

Bernardo, Adurensi episcopo, de diligentia quam circa præsentationem litterarum apostolicarum Fulconi Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescallo, Gastoni, comiti Fuxensi, ac Johannæ, comitissæ Fuxensi, matri dicti comitis, super sedando scandalo inter ipsos et eorum subditos directarum impendit, gratias agit eumque hortatur ut ad pacem inter prædictos procurandam studium adhibeat (Reg. 111, fol. 206 v°, c 905 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 93, n° 249.)

« *Bernardo, episcopo Adurensi.* Diligentiam studiosam quam — Dat. ut supra. »

1746 Avignon, 30 juin 1323.

Beneficia ecclesiastica quondam Johannis de « Engochello »[1], canonici Aquensis, Apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 111, fol. 393 v°, c. 1638 ; — Reg. 74, cur. fol. 63 v° c. 30 ; — Reg. Avin. XVIII., fol. 515, c. 54.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Intendentes de beneficiis — Datum Avinione, II kal. julii, anno septimo. »

1. *Engoichello* dans le texte du registre d'Avignon et celui du registre 74 ; *Engolisma* dans l'index de ce dernier.

1747 Avignon, 1[er] juillet 1323.

Episcopo Valentino, ut Geraldum, dominum Montilii Ademarii, Valentine diocesis, qui gentibus Amedei, comitis Sabaudiæ, de curia recedentibus unum equum et duos « somerios » bonis pluribus oneratos abstulit, ad restitutionem inducat, alioquin contra eum excommunicationis et etiam interdicti sententias promulget. (Reg. 111, fol. 389, c. 1621.)

« .., *episcopo Valentino*. Cum nos dilectum — Dat. Avinione, kalendis julii, anno septimo. »

1748 Avignon, 1er juillet 1323.

Dicto Geraldo de eadem restitutione præfato comiti facienda (Reg. 111, fol. 389 v°, c. 1622.)

« *Geraldo, domino Montilii Ademarii*. Pro parte dilecti — Datum ut supra proxima. »

1749 Avignon 1er juillet 1323.

Guillelmum Chabaudi perpetuum capellanum in beatæ Mariæ Carpentoratensi capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Guillelmo Chabaudi, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis*. Apostolice Sedis generosa — Dat. Avinione, kalendis julii, anno septimo. »

1750 Avignon, 1er juillet 1323.

Guillelmum Alberti perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Guillelmo Alberti, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis, salutem. Rubrica*[1]. Apostolice Sedes generosa — Dat. ut supra. »

1. Voyez à ce propos n° 26, note 2.

1751 Avignon, 1er juillet 1323.

Franciscum Cabrani perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Francisco Cabrani, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis*. Apostolice Sedis generosa — Dat. ut supra. »

1752 Avignon, 2 juillet 1323.

Bernardo, comiti Convenarum, ac Guidoni de Convenis et Petro Raymundi litteras apostolicas super prorogatione termini cujusdam debiti iterum transmittit eosque ad prudentiam hortatur. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 906; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 94, n° 250.)

« *Nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ac Guidoni de Convenis et Petro Raymundi, militibus*. Nobilitatis vestre solita benignitate recepimus litteras nobis per dilectum filium priorem de Borrello novissime presentatas, et tam que continebant dicte littere quam que dictus prior sub verbo sibi per ipsas commisse credentie proponere voluit benigne perceptis, devotionem vestram super [hoc] nobis pro parte vestra oblatis plurimum comendantes, gratiarum inde vobis referimus actiones. Licet autem ante litterarum receptionem vestrarum, super p[r]orogatione termini illius debiti Carcassone litteras patentes apostolicas per senescallum dilecti filii nobilis viri Bernardi Jordani, domini de Insula, vobis duxerimus destinandas, adhuc tamen consimiles vobis destinare providimus per latorem presentium, ad cantelam[1]. Ad hec quam magne virtutis existit linguam ab[2] effuso sermone compescere, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attente, vobis nichilominus sano consilio suadentes quatinus circumcisi labiis persistentes in omnibus, patientiam et modestiam protendatis, circumspicientes solicite quid, quomodo, quando, ubi, cui et de quo loqui vobis expediat aut tacere, familiares vestros ac subditos etiam ipsum observare, et ab injuriis et excessibus quibusvis abstinere cautius instruentes, ad nos habituri recursum, velud devoti filii, in vestris oportunitatibus confidenter. Datum Avinione, vi nonas julii, anno septimo. »

1. Voyez la lettre du 5 juin 1323 (n° 1731).
2. Reg. *ad*.

1753 Avignon, 9 juillet 1323.

Episcopo Vivariensi de infirmitate compatitur eumque hortatur ne cito properet ad negotiandum donec plenius convalescat. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 875.)

« *Episcopo Vivariensi*. Fraternitatis tue litteris leta manu receptis illarumque serie sedule intellecta, gravaminibus tuis compassi sumus ab intimis, licet percepta convalescentia nos reddiderit plurimum con-

solatos ; pro qua quidem illi gratias agimus cujus virga suos corripit ad medelam. Sane quia langoris recentis memoria(m) convalescentem circa proprium regimen cautum reddit, providentiam tuam solicitandam providimus quatinus, hec recensens assidue nec hujus temporis intemperiem instantis advertens, nulla te cura negotiorum adeo stimulet, quod donec vires perfecte resumpseris, indistincte laboribus te exponas. Quia vero diligentiam quam adhibere circa nobis accepta non desinis, de sincera devotione non ambigimus emanare, illam preconio multe laudis attolimus, tuam nichilominus providentiam exhortantes ut continuare non deseras quod in hac parte tam placide quam provide inchoasti. Datum Avinione, VII idus julii, anno VII°. »

1754 Avignon, 9 juillet 1323.

Mauritio, inquisitori provinciæ Turonensis, quod possit cognoscere de criminibus et officium suum extra suam provinciam exercere. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 876; fol. 203, c. 878[1].)

« *Mauricio, de ordine fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi.* Cum de criminibus — Datum ut supra proxime. »

1. Avec quelques variantes, et sans être mentionné à l'index.

1755 Avignon, 9 juillet 1323.

Reginæ Franciæ respondet se, ad ejus postulationem, patentes litteras præfato fratri Mauritio destinasse eidemque reginæ quomodo, ad moram ulterius vitandam, scribendum sit, significat. (Reg. 111, fol. 203, c. 879.)

« *Regine Francie.* Regalis excellentie litteras horribilia quedam per nobilem illum de quo in ipsis mentio habebatur, sicut asseritur, in fidei catholice derogationem commissa, recepimus inter cetera continentes, quarum tenore diligenter inspecto, super hiis que per eas regia providentia postulabat, dilecto filio Mauricio de ordine fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato, prout, considerata qualitate negotii, Deo gratum existere, tue magnificentie nostreque decentie convenire vidimus, nostras patentes litteras destinamus ; nec super mora expeditionis hujusmodi miretur, sed nos potius excusatos habeat, quesumus, regia celsitudo, nam litteras predictas, scriptas in vulgari gallico, minus plene legere scivimus nec legendas alii libenter committere volebamus, que tradere facere et eas transferri de gallico in latinum oportuit ut earum valeremus percipere plenius intellectum. Quare velit amodo nobis regia serenitas scribere litteraliter, ut communicare secreta regia aliis, nisi videremus expediens, non sit opus, sed per nos litteris regiis et faciliter intellectis, possimus citius quod super illis expedire secundum Deum videbimus, respondere. Datum Avinione, VII idus julii, anno VII°. »

1756 Avignon, 9 juillet 1323.

Redditus duobus presbyteris in perpetuum celebrantibus in capella quam sub vocabulo beatæ Mariæ Virginis in castro Novarum construi fecit, assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 42.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dudum post expulsionem — Dat. Avinione, VII idus julii, anno septimo. »

1757 Avignon, 15 juillet 1323.

Ramundum Raboti de certa pecuniæ summa de bonis quondam Guillelmi, episcopi Niciensis, dispositioni apostolicæ reservatis provenienti, quam, ut executor testamenti ejusdem episcopi Cameræ Apostolicæ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 408 v°, c. 1718.)

« *Dilecto filio Ramundo Raboti*[1], *canonico Ebredunensi.* Exhibita nobis tua — Datum Avinione, idibus julii, anno VII°. »

1. *Raymundo Rabeti*, dans l'index.

1758 Avignon, 25 juillet 1323.

Carolo, duci Calabriæ, quod cum Maria, Caroli comitis Valesii filia, ei in quarto respectu patrum et ter-

tio respectu matrum consanguinitatis gradibus conjuncta, matrimonium licite contrahere possit. (Reg. 111, fol. 262 v°, c. 1100.)

« *Eidem* [*Nobili viro Carolo, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenito, duci Calabrie*]. Domus regie precelsa devotio per quam se reddit, et hactenus jugiter reddidit Altissimo et Romane Ecclesie gratam et acceptam, non sine multe laudis sonoro preconio promeretur ut eandem Ecclesiam, velut matrem piissimam, in suis oportunitatibus quadam singulari prerogativa gratie propitiam reperiat et benignam, sic quod, dum ipsius domus nececitas (*sic*) exigit et utilitas id exposcit, in favorem ejusdem rigorem canonicum (*sic*) temperet vel relaxet. Attendentes igitur quod tui prosapiam generis adeo per diversas mundi partes propagavit Altissimus quod, juxta tui et domus regie status decentiam, mulierem tibi conjungendam matrimonialiter, que tibi in gradibus a jure prohibitis non attineat, reperire comode non valeres, ac cupientes domum ipsam, in qua di[le]cto genitori tuo existis unicus, felicibus numerose prolis successibus ex omni latere stabiliri, predicti genitoris tui supplicationibus inclinati, ut cum dilecta filia nobili muliere Maria, dilecti filii magnifici viri Caroli, filii regis Francie, comitis Valesii[nata], que tibi in quarto respectu patrum, et tertio respectu matrum, consanguinitatis gradibus jungitur, impedimentis hujusmodi, seu quibusvis aliis tam ex eisdem gradibus quam aliis remotioribus, sive ratione consanguinitatis respectu ejusdem seu diversorum stipitum aut ab ipso stipite equaliter vel inequaliter provenirent, aut ratione quarumcunque affinitatum, seu publice honestatis justitie aut spiritualis proximitatis seu proximitatum procederent, super quibus consuevit cum personis sublimibus Sedes Apostolica dispensare, nequaquam obstantibus, licite contrahere valeas, ac tu et ipsa Maria possitis matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de potestatis plenitudine, tecum et cum ipsa de speciali gratia dispensamus, prolem ex vobis suscipiendam legitimam nuntiantes. Nulli ergo etc. Datum Avinione, viii kalendas augusti, anno septimo. »

1759 Avignon, 27 juillet 1323.

Hugonem de Engolisma, sacristam Narbonensis ecclesiæ, cui, una cum Petro Riquarii, sacrista Avinionensis ecclesiæ, collectio decimæ sexennalis per Clementem V impositæ, in Arelatensi, Viennensi, Aquensi, Ebredunensi, Bisuntina, Tarantasiensi et Lugdunensi provinciis, pro illis partibus quæ de regno Franciæ non existunt, commissa fuerat, de certis ejusdem decimæ pecuniarum summis apostolicæ Cameræ assignatis quittat. (Reg. 111, fol. 392 v°, c. 1636.)

« *Eidem* [*Hugoni de Engolisma, sacriste Narbonensis ecclesie*]. Olim volentes quod — Datum Avinione, vi kal. augusti, anno septimo, »

1760 Avignon, 29 juillet 1323.

Regi Franciæ nuntiat se fratrem Thomam de Aquino, ordinis Prædicatorum, sanctorum cathalogo aggregasse, nonnulla Caroli, ducis Calabriæ, matrimonium tangentia ei notificat et de benigna nuntiorum apostolicorum receptione gratias agit. (Reg. 111, fol. 203 v°, c. 884.)

« ..., *regi Francie illustri*. Ad gaudium celsitudini regie nuntiamus nos virum sancte ac recolende memorie fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, xv kalendas augusti, de fratrum nostrorum consilio, observata solemnitate debita, sanctorum cathalogo aggregasse. Ad hec magnificentiam regiam volumus non latere nos viii kalendas predicti mensis, leta manu litteras regias super facto dilecti filii nobilis viri Caroli, ducis Calabrie, recepisse, ad quarum contenta breviter respondemus quod, die tunc proximo precedenti, cum carissimi in Christo filius et filia nostri, rex Sicilie et regina illustres, suorum nuntiorum super eodem facto litteras recepissent ipsarumque nobis serie reser(v)ata, indignum visum est nobis et ipsis, nuntiatis veris suppositis, deliberationem aliquam, que sibi locum vendicare in dubiis seu perplexis consuevit negotiis, adhibere, cum procul dubio, attentis que sunt in talibus attendenda, persona illa de qua in regiis habebatur mentio, preferenda. Unde illico dispensationem jussimus fieri presenti negotio oportunam, et ordinatum extitit quod rex et regina predicti que sunt pro premissis complendis oportuna facerent, juxta a dicto duce traditam sibi formam. Dux enim predictus

conditiones aliquas expresse in missis suis genitoribus clausis litteris, in persona sibi copulanda matrimonialiter requirebat, quas, juxta contenta in nuntiorum predictorum litteris, concurre[re] in illa de qua agitur et genitores ipsi et nos indubie supponimus; et optamus quod si forsan, quod absit, conditionum premissarum aliquam contingeret deficere, et ipsi et nos non leviter turbaremur, cum copulam ipsam Deo gratam, utrique conjungendorum convenientem et honorabilem, ac oportunam Terre Sancte negotio plurimum reputemus. Sane, si Dominus annuat quod, [per] factum hujusmodi, tuum et nostrum desiderium compleatur, expediret utique, prout experientia te plenius informavit, quod, sublato more dispendio, dicto duci divine et humane domus socia, sine qua non est salubriter (*sic*), mitteretur. Ceterum de grata receptione nuntiorum nostrorum ad regalem presentiam transmissorum ac benigna audientia eis prestita et expeditione celeri eorundem, regie benivolentie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. augusti, anno VII°. »

1761 Avignon, 30 juillet 1323.

Carolo, comiti, Valesii similiter nuntiat se dictum fratrem Thomam sanctorum aggregasse catalogo eique de benigna nuntiorum apostolicorum receptione gratias agit. (Reg. 111, fol. 203, c. 880.)

« *Magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Quia de hiis que cedunt ad Dei gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie ac consolationem plurimam militantis, magnificentiam tuam non ambigimus exultare, ad gaudium et exultationem animi eidem nuntiamus, quod xv kalendas augusti proxime preterito, virum recolende memorie, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, ad Dei laudem et gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie et consolationem plurimam militantis, de fratrum nostrorum consilio, et ad supplicationem prelatorum plurimorum ibi assistentium, duximus sanctorum cathalogo aggregandum. Ceterum de grata receptione nuntiorum nostrorum ad regalem presentiam transmissorum ac benigna audientia eis prestita et [1] expeditione celeri eorundem, regie benivolentie gra[tia]rum refferimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. augusti, anno VII°. »

1. Reg. *ex*.

1762 Avignon, 30 juillet 1323.

In e. m. Mariæ, reginæ Franciæ et Navarræ. (Reg. 111, fol. 203, p. c. 880.)

1763 Avignon, 30 juillet 1323.

Clementiæ reginæ, de Caroli, ducis Calabriæ, matrimonio et de fratris Thomæ de Aquino canonisatione. (Reg. 111, fol. 203, c. 881.)

« *Clementie, regine Francie illustri.* Ad ea que tue nobis misse super facto dilecti filii nobilis viri Caroli, ducis Calabrie, littere continebant, regie magnificentie breviter respondemus quod, si contentis in eisdem litteris, sicut et tenemus indubie, veritas suffragetur, tuis in hac parte desideriis satisfiet. Hoc equidem utrique conjungendorum convenire credimus, scimus carissimis in Christo filiis nostris Roberto, regi, et Sancie, regine Sicilie illustribus, gratum esse, nosque desideranter ad ipsum appetere et reipublice expedire. Et ecce prefati rex et regina suos ad partes illas festine mittunt nuntios cum potestate plenaria, juxta potestatem a duce predicto sibi traditam, si veritas assistat nuntiatis sibi per suos nuntios, quod et credunt et desiderant, negotium, dante Domino, consumandi. Et quia dux predictus, sicut novit tua prudentia, multum indiget socia, circa missionem ejusdem, perfecto negotio, sublata cunctatione qualibet, procurare [1]. Ad hec ad gaudium regali prudentie nuntiamus quod, xv kal. augusti proxime preterito, virum recolende memorie, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, ad Dei laudem et gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie et consolationem plurimam militantis, de fratrum nostrorum consilio, et ad supplicationem prelatorum multorum ibi assistentium, duximus sanctorum [catalogo] aggregandum. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum. Datum ut supra [2]. »

1. Il manque évidemment ici un verbe tel que *studeas* (Cf. n° 1777).

2. Une lettre de Jean XXII à la reine Clémence, commençant par : *Ad gaudium* et correspondant, depuis ces mots,

à celle que nous donnons ici, a été publiée par I. Ripoll (*Bullarium Prædicatorum*, t. II, p. 164, n° XLI).

1764 Avignon, 31 juillet 1323.

Johanni, duci Lotharingiæ, ne aliquorum suasionibus qui eum ad partes Lombardiæ in Mediolanensium et aliorum rebellium subsidium trahere moliuntur, acquiescat. (Reg. 111, fol. 803 v°, c. 882.)

« *Johanni, duci Lothoringie.* Habet fide digna relatio — Datum Avinione, II kal. augusti, anno VII°. »

1765 Avignon, 1er août 1323.

Interdictum in civitate Gebennensi nonullisque ejusdem diocesis locis, ratione quorumdam dampnorum ab Eduardo et Aymone, comitis Sabaudiæ natis, illatorum, appositum suspendit mandatque archiepiscopo Viennensi ut in prædictis locis divina officia celebrari faciat. (Reg. 111, fol. 389, c. 1623.)

« ..., *archiepiscopo Viennensi.* Cum nos interdictum per venerabilem fratrem nostrum.., episcopum Gebennensem, suffraganeum tuum, in civitate Gebennensi, nec non de Saycello, Versoja, Aquiano, Sisterici, Thonons, aliqua Nova Villa juxta Montey, Codrea et Albona, ac quibusdam locis aliis Gebennensis diocesis appositum, occasione dampnorum per dilectos filios nobiles viros Eduardum et Aymonem, natos dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, et valitores eorum, in civitate et locis predictis, tempore quo turris Gebennensi obses[s]a fuit, prefato episcopo et ecclesie Gebennensibus, sicut asseritur, illatorum, quorum examinationem et decisionem per alias nostras litteras[1] tibi committimus, usque ad festum Nativitatis Dominice proximo futurum ex certis causis probabilibus duxerimus tenore presentium suspendendum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus in dictis civitate et locis divine laudis organa resumi et celebrari divina officia facias usque ad dictum terminum, sicut prius. Datum Avinione, kalendis augusti, anno septimo. »

1. Voyez ci-après, n° 1766.

1766 Avignon, 1er août 1323.

Eidem archiepiscopo Viennensi, ut de dampnis in præfatis locis a dictis Eduardo et Aymone illatis, et de satisfactionibus quas exhibere se offerunt, vocatis vocandis, ordinet et decidat. (Reg. 111, fol. 389 v°, c. 1624.)

« *Eidem archiepiscopo.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra. »

1767 Avignon, 6 août 1323.

Cum de persona Pontii Ferrolli in abbate monasterio Fuxensi, antequam supplicationes Gastonis, comitis Fuxensis, pro Raymundo Saqueti, canonico Appamiarum, receptæ sint, provisum esset, eidem comiti excusationem petit eique nuntiat se prædicto Raymundo prioratum beatæ Mariæ Burgi Veteris, Carcassonensis diocesis, contulisse. (Reg. 111, fol. 207, c. 907.)

« *Nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi, familiari nostro.* Scire te volumus — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno septimo. »

1768 Avignon, 11 août 1323.

Henrico, electo Metensi, ut treugas inter se et Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem suum, ex parte una, ac Amedeum, comitem Sabaudiæ, ex altera indictas, in præsentia duorum tabellionum ratificet. (Reg. 111, fol. 390, c. 1625.)

« *Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus Viennensis.* Tuam non latet, fili, prudentiam qualiter nos, imminentibus periculis ex dissidio inter te et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalfinum Viennensem, nepotem tuum, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Amedeum, comitem Sabaudie, ex altera, ac utriusque partis valitores et subditos, dudum hostes antiqui procurante malicia suscitatis, occurrere paternis affectibus cupientes, non absque laboribus et solicitudinibus variis, vias et modos exquisivimus et exquirere non cessamus per quos, odiorum extirpatis fomitibus, inter vos pacis et unitatis concordia provenirent; et ut tractatus pacis hujusmodi, non modicum insidens nobis cordi, valeret liberius prosequi, et, pacis actoris suffragante gratia

malis cessantibus, utilius confirmari, treugas pacis representantes ymaginem inter vos duraturas usque ad certum tempus, que ratificari debuerunt a partibus hinc et inde, de ipsarum consensu, sub certa forma duximus indicendas[1]. Cumque procurator tuus et ejusdem dalfini, super exhibitionem instrumenti ratificationis hujusmodi requisitus, illud renuerit hactenus exhibere, discretionem tuam rogandam duximus attentius et hortandum quatinus, virum pacificum pacisque zelatorem et nostris conformem desideriis super hiis te ostendens, in presentia duorum tabellionum, unius, videlicet, tui et ejusdem dalfini, et alterius dicti comitis, treugas predictas et contenta in eis ratificares et ratificari facere per eundem dalfinum procurares, cum comes predictus paratum facere se offerat illud idem. Datum Avinione, III idus augusti, anno septimo. »

1. Voyez n° 1729, note.

1769 Avignon, 16 août 1323.

Alienordi de Monteforti ad pacem cum Petro Raymundi et Guidone de Convenis, nepotibus suis, reformandam hortatur, eique priorem Prædicatorum et gardianum fratrum Minorum Tholosæ cum litteris apostolicis mittit. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 889.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Alionordi* (sic) *de Monteforti, comittisse Vindocinensi*. Quia per litteras — Datum Avinione, XVII kal. septembris, anno VII°. »

1770 Avignon, 16 août 1323.

Dictis Petro et Guidoni super eodem. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 890.)

« *Dictis nobilibus*. Licet tam verbis — Datum ut supra. »

1771 Avignon, 16 août 1323.

Priori et gardiano fratrum Minorum Tolosæ ut prædictos ad pacem inducant. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 891; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.* t. V, p. 253, n° 508.)

« *Ei[s]dem priori et gardiano*. Dudum ad audientiam — Dat. ut supra. »

1772 Avignon, 18 août 1323.

Bertrandum de Narcesio de solutione bonorum Radulphi, decani monasterii de Gaya, Cluniacensis ordinis, Trecensis diocesis, prædecessoris sui, apostolicæ dispositioni reservatorum quittat. (Reg. 111, fol. 409, c. 1719.)

« *Dilecto filio Bertrando de Narcesio, decano monasterii de Gaya, Cluniacensis ordinis, Trocensis* (sic) *diocesis*. Cum sicut pro — Datum Avinione, XV kal. septembris, anno septimo. »

1773 Avignon, 19 août 1323.

Carolum, regem Franciæ, rogat ut summarie et de plano procedi faciat ratione comitatus Pictavensis quem ad se pertinere asserit dux Burgundiæ. (Reg. 111, fol. 204, c. 887.)

« *Dicto regi [Francie]*. Illa regali providentie fiducialiter suademus per que, servatis juribus regiis illibatis, se potest suis principibus, presertim sibi conjunctis sanguine, gratiosum et benivolum exhibere. Hinc est quod cum dilectus filius nobilis vir Odo, dux Burgundie, comitatum Pictavie ad se asserebat pertinere, curia regia contrarium asserente, benivolentiam regiam duximus deprecandam quatinus dicto duci dignetur concedere gratiose quod, in causa predicta, simpliciter et de plano procedi debeat, et absque strepitu judicii et figura, cum, hoc concesso, non minus produci jura partium et discuti valeant quam si strepitus judiciarius servaretur. Datum Avinione, XIIII kal. septembris, anno VII°. »

1774 Avignon, 20 août 1323.

Dicto duci litteras suas recepisse et Carolo, regi Franciæ, se scripsisse nuntiat. (Reg. 111, fol. 204, c. 888.)

« *Dicto duci*. Nobilitatis tue receptis novissime litteris, nobis per dilectum filium nobilem virum Johannem de Castellione, militem, presentatis[1], per quas

petebas eidem militi, super hiis que pro parte tua nobis exponeret, fidem credulam adhiberi, benigne ipsum audivimus, et que proposuit intelleximus diligenter. Et ecce carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, scribimus prout vidimus expedire, respondentes petitionibus aliis prout idem miles tue magnificentie poterit plenius explicare. Datum Avinione, XIII kal. septembris, anno VII°. »

1. Reg. *presentatas.*

1775 Avignon, 22 août 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, quæ de ipsius necnon genitricis filiæque suarum statu eum certiorem facere curaverat, gratias agit. (Reg. 111, fol. 205, c. 892.)

« *Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Letanter receptis regalis excellentie litteris, tuam, carissima filia, et dilecto (*sic*) filie nobilis mulieris Daltine Viennensis, nate tue, infirmitatem preteritam et subsecutam convalescentiam nuntiantibus, tibi et sibi, super infirmitate hujusmodi que vos afflixit, paternis compatimur affectibus, sed de restituta sanitate plurimum in Domino congaudemus. Verum quia premissa, necnon et statum dilecte in Christo filie nobilis mulieris comitisse Attrabatensis, genitricis tue, prosperum nobis innotescere, de nostro certiorari ferventer desiderans, curavisti, referimus tibi grates, celsitudinem regiam volentes serie presentium non latere quod, licet homo noster interior multis agitetur anxietatibus, nunc audiens prospera, [nunc] adversa, homo tamen noster exterior, divina suffragante gratia, sospitate letatur, tuam serenitatem rogantes quatinus de tuo dictarumque tuarum genitricis et filie statu, quem felicem zelamus et prosperum, nos cures sepius reddere certiores, ad nos, quos in tuis oportunitatibus, quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos reperies, habitura recursum, filia carissima, confidenter. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, que tuos actus in viam salutis dirigat et ab omni adversitate custodiat et defendat. Dat. Avinione, XI kal. septembris, anno VII°. »

1776 Avignon, 25 août 1323.

Hugoni, officiali Lingonensi, ut Guidonem Peregrini qui de ordine Prædicatorum exiens apostavit, capi faciat et ad curiam mitti. (Reg. 111, fol. 205, c. 893.)

« *Hugoni, legum doctori, officiali Lingonensi.* Abhominabiliter detestamus quod — Datum Avinione, VIII kal. septembris, anno VII°. »

1777 Avignon, 27 août 1323.

Clementiæ, reginæ Franciæ, super matrimonio ducis Calabriæ. (Reg. 111, fol. 205 v°. c. 898).

« *Clementie, regine Francie illustri.* Gaudemus in Domino de hiis que dilectus filius dux Calabrie in sibi copulanda dilecta in Christo filia nobili muliere Maria, nata dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii, requisierat nil deesse, et quia contractum hujusmodi matrimonii supponimus celebratum, providentiam regiam iterum exhortamur ut, quantum socia dictus dux egeat in consideratione deducto, quodque hiemis vicinitas adventus ejus celeritatem exposcat, circa ejus adventum celerem studeas sedulam diligentiam adhibere. Datum Avinione, VI kal. septembris, anno VII°. »

1. Voir plus haut une lettre du 30 juillet sur le même sujet (n° 1763).

1778 Avignon, 1er septembre 1323.

Ber[nar]do, electo Tudensi, ut officium inquisitoriæ in partibus Tolosanis adhuc exerceat donec alius ipsi surrogetur. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 895.)

« *Ber[nar]do* [1], *electo Tudensi.* Licet de te — Datum Avinione, kalendis septembris, anno VII°. »

1. Bernard Gui.

1779 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Carolo, regi Franciæ, ne pariagium cum consulibus villæ Petragoricensis in Archambaldi comitis præjudicium faciat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 824.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Habet dilecti filii nobilis viri Arcambaldi, comitis Petragoricensis, familiaris nostri, relationis assertio quod, licet dilecti filii consules ville Petragorice jurisdictionem quam in eadem villa super certis casibus exercere dicuntur, ab eodem comite teneant in feudum et a suis predecessoribus tenuerunt ab antiquo, prefati tamen consules pariagium super jurisdictione ipsa cum tua excellentia moliuntur facere in ejusdem comitis prejudicium et jacturam. Cum autem magnificentia regia debeat abstinere ab hiis que ipsam dedecent, et subditis noscuntur inferre gravamen, celsitudinem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus pariagium hujusmodi, velut [de]decens dignitati regie et statutis regiis, ut asseritur, obvium, non admittas, sed habens potius eundem comitem pro nostra et Apostolice Sedis reverentia super suis juribus comendatum, ea sibi facias a tuis officialibus et gentibus inviolabiliter observari[1]. »

1. La lettre n'a pas de date, mais elle figure dans la partie du registre consacrée à la septième année du pontificat, et c'est à cette année que nous l'attribuons. Les autres lettres qui la suivent immédiatement dans le registre se rapportent aussi au Périgord et sont du 15 et du 16 mars 1323 (nos 1609-1615), mais ce simple rapprochement ne suffit point pour préciser la date de notre document.

1780 (Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.)

Electo Metensi, ut treugas inter Amedeum, comitem Sabaudie, et Guigonem, dalphinum Viennensem, indictas observet, et ab omni offensione se abstineat. (Reg. 111, fol. 203 v°, c. 883.)

« *Dicto electo Metensi.* Novit tua discretio quod nos, varia personarum et rerum discrimina, et animarum amarius deploranda pericula, que mota dudum inter dilectos filios nobiles viros Amedeum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, dalfinum Viennensem, nepotem tuum, ex altera, ac utriusque partis valitores, adjutores et eis quomodolibet adherentes, hactenus periculosa dissentio parturivit et imposterum comminatur, nisi occurreretur salubriter, attendentes, et eisdem periculis occurere paterne solicitudinis studiis cupientes, nunc per missionem nuntiorum solempnium, nunc per multiplicationem exhortationum salubrium factarum verbis et litteris sepius, ac etiam per indictionem treugarum que pacis habent ymaginem, exquirere diversa studuimus remedia per que pacis optate tranquillitas proveniret. Et licet novissime, circa reformationem pacis hujusmodi, intensis affectibus cogitantes, treugas de consensu partium usque ad certi temporis spatium, infra quod pacis ejusdem tractatui posset intendi liberius, indixerimus duraturas, tu tamen, sicut miranter et displicenter audivimus, quasi pacem abjuraveris, quasi fedus cum iniquitate pepigeris et volueris pacis ipsius semitis obviare, treugas ipsas infringere satagens, ad offensionem partis alterius et presertim venerabilis fratris nostri Petri, archiepiscopi Lugdunensis, nepotis dicti comitis, te preparas, hostiliter gentis armigere multitudinem propter hoc congregando. Quocirca discretionem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus sano consilio suadentes, ac in virtute obedientie et sub[ ] penis in eisdem contentis treugis districtius injungentes quatinus, gravia scandala et pericula grandia que possunt ex commotione hujusmodi suboriri, et quod te et statum tuum deceat quidve expediat in hac parte cogitans et recogitans diligenter, ac attendens insuper quantum insideat cordis nostri desideriis reformatio dicte pacis, treugas predictas observare studeas et facias ab aliis et de parte tua et dicti dalfini inviolabiliter observari, ab offensionibus predictis et quibusvis congressionibus hostilibus penitus abstinendo, sic quod per hoc te pacis zelatorem exhibeas, et ostendas nostris voluntatibus et desideriis super hiis te conformasse, nobis clare quid super predictis intendis per tuas litteras harum continentes seriem quantocius rescripturus[1]. »

1. Jean XXII chercha à maintes reprises, soit par des trêves, soit par l'envoi des légats, à ramener la paix entre le comte de Savoie et le Dauphin de Viennois (voyez ci-dessus les lettres du 8 décembre 1320, nos 1249-1250; du 25 mai, du 30 juillet et du 23 octobre 1321, nos 1258, 1281, 1318-1321; du 1er et du 30 juillet 1322, nos 1447-1455, 1483-1485; du 15 mars et du 11 août 1323, nos 1608-1768). Nous ne savons à laquelle de ces trêves il fait ici allusion, nous attribuons cette lettre comme la précédente à la septième année du pontificat, puisqu'elle est transcrite dans la partie du registre consacrée à cette année.

1781 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Petro de Via, quod possit habere altare portatile. (Reg. 111, fol. 204, c. 885.)

« *Nobili viro Petro de Via, domino Villemuri*. Devotionis tue precibus — Nulli ergo etc.[1]. »

1. Pour la date, même remarque que ci-dessus : nous donnons celle de la septième année du pontificat que portent les autres lettres transcrites dans cette partie du registre. Pierre de Vie et d'autres parents du pape reçurent diverses faveurs analogues le 18 mai 1323 (nos 1669-1677). La lettre présente est-elle du même moment? On ne peut l'affirmer.

1782 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Eidem, quod possit eligere confessorem. (Reg. 111, fol. 204, c. 886.)

« *Eidem*. Ut per confessionis — Nulli ergo etc.[1]. »

1. Pour la date, voyez le numéro précédent.

1783 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Guigoni, dalphino Viennensi, de convalescentia congaudet eumque ad bonum regimen assumendum hortatur. (Reg. 111, fol. 390, c. 1626.)

« *Dicto Dalfino* [*Viennensi*]. Tua infirmitate preterita — incolumis longitudo[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1781, note.

1784 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.

Henrico, electo Metensi, super eodem. (Reg. 111, fol. 390, c. 1627.)

« *Dicto electo* [*Metensi*]. Infirmitate preterita dilecti — ut supra competenter mutatis[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1781, note.

TOURS
IMPRIMERIE DESLIS FRÈRES
6, RUE GAMBETTA, 6

ANNUS OCTAVUS

1785 Avignon, 5 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, transmittit Johannes papa XXII ea quæ in causa appellationis Johannis de Pertiniaco, ratione quorumdam gravaminum dicto nobili a Mauritio de Sancto Paulo, inquisitore in provincia Turonensi, illatorum, ordinata sunt. (Reg. 112, p. II, fol. 1 v°, c. 493; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans le Bulletin historique et philologique du Comité des travaux historiques et scientifiques, 1903, p. 424, n° III.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Excellentiam regiam volumus non latere quod cum nonnulli, hiis diebus preteritis, ad Sedem Apostolicam pervenissent asserentes pro parte nobilis viri Johannis de Pertiniaco ac ejus consortis et nonnullorum sibi sanguine conjunctorum, propter plura gravamina que dicto nobili per dilectum filium Mauritium de Sancto Paulo, inquisitorem heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatum, dicebantur illata, ad Sedem fuisse appellatum eandem, que nostro volebant apostolatui intimare; tandem intellectis que volebant proponere plenius, ac super ipsis cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, que Deo grata, nostro et tuo honori convenientia ac oportuna justitie vidimus, de fratrum ipsorum consilio, duximus ordinanda, que utique scriptura interclusa presentibus circumspectioni tue poterit seriosius reserare. Datum Avinione nonis septembris, anno octavo. »

1786 Avignon, 5 septembre 1323.

Præfato Mauritio de Sancto Paulo mandat ut in negotio ejusdem Johannis de Pertiniaco contra quem severius solito exarsisse dicitur, eum capi faciendo et Parisius carceri mancipari, juste, mature et provide procedat. (Reg. 112, p. II, fol. 1, c. 494; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 424, n° IV.)

« *Fratri Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato*. Ad nostram fratrumque nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam, pro parte viri nobilis Johannis Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, militis, ejusque consortis ac nonnullorum, conjunctorum eidem nobili linea parentele, insinuatio hiis diebus flebilis et clamosa perduxit quod tu, ex odii fomite contra eundem nobilem, sicut antea verbis satis expresseras, provocatus, quedam imponens eidem pro libito voluntatis que sapere pravitatem hereticam asserebas, ipsum capi et adduci Parisius et diro mancipari carceri procurasti, ad cujus presentiam consortem ejus predictam seu aliquem de ejusdem nobilis genere prelatum, etiam et adhuc consiliarium aliquem, cum [quo] posset deliberare super hiis que sibi imposueras seu imponere intendebas, licet velut juris ignarus seu inscius et in simplicitate militari nutritus, dirigi super premissis sano peritorum consilio plurimum indigeret, introire, licet instanter et humiliter requisitus super hiis sepius, non sinisti; propter quod et multa alia habentes te suspectum merito, tam pro parte procuratoris ejusdem nobilis, quam ejus consortis et nonnullorum aliorum de ipsius nobilis genere, te velut suspectum dicto nobili ex premissis et aliis causis suspicionis pluribus legitime recusarunt. Cumque tu causas hujusmodi indebite admittere recusasses ex hoc, necnon et quia notariis publicis requisitis quod de propositis et petitis publica conficerent instrumenta, expresse, sub pena excommunicationis quam in ipsos, si contra facerent, promulgasti, ne ipsa conficerent precipere presumpsisti, sentientes dictum nobilem, ac se multipliciter indebite pregravari, pro parte dicti nobilis, consortis et aliorum nobilium predictorum fuit canonice in scriptis ad Sedem Apostolicam appellatum; cui seu quibus appellationibus tu deferre indebite renuens, in dicti nobilis et aliorum premissorum prejudicium et Apostolice Se-

dis contemptum, severius solito contra dictum nobilem procedere exarsisti. Quocirca pro parte dicti nobilis et aliorum premissorum nobis fuit instanter et humiliter supplicatum ut dicto nobili ac premissis aliis curaremus super premissis de oportuno remedio providere. Nos autem, cum fratribus nostris predictis super premissis deliberatione prehabita diligenti, multis hinc inde in examen recte considerationis adductis, cupientes ne splendorem negotii fidei contingat per inordinationem aliquam offuscari, nec prefatum nobilem indebite pregravari, tibi, de fratrum nostrorum premissorum consilio, sub virtute obedientie precipimus et mandamus quatinus sic juste, sic mature, sic provide cures in premissis procedere, quod ipsi nobili seu aliis supradictis justa de te materia conquerendi (de te) non subsit nec nos oporteat super hiis aliud remedium adhibere, tibi nichilominus de eorundem fratrum nostrorum consilio districtius inhibentes ne ad sententiam contra prefatum nobilem, nisi vocato diocesano, ad quem eorundem criminum propositorum seu proponendorum contra dictum nobilem spectat cognitio, seu, ipso diocesano nolente vel non valente premissis intendere, cui procedendi in dicto negotio extra suam diocesim auctoritatem et licentiam absque alicujus ordinarii prejudicio impertimur, vocatis venerabilibus fratribus P., Attrebatensi et P., Vivariensi episcopis, quos unius loco haberi volumus, et eorum quemlibet, ubi ambo nequirent interesse vel nollent, in ipsius diocesani locum in casu predicto quoad premissa omnia subrogamus, quibusque et eorum singulis, juxta ordinationem predictam, communicare processum contra prefatum militem habitum et habendum tenearis ex integro, aliquatenus non procedas, attentius provisurus quod, si forsan inter te et diocesanum predictum seu subrogatos eidem, circa processum seu proferendam sententiam dubietatem vel contrarietatem contingeret suboriri, nequaquam, nobis inconsultis, ad sententiam procedere presumatur, decernentes irritum et inane si secus a te vel ipsis contingeret attemptari. Diocesanum autem dicti nobilis certum exprimere nequivimus, quia quis ille sit, propter diversa domicilia et delicta que habere et commisisse dicitur, ignoramus. Datum Avinione, nonis septembris, anno octavo. »

1787 Avignon, 5 septembre 1323.

Atrebatensi et Vivariensi episcopis, ut in prædicto negotio, absente diocesano, ipsi vel alter eorum cum inquisitore præfatum negotium exsequantur (Reg. 112, p. II, fol. 2, c. 495 ; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 426, nº v.)

« .., *Atrabatensi* et .., *Vivariensi episcopis.* Pro parte viri — Datum ut supra. »

1788 Avignon, 12 septembre 1323.

Duci Calabriæ dispensationem super matrimonio inter ipsum et Mariam, filiam Caroli, comitis Valesii, contrahendo se concessisse nuntiat. (Reg, 112, p. II, fol. 76 vº, c. 913.)

« *Duci Calabrie.* Magnificentie tue ad gaudium nuntiamus quod, sicut habuit tuorum nuntiorum hiis diebus relatio litterarum, in dilecta in Christo filia nobili puella Maria, dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii filia, concurrunt omnes conditiones, prout humana nosse sinit fragilitas, que sunt in sponsa regii filii requirende. Quo audito, dispensationem prefato negotio oportunam, quod cum illa contrahere valeas, duximus e vestigio faciendam, quam carissimi in Christo filii nostri illustris.., rex Sicilie et.., regina, Parisius tuis nuntiis per suos certos duxerunt[1] nuntios destinandam. Dat. Avinione, II idus septembris, anno octavo. »

1. Reg. *duxerimus.*

1789 Avignon, 13 septembre 1323.

Petrum ecclesiæ Carcassonensi per translationem Guillelmi, episcopi, ad Auxitanam ecclesiam nuper vacanti, præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 102 vº, c. 455.

« *Petro, electo Carcassonensi.* Carcassonensi ecclesia nuper — Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1790 Avignon, 13 septembre 1323.

Guillelmum, Carcassonensem episcopum, ad Auxitanam ecclesiam per obitum proprii pastoris vacantem,

cum postulationem capituli ejusdem Auxitanæ ecclesiæ pro Rogerio, episcopo Vaurensi, non duxerit admittendam [1], transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 102 v°, c. 156; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 98, n° 252.)

« *Guillelmo, electo Auxitano*. Dudum ecclesia Auxitana — Dat. Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1510.

1791 Avignon, 13 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, qui Albertum de Roya ad Turonensem ecclesiam promoveri petierat, respondet preces regias super hoc exaudiri non posse, dicto autem Alberto, cum se oportunitas exhibebit, convenienter providere intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 1, c. 491.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre*. Dudum regie celsitudinis litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum Raymundi de Rapistagno, militem, senescallum Pictavensem, presentatas solita benignitate recepimus, et que continebantur in eis intelleximus diligenter. Sane quia per easdem litteras dilectum filium Albertum de Roya per nos petebat regia sublimitas ad Turronenssem ecclesiam promoveri, et in ecclesia ipsa fuerat taliter electio celebrata quod non poteramus decenter, absque prejudicio juris alterius, preces regias, sicut vellemus, super hoc exaudire, nos prestolantes quod facultas se nobis offerret unde votis condescendere regiis comode valeremus, prefatum militem duximus diutius in curia retinendum. Tandem vero vacatione ecclesie Dolensis, cujus provisionem dispositioni nostre duxeramus reservandam hac vice, per regias litteras intellecta, nos, tam consideratione rogantis quam ejusdem Alberti meritorum obtentu, credentes etiam ipsius ecclesie oportunitatibus in spiritualibus et temporalibus utiliter providere, de persona ipsius Alberti dicte Dolensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio duximus providendum, eum illi preficientes in episcopum et pastorem. Quocirca regalem excellentiam attentius deprecamur quatinus prefatum militem, quem de diligenti prosequtione (*sic*) eorum que sibi commissa fuerant commendamus, super mora, quam usque modo contraxit in curia, velit habere celsitudo regia benigne et probabiliter excusatum. Porro, post confectionem presentiarum, ad nostrum pervenit auditum quod cum adhuc Dolensis episcopus viveret, dicta Dolensis ecclesia non vacabat, quibus siquidem si veritas suffragetur, dicto Alberto alias convienienter providere intendimus cum se oportunitas exhibebit. Datum Avinione, idibus septembris, anno VIII°. »

1792 Avignon, 13 septembre 1323.

Johanni de Arpadella, decano Xanctonensi, ut litteras apostolicas super negotio Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, Petro, Atrebatensi, et Petro, Vivariensi episcopis necnon Mauritio de Sancto Paulo directas, eisdem præsentare procuret. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 496; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 427, n° VI.)

« *Johanni de Arpadella, decano Xantonensi*. Cum super negotio nobilis viri Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, quod coram dilecto filio Mauritio de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato, vertitur, tam venerabilibus fratribus nostris Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, quam eidem inquisitori certas litteras apostolicas destinemus [1], nos volentes eis et ipsorum cuilibet, sicut sibi diriguntur, litteras hujusmodi fideliter presentari, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictas litteras eisdem episcopis, singulas, quas duplicatas mittimus, singulis videlicet et inquisitori ex parte nostra presentare procures. Datum Avinione, idibus septembris, anno VIII°. »

1. Voyez n° 1787.

1793 Avignon, 13 septembre 1323.

Eidem Johanni de Arpadella, ut de dictarum præsentatione litterarum publicum instrumentum fieri faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 497; — J.-M. Vidal, *op. et loc. cit.* extrait).

« *Eidem*. Cum certas litteras apostolicas quas super negotio nobilis viri Johannis Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, quod coram dilecto filio Mauri-

çio de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi vertitur, venerabilibus fratribus nostris Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, singulas videlicet quas duplicatas mittimus singulis ac eidem inquisitori per te aliis nostris litteris patentibus presentari mandemus, volumus, et discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus circa presentationem litterarum hujusmodi diligentiam adhibeas oportunam et de illa fieri facias curialiter et prudenter publicum instrumentum, quod nobis destinare quantocius non ommittas. Datum Avinione ut supra. »

1794 Avignon, 13 septembre 1323.

Ludovico, comiti Claromontensi, de venatione transmissa et de quibusdam a Jacobo de Perusiis, nuntio ejus, expositis gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 498.)

« *Ludovico, comiti Claromontis.* De venatione tua quam nobis tua nobilitas per dilectum filium Jacobum de Perusiis, familiarem nostrum tuumque nuntium, copiose transmisit, quamque grato recepimus animo, tibi gratiarum referimus actiones. Ceterum quedam que dictus nuntius super tuis negotiis et aliis tangentibus negotium transmarinum, ad quod tua devotio ferventer aspirat, nobis exposuit, grata fuerunt nobis admodum et accepta. Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. ».

1795 Avignon, 13 septembre 1323.

Episcopo Eliensi, ne, pro unius castrunculi restitione Gastoni, comiti Fuxensi, facienda, concordiam inter se et gentes alias regis Angliæ ac dictum comitem pertractatam impediat, quin eumdem comitem ejusque negotia commendatos habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 702 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 99, n° 253.)

« *Episcopo Eliensi.* Si tue fraternitatis providencia diligenter attendat que dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxi, fecerit, ut posset carissimo in Christo filio nostro E., regi Anglie illustri, promptius complacere, quantumque sit ejus obedientia et devotio in partibus illis negotiis regiis oportuna, profecto, pro unius castrunculi restitutione prefate comiti facienda, non impedires seu differres concordiam inter te et gentes alias regias et prefatum comitem pertractatam. Quocirca fraternitatem tuam attente rogamus quatenus, premissis in considerationem deductis, ad perficiendum tractatum predictum cures procedere, ipsumque comitem et ejus negotia, que utique prosperari cupimus, habere propentius (*sic*) commendata. Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1796 Avignon, 13 septembre 1323.

In e. m. Fulconi Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescallo. (Reg. 112, p. II, fol. 36, p. c. 702 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1797 Avignon, 13 septembre 1323.

Gastoni, comiti Fuxensi, ut ad concordiam inter se et præfatos episcopum et senescallum aliasque gentes regias amplexandam se coaptet. (Reg. 112, p. II, fol. 36, c. 703 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 100, n° 254.)

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra. »

1798 Avignon, 13 septembre 1323.

Bernardo Jordani nuntiat se præfatis scripsisse eumque hortatur ut ad dictam concordiam habendam diligentiam adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 36, c. 704 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 100, n° 255, analyse.)

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Benigne receptis tue — Datum ut supra. »

1799 Avignon, 13 septembre 1323

Regi Angliæ, ut ad concordiam cum Roberto, rege Siciliæ, procurandam, claram informationem super facto portionis comitatus Provinciæ quam ad se pertinere dicit, mittat. (Reg. 112, p. II, fol. 40, c. 731 ; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 84.)

« *Eidem* [*regi Anglie*]. Quia certam informationem super facto illius portionis comitatus Provincie

quam ad te pertinere misse nobis dudum littere regie continebant, nobis tua serenitas non transmisit, nec nobis extitit etiam per aliquem ministrata, conferre cum carissimo in Christo filio Roberto, rege Sicilie illustri, super hoc co[m]mode nequivimus, nec etiam ipsum inducere, sicut instantia regia postulabat. Sed si nos velit ad premissa regia providentia processuros, claram informationem nobis destinare procuret; nos enim parati sumus et erimus pro utriusque tranquillitate et concordia, quas intensis zelamus desideriis, vigilanter interponere, prout ministrabit Altissimus, apostolice solicitudinis partes nostras. Datum ut supra [Avinione, idibus septembris, anno octavo]. »

1800 Avignon, 14 septembre 1323.

Bernardo, episcopo Adurensi, ut ad pacem inter officiales et gentes E[duardi], regis Angliæ, et Gastonem, comitem Fuxensem, procurandam, partes suas apud episcopum Eliensem, senescallum Aquitaniæ et gentes alias regias interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 36, c. 705; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 101, n° 256.)

« *Bernardo, episcopo Adurensi.* Novit tua prudentia quantis solicitudinibus hactenus laborasti[1] ut inter officiales et gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, familiarem nostrum, ex altera, dissidentes invicem, pacis et unitatis concordia proveniret. Sane si predicti officiales et gentes diligenter attenderent qualia et quanta, te suadente, predictus comes egerit ut eidem regi complacere valeret, quantumque sit negotiis regiis ipsius comitis obedientia in illis partibus oportuna, profecto concordiam hujusmodi pertractatam, totque bona ex ea proventura differre, pro restitutione unius castrunculi vel alias pro modico, non deberent. Cum autem nos, tam venerabili fratri nostro Johanni, episcopo Eliensi, quam dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrange, ducatus Aquitanie senescallo, quam eidem comiti dirigamus super premissis exhortatoria scripta nostra[2], fraternitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus apud eosdem episcopum et senescallum ac gentes alias regias, sic prudenter et sedule super premissis cures interponere solicitudinis partes tuas, quod dictus comes, ex tuis inductionibus, non possit super hiis reputare pro tempore merito se deceptum, sed potius ex tuis laboribus desiderati fructus ipsius pacis, gratia suffragante divina, proveniant nosque tuam debeamus prudentiam super hiis commendare. Datum Avinione, XVIII kal. octobris, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait plutôt *laboravimus*, ou bien : *Novit nostra prudentia*.
2. Voyez ci-dessus n°s 1795-1797.

1801 Avignon, 16 septembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, responsionem Roberti, regis Siciliæ, super quibusdam matrimonium inter ducem Calabriæ, ejusdem regis filium, et natam dicti comitis contrahendum tangentibus, significat. (Reg. 112, p. II, fol. 3 v°, c. 501.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Letanter, fili, tue magnificentie recepimus litteras et intelleximus in ipsis contenta. Sane tuam prudentiam volumus non latere quod nos, ad procurandum ea que carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, ac tue (in) domorum unionem respiciunt, reputamus adeo nos astrictos quod si vos contingat circa hoc interdum aliquid agere, nos extimamus debitum potius solvere quam liberalitatem aliquam exercere, nec in hoc gratiarum, nisi pro soluto debito, opus est actio. Ad hoc super illis duobus articulis contentis in dictis litteris, videlicet de doario in comitatu Provincie assignando et dote non postulanda, locuti fuimus cum Sicilie rege predicto qui ad primum, videlicet de douario in Provincia assignando, respondit quod istud absque grandi suo dispendio facere non valebat, causas pretendens quas, sicut tenemus indubie, tua prudentia sufficientes ac probabiles, cum ipsas audiet, reputabit[1]. Ad secundum vero respondit quod tue circumspectioni jam per litteras responderat taliter quod ipsam contentasse credebat, videlicet quod dotis constitutio in tuo et ipsius arbitrio resideret, adjunctis, si tue placeret prudentie, regina Sicilie et comitissa Valesii, consortibus vestris, nec circa hoc intendebat aliud immutare. Nos igitur comoda que ex predicto speramus matrimonio proventura considerantes attente, dignum arbitra-

mur et congruum quod propterea dictum non debeat impediri matrimonium nec etiam retardari; sic enim, super dote per terminos exolvenda et alias, poterit provideri quod onus illud equanimiter poterit supportari. Profecto, fili, si quantum dilectus filius vir nobilis dux Calabrie egeat socia, quantoque ipsam desiderio prestoletur, si vicinitas yemis cujus tute navigare non sinet malitia, diligentius attendatur, sponse accelerabitur missio, mora dispendiosa sublata. Datum Avinione, XVI kal. octobris, anno octavo. ».

1. Reg. *reputamus.*

1802 Avignon, 18 septembre 1323.

Archiepiscopo Tolosano, ut in eis quæ significavit, ipse faciat quid viderit expedire. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 499.)

« *Archiepiscopo Tholosano.* Super contentis in tue fraternitatis litteris, quas nobis hiis diebus preteritis transmisisti, cum tu de facti in ipsis contenti circumstantiis, et quid liceat quidve expediat possis plenius informari, ad presens tue prudentie nil duximus rescribendum; sed tua curet super hiis prudentia exequi provide quod, premissis in consideratione deductis, videris expedire. Datum Avinione, XIIII kal. octobris, anno octavo. »

1803 Avignon, 21 septembre 1323.

Sancio, regi Majoricarum, de provisione jam facta de certa persona abbatiæ beati Hilarii, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, quam, cedente abbate, petierat reservari, respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 59, c. 820.)

« *Eidem regi* [*Sancio, regi Majoricarum*]. Regalis excellentie litteras — Datum Avinione, XI kal. octobris, anno octavo. »

1804 Avignon, 24 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, ut ad concordiam inter Gastonem, comitem Fuxensem, et dominum de Navaliis procurandam consensum adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 1 v°, c. 492; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 102, n° 257.)

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie*] Excellentiam decet, fili carissime, regiam benigne votis subditorum annuere volentium a discordiis et dissensionibus resilire, presertim ex quibus strages corporum, lapsus rerum et animarum provenisse noscuntur pericula varia, et proventura formidantur imposterum, nisi occuratur ocius, graviora. Cum igitur dilecti filii nobiles viri Guasto, comes Fuxi, et dominus de Novaliis inter cujus predecessorem comitis et nobilem antedictum hostis humani generis jecit zizaniarum semina[1], que dispendia et pericula produxere predicta, queque imposterum comminentur producere acriora, intendant per vias pacificas dictis dissensionibus, dummodo consensus accedat regius, finem dare, providentiam regiam deprecamur ut consensum dignetur hujusmodi rei tam honeste quam pie favorabiliter adhibere, sic quod pacis actoris te in hac parte imitatorem exhibeas ejusque dici filius merito merearis. Datum Avinione, VIII kal. octobris, anno octavo. »

1. Voyez ci-dessus n°s 742, 744, 745, 883.

1805 [Avignon, 26 septembre 1323?]

Eidem regi, ut terminum Gastoni, comiti Fuxensi, pro terra ejus homagium præstituro præfixum, proroget. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 500; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 102, n° 258.)

« *Eidem regi.* Cum subditorum utilitas regiis commodis applicetur, profecto, fili carissime, sicut ipsorum devitas incomoda, sic subsequenter et tua promoves incrementa. Sane dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxi, cum carissimis in Christo filiis nostris Eduardo, Anglie, et Jacobo, Aragonie regibus illustribus, arduas causas habens, illarum telis implicitus et impeditus, plures quam expediens sibi noscat, nequit, sine magno ejus dispendio, in prefixo sibi termino tuam adire presentiam, debitum pro terra ejus homagium prestiturus, propter quod excellentiam regiam rogamus attente quatinus, respiciens statum prosperum comitis antedicti et conditionem suam pie relevans in hac parte, sibi predictum terminum pro-

roges, infra quem oportune tibi prestare valeat homagium memoratum. Datum[1]. »

1. Cette lettre n'est pas datée, celle qui la précède immédiatement dans le registre (c. 499) est du 18 septembre 1323 (voyez n° 1802), celle qui la suit (c. 501) est du 16 septembre 1323 (n° 1801), mais nous croyons devoir la rapprocher de la lettre enregistrée sous le c. 502, qui vient ci-après et qui en fait mention formelle.

1806 Avignon, 26 septembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut præfatum regem Franciæ ad dictum terminum prorogandum inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 3 v°, c. 502; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 103, n° 259, extrait.)

« *Eidem comiti* [*Valesii*]. Cum dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxensis, et.., dominus de Novalhiis jam ab ortis invicem questionibus atque litigiis desistentes, ad bonum concordie ac amice pactionis aspirent, preterea quia idem comes cum carissimis in Christo filiis nostris Eduardo, Anglie, et Jacobo, Aragonum regibus illustribus, arduas causas habens, illarum telis implicitus et impeditus, nequeat sine ejus dispendio in prefixo sibi termino carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francie et Navarre regis illustris, adire presentiam eidem homagium prestiturus, magnificentiam tuam rogamus attente quatinus apud eundem Francie et Navarre regem, cui super hiis dirigimus alias litteras speciales[1], quod ipse super dicta concordia celebranda prefatis nobilibus licentiam prebeat oportunam, quodque predicto comiti proroget terminum infra quem oportune prestare sibi valeat homagium memoratum, interponere placeat efficaciter partes tuas. Datum Avinione, VI kal. octobris, anno octavo. »

1. N° 1805.

1807 Avignon, 8 octobre 1323.

Regi Franciæ ea quæ in consistorio publico, contra nonnullorum ausus præsumptuosos ordinata sunt, in cedula interclusa mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 504; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 167, n° 333, analyse.)

« *Regi Francie*. Ut de hiis que die date presentium in consistorio publi[c]o, de fratrum nostrorum consilio, contra nonnullorum ausus presumptuosos et stolidos multisque utique, nisi occurreretur ocius, parantes viam scandali ordinandum providimus, celsitudo regia certitudinem habeat pleniorem, ecce interclusa presentibus cedula formam processus per nos habiti super hiis continens serenitati regie latius declarabit. Dat. Avinione, VIII idus octobris anno octavo ».

1808 Avignon, 9 octobre 1323.

Universis personis ecclesiasticis, ut Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, sacræ theologiæ professori et lectori in Romana curia, Apostolicæ Sedis nuntiis pro certis Ecclesiæ Romanæ negotiis ad partes Franciæ destinatis, de evectionibus usque ad sex menses provideant[1]. (Reg. 112, p. I, fol. 76 v°, c. 355.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vicesgerentibus, conventibus quoque, capitulis, ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum ordinum ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos venerabilem — Datum Avinione, VII idus octobris, anno octavo. »

1. On lit à la suite de cette lettre, dans le registre, la mention : *Duplicata fuit*.

1809 Avignon, 10 octobre 1323.

Præposito Avinionensis, præcentori Autissiodorensis ecclesiarum, et Bernardo de Sancta Speria, canonico Urgellensi, ut Franciscum de Lutra, ordinis fratrum Minorum, apud Apostolicam Sedem constitutum, in monachum monasterii sancti Andreæ, ordinis sancti Benedicti, Avinionensis diocesis, recipiant. (Reg. 112, p. I, fol. 74 v°, c. 347; — C. Eubel, *Bullarium francisc.*, t. V, p. 255, n° 514.)

« *Dilectis filiis.., preposito Avinionensis et.., precentori Autisiodorensis ecclesiarum, ac Bernardo de*

Sancta Speria, canonico Urgellensi. Intenta salutis operibus — Datum Avinione, vi idus octobris, anno octavo. »

1810 Avignon, 10 octobre 1323.

In e. m. cantori et sacristæ Majoris ac camerario sancti Pauli Lugdunensis ecclesiarum, pro « Bonnucio »[1] de Florentia, ejusdem ordinis fratrum Minorum, ut recipiant eum in monasterio Insulæ Barbaræ prope Lugdunum, ordinis sancti Benedicti. (Reg. 112, p. i, fol. 75, p. c. 347; — C. Eubel, *op. cit.*, p. 254, n° 513.)

1. *Boruntio* suivant Eubel (*op. et loc. cit.*); *Bormitio* selon G. Mollat, *Jean XXII*, *Lettres communes*, t. V, p. 18, n° 18366, d'après les registres de lettres communes.

1811 Avignon, 12 octobre 1323.

Eduardo, regi Angliæ ut Bernardo Jordani, domino de Insula, qui per officiales et gentes regios ducatus Aquitaniæ in quorumdam castrorum possessione multipliciter molestatur, summarie et de plano justitiam exhiberi faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 40 v°, c. 734; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. ii, p. 86; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 103, n° 260.)

« *Eidem regi* [*Anglie*]. Hanc de regali — Sane dilecti filii nobilis viri Bernardi Jordani, domini de Insula, militis, familiaris nostri, habet assertio quod, licet castra de Casaubone, de Monte Galhardo et de Duplo, cum eorum pertinentiis, ac tota terra quam tenebat in solidum vel pro parte quondam Jordanus de Insula, germanus suus, certis causis et justis titulis ad eundem militem pertinere noscantur, tamen per gentes et officiales regios ducatus tui Aquitanie in dictorum castrorum et terre juribus et possessione, quibus fuisse et esse dicitur pacifice, molestatione dictorum officialium et gentium dumtaxat excepta, multipliciter molestatur. Cum autem officiales et gentes predicti nolint, sicut dictus nobilis asserit, quamvis pluries cum instantia requisiti, a molestatione desistere supradicta, serenitatem regiam rogamus attentius et hortamur quatinus prefatum nobilem de benignitate regia confidentem, cujus negotia, ejus exigentibus meritis, non leviter insident nobis cordi, habens super predictis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, officialibus et gentibus predictis quod, visis litteris, instrumentis et monumentis et juribus ejusdem nobilis, summarie et de plano sibi, super predictis, celeris exhibeant justitie complementum et a dicta molestatione penitus abstineant, ipsumque alias favorabiliter prosequantur, velit regia providentia districtius injungere et mandare, ita quod idem nobilis, ex interventione nostrarum precum, speratum fructum se percepisse letetur, et regalis excellentia culminis inde valeat dignis in Domino [laudibus][1] commendari. Datum Avinione, iv idus octobris, anno VIII° ».

1. Le mot qui manque dans le registre, est donné par le texte de Rymer.

1812 Avignon, 12 octobre 1323.

Archiepiscopo Cantuariensi, ut eumdem regem ad præfata inducat. (Reg. 112, p. ii, fol. 40 v°, c. 735; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 105, n° 261, analyse.)

« .., *archiepiscopo Ca*[*n*]*tuariensi.* Super eo quod — Dat. ut supra. »

1813 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. episcopo Conventrensi et Lichefeldensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 40 v°, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)[1].

1. Cet acte et les suivants donnés *in eumdem modum* ne figurent pas à l'index.

1814 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. archiepiscopo Eboracensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, p. c, 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1815 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. episcopo Londonensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1816 Avignon, 12 octobre 1312.

In e. m. episcopo Herefordensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1817 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti de Pembrochia, mutatis mutandis. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1818 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti de Arundellis. (Reg. 112, p. II. fol. 41, p, c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1819 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Wintoniensi. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L, Guérard, *loc. cit.*)

1820 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Canciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1821 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier juniori. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1822 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. Guillelmo de Ayremine, clerico regis. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1823 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Richemundiæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1824 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Warennæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1825 Avignon 15 octobre 1323.

Henricum, electum Metensem, hortatur ut certas personas in terris Guigonis, dalphini Viennensis, nepotis ejus, deprehensas G., ordinis fratrum Minorum, inquisitori, remittat. (Reg. 112, p. II, fol. 84, c. 957.)

« *Henrico, electo Methensi, gubernatori dalfinatus Viennensis.* Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, idibus octobris anno octavo. »

1826 Avignon, 16 octobre 1323.

Petrum Ricani et Guillelmum de Concocio de undecim millibus sexcentis octoginta quinque florenis auri de pecunia decimarum in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi et Bisuntina civitatibus impositarum provenientibus, quittat. (Reg. 111, p. I, fol. 92, c. 362.)

« *Dilecto filio Petro Ricani, sacriste Avinionensis et Guillelmo de Concocio, canonico Autisiodorensis, ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum de pecunia — Datum Avinione, XII kal. novembris, anno octavo. »

1827 Avignon, 16 octobre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut, intuitu quorumdam periculorum quæ ex adventu Caroli, ducis Calabriæ, provenire possent, dictum ducem excusatum habere velit eique sponsam suam, filiam videlicet ipsius comitis, destinare non differat. (Reg. 112, p. II, fol. 3 v°, c. 503.)

« *Eidem comiti* [*Carolo, comiti Valesii*]. Innotuere nobis gemine tue, fili, magnitudinis littere novissime presentate inter dilectam filiam nobilem virginem Mariam, natam tuam, et.., procuratores dilecti filii nobilis viri Caroli, duci [s], Calabrie, fuisse per verba de presenti matrimonium ejusdem ducis nomine celebratum, quod utique exultationis materiam nobis attulit non indigne; ipsos quidem, videlicet ducem et Mariam, mutuo sibi in hoc convenire conspicimus, ac inter domos illas, Francie videlicet et Sicilie, benedictas, consanguinitatis vinculum, quod antiquatum aliqualiter fuerat, per prolis inde proventure beneficium renovari in Domino prestolamur, nichilominus expectantes ex ipso plurima rei publice commoda proventura. Ad nostram quoque prefate littere notitiam deduxere quanto tu, fili, et dilecta filia Matildis, comitissa Valesii, consors tua, adventum prefati ducis Avinionem desideretis affectu, quantoque desiderio affectetis, spe satis indubia, si hoc fieret obtinentes in presentia carissimorum filiorum Caroli, Francie, et Roberti, Sicilie regum illustrium, tua quoque et comitisse predicte, ac aliorum principum prefate domus Francie solennizari matrimonium in(h)ibi, et solennes nub-

tias (*sic*) celebrari; in quorum principum presentia multa quidem disponi possent Deo grata, utilia rei publice, et ipsis principibus oportuna.

Profecto, fili, nostrum cum vestro desiderium propter premissa et nonnulla alia concurreret, nisi subesset aliud quod obstaret; sed, dum hostis prefate domus Sicilie consideramus astutias, ejusque insidias ad memoriam revocamus, procul dubio verisimiliter formidamus quod regno utriusque, videlicet regis et ducis, carente presentia, hostis ipse, qui velut draco occulte ipsis insidiari non desinit, ac palam invadere sicut leo, si sibi adesset potentia, non cessaret, regnum aggredi non differret. Scimus quidem tuamque prudentiam credimus non latere quod, Henrici imperatoris tempore, quamquam pax per te tractata ac partium juramento vallata et roborata auctoritate Sedis Apostolice inter ipsos vigeret, ambobus in regno existentibus, videlicet rege et duce, cum armatorum multitudine copiosa, hostis ipse aggredi non erubuit hostiliter regnum ipsum, castra multa occupando per violentiam da[m]pnaque alia regno varia inferendo. Si igitur hec, ipsis presentibus, attemptare presumpsit, quid presumi debeat quod attemptaret[1], ipsis absentibus, hostis ipse, presertim cum adventus ducis nobilium dicti regni necessario secum traheret partem magnam, tua prudentia judicet et di[s]cernat.

Speramus autem in Domino quod in brevi, super vista ducis predicti, tuis et comitisse predicte desideriis satisfiet; rex enim Sicilie antedictus ad regnum redire disponit in proximo, Domino concedente, ex quo autem illuc fuerit, scimus ducem, ante contractum hujusmodi matrimonium, fuisse voluntarium ad nostram presentiam veniendi, cum nobis super hoc sepius cum instantia duxerit supplicandum, que voluntas utique ex ipso matrimonio nec immerito suscipiet incrementum, tuamque et comitisse predicte paternam et maternam absque periculo poterit, annuente Domino, visitare[2]. Noli ergo fili, quesumus, sic ad dicti ducis presentiam affici quod, propter ejus adventum, exponi valeat, ut de ipsius ducis taceamus, periculo dictum regnum.

Quod autem dux ipse procuratores suos revocaverit ad contrahendum matrimonium constitutos, verisimile non videtur, nichilominus tamen super hoc suasimus dicto regi ut dicto duci curet e vestigio scribere quod illud, quod factum est circa contractum prefati matrimonii, per suas patentes litteras ratificare et a[p]probare debeat et etiam confirmare. Que autem sunt circa dotem et dotalicium ordinata, rex ipse poterit efficaciter confirmare. Ideoque circumspectionem tuam, fili, affectu quo possumus deprecamur quatinus, prefata pericula et alia que ex ejus adventu possent subsequi, quantumque dux ipse egeat sponsa sua, necnon et quantum mora circa hoc esset sibi displicibilis et exosa cogitans et recogitans diligenter, sponsam ipsam sibi non differas destinare, sciturus quod in nullo alio sibi potest presentialiter tua prudentia amplius complacere.

Si autem adeo sicut tu, fili, profecissemus in arte scriptorie loquique sciremus gallice, profecto premissa tue magnificentie manu propria citius scripsissemus, sed intendebamus loqui cum rege super hiis, quod tamen quedam ipsius discrasia superveniens impedivit; propterea ipsi regi scripto desiderium vestrum exposuimus, et quod ad ducem pro ratificatione dicti matrimonii e vestigio nuntios destinaret, quod et fecit, significans nobis quod jam super hiis intentionem suam scripserat comitisse predicte, ipsamque tue magnificentie plenius presentialiter per suas litteras nuntiabat. Quia vero benivolentie tue placuit ad matrimonium prefatum, propter hoc quod nobis illud reputabas acceptum, promptius inclinari, gratiarum magnificentie tue referimus uberes actiones, et revera ex quo sufficientiam persone audivimus, illud desideravimus pre cunctis aliis adimpleri et de ipso gaudemus admodum, illique a quo bona cuncta procedunt cernui supplicamus ut ipsos consenescere faciat proleque ad Dei servicium, reipublice regimen habundare, ipsisque gratiam suam in presenti tribuat, et gloriam in futuro. Amen. Datum Avinione, XVII kal. novembris, anno octavo. »

1. Reg. *acceptaret*.
2. Il manque évidemment à la fin de cette phrase un substantif.

1828 Avignon, 16 octobre 1323.

Dicto Carolo, duci Calabriæ, de matrimonio suo præfato necnon de matrimonio inter Henricum, ducem Ca-

rinthiæ, et Blancam, Philippi, principis Tarentini natam proposito. (Reg. 112, p. ii, fol. 77, c. 916.)

« *Eidem duci* [*Calabrie*] Consueta benignitate recepimus litteras quas dilectus filius nobilis vir Philippus, clare memorie Caroli, regis Sicilie, filius, princeps Tarentinus, patruus tuus, super petita per dilectum filium nobilem virum Henricum, ducem Carinthie qui, sicut idem princeps scripsit, se Boemie et Polonie regem intitulat, dilecta filia nobili muliere Blanca, nata sua, sibi matrimonio collocanda, nobis noviter destinavit. Sane quia super hoc fiducialiter nos princeps ipse consuluit, licet certum super incerto sanumque dare consilium non possumus personalem utique non habentes viri noticiam, ac rerum ejus conditiones et statum certitudinaliter, prout exigit negotii qualitas, ignorantes, tamen, juxta nobilium communes essentias audivimus de ipso duce dotes persone laudabiles et fecundas substantie facultates, audivimus etiam, prout similiter dicti principis tenor insinuat litterarum, quod idem dux, contemplatione ipsius matrimonii, ampla pollicens ei pacta, terram suam habet partibus Lombardie conterminam, ex cujus favore magna possent ejusdem principis et domus regie devotis in assumptis ibi negotiis commoda provenire. Finaliter cum premissa, sicut audivimus, prefatus princeps fide digna investigatione transmiserit exploranda, ut in hac parte consulens ei, patris affectio tibi plenius innotescat, memorato principi per speciales scribimus litteras quod, si rebus et factis dicta conveniant ipseque dux erga ipsius principis et dicte domus regie devotos hujusmodi utatur debita bonitate, quatenus de istis presentialiter verum potest assumi judicium, verisimiliter credimus dictum matrimonium, actore Domino, esse bonum.

Ad hoc, fili, noveris quod, sicut per procuratores tuos ad partes Francie destinatos nobis innotuit et ad te credimus pervenisse, jam inter te ac dilectam filiam nobilem mulierem Mariam, natam dilecti filii nobilis viri Caroli, clare memorie regis Francie filii, comitis Valesii, jam per verba de presenti est matrimonium confirmatum in qua, sicut tibi alias scripsimus, nichil deest quod in sponsa regis filii requiratur. Dat. Avinione, xvii kal. novembris, anno octavo. »

1829 Avignon, 18 octobre 1323.

Littera de securo conductu pro ducentibus corpus quondam Amedæi, comitis Sabaudiæ. (Reg. 112, p. i, fol. 75, c. 349.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac carissimis in Christo filiis regibus universis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theotonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris et preceptoribus ac prepositis, necnon nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, baulis* (sic), *officialibus ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et communitatibus civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum quondam Amedeus, comes Sabaudie, qui nostris et Apostolice Sedis beneplacitis, tanquam filius obedientie, dum in humanis ageret se coaptans, pro certis negotiis ipsum et quosdam alios magnates tangentibus, sub nostra et predicte Sedis speciali protectione cum magna commitiva dudum ad Sedem memoratam accessit, ibique prudenter per aliqua tempora moram traxit, nunc, sicut Domino placuit, ibidem fuerit viam universe carnis ingressus, corpusque ipsius, prout ipse disposuerat, per amicos et familiares et servitores suos alibi transferatur, universitatem vestram rogamus et hortamur attentius, vobisque nichilominus archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus et aliis clericis, et personis ecclesiasticis, capitulis et conventibus, per apostolica scripta mandamus quatinus predictos amicos, familiares et servitores per terras et loca, districtus et portus vestros, cum funere predicti comitis ac equitaturis, saumeriis et aliis rebus, et bonis suis et quondam ipsius comitis, tran-

situm facientes, abire et transire libere permittentes, nullam eisdem amicis, familiaribus et servitoribus, cum eodem funere proficiscentibus, in personis, bonis, vel rebus suis molestiam inferatis, vel ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, quin potius eis de securo conductu, cum super hoc requisiti fueritis, adeo velitis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia liberaliter providere, quod nos devotionem vestram inde possimus merito commendare. Nos enim (in) omnes et singulos, tam clericos quam laycos, cujuscumque status, ordinis vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel quavis alia premineant dignitate, qui per se vel per alios, publice vel occulte, predictis amicis, familiaribus et servitoribus cum eodem funere proficiscentibus, impedimentum prestabunt, aut in personis, bonis vel rebus eorum molestiam vel violentiam aut injuriam inferre presument, excommunicationis, que in eos qui ad Sedem predictam venientes et ab ea recedentes impediunt per Sedem ipsam proferri certis solemnitatibus consuevit, declaramus sententiam incursuros. Datum Avinione, xv kal. novembris, anno octavo. »

1830 Avignon, 19 octobre 1323.

Universis personis ecclesiasticis et laicis, ut Geraldo de Lautrico, præposito ecclesiæ Avinionensis, capellano apostolico ad partes Sabaudiæ pro certis negotiis destinato, de securo conductu provideant. (Reg. 112, p. i, fol. 75 v°, c. 350.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, ectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis cet terisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis, ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et comunitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos dilectum — Datum Avinione, xiiii kal. novembris, anno octavo. »

1831 Avignon, 19 octobre 1323.

Eduardum, comitem Sabaudiæ, de obitu Amedei, comitis Sabaudiæ, genitoris ejus, consolatur eique ad pacem cum R[oberto], rege Siciliæ, perficiendam, operam suam offert. (Reg. 112, p. ii, fol. 84, c. 958.)

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Flebilem obitum Amadei, Sabaudie comitis, genitoris tui, cui cursum humane vite natura non statuit longiorem, jam ad te verisimiliter credimus pervenisse, de quo, etsi percussa caro dolenter ultra debitum filii lacrimas exigat defluentes, inter cetera tamen illud potissimum apud homines exemplo laudabile et meritorium apud Deum, tanquam infuso consolationis unguento, dolorem illati vulneris auferat nec desinat occulos lacrimosos quod idem tuus genitor, diebus pluribus eger jacens, et agente secum Altissimi, pietate previdens sibi mortis articulum imminere, de salute anime, velut catholicus, mature disposuit, et reverenter ac devote receptis sacramentis Ecclesie, reddidit Domino spiritum, corpus terre, nichilominus dies suos quos[1] in hoc seculo tam longa quam famosa successuum prosperitate produxerat sub colende pacis laudando proposito, sibi divina inspirante gratia, sicut pie supponimus, feliciter consummando. Ad[2] hoc quamvis concordie tractatus inter carissimum in Christo filium nostrum R., regem Sicilie illustrem, et dictum genitorem tuum perfectus totaliter nondum esset, quia tamen in perficiendo (*sic*) erat continuatis actibus de propinquo, si ad nos pro parte tua volueris mittere aliquam personam ydoneam super hujusmodi tractatus conditionibus informatam, parati sumus pro perfectione tractatus paternis studiis laborare; denique, velut de sincera patris affectione non dubius, non ommittens ad nos recurrere pro tuis necessitatibus confidenter. Datum Avinione, xiiii kal. novembris, anno octavo. »

1. Reg. *quod.*
2. Reg. *ac.*

1832 Avignon, 19 octobre 1323.

Henrico, electo Metensi, de oblatis Lucæ, tituli sanctæ Mariæ in Via Lata diacono cardinali, circa liberum transitum per terram dalphinatus Viennensis corporis quondam Amedei, comitis Sabaudiæ, gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 84 v°, c. 959.)

« *Henrico, electo Metensi, dalfinatus Viennensis gubernatori.* Referente nobis dilecto — Datum ut supra proxima. »

1833 Avignon, 20 octobre 1323.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, ut magistrum Geraldum de Lautrico, præpositum ecclesiæ Avinionensis, benigne recipiat eique fidem adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 84 v°, c. 960).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Cum nos dilectum filium magistrum Geraldum de Lautrico, prepositum ecclesie Avinionensis, capellanum nostrum, ad tuam presentiam destinemus, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, eundem capellanum nostrum benigne recipiens et habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, super hiis que tibi ex parte nostra vive vocis oraculo duxerit explicanda, sibi credere velis indubie ac prebere filialis promptitudinis intellectum, ad nos recursum confidenter super tuis oportunitatibus nichilominus habiturus. Datum Avinione, xiii kal. novembris, anno octavo. »

1834 Avignon, 21 octobre 1323.

Terminum ad postulandum pallium Guillelmo, de ecclesia Carcassonensi ad ecclesiam Auxitanam translato legitimisque causis impedito, usque ad festum dominicæ Resurrectionis proxime venturum prorogat. (Reg. 112, p. i, fol. 77, c. 356; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 105, n° 262.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo olim Carcassonensi, in archiepiscopum Auxitanum electo.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, xii kal. novembris, anno octavo. »

1835 Avignon, 23 octobre 1323.

Regi Franciæ, quod antequam litteræ regiæ præsentatæ fuissent, de archidiaconatu Pardiaci in ecclesia Auxitana jam dispositum erat. (Reg. 112, p. ii, fol. 4 v°, c. 505.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Serenitatem regiam volumus non latere quod, antequam littere regie per quas dilecto filio Arnaldo de Berbesano, clerico, de archidiaconatu Pardiaci in ecclesia Auxitana, regia petebat instantia p[ro]videri, nuper fuissent nostro apostolatui presentate, nos pro persona alia de illo duxeramus aliter disponendum. Quare nos super hiis habeat regalis providentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, x kal. novembris, anno octavo. »

1836 Avignon, 28 octobre 1323.

Johanni, archiepiscopo Tolosano, ut Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, germanos ejus, ad pacem cum Alienordi, comitissa Vindocinensi, habendam et ad monitis prioris Prædicatorum et gardiani Minorum fratrum Tolosæ obtemperandum inducat. (Reg. 112, p. ii, fol. 36, c. 706; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 106, n° 263, analyse.)

« *Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Audita dudum infeste turbationis discordia quam inter dilectos filios nobiles viros Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, germanos tuos, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Alionordim, comitissam Vindocinensem, dominam Montisfortis, ex altera, pacis hostis, humani generis inimicus suscitavit, consideratisque variis periculis que predicta dissentio (*sic*), nisi occurratur otius, comminatur, paterne solicitudinis diligentiam adhibere curavimus, sicut nosti, qualiter, odiorum fomitibus extirpatis, et predictis vitatis periculis, optate pacis inter eos concordia proveniret. Demum vero quod, litigiosis amfractibus et congressibus omnino dimissis hostilibus, vias amplectantur pacificas, unam vel duas communiter eligendo personas, que hujusmodi pacis et concordie zelatrices dissidentium corda consilient (*sic*), voluntatesque discordantes uniant, eisdem partibus dirigimus scripta nostra; dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., gardiano Minorum ordinum fratrum

Tholose, ut hujusmodi litteras nostras presentare memoratis partibus, easque solerter et efficaciter ad premissa studeant inducere, dantes nichilominus per alias nostras litteras in mandatis. Cum autem hujusmodi concordie reformatio, precipue presentis temporis conditione et qualitate pensatis, esse noscatur, sicut tua non ignorat prudentia, sepedictis partibus plurimum oportuna, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, premissis in examine recte considerationis deductis, apud eosdem germanos tuos quod exhortationibus nostris in hac parte salubribus, dictorumque prioris et gardiani monitis et caritativis inductionibus, promptis obtemperent affectibus et operosis studiis se coaptent, sic non solum consilio, sed ministerio cooperationis efficacis assistas quod, vepribus dissensionum precisis et predictis omnino sublatis periculis, ex temporis qualitate, sicut premittitur, ingruentibus, inter easdem partes tanta sanguinis connexitate conjunctas, actoris pacis suffragante gratia, lesa reformetur caritas, ac pacis et concordie unitas nutriatur, nosque tuam debeamus providentiam super hoc multipliciter in Domino commendare. Datum Avinione, v kal. novembris, anno octavo. »

1837 Avignon, 28 octobre 1323.

In e. m. comiti Convenarum. (Reg. 112, p. ii, fol. 36 v°, p. c. 706; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1838 Avignon, 28 octobre 1323

In e. m. Bernardo Jordani, domino de Insula, mutatis mutandis usque *oportuna*. (Reg. 112, p. ii, fol. 36 v°, c. 707; — L. Guérard, *loc. cit.*)

« Nobilitatem tuam rogamus — Datum ut supra. »

1839 Avignon, 4 novembre 1323.

Decano et capitulo ecclesiæ beati Martini Turonensis nuntiat se, occasione translationis capitis beati Martini de « cassa » argentea, in qua una cum corpore custoditur, in vase aureo a Carolo, rege Franciæ, faciendæ, quasdam indulgentias omnibus ad prædictam ecclesiam die hujus translationis et in anniversario ejusdem accedentibus, concessisse. (Reg. 112, p. i, fol. 76, c. 352.)

« *Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Laudabilis conscientie votum et piam flammam cordis in hiis que sint accepta divinis beneplacitis estuantis, in carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, erga divine majestatis obsequia et sanctorum ejus honorificentiam, devote pietatis studio mens intenta efficacia prosecutionis insinuat et piorum operum devotis actionibus manifestat. Ipse siquidem rex, sicut nuper per regios apices nostro apostolatui reseravit, ad insignem et gloriosissimum confessorem beatum Martinum, meritis inclitum et virtutibus corruscantem, cujus corpus venerabile in vestra ecclesia requiescit, precipue gerens devotionis affectum, reverendum capud (*sic*) ipsius de teca seu cassa argentea, in qua una cum dicto corpore custoditur, vocato et congregato cetu prelatorum cum cleri et populi pr[o]cessione solemni, celebri solemnitate transferre et in vase aureo, varietate gemmarum decenter ornato in eadem ecclesia venerabiliter conservando, quod idem rex ad id fecit preclaro opere cum sumptuum onere non modico preparari, devota honorificentia collocare proponit, ut ad laudem et gloriam divini nominis, et ut erga eundem confessorem precelsum devotio fidelium augeatur, capud ipsum in predicto vase aureo, bis in anno, clero et populo ad dictam ecclesiam confluentibus publice ostendatur, et majori veneratione colatur; quoniam pium et laudabile desiderium in hac parte favoris apostolici plenitudine prosequentes, vobis per alias nostras litteras dedimus in mandatis[1], ut ipsius regis devotioni et beneplacito in premissis vestros cum debita reverentia conformantes [affectus][2], translationem ejusdem capitis, modo premisso, absque cujuslibet difficultatis obstaculo, fieri permittatis. Volentes itaque, ad exaltationem et gloriam summi regis, ut universi fideles ad diem translationis hujusmodi, quam perpetuis temporibus celebrandam fore decernimus, confluentes, et qui, revolutis annorum[3] circulis, predicta die ob devotionem confessoris ejusdem ad ecclesiam confluent memoratam, spiritualium munerum efficientur participes et consortes, de omnipotentis [Dei] misericordia, et beatorum Petri et Pauli[4], apostolorum ejus, auctoritate confisi, omni-

bus vere penitentibus et confessis qui ad ejusdem sancti confessoris capud, die quo translationem hujusmodi contigerit, ut premittitur, celebrari, causa devotionis accesserint, tres annos et tres quadragenas, accedentibus vero illuc, singulis annis, in anniversario translationis ejusdem, unum annum et quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Avinione, II nonas novembris, anno octavo. »

1. N° 1840.
2. Ce mot, qui manque dans le registre, est donné par le texte de la lettre suivante (n° 1840) qui reproduit en grande partie celle que nous publions ici.
3. Reg. *armorum*.
4. Ces mots, depuis *misericordia*, sont, par erreur, répétés dans le texte du régistre.

1840 Avignon, 4 novembre 1323.

Eisdem decano et capitulo, ut dictam translationem fieri permittant. (Reg. 112, p. I, fol. 76, c. 353.)

« *Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Laudabilis conscientie votum[1] — et majori veneratione colatur; nos igitur, pium et commendabile ejusdem regis desiderium in hac parte favore apostolico prosequentes, ejusque[2] in hac parte piis supplicationibus annuere cupientes, discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, ejusdem regis devotioni et beneplacitis in premissis vestros cum debita reverentia conformantes affectus, translationem hujusmodi, absque cujuslibet difficultatis objectu, taliter fieri permittatis, non obstantibus quibuscumque statutis ejusdem ecclesie contrariis, juramento, confirmatione apostolica et alia quacumque firmitate vallatis, seu quibuslibet privilegiis vel indulgentiis apostolicis per que, seu occasione ipsorum, nullum impedimentum afferri vel obstaculum volumus interponi quominus presens mandatum executioni debite efficaciter demandetur; proviso ne dictum venerabile capud extra dictam ecclesiam deportetur. Datum ut supra. »

1. Pour le passage supprimé ici, voir la lettre précédente (n° 1839). L'index du registre mentionne ces deux actes dans une seule analyse.
2. Reg. *cujusque*.

1841 Avignon, 5 novembre 1323.

Petro Atrebatensi, Petro Vivariensi episcopis et Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori, ut in negotio Johannis, domini de Pertiniaco, ne dictus nobilis longa carceris detentione pregravetur, mature, irrequisito ejus diocesano, nisi jam requisitus erit, procedant. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 507; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans *op. cit.*, p. 428, n° VIII; extrait.)

« *Venerabilibus fratribus Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, et dilecto filio Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato.* Pridem pro parte viri nobilis Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, ejusque consortis ac nonnullorum linea parentele dicto nobili conjunctorum, ad nostram et fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam extitit insinuatione clamosa perlatum quod tu, fili inquisitor, ex odii fomite contra dictum nobilem provocatus, quedam imponens eidem que sapere pravitatem hereticam asserebas, ipsum capi Parisiusque adduci, et diro mancipari carceri procurasti, eidem sic capto varia gravamina multipliciter inferendo; ex quibus idem nobilis ejusque consors et nonnulli de ipsius nobilis genere te suspectum merito reputantes, et coram[1] te causas suspicionis varias allegantes ac etiam exprimentes, te legi[time] recusarunt. Et quia causas suspicionis hujusmodi admittere recu[sa]sti, nonnullis aliis gravaminibus accumulatis eisdem, ex parte ipsorum in scriptis extitit ad Sedem Apostolicam appellatum, cui seu quibus appellationibus irreverenter deferre renuens, contra dictum nobilem severius solito, non absque contemptu Sedis ejusdem multaque temeritate, procedere, sicut asseritur, presumpsisti. Nostre igitur provisionis remedio, pro parte nobilis et aliorum predictorum humiliter super hiis implorato, nos, cum eisdem fratribus deliberatione prehabita diligenti, ac multis hinc inde in examen recte considerationis adductis, cupientes ne splendorem negotii fidei contingeret per inordinationem aliquam obfuscari nec prefatum nobilem contra justitiam pregravari, per nostras certi tenoris litteras tibi dedimus in mandatis[2], ut sic juste et mature curares in premissis procedere, quod

dicto nobili et aliis supradictis de te conquerendi materia merito non subesset, nec nos oporteret aliud super hoc remedium adhibere, tibi, de eorundem fratrum consilio nichilominus inhibendo ne ad sententiam contra prefatum nobilem, nisi vocato diocesano, ad quem eorundem criminum propositorum et proponendorum contra ipsum cognitio pertinet, seu, ipso diocesano nolente vel non valente premissis intendere, cui procedendi in eodem negotio extra suam diocesim absque alicujus ordinarii prejudicio licentiam et auctoritatem per easdem tribuimus, vobis, fratres episcopi, vocatis, quos unius loco haberi volumus, et quos et vestrum quemlibet, ubi ambo nequiretis vel nolletis interesse, in ipsius diocesani locum, in casu predicto, quoad premissa omnia subrogavimus, vobisque duobus et vestrum singulis juxta ordinationem predictam, tu, inquisitor prefate, processum contra prefatum nobilem habitum et habendum communicares ex integro[3], procedere quomodolibet attemptares; attentius provisurus quod, si forsan inter te et diocesanum predictum seu vos, episcopos predictos subrogatos eidem, circa processum vel proferendam sententiam dubietas vel contrarietas quomodolibet oriretur, nequaquam, nobis inconsultis, procedere presumeres ad sententiam proferendam. Decernimus quoque irritum et inane si secus, per vos, episcopos et inquisitorem predictos vel eundem diocesanum, contingeret attemptari; vobisque, predictis episcopis, dedimus in mandatis ut, in eo casu quo diosanus ejusdem nobilis non posset vel forsan nollet tecum, inquisitore predicto, super premissorum executione personaliter interesse, vos vel alter vestrum loco diocesani predicti, etiam extra vestras civitates et dioceses, illa tecum, inquisitore prefato, procuraretis exequi, quacunque constitutione contraria non obstante, prout in diversis litteris nostris vobis directis super hoc plenius continetur. Cum autem, propter diversa domicilia que dictus nobilis in diversis locis habere dicitur, quis ejus sit diocesanus hesitari probabiliter et negotium posset hujusmodi, non absque periculis, retardari, nos super hiis, et ne dictus nobilis longa detentione carceris contra justitiam pregravetur diutius, providere salubriter cupientes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, dicti episcopi, vel alter vestrum una tecum, inquisitore predicto, prefati nobilis, irrequisito diocesano, nisi ante presentationem presentium vobis faciendam extitisset super hiis, cui in tali casu prejudicare non intendimus, forcitan requisitus, mature procedere super eodem negotio studeatis, aliarum litterarum nostrarum tenoribus plene super omnibus aliis observatis. Datum Avinione, nonis novembris, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait plutôt *contra*.
2. 5 septembre 1323 (n° 1786); voyez aussi n°s 1787 et 1792.
3. Le sens de cette phrase, d'ailleurs peu correcte, est plus clairement exprimé dans le passage analogue de la lettre publiée ci-dessus, n° 1786.

1842 Avignon, [5 novembre] 1323.

Regi Franciæ prædictarum litterarum transcriptum mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 506; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 428, n° VII.)

« *Ipsi regi* [*Francie*]. Serenitatis regie litteris super negotio domini de Pertiniaco per nos licet tarde receptis, verentes quod inquisitor ante provisionem a nobis super hoc faciendam requisivisset ordinarium nobilis antedicti, idcirco eidem inquisitori et ejus in hac parte collegis sub certa forma per nostras patentes litteras scribendum providimus in forma quam continet cedula presentibus interclusa. Datum Avinione, novembris[1], anno octavo. »

1. *Sic*, la date est donc incomplète, mais cette lettre n'est évidemment pas antérieure au document dont elle fait mention, que nous publions ci-dessus, n° 1841 et qui est du 5 novembre. On peut croire que le mot *nonis* a pu être omis ici. Dans tous les cas la date ne peut être postérieure au 13, jour des ides, le 14, suivant le calendrier grégorien, correspondant au 18 des calendes de décembre.

1843 Avignon, 5 novembre 1323.

Scoto, episcopo Convenarum, ut pro quærendo et adhibendo remedio super infirmitate gravi qua affligitur, extra suas civitatem et diocesim usque ud unum annum immorari valeat. (Reg. 112, p. II, fol. 36 v°, c. 708; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 106, n° 264, extrait.)

« *Venerabili fratri Scoto, episcopo Convenarum.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, nonis novembris, anno octavo. »

1844 Avignon, 7 novembre 1323.

Duorum annorum et duarum quadragenarum in festo, ac centum dierum pro singulis diebus octabarum translationis corporis sancti Ludovici, episcopi, in ecclesia fratrum Minorum Massiliensium, die martis proxime celebrandæ, indulgentias omnibus fidelibus prædictam ecclesiam visitantibus concedit. (Reg. 112, p. i, fol. 76 v°, c. 354; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 255, n° 517[1].)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Ante tronum divine — Datum Avinione, vii idus novembris, anno octavo. »

1. Avec la date du 8 novembre, qui est une erreur.

1845 Avignon, 7 novembre 1323.

Mathildi, comitissæ Valesii, ut Mariæ, natæ suæ, Caroli, ducis Calabriæ, sponsæ, celerem apud eumdem Carolum procuret adventum. (Reg. 112, p. ii, fol. 5, c. 508.)

« *Nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Affectu benigno recepimus tue magnificentie litteras quibus inter dilectum filium nobilem virum Carolum, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenitum, ducem Calabrie, per suos videlicet nuntios ad hec specialiter destinatos, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii comitis Valesii, viri tui et tuam natam, ex altera, nuper contractum fuisse matrimonium, cum immensitate letitie descripsisti, super affectione speciali quam habuimus circa perfectionem hujusmodi negotii nichilominus gratiarum referens actiones. Sane scire te volumus, filia, antequam nos, attendentes rei publice, ac Francie et Sicilie domorum inclitarum, ad quas privilegio singularis amoris afficimur, utilitatem et honorem, actore Deo, ex hujusmodis copula proventuros, ad hec magis ex debito quam ex gratia reputamus et reputavimus nos astrictos; verum quia nichil placibilius extimamus pro nunc accedere dicto duci quam si sibi sponsa sua prefata celeriter mitteretur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatenus super acceleratione missionis hujusmodi operosam adhibere diligentiam tua prudentia non postponat. Datum Avinione, vii idus novembris, anno VIII°. »

1846 Avignon, 7 novembre 1323.

Regi Franciæ respondet quod de negotiis Lombardiæ nil aliud rescribendum videtur. (Reg. 112, p. ii, fol. 5, c. 509.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Cum super contentis in quibusdam litteris regiis de Lombardie negotiis facientibus mentionem, nuper nobis per dilectum filium nobilem virum R., comitem Bol[onie][1] presentatis, serenitati regie per nostras litteras postmodum duxerimus respondendum, non videmus, cum non occurrat aliud quam tunc scripseramus, regie magnificentie super hoc presentialiter rescribendum. Datum Avinione, vii idus novembris, anno octavo. »

1. Le registre porte simplement *Bol.* Il s'agit sans doute de Robert, comte de Boulogne; voyez ci-après n° 1848.

1847 Avignon, 7 novembre 1323.

Comiti Valesii, quod petitiones ejus, a Petro de Cunheriis præsentatæ, una excepta, exauditæ fuerunt. (Reg. 112, p. ii, fol. 6, c. 516.)

« *Comiti Valesii.* Veniens nuper ad nostram presentiam dilectus filius nobilis vir Petrus de Cuncheriis (*sic*), miles, tue magnificentie litteras de credentia nostro apostolatui presentavit, petitiones nonnullas sub dicta credentia pro parte tue nobilitatis in scriptis nichilominus offerendo, de quibus illas, quas, secundum Deum potuimus, ad exauditionis effectum favorabiliter duximus admittendas. Verum quia super una de dictis petitionibus cum nostra decentia ad presens concedere non possumus votis tuis, si[cut] dicto militi plenius expressimus et ipse tue excellentie poterit etiam reserare, nos habeat super hoc tua providentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, vii idus novembris, anno octavo. »

1848 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, super quibusdam passagium transmarinum tangentibus respondet eique G[uillelmum]

Viennensem archiepiscopum, et Dominicum, professorem, legatos mittit[1]. (Reg. 112, p. II, fol. 9, c. 537-538; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1323, § XI, extrait[2].)

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Serenitatis regie litteras nobis hiis diebus per dilectos filios nobiles viros Robertum, comitem Bononie, et Matheum de Varenis, ac Petrum de Cunheriis, milites, regalis excellentie nuntios presentatas, solita benignitate recepimus per quas, inter cetera, regia circumspectio postulabat ut ipsis, super hiis que pro parte regia nobis exponerent super negotio Terre Sancte, vellemus fidem plenariam adhibere; post que nuntii antedicti imposita sibi prudenter nobis verbo plene curaverunt exponere, et in scriptis postmodum assignare. Scripture autem nobis per ipsos oblate translate de gallico in latinum talis noscitur esse tenor :

Hoc est quod nuntii regis Francie dixerunt nostro Sancto Patri postquam viderat et inspexerat quasdam litteras credentie quas ipsi dederant et presentaverant eidem ex parte regis (*in rubro*)[3].

« Primo, nuntii regis recitaverunt breviter nostro Sancto Patri qualiter dominus et archiepiscopus Viennensis et magister lector sacri palatii presentaverant, ex parte nostri Sancti Patris, bullam ipsius domino regi Francie quam rex ipse, sicut verus filius, multum devote receperat, et post hoc dixerat dictus archiepiscopus, ex parte ejusdem nostri Sancti Patris, regi prefato quomodo idem noster Sanctus Pater, motus ex magna pietate et ex magna devotione, habebat et habet magnam affectionem et voluntatem quod viagium fieret pro recuperatione Terre Sancte, et una cum hoc dixerat idem archiepiscopus plura verba gratiosa que dicti nuntii nostro Sancto Patri recitaverunt summatim, et ideo non est necesse de eis facere amplius mentionem in scriptis.

Item, cum dicti nuntii regis recitassent nostro Sancto Patri ea que ex parte ipsius dominus archiepiscopus Viennensis dixerat domino regi, dixerunt dicto nostro Sancto Pratri qualiter dominus rex et dominus de Valesio, ejus patruus, erant leti et gaudentes de optima voluntate et magna affectione quam noster Sanctus Pater habet ad sanctum viagium, quia credunt firmiter quod per consilium et deliberationem nostri Sancti Patris, et per auxilium quod faciet sancto viagio, ponendo suam bonam voluntatem in opere, negotium veniet ad talem fructum qui erit acceptabilis Deo, utilis et honorabilis toti populo christiano.

Item dixerunt dicti nuntii nostro Sancto Patri quod rex et dominus de Valesio habent tantam voluntatem et tantam affectionem quod viagium fiat pro recuperatione Terre Sancte quod, de aliqua re que posset eis contingere, non haberent tantum gaudium quantum haberent si, eorum tempore et procuratione(m) et labore(m), eorum, Terra Sancta recuperari posset, ita quod ibi Deo serviretur et fides christiana exaltaretur. Et mostrando bonam voluntatem eorum, offerunt se ad assumendum viagium et ad faciendum capitaneum a domino rege in propria persona, vel de domino de Valesio, ejus patruo, dum tamen videatur quomodo sumptus poterunt fieri.

Item dixerunt dicti nuntii regis quod rex, mostrando suam bonam voluntatem quam habet ad recuperationem Terre Sancte, vult implere quicquid alias per nuntios suos obtulerat nostro Sancto Patri causa dicti viagii, et si videatur nostro Sancto Patri quod rex debeat et possit plus facere, rex vult id adimplere juxta consilium nostri Sancti Patris, retento statu suo et regni sui.

Item, quia nuntii nostri Sancti Patris dixerant regi quod intentio nostri Sancti Patris erat quod dominus de Valesio, si assumeret viagium, duceret secum IIII^m equitum armatorum et XV^m peditum, cum mille equitibus armatis quos facerent gentes Hospitalis, et cum gentibus que irent illuc ex devotione, et dixerunt iidem nuntii nostri Sancti Patris quod intentio nostri Sancti Patris erat quod dominus de Valesio et illi qui cum eo irent in sancto viagio per quinque annos continue[4], dominus rex habuit consilium si, cum illa quantitate gentium posset, per se vel per dominum de Valesio, patruum suum, assumere sanctum viagium, et fuit sibi consultum per plures valentes viros, quorum aliqui fuerant in Terra Sancta, quod regi Francie vel filio regis Francie, sicut est dominus de Valesio, non competebat ire in Terram Sanctam nisi duceret tot gentes secum quod posset tenere campos contra inimicos fidei, et dicebant quod non vide-

batur eis quod rex vel dominus de Valesio posset tenere campos in Terra Sancta contra gentes Soldani cum paucioribus gentibus quam x^{m} equitum armatorum, quia Soldanus, sicut dicebant, bene potest ducere secum LX^{m} equitum armatorum, et ideo non consulebant quod rex vel dominus de Valesio assumeret viagium cum III^{m} equitum armatorum. Verumtamen quia dominus rex, et dominus de Valesio, qui habent firmam spem quod omnis[5] victoria venit a Deo plus quam a multitudine gentium, et quia nimis grave est eorum cordibus quod Terra Sancta maneat in manibus inimicorum fidei, sunt ex toto[6] desiderantes assumere viagium in confidentia et in adjutorio Dei cum illa quantitate gentium quam noster Sanctus Pater significavit regi per nuntios suos, et ad id, offerunt corpora sua et gentes suas in quantitate predicta, dummodo provideatur primo quomodo satisfactio potest fieri III^{m} equitum armatorum et XV^{m} peditum; et fecit rex deliberari per consilium suum sumptus necessarios ad hoc viagium. Et videtur consilio regis quod, tam pro preparamento navigii quam pro sumptibus et expensis que fient in passagio, magnas oportebit fieri expensas que tamen bene poterunt solvi de duabus decimis quas noster Sanctus Pater ordinavit, et residuum, si quod fuerit, poterit converti in projectum sancti passagii.

Item, pro solvendis stipendiis III^{m} equitum et XV^{m} peditum, pro tenendo navigio in statu, pro sumptibus marinariorum, pro preparamento gentium armorum, pro restauratione equorum, pro statu capitanei tenendo, pro donis necessariis in explorationibus et aliis gentibus, bene necessarie essent sexdecies C^{m} librarum turonensium annuatim, et hoc potest monstrari nostro Sancto Patri per partes quandocumque sibi placuerit.

Et dixerunt nuntii regis nostro Sancto Patri, quod durum esset quod omnes sumptus, qui sunt tam grandes sicut apparere potest per ea que supradicta sunt, sumerentur in regno Francie, cum illud negotium tangat omnes principes Christianitatis, sicut nostrum Sanctum Patrem, cardinales, archiepiscopos, episcopos, abbates et omnes personas ecclesiasticas, regem Francie et omnes alios reges christianos, duces, comites, barones et totum populum christianum; et propterea pertinet ad quemcumque sustinere suum fascem et suum onus de tanto quantum eum contingit, et non esset rationabile quod super rege Francie et super regno suo dumtaxat sumerentur omnia constamenta viagii. Et credit rex firmiter quod noster Sanctus Pater bene habet tantum de amicitia ad ipsum et ad regnum suum quod nollet ut super regno suo sumerentur tam grandia constamenta.

Et sit totus certus noster Sanctus Pater quod decime quas obtulit pro sancto viagio non sunt tanti valoris, sicut datur sibi intelligi.

Item valor et extimatio legatorum factorum Terre Sancte est incertus; similiter est valor et estimatio truncorum indulgentiarum, et forte erunt minoris valoris quam credat noster Sanctus Pater, maxime propter devotionem populi que est valde parva temporibus modernis. Et quia res iste sunt incerte, non videtur domino regi nec consilio suo quod super ipsis homo possit assumere tam grandem rem sicut est sanctum passagium, nisi aliter essent certificate. Et videtur quod, pro illis certificandis, quod ipse res incerte inciperentur levari per spatium unius anni, ut melius sciri posset earum extimatio. Provideat super hoc discretio nostri Sancti Patris quomodo constamenta istius viagii posunt inveniri, tam super principes terrenos et super totum populum Christianitatis, clericos et laycos, sine expediendo aliquo, quia negotium ita tangit unum sicut alium. Et rex Francie, propter magnam devotionem et m[a]gnam voluntatem quam habet ad recuperationem Terre Sancte, sustinebit et concordabit quicquid nostro Sancto Patri placuerit ordinare, retento statu suo et regni sui; velit itaque super hiis tales portiones ponere quod Terra Sancta possit recuperari et fides christiana exaltari et Christiani, qui coherent terris Soldani, propter defectum auxilii non arceantur ad malam fidem, et ad dimittendum fidem christianam. »

[C. 538]. Nos itaque plenius intellectis tam que littere regie quam que scriptura predicte nobis per nuntios prefatos exhibite continebant, intensum desiderium quod tu, fili, ac comes predictus ad eripiendam Terram Sanctam de impiorum manibus geritis percepimus evidenter, pro quo vobis gratiarum actiones uberes exolventes, illi cui subesse posse, cum voluerit, noscitur, a quo illud non ambigimus processisse, humi-

liter supplicamus ut vos in illo corroberet et confirmet viamque opportunam aperiat per quam ad ejus laudem, exaltationem fidei ac vestrarum animarum salutem, ipso cooperante, possitis exequi et complere. Volumus autem celsitudinem regiam non latere quod nuntii antedicti, requisiti quod oblata alia per magnificientiam regiam in subsidium antedicti negotii, de qua oblatione habetur mentio in scriptura predicta, specifice vellent exprimere, hoc facere recusarunt, quodque, cum prefatis exposuissemus nuntiis quod predicta subsidia regia que sunt : videlicel ccc^{m} librarum turonensium, necnon et quod ordinaret cum effectu quod, de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui a x solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et venditor aliam, et, de viginti solidis, quilibet unum denarium, et de triginta, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, oblata fuerant per nuntios regios, multis adjectis conditionibus impossibilibus et incertis, videlicet : si nos, sicut habemus et nos decet, et pro honore Dei et nostro et totius universalis Ecclesie noscitur expedire et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei et nostrum ac sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis dicta passagia compleantur; ipsosque requireremus utrum excellentia regia num illa offerret pure subsidia, an sub conditionibus memoratis, ad hoc etiam respondere minime voluerunt.

De hoc autem quod dicta scriptura videtur supponere, videlicet quod nostri nuntii obtulerant quod Hospitalarii mille equites debeant cum prefatis IIII^{m} destinare, fuimus, nec immerito, admirati, cum hoc nunquam per nos fuerit eis impositum dicere, nec hoc habet credentia ipsis data, ipseque archiepiscopus Viennensis coram prefatis nuntiis regiis dixit et constanter asseruit quod illud sibi nequaquam commissum fuerat, nec per ipsum de hoc mentio aliqua facta fuit. Tenemus tamen indubie quod, si fiat passagium, ipsi Hospitalarii equitum subsidium, quod valebunt, curabunt mittere ; nosque ut hoc faciant sollicitudinem, dante Domino, adhibebimus oportunam.

Postquam autem, pluribus collationibus habitis super contentis in scriptura predicta cum nuntiis antedictis, ac tandem deliberatione cum fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus prehabita diligenti, visum est nobis et ipsis fratribus quod, cum regi[s] assertione veridica, procul dubio est tenendum quod ereptio Terre Sancte de impiorum manibus omnes principes, tam ecclesiasticos quam mundanos, tangere noscitur, necnon et omnes religionis catholice professores, justumque foret quemlibet conferre debere ad prefatum exequendum negotium ac unumquemque circa hoc onus proprium supportare; quod utinam, fili carissime, omnes viri catholici mente perciperent, profit[er]entur ore et opere adimplerent! Sic onus cujuslibet leve existeret ac suave! Sic utique prompte posset et faciliter eripi Terra predicta, quantum humana nosse sinit fragilitas, de manibus impiorum. Quis enim nesciat quod contra Redemptorem nostrum committitur, in omnium injuriam redundare ? Quis rursus ignorat Christicolarum omnium interesse Terram illam Sanctam, ortus redemptionis ejusdem gratia illustratam, conversationis decoratam presentia, passionis beneficio et sui preciosi aspersione sanguinis consecratam, que violenter per Agarenos detinetur immundissimos occupata, queque eorum immunda contr[ecta]tione polluitur, de ipsorum manibus eripi, et ad Christicolarum manum ad ejusdem Redemptoris nostri laudem et gloriam, ac consolationem ingentem fidelium revocare ? Profecto hec non debent ignota fore fidelibus utentibus ratione.

Sane, fili carissime, circa premissa difficultas quedam nobis et dictis fratribus in uno se obtulit, et in alio impossibilitas se ingessit. Numquid non difficile taxare cuilibet onus quod pro dicto negotio ad ipsum debeat pertinere, summamque predictam sexdecies c^{m} librarum turonensium dividere inter omnes? Utique videtur difficile nimis nobis. Numquid non, et si hoc posset fieri, exequi impossibile videretur? Procul dubio nobis, et predictis nostris fratribus sic videtur. Ad id autem quod dicitur quod probetur per unum annum quantum emolumenta ex indulgentiis concedendis possent ascendere, respondemus quod veremur, nos et fratres nostri predicti, plurimum quod plus hec probatio negotio officeret quam prodesset. Si enim indulgentie concedantur antequam negotium per aliquem principem assumatur et tempus ad inchoandum pas-

sagium prefigatur, devotio populi, que satis hiis temporibus tepuit, tepescet amplius, et quasi in grave dicti negotii prejudicium ad nichilum redigetur. Preterea, ex collectione horum annali, nulla pro annis sequentibus posset haberi certitudo. Non enim sequitur quod, qui hoc anno obtulit, in sequenti similiter offerat, immo contrarium est potius concludendum. Item talis probatio universitates posset retrahere ne ad subsidium faciendum per eas aliquis consentiret; poterunt etenim singuli dicere : nos jam obtulimus quod offerre volebamus assecutique indulgentias, nolumus ad amplius nos ligare; sicque quod aliquorum conjectura ad id prodesse ex[is]timat, offuturum experientia demonstraret.

Circa legata autem relicta pro Terre Sancte subsidio presentialiter exigenda, istud occurrit dubium quod, si illa exigantur antequam aliquis princeps prefatum assumat negotium, qui debent hoc reputent perditum, viasque et cautelas varias, ne illa solvant, adhibeant, et ad non relinquendum imposterum in dicti negotii grande dispendium occasio tribuatur. Ad id autem quod scriptura continet supradicta : quod benivolentia regia voluntatem quam gerit ad Terre Sancte recuperationem indicans, complere vult quicquid alias nobis per suos nuntios causa dicti viagii obtulit, et, si nobis videtur quod amplius debet et potest agere, id etiam, retento suo et regni sui statu, juxta nostrum consilium paratus est adimplere; gratias eidem offerentes multimodas, respondemus quod circumspectio regia, que vires sui patrimonii novit plenius et onera non ignorat, hec potest disponere melius quam nos qui prorsus talia ignoramus.

Hec sunt, fili carissime, dubia et pericula que circa contenta in scriptura predicta ipsorumque executionem nobis et predictis nostris fratribus occurrerunt. Verum, si providentie regie ac circumspectioni comitis antedicti expediens videatur quod nos, premissis non obstantibus, principibus christicolis, ecclesiasticis et mundanis, necnon et clero ac populo fidei cultoribus christiane debeamus pium, quod tu et comes ipse ad dictum negotium desiderium geritis, et propositum quod ad illud assumendum habetis laudabile nuntiare, ipsosque exhortationibus inducere ac precibus eorum animos inclinare ut in expensas contribuere debeant antedictas, ac indulgentias concedere subvenientibus memorato negotio ipsasque facere publicari, ac helemosinas convertendas in dicto negotio facere colligi juxta morem per Ecclesiam in talibus hactenus observatum, necnon et legata relicta pro Terre Sancte negotio antedicto, licet vereamur admodum nos et fratres nostri predicti quod, ex inductionibus et exhortationibus antedictis, nulla vel modica utilitas subsequatur, parati tamen sumus hoc prompte exequi et cedule (*sic*) adimplere. Postremo, fili carissime, circumspectionem regiam volumus indubie hoc tenere quod oblationem quam sibi, personaliter prosequenti dictum negotium, alias fecimus, qua nulla major per aliquem de premissis[7] nostris facta cuiquam extitit nec equalis, aut illa[m] quam fecimus, si dictum comitem sub tuo capitaneatu contingeret proficisci, parati sumus juxta formam et modum in ea contentos realiter exequi et complere, non revocantes in dubium, si premissa per nos et regiam celsitudinem oblata super hiis realiter levare[n]tur, quin suficerent ad prosequendum dictum negotium, cum numero equitum et peditum predictorum; teneatur et indubie quod, ultra predictum numerum, multi tam de regnis tuis predictis quam aliis, in expensis aliis confluerent, et ultra forcitan quam negotio expediret. Ad hoc autem menti regie vive vocis mi[nis]terio efficacius imprimenda, venerabilem fratrem G., Viennensem archiepiscopum, et dilectum filium Dominicum, ordinis beati Dominici et professorem, viros utique religione conspicuos et meritorum suorum consideratione nobis et fratribus nostris acceptos, et eorum quemlibet ad regalem presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet rogamus providentiam regiam super premissis fidem plenariam adhibere. Datum Avinione, VII° idus novembris, anno octavo. »

1. Au sujet de ce projet de croisade, voyez ci-dessus les n°s 1562, 1571-1573, 1682-1711.
2. Avec la date *VII idus septembris* qui n'est pas conforme au texte du registre.
3. Ces deux mots indiquent que le titre précédent devait être en rubrique.
4. *Sic*, la phrase est inachevée, il manque au moins un verbe tel que *morarentur*.
5. Reg. *onus*.
6. Il semble qu'il manque ici un mot tel que *corde*.
7. *Sic*, pour *predecessoribus*.

1849 [Avignon, 7 novembre 1323.]

Instructio prædictis nuntiis ad regem Franciæ destinatis data. (Reg. 112, p. ii, fol. 11, c. 539.)

« *Instructio data nuntiis missis regi pro negotio Terre Sancte.* Hec est instructio data venerabili fratri nostro G , archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori et lectori in Romana curia super hiis super quibus per nos in Franciam... [1].

Primo, carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, ex parte nostra in Domino salutabunt, affectionem sinceram quam ad ipsum regnaque sua et domum regiam specialiter gerimus recensentes. Deinde proponetur per ipsos quomodo nuper dilectos filios nobiles viros Robertum, comitem Bononie, et Matheum de Varenis, ac Petrum de Cuncheriis (*sic*), milites et nuntios regios ad nostram presentiam cum litteris regiis de credentia destinatos, benigne recepimus, et eorum credentiam quam primo verbo coram nobis proposuerunt et subsequenter in scriptis dederunt, audivimus et intelleximus diligenter, que quidem credentia de gallico in latinum translata noscitur esse talis.

Hoc est quod nuntii regis Francie dixerunt nostro Sancto Patri, etc. ut supra proxima [2]. Item proponent quod nos, visis et diligenter inspectis que littere regie nobis presentate ac scriptura continebant predicte, perceptoque intenso desiderio quod dicti rex et comes habent ad heripiendam (*sic*) Terram Sanctam de manibus impiorum, inde sibi gratiarum exolvimus actiones apud Deum qui eis hujusmodi sanctum propositum inspiravit, precibus et supplicationibus devotis instantes ut illud exequendi et complendi vias aperiat et tribuat facultatem.

Item proponent quomodo nuntii predicti regii, requisiti quod oblata alias per dictum regem in subsidium dicti negotii, de qua oblatione in eadem scriptura mentio specialis habetur, curarent exprimere specifice, hoc facere recusarunt.

Item quod, cum exposuissemus eisdem nuntiis quod dicta subsidia regia, que sunt videlicet m^{m} librarum turonensium, necnon et quod ordinaret cum effectu rex prefatus quod, de omnibus que venderentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor, de x solidis solveret unam pictam, et venditor aliam, et sic de quolibet decennario, prout quantitas ascenderit, emptor et venditor solvere tenerentur, oblata fuerant [h]actenus per nuntios regios, multis adjectis conditionibus impossibilibus et incertis [3] — exequi et complere.

Item quod non revocamus in dubium, si premissa per nos et eundem regem oblata super hiis realiter levarentur, quin sufficerent ad prosequendum dictum negotium cum numero equitum et peditum predictorum.

Item proponent quod nos tenemus indubie quod, ultra dictum numerum, multi tam de regnis predictis quam aliis, in expensis aliis confluerent, et ultra forcitan (*sic*) quam negotio expediret [4]. »

1. Lacune ; il manque un terme tel que *destinantur.*
2. Voyez ci-dessus, n° 1848 (c. 537).
3. La suite de ces instructions n'est que la répétition, en des termes à peu près analogues, de ce que le pape écrit au roi de France dans la lettre précédente n° 1848 (c. 538).
4. La date est donnée par le document précédent n° 1848, qui annonce l'envoi des légats.

1850 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, de dictorum nuntiorum missione, de pace inter Armenos et Soldanum, sub tributo annuo more solito persolvendo, reformata, et de regis Lithuaniæ et Ruthenorum Romanæ Ecclesiæ unitati subjacendi intentione. (Reg. 112, p. ii, fol. 12, c. 540; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1323, § x, extrait).

« *Carolo, regi Francie.* Ad nostram nuper presentiam venientes dilecti filii nobiles viri Robertus, comes Bononie, et Matheus de Varennis, ac Petrus de Cuncheriis (*sic*), milites, regalis excellentie nuntii [1], litteras regias de credentia nostro apostolatui presentarunt, qui per nos affectu benigno recepti, sanctum et laudabile propositum, utique plurimum nobis gratum, quod circa liberationem Terre Sancte de manibus Infidelium cordi regio divinitus, sicut indubie credimus, Altissimus inspiravit, in nostra et nonnullorum fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium recensentes presentia, ea que super negotio passagii transmarini juxta commissam [2] sibi per easdem litteras credentiam proponere voluerunt, primo prudenter et discrete ver-

botenus explicarunt, et subsequenter sub certis capitulis tradiderunt in scriptis, super quibus nos, cum eisdem nuntiis multis collationibus, et cum dictis fratribus nostris profundis et maturis deliberationibus habitis, ecce quod, ad responsionem ac intentionem nostram providentie regie plenius super hiis explicandam, venerabilem fratrem nostrum G., archiepiscopum Viennensem, ac dilectum filium Dominicum, fratrem Predicatorum, sacre theologie professorem, et in curia Romana lectorem, de quorum circumspectione provida et fidelitate probata plene confidimus, destinandos[3]. Quocirca serenitatem regiam rogamus, attentius et hortamur quatinus nuntios ipsos benigne recipere sibique super predictis velit celsitudo regia fidem indubiam adhibere, predictosque nuntios ad nos et Sedem eandem remittere celeriter et fideliter expeditos.

Ceterum ad gaudium celsitudini regie nuntiamus fide dignis relatibus noviter accepisse quod, sub tributo annuo quinquaginta millium florenorum Soldano per Armenos more solito persolvendo, pax est inter eos pro annis XV reformata et in eis partibus publicata jamque Armeni, propter guerram profugi, ad propria sunt reversi; que quidem pax ab Armenis acceptabilis reputatur.

Rursus Gedennensis, qui se regem Lethonie[4] et Ruthenorum intitulat, nobis nudius per suas litteras nuntiavit se desiderare intense cum suis regnicolis sacrosancte Romane Ecclesie subjacere unitati, supplicans a nobis legatos sibi, qui eum ad fidem ortodoxam admittant et in ea salubriter instruant, destinari, super quibus per nuntios nostros plenius informari poterit regia celsitudo. Datum Avinione, VII idus novembris, anno octavo. »

1. Reg. *nuntiis*,
2. Reg. *commissum*.
3. *Sic*, il faudrait *destinamus*, ou ajouter le mot *duximus* comme on le lit dans la lettre n° 1847, vers la fin : *duximus destinandos*.
4. *Sic*, il faudrait plutôt *Gediminus* et *Lithuanie*.

1851 Avignon, 7 novembre 1323.

Eidem, ut nuntiorum regiorum moram excusatam habere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 12 v°, c. 541.)

« *Eidem regi*. Super hiis que dilecti filii nobiles viri Robertus, comes Bononie et Matheus de Varenis ac Petrus de Cuncheriis (*sic*), milites, excellentie regie nuntii nuper ad nostram destinati presentiam, primo verbotenus, juxta commissam sibi per litteras regias credentiam, prudenter et discrete super negotio passagii transmarini proponere curaverunt, et subsequenter tradiderunt in scriptis, sanctum et laudabile propositum, utique nobis gratum, ad ereptionem Terre Sancte de manibus Infidelium cordi regio divinitus, sicut indubie credimus, inspiratum, nichilominus rescencendo (*sic*), cum eisdem nuntiis collationibus pluribus cum fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus profundis et maturis deliberationibus habitis, ecce quod per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et in curia Romana lectorem, de quorum circumspectione provida et fidelitate probata confidimus, quos ad regalem destinamus presentiam, responsionem et intentionem nostram super hiis providimus plenius explicandam, prefatos nuntios regios, quos de diligenti et circumspecta prosecutione dicti negotii coram nobis et eisdem fratribus plurimum commendamus, ad ipsam regalem presentiam remittentes. Ad hoc, quoniam arduitas et perplexitas negotii maturam et exactam indaginem exigens, discrasiaque quasi universalis reumatis in hiis eo tunc partibus ingruentis, qua nos, licet modicum, et magna pars fratrum nostrorum predictorum per aliqua tempora gravati extitimus, nuntiorum regiorum expeditionem celeriorem, ultra quam forte speraret providentia regia, protelavit, quesumus ut moram nuntiorum ipsorum excusatam habeat regia celsitudo. Datum ut supra. »

1852 Avignon, 7 novembre 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, Guillelmum archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, sacræ theologiæ professorem, nuntios apostolicos commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 12 v°, c. 542.)

« *Marie, regine Francie*. Accedit nobis ad gaudium, filia carissima, multaque letitia consolamur in Domino, dum de statu tuo prospero nobis frequenter

rumores placidi nuntiantur, quem votivum continuis successibus et felicem nobis intimare frequentius regalis excellentia, quesumus, non ommittat. Ceterum cum super hiis pro quibus carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, vir tuus, super negotio passagii transmarini suos nuntios et litteras hiis diebus duxit ad nostri apostolatus presentiam transmittendos, et ad intentionem nostram sibi super hoc plenius explicandam, venerabilem fratrem nostrum G., archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et lectorem in Romana curia, Apostolice Sedis nuntios, ad ejusdem regis presentiam specialiter destinemus, excellentiam regiam rogamus attentius et hortamur quatinus ipsos nuntios habens tua clementia pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius com[m]endatos, ut feliciter expediti ad nos et eandem Sedem celeriter redeant, partes operose solicitudinis regalis benignitas interponat. Datum ut supra. »

1853 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 13, c. 543.)

« *Carolo comiti Valesii.* Nuper ad nostram — Datum ut supra. »

1854 Avignon, 7 novembre 1323.

Ludovico, comiti Clarimontis, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 13, c. 544.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis*[1]. Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione ut supra. »

1. La rubrique qui avait été oubliée, est écrite à l'encre noire. On lit aussi, dans la marge inférieure : *Ludovico, comiti Claromontis.*

1855 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Petro, electo Carcassonensi. (Reg. 112, p. II, fol. 13, p. c. 544.)

1856 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 112, p. II, fol. 13, p. c. 544.)

1857 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Johanni Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 112, p. II, fol. 13, p. c. 544.)

1858 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Petro, episcopo Vivariensi. (Reg. 112, p. II, fol. 13, p. c. 544.)

1859 Avignon, 8 novembre, 1323.

Episcopo Ilerdensi et inquisitori regni Aragonum, ut quosdam hereticos Appamiarum diocesis, quos carceratos detinent, inquisitori Carcassonensi sub fida custodia remittant. (Reg. 112, p. II, fol. 59, c 822; — Reg. 76, cur. fol. 2, c. 4[1].)

« *Venerabili fratri.., episcopo Ilerdensi et dilecto filio inquisitori heretice pravitatis in partibus regni Aragonum auctoritate apostolica deputato.* Significavit nobis dilectus filius Johannes de Belna, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitor heretice pravitatis in partibus Carcassone auctoritate apostolica deputatus, quod, cum legitime constitisset eidem Petrum et Johannem Maurini de Monte Alionis, laicos, ac Espertam et Matheam, ipsius Esperte filiam, de Tarascone[2] diocesis Appamiarum, detestabile crimen heresis infra terminos inquisitionis dicte pravitatis partium predictarum Carcassone horribiliter commisisse, predictus inquisitor prefatos hereticos fugitivos et partibus regni Aragonum latitantes capi per certum suum ad hoc deputatum nuntium, non absque multis periculis et expensis variis, procuravit, dictusque nuntius dictos(que) Johannem Maurini et Espertam ac Matheam tibi, frater episcope, dictumque Petrum Maurini tibi, fili inquisitor, tradidit custodiendos fideliter, donec predictus inquisitor Carcassonensis ipsos duceret repetendos. Cum autem, sicut habet ejusdem inquisitoris Carcassonensis assertio, dictorum hereticorum presentia in partibus Carcassonensibus predictis esse speretur orthodoxe fidei plurimum fructuosa, pro eo quod, si contingat eos vel eorum aliquos, operante

gratia divina, redire ad ipsius fidei unitatem, per ipsos multorum, qui sunt in eisdem partibus predicte pravitatis fermento respersi, procurari forsan ad fidem catholicam poterit conversio salutaris, et inquisitionis officium propter hoc utiliter informari, nos, qui ad hujusmodi fidei negotium ex apostolice debito servitutis afficimur et ut procedat prospere desiderabiliter affectamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus predictos Johannem et Petrum, qui in eisdem partibus Carcassonensibus multa horribilia contra fidem catholicam commisisse dicuntur, necnon et Espertam ac Matheam predictas, nisi forsan mulieres ipse in eisdem partibus regni Aragonum talia contra fidem commisissent eandem, ex quibus essent per vos merito retinende, et de eis in eisdem partibus justitia ministranda, prefato inquisitori Carcassonensi per suum certum nuntium ad nos propter hoc specialiter destinandum suis sumptibus, vos et vestrum quilibet sub fida custodia transmittatis, prius tamen ab eisdem hereticis vel illis quos prefato inquisitori duxeritis transmittendos, diligentius inquisitis que ad utilitatem ejusdem fidei et utiliorem executionem officii memorati videritis inquirenda. Datum Avinione, VI idus novembris, anno octavo. »

1. Le cahier des curiales ne se trouve pas dans les registres d'Avignon n°s XIX, XX correspondant à cette année. Le texte du registre 76 présente avec celui du registre 112 quelques variantes sans importance, sauf celle qui est indiquée ci-dessous.

2. Ces deux derniers mots ne se trouvent pas dans le registre 76.

1860 Avignon, 8 novembre 1323.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 112, p. II, fol. 84 v°, c. 961.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* De venatione nuper — Datum Avinione, VI idus novembris, anno VII°. »

1861 Avignon, 9 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, respondet se præpositum ecclesiæ Pragensis in ejusdem ecclesiæ episcopum præficere non posse. (Reg. 112, p. II, fol. 5 v°, c. 510; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 169, n° 338, analyse.)

« *Magnifico viro Carolo, filio regis Francie, comiti Valesii.* Magnificentie tue litteris per quas carissimi in Christo filii nostri Johannis, Boemie regis illustris, precibus inclinatus, supplicabas dilectum filium..., prepositum ecclesie Pragensis in episcopum ejusdem ecclesie prefici, si tamen hoc esset conveniens et utile, et Pragensem episcopum eadem ecclesia privari contingeret, solita benignitate receptis, tue nobilitatis excellentiam volumus non latere quod, licet idem episcopus, dicti prepositi et quorundam aliorum instantiis, sicut accepimus, super certis excessibus sit delatus, causa tamen apud Sedem Apostolicam pendente super hoc, sicut et adhuc pendere noscitur, ejusdem Sedis decentia non patitur aliquid innovare, nec est etiam moris nostri delatorem in locum surrogare delati. Quare nos habeat super hiis tua magnificentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, V idus novembris, anno VIII°. »

1862 Avignon, 10 novembre 1323.

Eidem comiti Valesii nuntiat se, ad pacem inter episcopum et capitulum ecclesiæ Carnotensis celeriter reformandam, unum cardinalem eisdem partibus auditorem deputasse. (Reg. 112, p. II, fol. 5 v°, c. 511.)

« *Eidem comiti.* Gratanter recepimus tue magnificentie litteras per quas, super nociva discordia dudum inter venerabilem fratrem nostrum.., episcopum, et dilectos filios capitulum ecclesie Carnotensis exorta, per nos apponi salubre remedium postulabat. Sane, fili, tue nobilitatis excellentiam volumus non latere quod nos circa pacem et concordiam inter eos reformandam, non absque multis solicitudinibus, olim adhibuimus diligentiam studiosam, sed postmodum, multis aliis arduis negotiis undique confluentibus prepediti, non valentes ulterius ad hec personaliter intendere, certum ex fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus deputavimus eisdem partibus auditorem, cui injunximus et adhuc etiam, tuorum consideratione precaminum, districtius injungemus ut illud curet, ratione previa, celeriter expedire. Datum Avinione, IIII idus novembris, anno octavo. »

1863 Avignon, 10 novembre 1323.

Petro, episcopo Vivariensi, ut pro negotiis Caroli, regis Franciæ, vel ecclesiæ suæ Vivariensis, si necesse fuerit, ad curiam veniat, commissione ei super negotio domini de Pertiniaco prius facta non obstante. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 512.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Vivariensi.* Licet tibi et venerabili fratri nostro Petro, episcopo Atrabatensi, ac vestrum cuilibet insolidum super negotio viri nobilis Johannis, domini de Pertiniaco, certas commissiones per nostras alias certi tenoris litteras duximus faciendas[1], nostre tamen intentionis existit quod, si pro negotiis carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francie et Navarre regis illustris, aut ecclesie tue ad nos et Sedem Apostolicam habeas proficisci, propter commissiones hujusmodi, etiam si res integra non existeret, hoc perficere non omittas. Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1841.

1864 Avignon, 10 novembre 1323.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas eis quibus diriguntur præsentet. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 513; — J.-M. Vidal : *Le sire de Parthenay et l'Inquisition* dans *op. cit.*, p. 429, n° ix, analyse.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xantonensis, capellano nostro.* Super negotio domini de Pertiniaco venerabilibus fratribus nostris.., Atrebatensi et.., Vivariensi episcopis, ac dilecto filio inquisitori heretice pravitatis, geminas litteras apostolicas[1] dirigentes, illas, videlicet unam episcopis vel eorum alteri, et aliam inquisitori predictis per te volumus presentari nosque reddi super presentatione hujusmodi et aliis que tibi ocurrerint certiores. Ceterum litteras binas super translatione capitis beati Martini et indulgentia per nos concessa[2] quas tibi etiam mittimus, venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et ejus college, quos ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, destinamus presentiam super negotio passagii transmarini[3] per eos, si sint presentes, eidem regi presentandas assignes, alias, nisi presentes existerent, ut prefertur, tu memorato regi procures easdem litteras presentare. Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1841.
2. Voyez n°s 1839, 1840.
3. Voyez n°s 1848, 1849.

1865 Avignon, 11 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, binas litteras super translatione capitis beati Martini Turonensis et indulgentiis concessis se destinare nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 514.)

« *Dicto regi* [*Francie*] Piis votis et desideriis salubribus regiis gratis, cum Deo possumus, affectibus annuentes, ecce quod regie celsitudini binas litteras nostras apostolicas super translatione capitis confessoris eximii, beati Martini Turonensis, et indulgentiis per nos, prout vidimus expedire, concessis, pro quibus nobis regia devotio supplicaverat, destinamus[1]. Verum quia prelatorum indulgentias non confirmavimus, regalis circumspectio non miretur ; hoc enim Sedes Apostolica minime facere consuevit. Datum Avinione, iii idus novembris, anno octavo. »

1. N°s 1839, 1840.

1866 Avignon, 11 novembre 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, professori, apostolicis nuntiis, ut præfatas binas litteras dicto regi Franciæ præsentent. (Reg. 112, p. ii, fol. 6, c. 515.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori, Apostolice Sedis nuntiis.* Binas litteras nostras apostolicas, videlicet super translationecapitis beati Martini Turonensis, et indulgentia per nos super hoc sub certa forma concessa, pro quibus carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nobis supplicaverat, destinantes, volumus quatinus litteras ipsas curetis ex parte nostra prefato regi, si presentes fueritis, presentare. Datum ut supra. »

1867 Avignon, 11 novembre 1323.

Regi Angliæ, ut Gastoni, comiti Fuxi, loca de Rupeforti, de Captios et de Fontanis, per gentes regias occupata, restitui faciat dictumque comitem in agendis commendatum habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 41, c. 736; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 107, n° 265.)

« .., *regi Anglie*. Sepe, fili benedictionis — Sane olim, dum dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxensis, velut impubes, sub matris gubernatione consisteret et per eam terra Bearnii et Marciani pariter regeretur, gentes tue, rancore cujusdam inter ipsos et dictam matrem ejusdem comitis dissensionis exhorte (*sic*), violenter ut dicitur, occuparunt, et occupata nunc detinent quedam loca vocata de Ruppeforti, de Captios et de Fontanis, spectantia pleno jure ad comitem memoratum.

Cumque prefatus comes, jam perductus ad legitima tempora pubertatis, rata non habeat, prout opere probat, que dicta gessit in talibus mater ejus, et tanquam ex facto matris, culpe non noxius aliene, obedienter, sicut progenitores ejusdem fuisse noscuntur, se tibi offerat pariturum, nos, in hiis et aliis, comitis predicti negotia, erga nos et sanctam Romanam Ecclesiam, suorum progenitorum et sue devotionis obtentu, quantum cum Deo decet, paternis favoribus promovenda[1], excellentiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus, ex premissis et aliis justis causis que tuum possunt animum et debent inducere ad pie judicium equitatis, mandes et facias predicta loca dicto comiti restitui libere cum effectu; ipsum nichilominus, pro reverentia nostra et Apostolice Sedis, commendatum habens speciali prosecutione regis gratie et favoris, ac denique tuis officialibus id injungens quod, super causis et controversiis que inter dictas gentes tuas vertuntur et dictum comitem, ministrent et brevis justitie complementum, ita ut successus hujusmodi laudabilium operum, nobis admodum placidus, gratus hominibus et meritorius apud Deum, gloriam tibi perpetue laudis adaugeat, et propterea erga te fervor devotionis a subditis plus excrescat. Datum Avinione, III idus novembris, anno VIII°. »

1. *Sic*, il manque un mot tel que *intendentes*.

1868 Avignon, 11 novembre 1323.

Archiepiscopo Cantuariensi, ut eumdem regem ad præfata inducat dictumque comitem commendatum habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 41, c. 737; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 266, analyse.)

« .., *archiepiscopo Cantuariensi*. Olim dum dilectus — Datum ut supra. »

1869 Avignon, 11 novembre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier, comiti Wyntoniensi[1]. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 737; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Cet acte et le suivant ne sont pas mentionnés dans l'index du registre.

1870 Avignon, 11 novembre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier juniori. (Reg. 112, p. II, fol. 41 v°, p. c. 737; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1871 Avignon, 19 novembre 1323.

Regi Franciæ Danielem, episcopum Nannetensem, qui nonnulla in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 517.)

« *Prefato regi* [*Francie*]. Quanto devotius affici regiam pietatem ad ecclesias et personas ecclesiasticas summi regis contemplatione supponimus, tanto confidentius eas serenitati regie, cum expedit, commendamus. Verum cum venerabilis frater noster Daniel, episcopus Nannetensis, qui pro suis et ecclesie sue negotiis laudabiliter prosequendis apud Sedem Apostolicam diutius moram traxit, ad regalem presentiam et suam ecclesiam, cum nostre benedictionis gratia, dirigat gressus suos, celsitudinem regiam rogamus attentius et hortamur quatinus eidem episcopo, super hiis que habere se asserit in regali curia expedire, sic se velit exhibere regia clementia, pro divina ac nostra et Apostolice Sedis reverentia, propitiam et benignam, quod idem episcopus ex precibus nostris hujusmodi se fructum collegisse letetur uberem, nosque sublimitatem regiam dignis gratiarum actionibus prosequi debeamus. Datum Avinione, XIII kal. decembris, anno octavo. »

1872 Avignon, 19 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut pro dictorum negotiorum expeditione, apud eumdem regem Franciæ partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 518.)

« *Magnifico viro Carolo, comiti Valesii.* Venerabilem fratrem nostrum — Dat. ut supra. »

1873 Avignon, 19 novembre 1323.

In e. m. Galchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 518.)

1874 Avignon, 19 novembre 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, professori, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 519.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori, Sedis Apostolice nuntiis.* Pro venerabili fratre — Datum ut supra. »

1875 Avignon, 19 novembre 1323.

Item Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1876 Avignon, 19 novembre 1323.

Item Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1877 Avignon, 19 novembre 1323.

Item electo Carcassonensi. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1878 Avignon, 1er décembre 1323.

Petro, Atrebatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, quædam in negotio Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, observanda significat. (Reg. 112, p. II, fol. 7, c. 528; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans *op. cit.*, p. 429, n° x, extrait.)

« *Petro, Atrabatensi, et Petro Vivariensi episcopis.* Dudum ex parte nobilis viri Johannis, dicti Archiepiscopi domini de Pertiniaco, militis, ejusque consortis et nonnullorum eidem nobili parentele linea conjunctorum, ad nostram et fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam gravi conquestione perducto quod dilectus filius Mauritius de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, heretice pravitatis inquisitor in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatus, contra prefatum nobilem ex odii fomite provocatus, et quedam sibi imponens que sapere hereticam pravitatem asserebat, ipsum capi, Parisiusque adduci, et ibidem diro mancipari carceri procuravit, sibi nonnulla gravamina, quamvis ad Sedem appellasset Apostolicam, sicut asseritur, inferendo, nos cum eisdem fratribus deliberatione super hiis prehabita diligenti, cupientes, ne splendorem negotii fidei per inordinationem aliquam offuscari, nec prefatum nobilem indebite pregravari contingeret, paterne solicitudinis studio providere, prefato inquisitori, de fratrum ipsorum consilio, sub virtute obedientie per alias nostras litteras duximus injungendum[1], ut sic juste, mature et provide curaret in premissis procedere, quod dicto nobili et aliis conquerentibus de ipso, conquerendi justa materia non subesset, nec nos oporteat aliud remedium super hiis adhibere[2]. — Et quia propter diversitatem domiciliorum dicti nobilis hesitari merito quis ejus esset diocesanus, et occasione predicta plus debito poterat hujusmodi negotium retardari, nos super hoc, et ne prefatus nobilis longa detentione gravaretur carceris, providere volentes, vobis et vestrum cuilibet, una cum eodem inquisitore, procedendi etiam extra vestras civitates et dioceses super dicto negotio, dicti nobilis irrequisito diocesano, nisi fuisset ante presentationem litterarum nostrarum confectarum super hoc forcitan (*sic*) requisitus, sub certa forma concessimus potestatem[3], sicut in diversis litteris nostris vobis et eidem inquisitori super predictis directis plenius continetur.

Verum, sicut accepimus, quidam in dubium utrum, juxta tenorem litterarum nostrarum, vobis et vestrum cuilibet in prolatione sententie tantum processus habitos et habendos communicare predictus inquisitor, seu vobiscum vel cum altero vestrum deberet super omnibus

procedere, revocare nitantur, nos dubitationem hujusmodi, ne per eam dictum possit negotium impediri, amputare volentes, quamvis per earundem litterarum tenores evidenter pateret, auctoritate presentium declaramus nostre intentionis existere ac etiam extitisse quod vos vel alter vestrum, una cum eodem inquisitore, procedatis in prelibato negotio ipseque vobis et vestrum cuilibet processus habitos et habendos communicare, tam circa proferendam sententiam, quam omnes alios actus, etiam ante prolationem ejusdem sententie, teneatur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos et cuilibet (*sic*) vestrum, una cum eodem inquisitore, juxta tenores litterarum nostrarum vobis directarum super hoc ac declarationem nostram hujusmodi, in dicto negotio procedatis, cui quidem inquisitori per alias litteras nostras [4] mandavimus, et etiam auctoritate presentium inhibemus ut, sine vobis aut vestrum altero, super memorato negotio ad actum aliquem non procedat. Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1. 5 septembre 1323 (n° 1785).
2. Le passage supprimé ici se trouve, *mutatis mutandis*, dans la lettre publiée plus haut, n° 1841.
3. 5 novembre 1323 (n° 1841); voyez aussi n°s 1790-1791.
4. N° 1879.

1879 Avignon, 1er décembre 1323.

Mauritio de Sancto Paulo, ut omnes processus in prædicto negotio habitos eisdem episcopis communicet et cum ipsis vel eorum altero procedat. (Reg. 112, p. II, fol. 7 v°, c. 529; — J. M. Vidal, *op. cit.*, p. 430, n° XI, extrait.)

« *Mauricio de Sancto Paulo, ordinis Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi.* Dudum ex parte — Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1880 Avignon, 1er décembre 1323.

Ruralem ecclesiam sancti Maximi de Arcubus, Forojuliensis diocesis, per promotionem Ademari olim, ejusdem ecclesiæ rectoris, ad Massiliensem ecclesiam, vacantem Apostolicæque Sedi reservatam, monasterio de « Solorobaudo » [1] concedit et annectit. (Reg. 112, p. I, fol. 86, c. 399.)

« *Dilectis in Christo filiabus..., priorisse et conventui monasterii de Solorobaudo per priorissam soliti gubernari, ordinis Cartusiensis, Forojuliensis diocesis.* Apostolice sedis gratiosa — Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1. *Solerobaudo* dans l'index, formes également incorrectes qui désignent la Celle-Rouband, près de la commune des Arcs-sur-Argens (Var), canton de Lorgues, arrondissement de Draguignan.

1881 Avignon, 1er décembre 1323.

Judicibus ut eamdem ecclesiam præfato monasterio conferant. (Reg. 112, p. I, fol. 86 v°, p. c. 399.)

« *Judicibus*, Mandamus quatinus vos — Datum ut supra. »

1882 Avignon, 5 décembre 1323.

Regi Franciæ respondet quod preces ejus pro abbate monasterii de Tornutio exaudire et ejusdem abbatis causam celeriter terminare intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 521.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Preces regias pro dilecto filio abbate monasterii de Tornutio dudum nobis oblatas, juri et equitati convenientes, ad exauditionis effectum admittere favorabiliter intendentes, predicti abbatis instantiam, actore Domino, servari facimus illesam suamque causam proponimus, prout secundum Deum fieri poterit, mature et celeriter pace vel judicio terminare. Datum Avinione, nonis decembris, anno octavo. »

1883 Avignon, 5 décembre 1323.

Eidem regi de adventu Mauritii de Sancto Paulo ad curiam et quomodo idem Mauritius in negotio domini de Pertiniaco procedere debeat. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 522; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 430, n° XII.)

« *Eidem.* Venientem nuper ad nostram presentiam dilectum filium Mauritium de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitorem heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatum, benigne recepimus, et super hiis que nobis exposuit patienter audivimus et intelliximus diligenter. Et ecce quod eundem, non obstante quod aliqui eum super nonnullis objectis nunc et alias contra ipsum, de quibus offerebant fidem se sufficienter facturos, instanter peterent in curia retineri, pro sui executione officii duximus remittendum. Volumus tamen quod in negotio domini de Pertiniaco, sine venerabilibus fratribus nostris Atrabatensi et Vivariensi episcopis, vel altero ipsorum, ut vitetur omnis suspitionis materia, non procedat. Datum ut supra. »

1884 Avignon, 7 décembre 1323.

Eidem, de Caroli, comitis Valesii, nuntiorum ad curiam missione, de Alphonsi de Hispania negotio et de cujusdam ecclesiæ provisione. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°. c. 523.)

« *Eidem.* Scimus, fili, quod ad sapientem pertinet interdum, precipue ex causis supervenientibus, consilia commutare. Unde mutationem consilii regii circa adventum ad curiam dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii et comitis Valesii, supponimus indubie ex causis rationabilibus esse factam. Nuntios autem regios, ejus loco ad presens mittendos, recipiemus placide, et circa negotia pertractanda vigilanti studio, concedente Domino, intendemus. Circa factum dilecti fili Alfonsi de Yspania ordinavimus quod absque offensa Dei expedire vidimus, quodque votis placere credimus regiis, prout jam ad regiam notitiam credimus pervenisse. De ecclesia Leodiensi[1] ordinaveramus antequam regie pervenissent littere, prout ecclesie predicte regiisque oportunitatibus expedire vidimus, eidem preficiendo dilectum filium Robertum de Reya, in episcopum et pastorem. Si circa negotia emergentia nostra videatur vigilantia oportuna, illam impendere offerimus cum omni promptitudine nos paratos. Gratia domini nostri Jhesu Christi provid[ent]iam regiam dirigat in agendis. Datum Avinione, VII idus decembris, anno octavo. »

1. Le registre porte bien *Leodien[si]*; or le siège épiscopal de Liége n'était pas vacant alors, puisqu'il fut occupé, du 16 avril 1313 au 3 novembre 1344, par Adolphe de la Mark (C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, p. 314). Peut-être faudrait-il lire *Laudunen[si]* et *Albertum de Roya* au lieu de *Robertum de Reya*, Aubert de Roye venait en effet, d'être nommé évêque de Laon, le 16 novembre 1323 (C. Eubel, *op. cit.* p. 308). Les erreurs de transcription des noms propres, ne sont pas rares dans les registres du Vatican, et d'ailleurs M. A. Fayen, n'a pas cité ce document dans son recueil de *Lettres de Jean XXII* concernant la Belgique. Mais il n'en est pas moins certain que ce même évêque de Liège fut en relation avec le roi de France, comme on le verra ci-après (n°s 2182 et 2183; voyez aussi H. Pirenne, *Histoire de la Belgique* t. II, Bruxelles 1903, in-8°, p. 16).

1885 Avignon, 7 décembre 1323.

Dicto comiti Valesii, de mutatione circa adventum ejus ad curiam facta. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 524.)

« *Dicto comiti Valesii.* Scimus, fili, nonnunquam ex causis presertim supervenientibus, expedire consilia commutare. Unde mutationem factam circa adventum tuum ad curiam supponimus indubie rationabiliter esse factam, super quo, licet necessaria non esset excusatio, se tamen tua benivolentia voluit super hoc excusare, quam excusatam habemus merito eamque prosequimur actionibus gratiarum. Dat. ut supra. »

1886 Avignon, 7 décembre 1323.

Alphonso de Hispania, de negotii ejus ordinatione. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 525.)

« *Dicto Alfonso de Ispania.* Super tuo, fili negotio, jam est diu. curavimus ordinare quod, absque offensa, credimus expedire, sicut jam ad tuam notitiam credimus pervenisse. Dat. ut supra. »

1887 Avignon, 17 décembre 1323.

Gaucelmo cardinali concedit ut inter Petrum Duesa, vicecomitem de Caramanno, et Briaudam de A[rde]sio, etiam tempore prohibito, matrimonium « solemnisare » possit (Reg. 112, p. II, fol. 85, c. 964; — Reg. 76, cur. fol. 3, c. 8.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbystero cardinali.* Licet sacri canones

matrimonia certis temporibus solemnizari prohibeant, Sedes tamen Apostolica operibus bonis intenta, relaxare, cum expedit, ipsorum rigorem canonum super hiis mansuetudinem consuevit interdum, presertim ubi prospicit periculis bonum impedientibus matrimonii salubriter obviandum. De tua igitur circumspectione provida plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut matrimonium inter dilectum filium nobilem virum Petrum Duesa, vicecomitem de Caramanno, ex parte una et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Briaudam de Asio[1], ex altera, contrahendum temporibus a jure prohibitis, apud Sedem Apostolicam vel extra, ubi et quando expedire videris, sollemnisare, prohibitione hujusmodi temporum non obstante, valeas, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, xvi kal. januarii, anno octavo. »

1. *Sic*; le registre 76 porte aussi *Asio*. Il s'agit de Briaude, Béraude ou même Bertrande d'Artaud, troisième femme de Pierre Duèze (Voyez Ed. Albe, *Autour de Jean XXII*, Rome, Cuggiani, 1902, in-8°, p. 29 et 30, extrait des *Annales de Saint-Louis des Français*).

1888 [Avignon, 17 décembre 1323.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Caturcensi, pro matrimonio inter Guillermum de Medulione et Bernardam de Rogerio contrahendo. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 85, p. c. 964[1].)

1. Cet acte n'est pas mentionné dans l'index du registre peut-être y a-t-il eu une erreur de date, puisque dans le registre 76, où il est aussi enregistré, il porte celle du 17 janvier 1324 (Voyez ci-après n° 1914).

1889 Avignon, 18 décembre 1323.

Raymumdum Beguini, ordinis fratrum Prædicatorum, sacræ theologiæ professorem, ad supplicationem capitulariorum urbis et suburbii Tholosanorum, se commendatum habiturum promittit. (Reg. 112. p. ii, fol. 6 v°, c. 526.)

« *Dilectis filiis capitulariis urbis et suburbii Tholosanorum.* Devotionis vestre litteras — Datum Avinione, xv kal. januarii, anno VIII°. »

1890 Avignon, 18 décembre 1323.

Clementiæ, reginæ Franciæ, litteras suas Carolique, regis Hungariæ, ejusdem Clementiæ fratris, per Rogerum, ordinis Prædicatorum, præsentatas, recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 78 v°, c. 927.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum et Navarre illustri.* Litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Ungarie illustris, fratris tui, pariter atque tuas per dilectum filium Rogerium, ordinis Predicatorum, nobis noviter presentatas, benignitate recepimus consueta. Sane litterarum utrarumque tenoribus intellectis, super hiis maxime que circa statum regni sui dicti regis littere continebant, per eundem fratrem nostras predicto regi mittimus responsales. Datum Avinione, xv kal. januarii, anno octavo. »

1891 Avignon, 20 décembre 1323.

Johannis de Tria litteris super inquisitore hereticæ pravitatis in provincia Auxitana deputando, necnon super quibusdam dubiis a Philippo, thesaurario ecclesiæ Bajocensis, expositis respondet. (Reg. 112, p. ii, fol. 7. c. 527; — L. Guérard. *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 267 *bis*.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Tria, domino de Monchiaco castro, senescallo Tholosano et Albiensi.* Dilectum filium Philippum, thesaurarium ecclesie Bajocensis, fratrem tuum, ac tue nobilitatis litteras nobis per ipsum presentatas affectu benigno recepimus, et que ipse nobis explicare curavit verbotenus et littere continebant predicte, pleno collegimus intellectu. Sane, super eo quod de inquisitore heretice pravitatis in provincia Auxitana deputando, litterarum habebat series predictarum, tue prudentie respondemus quod, quantum Sedem tangit Apostolicam, intendimus breviter de persona ydonea super hoc providere, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum olim Carcassonensem, electum Auxitanum, idem facturum, quantum ad ipsum pertinere dinoscitur, supponentes. Ceterum ad ea que de quibusdam dubiis, sub verbo sibi commisse per easdem litteras credentie, dictus thesaurarius explicavit,

respondimus prout ipse tibi referre poterit oraculo vive vocis, quem, tui consideratione et sue probitatis obtentu, recommendatum habere proponimus, loco et tempore congruis, et gratiis et favoribus oportunis. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno octavo. »

1892 Avignon, 20 décembre 1323.

Gastoni, comiti Fuxi, qui pro quibusdam ipsius negotiis Carolo, comiti Valesii, commendandis scripserat, respondet dictum Carolum ad curiam non venturum esse. (Reg. 112, p. II, fol. 36 v°, c. 709 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 267.)

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Missis nobis tue nobilitatis litteris, quas consueta benignitate recepimus, postulasti ut dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, quem venturum ad nostram credebas presentiam, te tuaque negotia commendare vellemus, et apud ipsum instare precibus quod, super amovendis certis impedimentis per gentes carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, in terris tuis appositis, curaret interponere partes suas. Profecto, fili, scire te volumus nos intellexisse noviter prefatum comitem ad curiam non venturum; sed proponimus, si ipsum venire forsan contingeret, et proponebamus, quamvis etiam nobis super hoc non scripsisses, te tuaque negotia sibi specialiter commendare; jamque diu pro te direximus in Franciam, sicut te latere non credimus, preces nostras, cum tuis et domus tue commodis et honoribus paternis affectibus intendamus. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno octavo. »

1893 Avignon, 23 décembre 1323.

Johanni, archiepiscopo Tolosano, dispensandi quod sex matrimonia in suis civitate et diocesi vel extra, temporibus prohibitis, « solemnizari » valeant, facultatem concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 80, c. 372.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Quia nonnunquam ex — Datum Avinione, X kal. januarii, anno octavo. »

1894 Avignon, 23 décembre 1323.

Ludovico, comiti Clarimontis, conceduntur, intuitu primi generalis vel particularis passagii, viginti quinque millia florenorum auri de elemosinis et legatis factis in regno Franciæ colligenda et in præfato negotio expendenda. (Reg. 112, p. II, fol. 8, c. 530.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Intensum, fili, desiderium quod ad Terram Sanctam eripiendam de impiorum manibus novimus te habere, necnon et studiosa vigilantia, quam, spretis laboribus variis et expensis, ad procurandum propterea transmarinum passagium adhibere diutius curavisti, nos inducunt, utique merito, ut ad decentius tam pium tuum exequendum propositum, nos tanta[1] devotio reperiat liberales. Hinc est quod, ut in primo generali vel particulari transmarino passagio pro dicte Terre negotio per Sedem Apostolicam indicendo, possis convenientius ac honorabilius transfretare, XXV^{m} florenorum auri, colligenda de (h)elemosinis et legatis factis vel faciendis in regno Francie, certo tamen modo ipsa persolvendi in ipsis nequaquam habito, tibi liberaliter largimur, que tibi de legatis et (h)elemosinis predictis persolvi volumus, ex quo dictum passagium indictum, ut predicitur, fuerit, et elemosine seu legata[2] in regno predicto usque saltem ad summam hujusmodi fuerint recollecta ; ita tamen quod in prefato ipsa negotio tenearis expendere ac de hoc adimplendo prestare, deputando per dictam Sedem, ydoneam cautionem. Per hanc autem concessionem non intendimus Cameram nostram nec Ecclesiam quoyismodo nec predicta quoad alia nec aliter quam expressata superius obligare. Datum Avinione X kal. januarii, anno octavo. »

1. Reg. *tantam.*
2. Reg. *legato.*

1895 Avignon, 29 décembre 1323.

Regi Franciae prædictam concessionem notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 8, c. 531.)

« *Regi Francie.* Excellentie regie litteris super negotio dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis Clarimontis, consueta benignitate receptis, et contentis in eis plenius intellectis, nos, ut predictus comes sue

devotionis intensum desiderium quod circa negotium passagii transmarini, et ipsum procurandum passagium, habere noscitur, utilius prosequi valeat, et in primo generali vel particulari passagio pro dicte Terre negotio per Sedem Apostolicam indicendo, convenientius et honorabilius transfretare, xxv^m florenorum auri, colligenda de elemosinis[1] factis vel faciendis propter hoc in regno tuo sub certis modis et formis, sicut continetur seriosius in litteris nostris apostolicis patentibus inde confectis eidem comiti directis, duximus liberaliter concedenda, nec ad presens vidimus quod aliud sibi subcidium facere valeamus. Datum Avinione, IIII kal. januarii, anno octavo. »

1. La lettre précédente ajoute ici : *et legatis*. Peut-être y a-t-il une omission du scribe.

1896 Avignon, 31 décembre 1323.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, ut Eduardum, comitem Sabaudiæ, et Guigonem, delphinum Viennensem, ad concordiam juxta litteras apostolicas ipsis directas inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 533.)

« *Agneti, clare memorie beati Ludovici regis Francie filie, ducisse Burgundie.* Per litteras nobilitatis tue, quas consueta benignitate recepimus, grata dedisti nobis indicia sive argumenta quodammodo bone spei quod dilectus filius nobilis vir Eduardus, comes Sabaudie, et Guigo, delfinus Viennensis, ab olim ex parentum[1] sejunctis affectibus dessidentes (*sic*), et jam per quosdam inopinatos gratificationis utrinque successus debitum percipientes, ad invicem benivole caritatis credantur, virtute inspirante Altissimi, ad frugem per nos diu affectate concordie facilius inclinari, propter quod tuis in hoc fidis assertionibus inherentes, et sperantes quod si tu, filia, hujusmodi negotii mediatrix, juxta gratiam tibi a Domino traditam, tractabiles ipsorum dessidentium, sicut, in[n]uimus, animos, tanquam telluris apte novalia tue persuasionis instantia quasi vomeris abruptione pre(s)cideris, locum ydoneum spargendo benivolentie semini preparabis, scire te cupimus quod hortari per litteras nostras, actore Deo, ipsos dessidentes intendimus et diligenter inducere ad pacem perpetuam, vel saltem, quod ejus habet ymaginem, ad treuguam, si, quod absit, consequi nequiverimus aliud, diuturnam faciendam per se vel indicendam per nos de communi placito partium et consensu.

Quocirca nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus apud prefatos nobiles sic super hiis, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, juxta posse, insistas efficaciter et labores, quod, cum ad eos hujusmodi exhortatio et inductio nostra pervenerit, ad premissa ipsos inveniat paterne tractationis affabiles[2] et executionis oportune reperiat efficaces; nosque demum te propterea divine retributionis emeritam dignis attollamus in Domino laudibus, letemur insuper et exultemus in ipso tue mediationis[3] opere impensa nostre diligentie studia profuisse. Datum Avinione II kal. januarii, anno octavo. »

1. Reg. *parentis*.
2. Reg. *affacibiles*.
3. Reg. *tui mediaminis* (?).

1897 Avignon, 1er janvier 1324.

Omnia jura ecclesiæ Avinionensis in castris de Ponte Sorgiæ et de Interaquis Romanæ Ecclesiæ unit. (Reg. 76, cur. fol. 2 v°, c. 7; — Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t III, p. II, p. 190.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum a nobis quod justum est petitur et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per solicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum. Sane dilecti filii Geraldus, prepositus, et capitulum ecclesie Avinionensis, ordinis sancti Augustini, attendentes quod certi redditus et proventus quos episcopus Avinionensis, qui est pro tempore, in castris de Ponte Sorgie et de Interaquis ad Romanam Ecclesiam spectantibus, nomine ecclesie predicte Avinionensis habere noscitur, ac certa pars jurisdictionis ejusdem castri de Interaquis ejusque pertinentiarum ad eosdem episcopum et ecclesiam pertinens, propter periculosas dissentiones que inter gentes et officiales Romane et Avinionensis ecclesiarum predictarum, pretextu regiminis dicte p[ar]tis jurisdictionis et perceptionis reddituum et proventuum predictorum, sepe contingunt, parum aut nichil utilitatis, sed potius incomoditates varias afferunt et attulerunt hactenus episcopo et ecclesie memoratis, nobis humiliter et

unanimiter supplicarunt ut, pro honore et utilitate predicte Avinionensis ecclesie, partem jurisdictionis ac redditus et proventus predictos in quibuscunque consistant, ab ecclesia Avinionensi et mensa episcopali ejusdem separare prefateque Romane Ecclesie et castris predictis unire et incorporare perpetuo, et eidem Avinionensi ecclesie pro predictis prestari facere condecentem recompensationem in aliis dignaremur, prout in litteris patentibus super hoc confectis dictorum prepositi et capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos autem predicte Avinionensi ecclesie, quam amoris privilegio complectimur specialis, periculis et incomoditatibus obviare providereque utilitatibus paterne solicitudinis studiis cupientes, ac volentes ipsorum prepositi et capituli votis et supplicatonibus annuere favorabiliter in hac parte, predicte jurisdictionis partem ac redditus et proventus predictos in quibuscumque consistant, ab ecclesia Avinionensi predicta et ipsius mensa episcopali separantes omnino, eidem Romane Ecclesie et castris predictis auctoritate apostolica et ex certa scientia incorporamus, perpetuo annectimus et unimus. Et licet memorate Avinionensi ecclesie hactenus contulimus et applicavimus multa bona, nichilominus tamen de recompensatione decenti propter hoc intendimus providere, prout loco et tempore congruis videbimus oportunum.

Tenor vero litterarum predictarum talis est : Sanctissimo in Christo — Quia nostram Avinionensem — Dat. Avinione, die xi mensis novembris, anno Domini M° CCC°XX°II°.

Nulli ergo — Dat. Avinione, kalendis januarii, anno octavo. »

1898 Avignon, 4 janvier 1324.

Ludovici, comitis Clarimontis, petitioni ratione passagii transmarini respondet eique de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 8, c. 532.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Nobilitati[s] tue litteris super subcidio (*sic*) tibi faciendo ratione passagii transmarini nuper solita benignitate receptis, et contentis in eis plenius intellectis, ecce quod petitioni tue hujusmodi liberaliter duximus, quantum cum Deo potuimus, annuendum sicut per patentes alias litteras nostras inde tibi directas eidem nobilitati seriosius innotescet. De venatione autem tua nobis copiose transmissa devotioni tue gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, ii nonas januarii, anno octavo. »

1899 Avignon, 5 janvier 1324.

Bertrandum Cariti et Raymundum de Parisius, de quingentis florenis auri de prioratu sancti Martini in Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, provenientibus quittat. (Reg. 111, fol. 92 v°, c. 364.)

« *Dilectis filiis Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensis, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensis ecclesiarum.* Cum de bonis — Dat. Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1900 Avignon, 5 janvier 1324.

Petro Marini et Raymundo de Bernardono, ut pecuniam ab officiali Tolosano Cameræ Apostolicæ debitam recipiant. (Reg. 112, p. i, fol. 79 v°, c. 370.)

« *Dilectis filiis Petro Marini, de Avalhaco, et Raymundo de Berna[r]dono, de Rovennaco, Caturcensis et Narbonensis diocesium, ecclesiarum rectoribus.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1901 Avignon, 5 janvier 1324.

Archiepiscopo Bituricensi, ut ad perficiendum tractatum de matrimonio inter filiam H[enrici], domini Soliaci, et filium quondam Andreæ de Calvignaco contrahendo, zelum adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 8 v°, c. 534.)

« .., *archiepiscopo Bituricensi.* Turbamur et tu — Sane audivimus noviter quod, non obstante tractatu de dilecto filio nobili juvene.., genito condam Andree de Calvigniaco, et dilecta in Christo filia nobili muliere.., nata dilecti filii H., domini de Suliaco, matrimonialiter insimul collocandis, sicut nosti, jam habito et firmato ulterius vinculo corporali prestiti juramenti per te aut ipsum quondam Andream aliosque suos con-

sanguineos et amicos, ejusdem sponsi mater et nonnulli sequaces ipsius nitantur eam, fracto tanti ligaminis federe, in virum alias attinenti sibi propinqua consanguinitatis linea copulare. Cumque, offensis legibus divinis etiam et humanis, id, si fiat, humane deroget fidei nec tue fame aliqualiter congruat et honori, fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente quatinus matrem predicti sponsi aliosque suos consanguineos et amicos, quorum interesse dinoscitur, ad observantiam debitam premissi tractatus oportune moneas et inducas, nichilominus predictum matrimonium aliud, quantum in te fuerit, de facto, cum de jure non póssit, aliquatenus fieri non permittas; in premissis te taliter habiturus quod, dignus propterea tam laude quam premio, patenter edoceas quantum ex corde sic firmata prosequeris et contemptum scelus violande fidei detestaris. Datum Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1902 Avignon, 5 janvier 1324.

Johanne, reginæ Franciæ, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 535.)

« *Johanne, regine Francie et Navarre.* Venationem nuper nobis a tua serenitate transmissam gratanter accepimus, de qua tibi gratiarum peruberes referimus actiones. Datum ut supra proxime. »

1903 Avignon, 7 janvier 1324.

Regem Angliæ iterum rogat ut quamdam terram ab officialibus ducatus Aquitaniæ detentam, Bernardo Jordani, domino Insulæ, restitui faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 49, c. 777; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 110, n° 268.)

« *Dicto regi Anglie.* Quod celsitu[d]o regia benigne agens cum dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule, quem obtentu sue devotionis ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam, speciali favore prosequimur, mandet sibi restitui terram ad ipsum, ut asserit, de jure spectantem, quam utique quondam maternus avus, et successive Jordanus, germanus dicti nobilis, tenuisse ac possedisse noscuntur, quamque officiales tui ducatus Acquitanie pro parte tua nunc detinent, preces paterne fiducie frequenter, fili carissime, tibi dreximus[1] efficaces, que, cum adhuc super hiis ad exauditionis gratiam introducte non fuerint, cum consueta fiducia, hujusmodi precum instantiam duximus iterandam, eo affectuosius quo sepius serenitatem regiam deprecantes quatinus erga prefatum nobilem, suis meritis benivole in hac parte tractandum, nostro intuitu liberaliter condescendens, jubeas terram sibi restitui memoratam, ita quod inde prefatus nobilis procul dubio magna tibi affectione devotus, erga te sue devotionis talenta multiplicet, nosque id valde gratum habentes, propterea regie liberalitatis affectum paternis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum Avinione, VII idus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *duxerimus.*

1904 Avignon, 7 janvier 1324.

Hugoni le Despensier juniori, ut eumdem regem ad præfata inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 49, c. 778; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 111, n° 269, analyse.)

« *Predicto Hugoni le Despensier.* Quod carissimus in — laudibus commendandam[1]. »

1. Le date est donnée par la formule : *Datum ut supra* qui suit (voyez n° 1906).

1905 Avignon, 7 janvier 1324.

In e. m. Roberto de Baldock, archidiacono Middlesexensi in ecclesia Londoniensi, Eduardi, regis Angliæ, cancellario (Reg. 112, p. II, fol. 49, p. c. 778; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1906 Avignon, 7 janvier 1324.

In. e. m. episcopo Exoniensi, dicti regis thesaurario. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 49, p. c. 778; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1907 Avignon, 10 janvier 1324.

Hugoni le Despensier juniori, de favoribus domino Soliaci impensis et de concordia inter regem Angliæ et Scotos reformanda. (Reg. 112, p. II, fol. 43, c. 745.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Dispensatori,*

militi, juniori. Advenit nobis in exultationis augmentum grata relatio dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, buticularii Francie, coram nobis non sine multe laudis preconiis asserentis nobilitatem tuam eidem circa personam et negotia sua innumeras gratias et favores multiplices impendisse, super quibus nobilitatem eandem cum gratiarum actionibus multipliciter commendantes, illam rogamus attentius et hortamur quatinus, exuberanter premissa continuans, adeo nobili prefato hujusmodi gratias et favores augmentes quod, tam apud carissimum in Christo filium nostrum Ewdoardum, regem Anglie illustrem, quam alibi, suis negotiis in illis partibus feliciter expeditis, in votivis ipse tibi perpetuo sit astrictus, nosque proinde tue devotionis providentiam dignis gratiarum actionibus uberius prosequamur. Ceterum, quia supponimus indubie predictum nobilem zelare sinceris affectibus comodum regium et honorem, et idem de tua sinceritate sentimus, ac vos ambo esse in hac parte credimus unanimes et concordes, quedam sibi duximus super hoc fiducialiter impendenda per ipsum referenda tue prudentie, super quibus fidem sibi credulam et una cum ipso adhibere procures operam efficacem. Ad hec, cum tractatus reformande concordie inter eundem regem et Scotos, nedum ipsis dissidentibus perutilis[1] sed toti Christianitati et passagio transmarino plurimum profuture, hactenus ex ea retardatus fore dicatur et litterarum nostrarum presentatio, quas nobili viro Roberto de Brus sepe direximus super hoc, impedita, quod eidem Roberto scribebamus suppresso titulo regie dignitatis, prefatum regem Anglie per alias nostras litteras exhortamur quod, cum hujusmodi scriptionis titulus nec juri regio detrahat nec dicti Roberti accrescat comodis, ut nos, qui dictam concordiam intensis desideramus affectibus, eidem Roberto sub dicto scribamus titulo, velit equanimiter tollerare; quare precibus nostris predictis adicimus ut apud regem ipsum instare super hiis, et ad hoc suum animum inclinare, ut intensum nostri desiderium propterea non frustretur, sicut tue circumspectioni videbitur, non ommittas. Datum Avinione, III idus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *perutili.*

1908 Avignon, 12 janvier 1324.

Mathildim, comitissam Valesii, de securo conductu Mariæ, natæ suæ, ducissæ Calabriæ concesso, necnon de bono affectu Roberti, regis Siciliæ, certiorem facit eisque Petrum de Via mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 536.)

« *Mathildi, comitisse Valesii.* Benigne recepimus litteras — Ceterum tuo et dicte ducisse de Lugduno audito di[s]cessu, dilectum filium nobilem virum Petrum de Via, nepotem nostrum, jam in procinctu ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, accedendi personaliter, exeuntem retinendum providimus et ad vestram presentiam destinandum, cui super hiis que pro parte nostra retulerit fidem velitis credulam adhibere. Datum Avinione, II idus januarii, anno octavo. »

1909 Avignon, 13 janvier 1324.

Alphonso de Hispania, ut moram Petri Dueza, Arnaldi, ejusdem Petri nati, ac Petri de Via, qui in adventu Caroli, regis Franciæ, interesse Caturci non potuerunt, excuset. (Reg. 112, p. II, fol. 14 v°, c. 555.)

« *Alfonso de Yspania.* Nuper de adventu carissimi in Christo fili nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad partes Caturcenses rumoribus certis auditis, dilectos filios nobiles viros Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, disposuimus ante festum Nativitatis dominice proximo preteritum in occursum regis ipsius, et ad exhibendum sibi reverentiam debitam destinare. Sed postmodum intellecto quod idem rex non erat sic in proximo ad partes venturus easdem, quodque dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mathildis, consortis, et Marie, ducisse Calabrie, dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, propinquus erat adventus ad curiam, quibus per eosdem germanum et nepotes specialem exhiberi reverentiam volebamus, eos duximus amplius retinendos. Deinde vero, circa festum predictum, ad nostram presentiam rumoribus repentinis perlato prefatum regem adeo iter suum ad partes accelerasse predictas quod ipsi non poterant commode in ejus adventu interesse Caturci, aliisque impedimentis supervenientibus interim

et adventu appropinquante nobilium predictorum, adhuc ipsos habuimus quasi inevitabiliter retinere; quocirca discretionem tuam, de qua specialem in Dominico fiduciam obtinemus, attente rogamus quatinus moram germani et nepotum predictorum excusare, ipsosque regie celsitudini, prout tue circumspectioni videbitur, studeas affectuosius commendare, cum eos illuc transmittere quantocius commode poterimus intendamus. Datum Avinione, idus januarii, anno VIII°.

1910 Avignon, 13 janvier 1324.

Comiti Valesii Henricum de Soliaco, buticularium Franciæ, iterum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 570.)

« *Comiti Valesii, pro domino de Suliaco.* Sicut alias tue nobilitatis magnificentie dilectum filium Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, tui honoris[1] et commodi fervidum zelatorem, meminimus commendasse, ipsum adhuc iteratis precibus commendamus, eandem rogantes magnificentiam et hortantes quatinus, zelum quem idem nobilis gerit et gessit hactenus ad tua ferventer obsequia et beneplacita prosequenda benignius inter precordia recensendo, eum super agendis suis velit tue nobilitatis excellentia prosequi gratiis et favoribus oportunis. Datum Avinione, idibus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *honore*.

1911 Avignon, 13 janvier 1324.

Regem Angliæ de beneficiis et favoribus prædicto Henrico impensis gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 43 v°, c. 746; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, p. II, p. 88.)

« *Regi Anglie.* Gratis admodum relatibus dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, buticularii Francie, ex[c]ellentiam regiam apud nos multe laudis preconiis attollentis, letanter accepto qualiter, post obitum inclite recordationis Philippi, Francie et Navarre regis, eundem nobilem gratiose recipiens, regia benignitas variis fovit beneficiis et favoribus precipuis honoravit, inde magnificentiam regiam cum gratiarum actionibus plurimum in Domino commendamus, illam rogantes et hortantes attentius quatinus erga predictum nobilem, honoris et comodi regii fervidum zelatorem, hujusmodi favores et beneficia sic continuare velit regia benignitas nostrorum precaminum interventu, quod ex hoc sublimitatem regiam prosequi uberioribus gratiarum actionibus merito debeamus. Datum Avinione, idibus januarii, anno octavo.

1912 Avignon, 13 janvier 1324.

Stephano de Vidilhaco mandat ut quosdam redditus et proventus castrorum de Ponte Sorgiæ et de Interaquis ac certam partem jurisdictionis dicti castri de Interaquis, dudum Ecclesiæ Romanæ unitos, recipiat et in illorum possessionem thesaurarium comitatus Venayssini ac procuratorem dictæ Romanæ Ecclesiæ inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 85 v°, c. 965.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidilhaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi.* Dudum dilecti filii Geraldus, prepositus, et capitulum ecclesie Avinionensis, ordinis sancti Augustini, asserentes quod certi redditus et proventus quos episcopus Avinionensis, qui est pro tempore, in castris de Ponte Sorgie et de Interaquis ad Romanam Ecclesiam spectantibus, Avinionensis diocesis, nomine predicte ecclesie Avinionensis habere dinoscitur, ac certa pars jurisdictionis dicti castri de Interaquis ejusque pertinentiarum ad eosdem episcopum et ecclesiam Avinionenses pertinens, propter periculosas dissentiones (*sic*) que inter gentes et officiales Romane et Avinionensis ecclesiarum predictarum, pretextu regiminis dicte partis jurisdictionis et perceptionis redditum et proventuum predictorum, consueverunt sepe contingere, parum aut nichil utilitatis, sed potius incommoditates varias attulerunt hactenus, ac etiam afferebant episcopo et ecclesie Avinionensibus predictis, nobis humiliter et unanimiter per suas patentes litteras supplicarunt ut, pro honore et utilitate ipsius Avinionensis ecclesie, partem jurisdictionis, ac redditus et proventus predictos, in quibuscumque consisterent, ab eadem ecclesia Avinionensi et mensa episcopali ejusdem separare, prefateque Romane Ecclesie et etiam castris predictis unire et incorporare perpetuo, et eidem Avinionensi ecclesie, pro predictis, prestari facere condecentem recompensationem

in aliis dignaremur. Nos autem predicte Avinionensis ecclesie, quam amoris privilegio complectimur specialis, periculis et incommoditatibus obviare, providereque utilitatibus paterne solicitudinis studiis cupientes, ac volentes ipsorum prepositi et capituli votis et supplicationibus annuere favorabiliter in hac parte, predicte jurisdictionis partem ac redditus et proventus predictos, in quibuscumque consisterent, ab ecclesia Avinionensi predicta et ipsius mensa episcopali separantes omnino, Romane Ecclesie et castris predictis per alias nostras sub certa forma litteras auctoritate apostolica et ex certa scientia incorporandos et admittendos duximus ac etiam uniendos[1], eidem Avinionensi ecclesie de recompensatione decenti providere propter hoc, sicut loco et tempore congruis videbimus oportunum, nichilominus intendentes, prout in eisdem litteris plenius continetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eandem partem jurisdictionis ac redditus et proventus predictos per nos, ut premittitur, Ecclesie Romane et castris predictis incorporatos, annexos et unitos, ad manus tuas, nostro et ejusdem Ecclesie Romane nomine recipiens, in illorum corporalem possessionem vel quasi, dilectos filios thesaurarium comitatus Venaysini ad eandem Romanam Ecclesiam pertinentis, ubi dicta castra consistunt, et procuratorem ejusdem Ecclesie Romane, nostro et ipsius nomine, inducere et inductos defendere non postponas, faciens inde fieri duo vel plura publica instrumenta, quorum altero in archivo comitatus remanente predicti, reliquum ad nostram Cameram studeas fideliter destinare; contradictores — Datum Avinione, idus januarii, anno octavo. »

1. 1er janvier 1324 (nº 1897).

1913 Avignon, 17 janvier 1324.

Eidem Stephano, ut Bertrandum Aulrici, canonicum monasterii sancti Ruffi Valentinensis, ordinis sancti Augustini, ab eodem ordine apostatam, si in comitatu Venayssini inventus fuerit, capi faciat et fideliter custodiri. (Reg. 112, p. ii, fol. 84 vº, c. 962.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidiliaco, archidiacono Aureliacensi in ecclesia Claromontensi, capellano nostro.* Nuper fide dignorum — Dat. Avinione, xvi kal. februarii, anno octavo. »

1914 Avignon, 17 janvier 1324.

Guillelmo, episcopo Caturcensi, quod matrimonium inter Guillelmum de Medullione et nobilem mulierem Bernardam de Rogerio solemnisare possit, non obstante prohibitione temporum. (Reg. 76, cur. fol. 3, c. 9.)

« *Dilecto filio venerabili fratri Guillelmo, episcopo Caturcensi.* Licet sacri canones — Dat. Avinione, xvi kal. februarii, anno octavo[1]. »

1. Cet acte a été enregistré probablement par erreur, à la date du 17 décembre 1323, dans le registre 112 (Voyez ci-dessus, nº 1888).

1915 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ Petrum Dueza, Arnaldum ejusdem Petri natum, ac Petrum de Via mittit; excusationem ab eo pro Arnaldo de Trianno, in curia ratione officii sui retento, petit, et de successis in villa de Alesto eum certiorem facit. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, c. 545.)

« *Regi Francie.* Licet dilectos filios nobiles viros Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, quos dudum, audito certitudinaliter ad partes Tholosanas adventu regio, disposueramus in occursum regie celsitudini ad exhibendum debitam reverentiam destinare, postmodum certis ex causis et impedimentis supervenientibus, sicut ea celsitudini regie meminimus descripsisse, usque nunc duxerimus retinendos, modo tantum, postquam dilecta nobis in Christo filia nobilis mulier Mathildis, consors dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, ac Maria, nata sua, ducissa Calabrie, ad Romanam curiam applicarunt, oportunitate captata, prefatos germanum et nepotes ad regalem presentiam, qui die date [presentium] iter arripuerunt, destinamus. Et quia dilectus filius nobilis vir Arnaldus de Trianno, Romane curie marescallus, adeo nobis et eidem curie, propter continuum exercitium sui officii, existit necessarius, quod eo carere comode non valemus, serenitatem regiam attente rogamus quatinus accedentium moram, ac ejusdem marescalli absentiam excusatas, et nichilominus eorum singulos

habere velit regia sublimitas propensius commendatos. Et quia, sicut relatione percepimus fide digna, in villa de Alesto quedam ad consolationem fidelium et catholice fidei fulcimentum hiis diebus preteritis contigerunt, illa discretioni regie per cedulam inclusam presentibus curavimus ad gaudium nuntiare. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno octavo. »

1916 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii super eodem, ut prædicti Arnaldi absentiam excusatam habere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 546.)

« *Comiti Valesii.* Cum sicut tue — Datum ut supra. »

1917 Avignon, 19 janvier 1324.

Mariæ, reginæ Franciæ, germanum et nepotes ipsius una cum quibusdam nobilibus commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 547; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 272.)

« *Marie, regine Francie.* Dilectos filios Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, ad regalem presentiam accedentes, necnon Bernardum Convenarum, Gastonem Fuxi, et Archambaudum Petragoricensem comites, ac Bernardum Jordani, dominum de Insula, super suis agendis excellentie regie, affectione qua possumus, commendamus. Datum Avinione ut supra. »

1918 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ proposita pro parte ducis Bavariæ et qualiter processum est contra eum notificat, moramque Petri ac Arnaldi Dueza et Petri de Via iterum excusat. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 548; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 172, n° 347, extrait.)

« *Regi Francie.* Nuper, fili carissime, certitudinaliter intellecto quod dux Bavarie in regem Romanorum electus, certos ad nostram presentiam nuntios destinabat, hec excellentie regie curavimus intimare. Ut autem quid prefati nuntii proposuerint quidque ipsis per nos responsum fuerit providentia regia non ignoret, ecce quod in summa proposuerunt nuntii antedicti : quod eorum dominus murmurando perceperat ab aliquibus quod in Romana curia graves processus facti fuerant contra eum, licet super hoc certitudinem alias non haberet, ipsosque ad nostram presentiam miserat ut se deberent super hoc plenius informare, et si processus tales contra ipsum habitos invenirent, nobis pro parte sua supplicare deberent ut ei, ad deliberandum super illis seque excusandum et facta sua justificandum, vellemus certum terminum assignare, cum, si forsan excessisset in aliquo, paratus esset illa reformare, et hoc idem eorum procuratorium continebat.

Nos autem, cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, prefati ducis excessibus repetitis, de fratrum nostrorum consilio, ipsis duximus respondendum quod nostre intentionis non erat in processu nostro contra dictum ducem habito aliquid innovare ipsum tollendo vel suspendendo, vel quoad impediendum effectum sententiarum in eo latarum terminum, dilationem vel prorogationem aliquam concedendo, immo volebamus eum, quoad omnia contenta in ipso, et ipsius effectum in suo pleno vigore atque robore permanere. Verum cum in dicto processu sibi duxerimus intimandum quod, si in premissis in ipso processu contentis, infra prefixum sibi terminum exequendis, foret[1] negligens vel remissus, contra ipsum ad publicationem penarum, in quas propter excessus in dicto processu(s) expressos inciderat vel incideret in futurum, et alias, quas suaderet justitia, procederemus, ejus abscentia (*sic*) non obstante, intendebamus usque ad duos menses a data presentium computandos, a publicatione penarum in processibus hujusmodi ac ab aggravatione supersedere processus ejusdem, infra quos certificari possemus quod per eundem circa premissa extiterit refformatum. Per hoc tamen nec volebamus nec intendebamus nos aliquatenus obligare, quin etiam, eorundem duorum mensium pendente termino, ad aggravationem dicti processus et alias possemus procedere contra ipsum, si et prout nobis pro conservatione jurium et honoris ejusdem Ecclesie viderimus expedire. Hanc igitur responsionem nostram die date presentium publicandam providimus, ut ad ipsius ducis et communem omnium notitiam deducatur, ac litteras nostras bullatas responsionem

continentes eandem in ecclesie Avinionensis appendi hostiis (*sic*) fecimus et affigi.

Ad hec dilectos filios nobiles viros Petrum, germanum, ac Arnaldum Duesa, et Petrum de Via, nepotes nostros, quos in occursum disposueramus regie magnitudinis nudius destinare, cum adventus regius vicinior quam speremus extiterit, nonnullaque emergentia postmodum, que ipsi regie celsitudini explicabunt oretenus, illorum accessum impedierunt, super mora excusantes hujusmodi, eidem celsitudini affectius commendamus. Verentes itaque, propter viarum discrimina, ne fortassis ad manus regias hujusmodi littere pervenissent, illas sub presentium serie destinare providimus iterato. Datum ut supra. »

1. Reg. *fores*.

1919 Avignon, 19 janvier 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, p. c. 548.)

1920 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem regi Franciæ, quod ad supplicationem Johannis, regis Bohemiæ, nihil in processu contra ducem Brabantiæ per Ludovicum, ducem Bavariæ, habito, immutare intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 549; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 474, n° 1280.)

« *Regi Francie.* Ad regalis celsitudinis notitiam deducimus per presentes quod, super processu habito contra dilectum filium nobilem virum ducem Brabantie, ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, per magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, hoc quod a nobis pro parte dicti regis supplicatum extiterit, videlicet quod circa processum predictum contra dictum ducem Brabantie et pro rege predicto coram dicto duce Bavarie habitum, nichil vellemus, si pro parte dicti ducis Brabantie nos requiri contingeret specialiter, immutare, prompte duximus annuendum. Processus autem contra dictum ducem habitos ex[c]ipere a nostris processibus, sine evidenti processuum eorundem prejudicio nostraque indecentia, sicut et circumspectio potest percipere regia, nequiremus, presertim cum, tam in curia quam in diversis mundi partibus, processus nostri predicti absque exceptione processus alicujus fuerint publicati. Datum ut supra. »

1921 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem regi, ut Petro de Via, ipsius nepoti, in hiis quæ viva voce exponere habet, fidem credulam adhibere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 550.)

« .., *regi Francie.* Cum dilecto filio nobili viro Petro de Via, nepoti nostro, ad regalem presentiam accedenti, quedam imposuerimus pro parte nostra regie celsitudini vive vocis oraculo referenda, eandem celsitudinem deprecamur quatinus ipsum benigne velit audire super hiis et fidem credulam adhibere. Datum Avinione ut supra. »

1922 Avignon 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, ut eidem Petro fidem adhibere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 551.)

« .., *comiti Valesii.* Cum dilecto filio — Datum ut supra. »

1923 Avignon, 19 janvier 1324.

Roberto, comiti Bononiæ, germanum et nepotes ipsius ad Carolum, regem Franciæ, accedentes necnon Gastonem Fuxi, Bernardum Convenarum, Archambaldum Petragoricensem comites et Bernardum Jordani, dominum de Insula, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 552; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 274, analyse.)

« *Roberto, comiti Bononie.* Dilectum filium nobilem virum Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, quos, ex certis (ex) causis et impedimentis supervenientibus nobilitati tue per ipsos plenius referendis, usque modo retinuimus, ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam accedentes, necnon dilectos filios nobiles viros Gastonem Fuxi, ac Bernardum Convenarum, et Arcambaudum Petragoricensem, et Bernardum Jordani, dominum de Insula, tue nobilitatis providentie commendamus; illam attentius deprecantes quatinus ipsos

et eorum singulos ac ipsorum negotia sic velit tua benivolentia dirigere et eis assistere, sicut honeste poterit, consiliis, auxiliis et favoribus oportunis, quod propter hoc in tuis oportunitatibus fortius nos astringa[s]. Datum ut supra. »

1924 Avignon, 19 janvier 1324.

Matheo de Tria, marescallo Franciæ, eosdem commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 553; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 273, analyse.)

« *Matheo de Tria, marescallo Francie.* Habet de tue — Datum ut supra. »

1925 Avignon, 19 janvier 1324.

Magistro Johanni de Cerchemont Petrum et Arnaldum Dueza ac Petrum de Via commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 14 v°, c. 554.)

« *Magistro Johanni Cerchamont.* De tue circumspectionis benivolentia gerentes fiduciam specialem, dilectos filios nobiles viros P. Duesa, germanum, ac Arnaldum, natum ejus, et Petrum de Via, nepotes nostros, ad regalem presentiam accedentes, eidem benivolentie specialiter commendamus, illam rogantes attentius quatinus sic eos velit tua providentia dirigere sibique, prout honeste poteris, consiliis et favoribus oportuuis assistere, quod in tuis oportunitatibus propter hoc tibi fortius astringamur. Datum ut supra. »

1926 Avignon, 19 janvier 1324.

Ad majorem securitatem quasdam litteras iterat. (Reg. 112, p. II, fol. 14 v°, c. 556.)

« Verentes[1] itaque, propter viarum discrimina, ne fortassis ad manus tuas hujusmodi littere pervenissent, illas sub presentium serie iterato destinare providimus per eosdem germanum et nepotes qui, captata oportunitate, die date presentium arripuerunt accedendi ad regalem presentiam iter suum. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno octavo. »

1. Reg. *venientes* qui est une erreur manifeste. La lettre est, on le voit, incomplète ; elle ne figure pas à l'index du registre, elle est dépourvue d'adresse et d'incipit. Il semble qu'elle soit adressée à Alphonse d'Espagne, comme celle qui la précède dans le registre (c. 555) et qui est du 13 janvier (n° 1909). On remarquera que l'acte ci-dessus reproduit en partie la dernière phrase d'une lettre adressée au roi de France à la même date (n° 1918).

1927 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ, ne credat Gastonem Fuxi aliquid ex proposito contra honorem regium commisisse. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 557; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 275.)

« *Regi Francie.* Quod dilectus filius nobilis vir Gasto Fuxi aliquid ex proposito contra honorem excellentie commiserit regie, vel committentibus consensum prebuerit vel favorem, ejus etas tenera ac fidelitatis debitum quo celsitudini regie se non ignorat astrictum, necnon et jura sanguinis que ad obsequendum devote regiis beneplacitis ipsum vinc[i]unt, probabiliter credere utique non permittunt ; ideoque providentiam regiam, affectu ampliori quo possumus, exoramus quatinus, premissis in examine recte rationis adducti[s], ejusdem comitis facta dijudicet ipsumque dignetur in suis agendis dirigere et habere propensius commendatum. Gratia Domini Jhesu Christi sit, fili carissime, tecum, qui te dirigat in agendis. Datum ut supra. »

1928 Avignon, 19 janvier 1324.

Carolo Valesii de eodem, ut dictum regem Francie ad benivolentiam erga præfatum Gastonem inducat. (Reg. 112, p. II, fol 15, c. 558; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 114, n° 276, analyse.)

« *Comiti Valesii, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1929 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ, ut B[ernardum], comitem Convenarum, ejusque germanos in agendis commendatos habeat nec contra eos prolatis fidem adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 15, c. 559; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 114, n° 277, extrait.)

« *Regi Francie, pro etc.* (sic). Illos, quos tenemus indubie tibi tuisque devotos[1] fuisse predecessoribus, intendentes constanter in hiis in posterum permanere, celsitudini regie fiducialiter commendamus. Hinc est quod dilectos filios nobiles viros B., Convenarum comitem, ejusque germanos, quorum progenitores honoris regii extiterunt, dum in rebus humanis agerent, fervidi zelatores, pro ipsius conservatione exponendo se et sua, spretis periculis et laboribus non vitatis, ipsique, eorum vestigiis inherentes, quotiens opus fuit, similia studuerunt sedule adimplere, illiusque existunt propositi quod in hoc, dum vixerint, inviolabiliter perseverent, benivolentiam regiam affectuosius deprecamur quatenus, premissis in consideratione deductis, ipsos dig[n]etur et eorum negotia habere propensius commendata, eorumque emulis, si que forsan contra ipsos vel eorum aliquem proferri[2] contingeret, nequaquam velit circumspectio regia fidem credulam adhibere. Datum ut supra. »

1. Reg. *devotis.*
2. Reg. *proferre.*

1930 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii ejusdem B[ernardi] negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 15. c. 560; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 115, n° 278, analyse.)

« *Comiti Valesii, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1931 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem comiti Valesii Archambaldi, comitis Petragoricensis, negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 15, c. 561.)

« *Eidem, pro comite Petragoricensi.* Pro dilecto filio — Datum ut supra. »

1932 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Francie Bernardum Jordani de Insula commendat moramque dicti Jordani excusat. (Reg. 112, p. II, fol. 15, c. 562; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 115, n° 279.)

« *Regi Francie, pro domino de Insula.* Dilectum filium nobilem virum Bernardum Jordani, dominum de Insula, familiarem nostrum, suaque negotia regie magnificentie commendantes, illam rogamus, ampliori affectu quo possumus, quatinus prompta et devota obsequia que predictus nobilis suique progenitores, tam pacis quam belli temporibus, prompte exhibuerunt hactenus [domu[i]] regie, tuisque progenitoribus constanter et intrepide, spretis expensis et periculis, ac laboribus non vitatis, benigna consideratione recogitans, regia celsitudo velit eundem nobilem, nostrorum etiam intercessione precaminum, in suis agendis prosequi gratiis et favoribus oportunis, et attendens benignius regia providentia quod nobilis ipse multos habet emulos qui eum forcitan sagitant labiis detractoriis, presertim ad irritandum contra ipsum animum regium in occulto, auditum prebere nolit talibus nec aures accomodare faciles ad credendum. Nos enim tenemus indubie quod tandem, detractionibus ipsis a veritate repertis vacuis, prefatum nobilem fidelem inveniet regia sublimitas in omnibus et devotum. Ad hec, licet prefatus nobilis, adventu mox audito regio, disposuisset et parasset ad regalem presentiam dirigere gressus suos, supervenientibus tamen certis impedimentis, presertim infirmitate dilecti filii nobilis viri Bertrandi, nati sui, qui adhuc lecto infirmitatis decumbit, nequivit usque modo perficere comode quod disposuerat in hac parte, quare moram ipsius regia benignitas habere velit favorabiliter, quesumus, excusatam. Datum ut supra. »

1933 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, pro eodem Bernardo Jordani. (Reg. 112, p. II, fol. 15 v°, c. 563; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 280, analyse.)

« *Comiti Valesii.* Dilectum filium nobilem[1] — et favoribus oportunis. Et quia sepius emuli, ad fortius conculcandum quos odiunt, contra eos suos irritare principes moliuntur, precibus nostris subjungimus ut magnitudinis tue providentia contra prefatum nobilem fidem non adhibeat talibus, nec tuus benignus animus irritetur. Tenemus siquidem indubie quod ad regia et tua beneplacita prosequenda fidelis reperietur in omnibus et devotus. Ad hoc, licet ipse postquam, jam diu est, ad regalem et tuam presentiam e vestigio disposue-

rat dirigere gressus suos, propter supervenientem gravem infirmitatem dilecti filii nobilis viri Bertrandi, nati sui, et alia certa impedimenta, compulsus per aliquos dies fuerit suum differre recessum, ipseque, post aliqualem dicti nati convalescentiam, mox arripere voluerit iter suum, tamen adventu dilectarum in Christo filiarum tuarum consortis et filie, ducisse Calabrie, audito propinquo, ipsum duximus usque nunc retinendum. Quare moram hujusmodi velit habere tua benignitas favorabiliter excusatam. Datum ut supra. »

1. Le passage supprimé ici reproduit, *mutatis mutandis*, le passage analogue de la lettre précédente.

1934 Avignon, 19 janvier 1324.

Johanni de Cerchemont, pro eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 15 v°, c. 564; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 281, analyse.)

« *Magistro Johanni Cerchamont.* Illos, de quorum fidelitate et devotione sincera erga celsitudinem regiam indubitatam [fidem] obtinemus, illis de quibus confidimus commendamus. Hinc est quod cum dilectum filium Bernardum Jordani, dominum de Insula, talem indubie supponamus, ipsum ejusque negotia tue prudentie de qua plenam gerimus fiduciam, affectu pleniori quo possumus commendamus. Et quia emuli contra illos quorum sunt emuli, ad eis detrahendum et irritandum contra ipsos suos principes de facili prolabuntur, eisdem adicimus precibus ut, ne per talia carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, contra predictum nobilem provocari valeat, prout honeste poteris te opponas, ut per hoc in tuis oportunitatibus fortius nos astringas. Datum ut supra. »

1935 Avignon, 19 janvier 1324.

Alphonso de Hispania ejusdem Bernardi negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 15 v°, c. 565; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 282, analyse.)

« *Alfonso de Hispania, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1936 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem, ut Gastonem Fuxi, Bernardum Convenarum et Archambaldum Petragoricensem comites commendatos habens, eos in agendis dirigat. (Reg. 112, p. II, fol. 15 v°, c. 566.)

« *Eidem Alfonso, pro comitibus Fuxi, Convenarum et Petragoricensi.* Dilectos filios nobiles — Datum ut supra. »

1937 Avignon, 19 janvier 1324.

Regem Franciæ ad concordiam cum Sancio, rege Majoricarum, habendam hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 15 v°, c. 567.)

« *Regi Francie, super pace inter ipsum et regem Majoricarum.* Quia nonnunquam presentia dissidentium discordiis finem consuevit imponere quem nequivit procuratorum seu nuntiorum presentia obtinere, idcirco provid[ent]iam regiam duximus exhortandam ut illis questionibus, quas hostis pacis inter tuam magnificentiam, et carissimum in Christo filium nostrum Sancium, regem Majoricarum illustrem, satagit suscitare, tua et ipsius presentia, attentis commodis variis que ex pace, et dispendiis que ex ipsa possent discordia provenire, per vias pacificas studeat finem dare. Datum ut supra. »

1938 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Majoricarum, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 568.)

« *Regi Majoricarum, super eodem.* Excellentie regie dudum — Datum ut supra. »

1939 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 569.)

« *Super eodem comiti Valesii.* Pro questionibus variis — Datum Avinione ut supra. »

1940 Avignon, 20 janvier 1324.

Cancellario Parisiensi, ut Hugonem de Marciaco, de ordine fratrum Prædicatorum, ad magisterium theologiæ promoveat. (Reg. 112, p. i. fol. 80. c. 371. — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 274, n° 829, analyse.)

« *Dilecto filio cancellario Parisiensi.* Habet fide dignorum — Datum Avinione, xiii kal. februarii, anno VIII°. »

1941 Avignon, 26 janvier 1324.

Bernardo, comiti Convenarum, nuntiat germanum et nepotes ipsius ac dominum de Insula eundi versus Tolosam ad Carolum, regem Franciæ, die jovis proximo præterita, iter arrippuisse. (Reg. 112, p. ii, fol. 37, c. 710; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 117, n° 283.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Convenarum.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, vii kal. februarii, anno octavo. »

1942 Avignon, 26 janvier 1324.

Eidem, de solicitudine sua, de prædictorum germani et nepotum adventu necnon de cujusdam termini dilatione. (Reg. 112, p. ii, fol. 37, c. 711 ; — L. Guérard. *Doc. pont.*, t. II, p. 117, n° 284.)

« *Eidem.* Solicitudimem quam in notificando rumores illarum partium adhibere non cessat tue nobilitatis providentia, velut nobis acceptam admodum, plurimum in Domino commendantes, illam rogamus attentius quatinus id continuare solicite non ommittat. Ceterum causas et impedimenta, propter que germanus et nepotes nostri suum ad partes illas diebus aliquibus distulerunt accessum, ipsi, quos[1] jamdiu illuc esse supponimus, tibi plenarie poterunt explicare. Dilationem autem illius termini ampliorem audiveramus quam tue continebant littere nobis gratam, sed postmodum per easdem litteras intellecto eam existere breviorem, ut fiat amplior dare proponimus operam efficacem. Datum Avinione ut supra. »

1. Reg. *quod.*

1943 Avignon, 26 janvier 1324.

Comiti Fuxi nuntiat se eum Carolo, regi Franciæ, et quibusdam aliis commendasse, dictumque comitem ad fidelitatem erga eumdem regem hortatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 37, c. 712; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 118, n° 285.)

« *Comiti Fuxi.* Super tuis agendis apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, tam eidem regi quam dilecto filio magnifico viro Carolo, filio regis Francie, comiti Valesii, et ceteris aliis magnatibus et consiliariis dicti regis, preces nostras per alias litteras dirigimus efficaces. Verum quia, progenitorum tuorum inherendo vestigiis, te decet et expedit fidelitatem et devotionem prefati regis Francie, sicut teneris ex debito et etiam jura te astringunt sangui[ni]s, efficaciter observare, nobilitatem tuam attensius (*sic*) exhortamur quatinus, prudenter et provide per viam rectitudinis dirigens actus tuos, sic beneplacitis regiis te coaptes, quod ab ipso diligi et in tuis conservari juribus merearis. Datum ut supra. »

1944 Avignon, 27 janvier 1324.

Merum et mixtum imperium jurisdictionemque in Castronovo, Cavallicensis diocesis, Rostagno de Sabrano qui, post translationem juris ab abbate sancti Guillelmi de Deserto, ordinis sancti Benedicti, Lodovensis diocesis, factam, fidelitatis juramentum præstiterat, concedit. (Reg. 112, p. i, fol. 93, c. 423.)

« *Dilecto filio nobili viro Rostagno de Sabrano, domino Castrinovi, Cavallicensis diocesis.* Translato nuper per — Datum Avinione, vii kal. februarii, anno octavo. »

1945 Avignon, 27 janvier 1324.

Philippo, comiti Cenomanensi, super facto cujusdam abbatis et reservatione ecclesiæ Andegavensis respondet, priorem de Echartis[1] commendatum habere promittit et de sollicitudine erga Arnaldum Dueza gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 16 v°, c. 573.)

« *Philippo, comiti Senomanensi* (sic). Benigne recepimus diversas nobilitatis tue litteras nostro

apostolatui presentatas, et tam ea que clericus et miles, nuntii tui ad nostram presentiam destinati, sub credentia per alteram de dictis litteris sibi data, coram nobis proponere curaverunt, quam que dicte littere continebant, audivimus et intelleximus diligenter. Cumque predicti nuntii de facto cujusdam abbatis, nobis pro parte tua fecerint specialiter mentione[m], nos modum et formam quibus super illo per Sedem Apostolicam procedi debet et convenit, eisdem duximus exprimendos, sicut ipsi eidem nobilitati tue referre poterunt viva voce, super quibus, si ejusdem negotii prosequtor appareat ydoneus, nos favorabiles in exhibitione justitie reperiet et benignos. Ceterum provisionem ecclesie Andegavensis dispositioni nostre reservavimus, licet probabiliter ignoremus an in eadem jam fuerit electio celebrata, alias enim intendimus regiis et tuis precibus annuere, prout, sine juris alterius prejudicio, acceptum Deo putaverimus expedire. Rursus dilectum filium priorem de Echartis, tuorum interventu precaminum, habere proponimus, loco et tempore congruis, favorabiliter commendatum. Ad hoc, affectionem et solicitudinem quas circa promotionis et honoris augmentum dilecti filii nobilis viri Arnaldi Duesa, nepotis nostri, habere noscitur tue benivolentie promptitudo ubilibet, actionibus prosequimur gratiarum, ipsum ac germanum et alios nepotes nostros eidem benivolentie, affectione qua possumus, commendantes. Datum Avinione, VI kal. februarii, anno octavo. »

1. Les Essars, Maine-et-Loire, c[ne] de Saint-Léger-des-Bois.

1946 Avignon, 28 janvier 1324.

Ludovico de Sabaudia de « electis[1] » et caseis transmissis regratiatur. (Reg. 112, p. II, fol. 85, c. 963[2].)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Sabaudia, domino Vaudi.* Gratanter, fili, recepimus — Datum Avinione, V kal. februarii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faut lire *alectis*.
2. L'acte ne figure pas dans l'index du registre. On lit seulement, à la place où il devrait être, d'une écriture contemporaine : « *Ludovico de Sabaudia* ».

1947 Avignon, 1 février 1324.

Comiti Valesii de benivolentia erga Henricum de Soliaco regratiatur germanumque et nepotes ipsius eidem comiti commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 571.)

« *Pro eodem et dominis Petro Duesa etc. ac aliis devotis*[1]. Magnificentie tue litteras nobis novissime presentatas, quibus dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, per nos eidem magnificentie commendatum, se tua nobilitas prosecutur[um] in suis agendis, precum nostrarum interventu, favorabiliter, et ad ea nichilominus promovenda et etiam prosequenda que nostris grata fuerint beneplacitis sinceris affectibus obtulit, firmam de nobis in similibus fiduciam obtinendo, gratanter recepimus et intelleximus diligenter. Sane, fili dilectissime, super oblationibus hujusmodi gratis nobis admodum, excellentie tue gratiarum uberes refferimus actiones, eandem excellentiam tenere volentes indubie quod in hiis que tuum respicient commodum et honorem, nos promptos, quantum cum Deo poterimus, perpetuo reperies et benignos. Prefatum autem dominum de Suliaco, quem ad tua obsequia ferventem devotionem habere non ambigimus, velut tui favoris bene meritum, ac germanum et nepotes aliosque devotos nostros, iteratis confidenter precibus, tue benivolentie affectione qua possumus commendamus. Datum Avinione, kalendis februarii, anno octavo. »

1. Il n'y a pas d'autre indication dans le registre, mais, d'après l'index, cette lettre est adressée, comme celle qui la précède et qui est du 13 janvier 1324 (c. 570, n° 1910 ci-dessus) à Charles de Valois pour Henri de Sully, et c'est vraisemblablement à cette dernière que le pape fait ici allusion.

1948 Avignon, 1 février 1324.

Johanni de Cerchemont de zelo in negotio praefati Henrici de Soliaco adhibito gratias agit eique super quibusdam petitis respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 572.)

« *Magistro Johanni Cerchamont, pro domino de Suliaco.* Gratanter recepimus et diligenter inspeximus devotionis tue litteras quibus tue fidelitatis constan-

tiam, quam erga dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, honoris tui non immerito zelatorem, hactenus observare curasti, operis exhibitione pretendens nobilem ipsum in suis agendis prosequi, nostrorum consideratione precaminum, favorabiliter, teque ad nostra prosequenda beneplacita sinceris affectibus obtulisti, super quibus devotionem tuam gratiarum actionibus prosequentes, illam rogamus attentius quatinus hoc continuare prosecutione laudabili non desistas. Preterea que sint illa que per tuum presbiterum dudum in nostra presentia constitutum preter tuam conscientiam nobis exprecisse[1], tue predicte littere continebant, probabiliter ignoramus, cum multa tunc pro parte tua nobis idem presbiter duxerit exponenda; sed si tibi videatur expediens quod de illis nos efficiat certiores, libenter et favorabiliter audiemus, annuendo super hiis et aliis, quantum cum Deo poterimus, votis tuis. Datum ut supra proxima. »

1. *Sic*, il faudrait sans doute *expresse* [*sunt*].

1949 Avignon, 5 février 1324.

Mathildi, comitissæ Valesii, respondet se abbatem monasterii Casænovæ, cujus negotium adhuc in curia pendet, favorabiliter prosecuturum esse eique nuntiat quod ad provisionem monasterii monialium de Romaricimonte, Tullensis diocesis, faciendam, juxta ejus postulationem procedi non potest, cum tales provisiones per modum petitionum non consueverunt extra consistorium expediri. (Reg. 112, p. ii, fol. 16 v°, c. 574.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Presentatas nobis magnificientie — Datum Avinione, nonis februarii, anno octavo. »

1950 Avignon, 5 février 1324.

Heliono, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistro, quod gratum habet propositum ejus Mathildim, comitissam Valesii, in reditu comitandi. (Reg. 112, p. ii, fol. 86, c. 967.)

« *Dilecto filio Helyono, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistro.* Missis nobis litteris tuis consueta benignitate receptis, placet nobis quamplurimum quod dilectam filiam magnificam mulierem Mathildem (*sic*), comitissam Valesii, jam in redditu positam, prout laudabiliter proposuisse dinosceris, prosecuturus tua negotia, usque ad viri sui presentiam comiteris, cum in hiis que poteris obsequiosus existas. Datum Avinione, nonis februarii, anno octavo. »

1951 Avignon, 8 février 1324.

Regem Franciæ rogat ut erga Amanevum de Astaraco, qui per curiam regiam ad transfretandum in Ciprum vel Armeniam condempnatus fuerat, se clementem exhibeat, pœnam prædictam remittendo vel saltem terminum transfretandi prorogando. (Reg. 112, p. ii, fol. 16 v°, c. 575; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 120, n° 289 [1].)

« *Regi Francie.* Ad ea libenter, fili carissime, celsitudinem tuam nostris precibus invitamus, quibus ad clementiam, qua tronus firmatur regius, inclinata, humanis mereatur attolli laudibus, et divinis beneplacitis coaptari. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Amanevus de Astariaco, familiaris noster, pretextu quorumdam excessuum, super quibus olim magnitudini tue dicitur fuisse delatus, ad tran[s]fretandum se sexto hominum armatorum in Ciprum vel Armeniam, ibique per biennium continuum commorandum, fuerit, sicut accepimus, per curiam regiam condempnatus; hinc ad festum Pasce proxime venturum prefixo sibi termino arripiendi super hoc iter suum, et ejusdem nobilis singularis transfretatio, quantum ad presens, Cipri et Armenie regnis ac partium illarum fidelibus, sicut regia non ignorat providentia, parum aut nichil utilitatis afferret, sed gravamen esset sibi non modicum, ac uxori sue juveni, et patri, cui esse noscitur unicus, ex hoc maxima desolatio proveniret, excellentiam regiam plenis affectibus deprecamur quatinus, predictis in examine benigne considerationis adductis, et attentis insuper promptis obsequiis que, tam ipse nobilis quam pater suus et alii de genere suo, hactenus exhibuerunt domui regie tam fideliter quam devote, spretis periculis ac expensis et laboribus non vitatis, et que ipsi magnitudini regie poterunt, sicut ferventer appetunt, jugiter exhibere, tam premissorum obtentu quam nostrorum precami-

num interventu, velit regia sublimitas, rigore justitie clementer condimento misericordie temperato, penam predictam misericorditer et gratiose remittere, vel saltem eidem usque ad biennium tran[s]fretandi terminum de speciali gratia prorogare. Datum Avinione, VI idus februarii, anno octavo. »

1. A la date du 13 février qui est une erreur évidente.

1952 Avignon, 8 février 1324.

Reginæ Franciæ super eodem, ut pro eodem Amanevo apud præfatum regem partes suas interponat. (REG. 112, p. II, fol. 17, c. 576; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 290, extrait [1].)

« *Regine Francie.* Super eo quod — Datum ut supra. »

1. Daté comme la lettre précédente, et par erreur, du 13 février.

1953 Avignon, 8 février 1324.

Item Carolo, comiti Valesii. (REG. 112, p. II, fol. 17, p. c. 576.)

1954 Avignon, 8 février 1324.

Mathildi, comitissæ Valesii, ut pro eodem Amanevo apud Carolum regem, Mariam reginam Franciæ, et Carolum, comitem Valesii, virum suum, partes suas interponat. (REG. 112, p. II, fol. 17, c. 577; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 291, analyse [1].)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Tenemus indubie, filia — Datum ut supra. »

1. Avec la même erreur de date que pour les précédentes.

1955 Avignon, 9 février 1324.

Regi Franciæ, ne permettat Catherinam de Greliaco, pro contractibus vel excessibus quondam viri sui, prægravari. (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 578; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, t. II, p. 118, n° 286.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Cum mulieres pro delictis seu contractibus virorum suorum superstitum seu defunctorum molestari juris ratio non permittat, excellentiam regiam affectuose duximus deprecandam quatinus dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Catherinam de Greliaco, dominam de Gorsonio, ejusque bona pro contractibus vel excessibus quondam viri sui, non sinat indebite providentia regia pregravari, sed illi potius, pro divina reverentia nostreque interventionis obtentu, se velit exhibere clementia regia, in hiis et aliis que habet et habebit expedire dicta nobilis, propitiam et benignam. Datum Avinione, V idus februarii, anno octavo. »

1956 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. regi Angliæ. (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 578; — L. GUÉRARD, *loc. cit.*)

1957 Avignon, 9 février 1324.

Comiti Valesii, ut pro eadem Catherina partes suas interponere velit. (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 579; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, t. II, p. 119, n° 287, analyse.)

« *Comiti Valesii.* Cum mulieres pro — Datum ut supra. »

1958 Avignon, 9 février 1324.

Alphonso de Hispania ejusdem Catherinæ negotia commendat. (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 580; — L. GUÉRARD, *Doc. pont.*, t. II, p. 119, n° 288, analyse.)

« *Alfonso de Hispania.* Negotia dilecte in — propitium exhibere [1]. »

1. La date se trouve après l'*in e. m.* qui suit (n° 1960).

1959 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, cancellario. (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 580; — L. GUÉRARD, *loc. cit.*)

1960 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. senescallo Vasconiæ. *Datum ut supra.* (REG. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 580; — L. GUÉRARD *loc. cit.*)

1961 Avignon, 12 février 1324.

Comiti Valesii, de adventus H[enrici], domini Soliaci, ad curiam dilatione. (Reg. 112, p. II, fol. 17, c. 581.)

« *Comiti Valesii.* Magnificentie litteris tue gratanter receptis, quod dilectus filius nobilis vir H., dominus Soliaci, buticularius Francie, adeo cito, sicut disposuerat, nequit nostram adire presentiam, sed de tue magnitudinis beneplacito ad tempus aliquod illud differret, id gratum habemus pariter et acceptum, benivolentiam tuam, qua nostris te promptum offers per ipsas litteras beneplacitis, uberibus gratiarum actionibus prosequentes. Datum Avinione, II idus februarii, anno octavo. »

1962 Avignon, 12 février 1324.

Comiti Valesii de gratiis et honoribus germano et nepotibus ipsius impensis gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 582.)

« *Eidem comiti.* Super multiplicibus favoribus exhibitis ac gratiis et honoribus germano et nepotibus nostris a tua magnificentia exuberanter impensis, quosque uberius impendere non desistit, qui nobis ignoti, tam ipsorum quam nonnullorum aliorum relatione grata et accepta plurimum, non existunt, eidem magnificentie referimus uberes gratiarum quas possumus actiones, ad ea parati, quantum cum Deo poterimus, que tuum respiciant comodum et honorem[1]. »

1. La date est indiquée après l'*in e. m.* (n° 1963).

1963 Avignon, 12 février 1324.

Item in e. m. Johanni de Cerchemont. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 582.)

« *Item in e. m. magistro Johanni de Cerchamont, mutatis mutandis usque existunt,* discretioni tue referimus gratiarum uberes actiones, pro firmo sciturus quod in tuis oportunitatibus nos reperies, quantum cum Deo poterimus, favorabiles et benignos. Datum ut supra. »

1964 Avignon, 13 février 1324.

Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, facultatem conferendi Henrico de Hispania, capellano apostolico, canonicatum, præbendam et archidiaconatum de Josayo in ecclesia Parisiensi ab Alphonso de Hispania, ejusdem Henrici germano, qui ad laycalem statum in proximo se transferre proponit, libere resignatos, eumque super defectu ætatis dispensandi concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 80, c. 373; p. II, fol. 19 v°, c. 593.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis.* Ad nostri apostolatus auditum nuper fide digna relatione perducto quod dilectus filius Alfonsius (*sic*) de Ispania, archidiaconus de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellanus noster, juxta beneplacitum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, cujus ipse inscistit (*sic*) obsequiis et fulget generis claritate, proponit ad laycalem statum, per quem beneficia ecclesiastica que ipse obtinet vacatura sunt, in proximo se transferre, nos intendentes ut beneficia hujusmodi, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, de quibus nullus, preter nos, disponere potest, obsistente generali reservatione dudum facta de beneficiis ecclesiasticis capellanorum Apostolice Sedis tunc ubicunque vacantibus et in antea vacaturis, personis de quibus expedire viderimus, dum vacabunt per modum predictum vel alias, conferantur, ac volentes personam dilecti filii Henrici de Ispania, capellani nostri, ejusdem Alfonsi germani, de stirpe regali originem producentis, apud nos super multis virtutum donis, et aliis probitatis meritis fide dignorum testimoniis commendatam, precipuis favoribus et gratiis specialibus honorare, discretioni tue de qua specialem in Domino fiduciam obtinemus, eidem Henrico canonicatum et prebendam ac archidiaconatum de Josayo, quos dictus Alfonsus in ecclesia Parisiensi noscitur obtinere, dum eos, per liberam resignationem ipsius Alfonsi vel procuratoris sui ad hoc legitime constituti de illis in tuis manibus faciendam, super qua recipienda auctoritate nostra tibi plenariam potestatem presentium tenore concedimus, vel alias de jure vacare primo contigerit, auctoritate conferendi predicta cum plenitudine juris canonici et aliis juribus et pertinentiis suis, ac sibi providendi de illis, ipsum-

que vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus predictorum, ac jurium et pertinentiarum ipsorum eadem auctoritate per te vel per alium seu alios inducendi, et inductum defendendi, amoto exinde quolibet illicito alio detentore, necnon ipsum, vel dictum procuratorem pro eo faciendi ad dictam prebendam in ecclesia Parisiensi in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine juris canonici assignatis, et ad dictum archidiaconatum, ut est moris, admitti, sibique, vel procuratori prefato pro eo, de ipsorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores eadem auctoritate, appellatione postposita, compescendo, ac insuper cum eodem Henrico ut, non obstante deffectu quem in etate patitur, dictum archidiaconatum recipere et licite retinere possit, auctoritate predicta dispensandi, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem ; non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ejusdem ecclesie Parisiensis contrariis confirmatione Sedis Apostolice vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus vel officiis, in eadem Parisiensi ecclesia speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales nostras vel predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum aut legatorum dicte Sedis litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione canonicatus et prebende, ac archidiaconatus predictorum eundem H. volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum, dignitatum, personatuum et officiorum, ac beneficiorum aliorum, prejudicium generari; necnon si venerabili fratri nostro.., episcopo, et dilectis filiis.., decano et capitulo Parisiensibus, aut quibusvis aliis, communiter vel divisim a dicta Sede indultum existat quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus et officiis ejusdem ecclesie ac aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus litterarum nostrarum hujusmodi quomodolibet impediri valeat vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in eisdem litteris mentio specialis, seu si dictus H. presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ejusdem Parisiensis ecclesie solitum juramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et, cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet, vel si idem H. duo vel plura alia beneficia ecclesiastica sine cura et que non sint dignitates vel personatus, etiam in ecclesiis cathedralibus, obtinere noscatur. Nos enim ex nunc prout est irritum decernimus et inane si secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter super hiis contigerit attemptari. Datum Avinione, idibus februarii, anno octavo. »

1965 Avignon, 13 février 1324.

Eidem decano, ut canonicatus et præbendas quos prædictus Alphonsus in Ambianensi et Laudunensi, necnon cantoriam quam in eadem ecclesia Ambianensi ecclesiis obtinebat, singulis personis idoneis quas Carolus, rex Francia, nominandas duxerit, conferat. (Reg. 112, p. I, fol. 80 v°, c. 374 ; p. II, fol. 19, c. 592 [1].)

« *Eidem decano.* Ad nostri apostolatus — Datum ut supra. »

1. Avec quelques variantes.

1966 Avignon, 13 février 1324.

Ludovico, comiti Flandriæ, ut Raynaldo[1] Zenardi, olim ad Romanam curiam a Roberto, avo dicti comitis, transmisso, redditus ipsi ab eodem Roberto assignatos exhiberi faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 583 ; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 478, n° 291.)

« *Nobili viro Ludovico, comiti Flandrie.* Meminimus quod dilectus — Datum Avinione, idibus februarii, anno octavo. »

1. *Valardo* dans l'index du registre.

1967 Avignon, 13 février 1324.

Roberto de Flandria, ut apud præfatum Ludovicum, nepotem suum, pro eodem Raynaldo Zenardi partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 18, c. 584.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto de Flandria.* Pro dilecto filio — Datum Avinione ut supra. »

1968 Avignon, 13 février 1324.

Archiepiscopo Senonensi, de expeditione petitionum suarum respondet, eique statum ipsius notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 18, c. 585.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Senonensi.* Tue fraternitatis nuntium — Datum ut supra. »

1969 Avignon, 14 février 1324.

Domino de Insula respondet se tractatum cujusdam matrimonii contrahendi gratum habere. (Reg. 112, p. II, fol. 37, c. 713; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 292.)

« *Dicto domino de Insula.* Inter cetera que tue nobilitatis nobis misse noviter littere continebant, ad id de tractatu illius matrimonii, de quo mentio in ipsis habebatur litteris, respondemus quod, sicut alias, si tua nobilitas recolit, meminimus respondisse, placet nobis valde tractatus hujusmodi, et ut matrimonium, actore Deo, consummetur feliciter, gratum nobis existit et acceptum. Circa dotis vero congrue constitutionem super eo tua provideat providentia que in talibus, pensata qualitate negotii, consulte fuerint attendenda. Datum Avinione, XVI kal. martii, anno octavo. »

1970 Avignon, 14 février 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, de zelo ad pacem cum Roberto, rege Siciliæ, perficiendam exhibito gratias agit et quædam capitula dictam pacem tangentia a Guillelmo de Sancto Victore eidem Eduardo tradi se jussisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 86, c. 968.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* *Per nobilitatis tue litteras noviter nobis missas, quas votis nostris expectabamus, ut sunt grata in Domino responsione conformes, multipliciter, fili, expectantis animum recreasti, dum inter carissimum in Christo filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, et bone memorie Amedeum, genitorem tuum, auctore Deo, cepta feliciter pacis exordia, zelo mentis pacifice diligis et ad finalem prosecutionem tanti negotii actione laudabili te disponis. Super quo sinceritatem tue devotionis accepte dignis in Domino laudibus attollentes, cum super tractatu pacis ipsius remanentia olim penes dilectum filium Guillelmum de Sancto Victore producta hinc inde capitula sint in hac parte tibi, ut asseris, oportuna, ne aliquatenus tepeat solicitudinis nostre mi[ni]sterium circa hujusmodi pacem fervens, ecce jam Guillelmo prefato injunximus, ut eorundem capitulorum copiam fideliter nuntiis tuis tradat. Quocirca nobilitatem tuam tanto affectius quanto frequentius obsecramus quatinus, pro reverentia nostra et Apostolice Sedis, et tuo ac amicorum et subditorum tuorum, Deo favente, notabili comodo, complementum pacis ejusdem sic libenter prosequaris et fervide quod, non sine speciali rependio multiplicis tue mercedis et laudis, Deo inde atque hominibus te gaudeas placuisse. Datum Avinione, XVI kal. martii, anno octavo. »

1971 Avignon, 14 février 1324.

Episcopo Gebennensi, ut rescribat quomodo reparationi prioratus de Servariaco subveniri poterit. (Reg. 112, p. II, fol. 86, c. 969.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Gebennensi.* Ex tenore petitionis tue, ac dilecti filii prioris prioratus de Tallueriis, ordinis sancti Benedicti, Gebennensis diocesis, nuper nobis oblate, qua prioratum de Serviariaco (*sic*), ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, per unum clericum secularem inibi positum pro priore gubernari solitum ab antiquo, nunc, velut inobservantia regulari collapsum, eidem prioratui de Tallueriis pe-

tebatur uniri ex causis quampluribus coloratis, miramur et qualiter prioratus idem collapsus extiterit et religiosis viris prior prefuerit secularis, cum in hac parte regentis et recti una debeat esse professio et convenienter prelatus non discrepet a subjecto. Quia igitur exigit solicitudinis nostre officium ut neglectui lapsa non deserat, sed illis potius operam reparationis impendat, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, statu prioratus ejusdem ita collapsi suisque circumstantiis et necessariis diligenter inspectis, tam illa quam alias quomodo ejus reparationi subveniri melius valeat, per tuas litteras nobis referas incunctanter. Datum ut supra. »

1972 Avignon, 16 février 1324.

Carolo, regi Franciæ, super quadam provisione quam fieri petierat, respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 18, c. 586.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Ut quid agere intendamus super promotione dignitatis illius pro qua fuerunt nuntii regii specialiter destinati celsitudo regia non ignoret, ipsam tenere indubie volumus quod persone per dictos nuntios pro parte regia nominate, de illa, si ad nos ejus provisionem devolvi contigerit, intendimus et non alii providere, dummodo nobis constet quod illa juret et faciat que predecessor in illa se facturum juravit et fecit, sperantes quod, cum nostro favore ac regio qui illi non deerunt, eidem utiliter et laudabiliter presidebit. Datum Avinione, XIIII kal. martii, anno octavo. »

1973 Avignon, 16 février 1324.

Alphonso de Hispania se regi Franciæ scripsisse nuntiat et quoddam matrimonium gratum habere respondet. (Reg. 112, p. II, fol 18, c. 587.)

« *Alfonso de Ispania.* Super hiis que nuper tua discretio nobis scripsit, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie, scribimus quod certitudinaliter intendamus. Matrimonium autem illud, de quo in eisdem litteris mentio habebatur, gratum est nobis admodum, sicut et patri sponsi futuri, dante Domino, scripsimus hiis diebus. Datum ut supra. »

1974 Avignon, 16 février 1324.

Regi Franciæ, de provisione beneficiorum prædicti Alphonsi de Hispania. (Reg. 112, p. II, fol. 18, c. 588.)

« *Dicto regie* [*Francie*]. Ad providendum de beneficiis dilecti filii nobilis viri Alfonsi de Ispania, cum illa nequaquam vacent per laicalium assumptionem vestium, procedere nequeuntes, ecce quod dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, tuo cancellario, ut resignationem suorum beneficiorum, videlicet canonicatus et prebende ecclesie Parisiensis et archidiaconatus de Josayo in eadem Parisiensi ecclesia, ac canonicatus et prebende ac cantorie Ambianensis, ac canonicatus et prebende Laudunensis ecclesiarum a dicto Alfonso recipere, ac de ipsis providere valeat, si ipsa per renuntiationem vel alias vacare contingat, prout in nostris inde confectis continetur litteris, plenam concedimus facultatem. Celsitudinem autem regiam volumus non latere quod, antequam ad nos littere regie pervenissent, prefati Alfonsi supplicatorias receperamus litteras ut providere de canonicatu et prebenda ac cantoria Ambianensibus predictis nepoti dicti cancellarii dignaremur, quibus receptis, ejus supplicationibus duximus annuendum. Datum ut supra. »

1975 Avignon, 16 février 1324.

Eidem regi respondet quod ecclesiæ Coloniensi, Apostolicæ Sedis dispositioni reservatæ, de persona Ecclesiæ Romanæ ipsique regi fideli providere intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, c. 589; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 173, n° 350, extrait.)

« *Eidem regi* Dudum frequenti meditatione pensantes quantum Ecclesie Romane suisque honoribus et oportunitatibus fore noscatur expediens in ecclesia Coloniensi fidelem presidere personam, sicut et in presentiarum preesse supponimus, que promovendi honores et oportunitates hujusmodi zelum habeat specialem, ac propterea (du)dum illam pro tempore vacare contingere[t], eidem de tali providere persona, disponente Domino, intendentes, diu antequam misse nuper regie celsitudinis littere super hoc nobis presentate fuissent, eandem duxeramus ecclesiam dispo-

sitioni nostre et Sedis Apostolice specialiter reservandam, regalem excellentiam hoc tenere volentes indubie quod, ubi nobis ecclesie prelibate fienda provisio imineret, de tali disposuimus, et ad huc disponimus eidem, favente Domino, providere persona que ipsi Coloniensi ecclesie merito fructuosa existens, nobis et Ecclesie Romane predicte in sue devotionis et fidei constantia quietem preparare non desinat, ac honores et commoda regia zelare puris affectibus non postponat[1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui suit l'*in e. m.* (n° 1976).

1976 Avignon, 16 février 1324.

In e. m. comiti Valesii. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, p. c. 589.)

1977 Avignon, 18 février 1324.

Guillelmum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, ecclesiæ Dignensi per A[rmandi] ad Nemausensem ecclesiam translationem vacanti, in episcopum præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 102 v°, c. 457.)

« *Guillelmo, electo Dignensi.* Nuper, ecclesia Dignensi — Datum Avinione, XII kal. martii, anno octavo. »

1978 Avignon, 18 février 1324.

Alphonso de Hispania, de missione litterarum commissionis super provisione beneficiorum ecclesiasticorum ejus. (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, c. 590.)

« *Dicto Alfonso* [*de Hispania*]. Ecce quod super provisione beneficiorum ecclesiasticorum que obtinere nosceris, tam regiis quam tuis receptis litteris deprecatoriis, sicut nosti, litteras commissionis apostolicas dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dirigimus prout in eis, quas per cursorem velocem tue destinamus prudentie, plenius poteris intueri. Datum Avinione, XII kal, marcii, anno octavo.

1979 Avignon, 18 février 1324.

Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, quod Henrico de Hispania hospitia quæ prædictus Alphonsus, ejusdem Henrici germanus, in claustro Parisiensis ecclesiæ obtinebat, conferre possit. (Reg. 112, p. II, fol. 20, c. 594.)

« *Eidem decano* [*Johanni Cerchamont, decano Pictavensi*]. Cum dilectus filius Alfonsus de Ispania, archidiaconus de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellanus noster, juxta beneplacitum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, intendat ad statum laicalem, per quem beneficia ecclesiastica que ipse obtinet vacatura sint, ut accepimus, se transferre, nullusque preter nos possit de illis disponere, obsistente generali reservatione dudum facta de beneficiis ecclesiasticis capellanorum Sedis [Apostolice] ubicunque tunc vacantibus et in antea vacaturis, nos dilectum filium Henricum de Ispania, ejusdem Alfonsi germanum, capellanum nostrum, volentes prosequi favore gratie specialis, providendi sibi de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu de Josayo, quos dictus Alfonsus obtinere noscitur in ecclesia Parisiensi predicta, cum per dictum modum aut resignationem ipsius vel alias de jure primo vacare contigerit, cum plenitudine juris canonici et aliis juribus et pertinentiis suis per alias nostras certi tenoris litteras concessisse tibi meminimus potestatem[1]. Intendentes itaque quod predictus Henricus, prosapie illustris conspicuus, hospitia que predictus Alfonsus in claustro ecclesie Parisiensis obtinet, que dispositioni nostre hac vice duximus specialiter reservanda, decernentes irritum et inane si secus a quoquam super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, una cum predictis canonicatu et prebenda et archidiaconatu pacifice assequatur, conferendi et assignandi auctoritate nostra hospitia supradicta, postquam tibi per te de dictis canonicatu, prebenda, et archidiaconatu, litterarum predictarum auctoritate, provisum extiterit, ipsumque vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem eorundem hospitiorum inducendi et defendendi inductum, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstantibus — discretioni tue plenam et liberam concedimus tenore

presentium facultatem, non intendentes tamen alias propter hoc super eisdem hospitiis dilectorum filiorum.., decani et capituli ejusdem Parisiensis ecclesie juribus derogare. Datum Avinione, XII kal. martii, anno VIII°. »

1. N° 1964.

1980 Avignon, 20 février 1324.

Matheum de Tria, regis Franciæ marescallum, commendat quod inter eum et priorem de Arenis nullus venditionis ejusdem prioratus de Arenis, ad monasterium sancti Martini de Campis Parisiensis pertinentis, initus fuerit contractus. (Reg. 112, p. II, fol. 20, c. 595.)

« *Matheo de Tria, marescallo regis Francie.* Grata fuit nobis admodum nobilitatis tue lectio litterarum, per quas dilectum filium priorem monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis super venditione quam ipsum de prioratu de Arenis, ad dictum monasterium pertinenti, tibi fecisse quedam alie dudum nobis misse littere supponebant, excusans, asseruisti nunquam inter te et eundum priorem initum fuisse super hoc cujuslibet venditionis contractum, sed easdem prioris litteras assertionem venditionis hujusmodi continentes, per errorem scriptoris et contra tuam intentionem potius emanasse. Profecto gaudemus, fili, et sinceritatem tuam multipliciter in Domino commendamus quod nullatenus extendere curaveris ad talia, que sine Dei offensa nequivissent fieri, manus tuas. Letamur etiam quod eundem priorem, cui facultas faciendi talia minime competebat, reperiamus super hiis innocentem, nobilitatem eandem rogantes attentius et hortantes quatinus ab hiis et similibus que merito displicent Altissimo, mundam servare animam studeas et dirigere per viam rectitudinis gressus tuos, ut merces tua sit in celis, post vite presentis exitum, magna nimis; nos enim reperies in tuis oportunitatibus propitios, quantum cum Deo poterimus, et benignos. Datum Avinione, x kal. martii, anno octavo. »

1981 Avignon, 20 février 1324.

Dominæ de Varennis, de litteris excusatoriis quas pro eodem Matheo de Tria, consorte suo, super præfati prioratus de Arenis venditione scripserat, gratias agit eique petitiones suas favorabiliter admisisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 20 v°, c. 596.)

« *Domine de Varenis, marescallice*[1] *regni Francie* Benigne recepimus, filia — Datum ut supra proxima. »

1. *Marescallisse* dans l'index du registre.

1982 Avignon, 28 février 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Auxitano, decem millia florenorum auri de fructibus et redditibus in terris et locis ad mensam archiepiscopalem pertinentibus, tempore novissimæ vacationis ejusdem ecclesiæ per obitum Amanevi archiepiscopi perceptis, concedit. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 715; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 367, c. 1233; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 122, n° 293.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Auxitano.* Tuis et ecclesie — Datum Avinione, III kal. martii, anno octavo. »

1983 Avignon, 28 février 1324.

Capitulo ecclesiæ Auxitanæ, ut præfata decem millia florenorum auri eidem Guillelmo assignet. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 716; — L. Guérard, *Doct. pont.*, t. II, p. 122, n° 294.)

« *Dilecto filio capitulo ecclesie Auxitane.* Cum nos volentes — Datum ut supra. »

1984 Avignon, 28 février 1324.

Officiali Auxitano, ut præfatum capitulum, ad reddendam Cameræ rationem de fructibus tempore ejusdem vacationis perceptis, infra unius mensis spatium citet. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 717; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 123, n° 295.)

« *Dilecto filio officiali Auxitano.* Volentes de fructibus — Datum ut supra. »

1985 Avignon, 29 février 1324.

Raymundo de Parisius, ut circa factum Guillelmi de Batpaumas, monachi et pitancerii Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti, qui summam mille octingentarum sexaginta librarum tur. ab Odone, dicto

Berardo, ejusdem monasterii monacho, olim prioratus sancti Martini in Valle Carnotensi priore, in præfato monasterio depositam subtraxisse dicitur, veritatem inquirat. (Reg. 112, p. II. fol. 21, c. 600.)

« *Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Ad nostri apostolatus — Datum Avinione, II kal. martii, anno octavo. »

1986 [Avignon, février 1324?]

Johanni de Cerchemont Henricum, dominum Soliaci, buticularium Franciæ, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, c. 591.)

« *Dicto Johanni Cerchamont, cancellario.* Magistra rerum experientia dudum et in presentiarum percepimus evidenter dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, tam (du)dum clare memorie Philippus, rex Francie et Navarre illustris, in rebus humanis ageret, quam post ejus obitum, te et tuos brachiis sincere dilectionis amplecti, teque sibi, presertim post dicti regis obitum, in suis necessitatibus, more fidelis amici qui tali tempore se manifestat potius, astitisse sedule et constanter, super quo alias tuam laudabilem constantiam commendantes, ipsum tue circumspectioni meminimus commendasse, ad que iteranda utique nos inducunt fides stabilis et solers prudentia quam ipse circa dicti regis, ac dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii, regis Francie filii, et tui negotia studuit, quotiens super hiis nobiscum habuit agere, attentius observare. Et utinam pro communibus et aliis negotiis convenire sepius habeatis, ex hoc sperantes indubie quamplura rei publice ac alterutrum commoda[1] proventura[2]. »

1. Reg. *commenda.*
2. La lettre est évidemment inachevée; la suite ne se trouve ni au folio suivant, ni dans le reste du cahier, qui est complet, et l'index ne signale aucune lacune. L'ordre chronologique étant manifestement observé dans cette partie du registre, nous croyons pouvoir attribuer ce document au mois de février.

1987 Avignon, 1 mars 1324.

Eduardi, comitis Barri, excusationem gratam habens respondet ei quod nunquam credidit eum contra Ecclesiam aliquid concepisse. (Reg. 112, p. II, fol. 21, c. 601.)

« *Eduardo, comiti Barri.* Litterarum inspecto tenore — Datum Avinione, kalendis martii, anno octavo. »

1988 Avignon, 3 mars 1324.

Executoribus testamenti Johannis, episcopi Dolensis, de duobus millibus florenorum auri de Florentia, ab eodem episcopo in usus elemosinæ papæ et passagii transmarini convertendis legatis, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 93 v°, c. 365.)

« *Guidoni de Lavalle, Andegavensis, et Geraldo Judicis, Redonensis, ac Johanni de Beurzeyo, Briocensis ecclesiarum canonicis, et Petro Medici, rectori ecclesie de Passibus, Abrincensis diocesis, executoribus testamenti bone memorie Johannis, episcopi Dolensis.* Cum sicut in — Datum Avinione, v nonas martii, anno octavo. »

1989 Avignon, 3 mars 1324.

Bernardo, comiti Convenarum respondet quod in cujusdam negotii præjudicium, aliquid contra justitiam, attemptare ipse non intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 27, c. 714; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 124, n° 296.)

« *Nobili viro B[ernar]do, comiti Convenarum.* Benigne recepimus tue nobilitatis litteras nobis novissime presentatas, missuros[1] ad nostram presentiam aliquos super impedimento illo negotio[2] de quo in eisdem litteris habebatur mentio. Inter cetera nuntiasti (quod), licet credere non possumus, cum eos intellexisse supponamus indubie, adeo fore super negotio ipso processum, quod honeste retractari non potest. Tamen si contingeret forsitan super hoc nos requiri, non intendimus aliquid in ejusdem negotii prejudicium contra justitiam attemptare. Datum Avinione, v nonas martii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait, sans doute, *missure*, se rapportant à *nobilitatis.*
2. *Sic*, il faudrait *illius negotii* ou *impedito illo negotio.*

1990 Avignon, 4 mars 1324.

Regi Franciæ G[uillelmi], Carcassonensis episcopi, ad Auxitanam ecclesiam translationem nuntiat eique dictum archiepiscopum commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 20 v°, c. 597; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 124, n° 297.)

« .., *regi Francie*. Sicut excellentiam regiam supponimus indubie non latere, nos dudum ecclesie Auxitane vacanti personam talem preficere[1] intendentes, per cujus circumspectionem providam ecclesia ipsa valeret utiliter dirigi, et in spiritualibus et temporalibus prosperari, ad personam venerabilis fratris nostri G., archiepiscopi Auxitani, tunc Carcassonensis episcopi, quem talem reputavimus, sicut adhuc probabiliter reputamus, intuitum convertimus mentis nostre ipsumque, tam suorum meritorum obtentu quam precum regiarum nobis directarum super hoc, sicut tua novit sublimitas, interventu, ad eandem Auxitanam ecclesiam, de fratrum nostrorum consilio, duximus tran[s]ferendum, firma spe fiduciaque concepta quod ipse favoris regii presidio[2] specialiter communitus, ipsius ecclesie regimini adeo laudabiliter presideret, quod ipsa, restauratis bonis deperditis, et aliis integraliter et commendabiliter conservatis, prosperari sub suo fructuoso regimine non modicum spiritualiter et temporaliter letaretur. Nos igitur, fili carissime, [ne] spe nostra quomodolibet in hac parte frustremur, rogamus magnitudinem regiam attentius et hortamur quatinus, ob divine majestatis intuitum, cui procul dubio honor impenditur, dum ecclesiarum presules honorantur, prefatos archiepiscopum et ecclesiam habens favore regio propensius commendatos, eos in suis bonis et juribus gravari et opprimi providentia regia non permittat, sed eisdem potius sic assistat presidiis et favoribus oportunis, quod ecclesia ipsa preservata totaliter a noxiis, votivis commodis amplietur, nosque preter retributionis eterne premium, ab omnium retributore[3] bonorum tibi propterea provenientium, speciales tue celsitudini gratias referamus. Datum Avinione, IIII nonas martii, anno octavo. »

1. Reg. *proficere*.
2. Après ce mot se lisait : *favorabiliter*. Le scribe a mis au-dessus *vacat*, indiquant par là qu'il faut supprimer cet adverbe.
3. Reg. *retributione*.

1991 Avignon, 4 mars 1324.

Eidem regi Gastonis, comitis Fuxi, negotia iterum commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 20 v°, c. 598; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 298.)

« *Eidem regi*. Sicut alias dilectum filium Gastonem, comitem Fuxi, ejusque negotia regie magnificentie meminimus commendasse, sic adhuc tanto affectuosius quanto sepius, iteratis eidem precibus commendamus, sublimitatem regiam plenis affectibus deprecantes quatenus memoratum comitem dictaque negotia, necnon dilectum filium nobilem virum Raynaldum de Marquesano, militem, per carissimam in Christo filiam nostram Sanciam, reginam Sicilie illustrem, ad regalem presentiam pro predictis negotiis destinatum, adeo velit benigno favore prosequi regia celsitudo, quod nos eidem referre propter hoc gratiarum actiones uberes teneamur. Datum ut supra proxima. »

1992 Avignon, 4 mars 1324.

Reginæ Franciæ, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 21, c. 599; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 299, analyse.)

« *Regine Francie*. Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1993 Avignon, 4 mars 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. ii, fol. 21, p. c. 599; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1994 Avignon, 4 mars 1324.

In e. m. comitissæ Valesii. (Reg. 112, p. ii, fol. 21, p. c. 599; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1995 Avignon, 6 mars 1324.

Regi Franciæ, ut ad Florentinam civitatem, quæ ad domum Franciæ specialem gerit devotionem, de regno suo gentes venire cum armis permittat. (Reg. 112, p. ii, fol. 21, c. 602.)

« *Regi Francie*. Cum civitas Florentina ad te, fili carissime, domumque regiam et regnum tuum Francie devotionis precipue zelum gerens, militari et armi-

gera gente, pro statu suo conservando pacifico, indigere noscatur ad presens, nec se posse habere de regnis et terris aliis extimans sic fidelem, ad regalem magnificentiam fiducialiter duxerit super hiis recurrendum, eandem magnificentiam attentius deprecamur quatinus, predicte civitatis votis et desideriis, super habenda de regno predicto gente hujusmodi, sic favorabiliter velit annuere regia magnitudo, quod ejus sincera devotio erga te domumque regiam et regnum predictum, magis, sicut obtamus, ferveat et concrescat. Datum Avinione, II nonas martii, anno VIII°.

1996 Avignon, 6 mars 1324.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 603.)

« *Comiti Valesii.* Devotionem sinceram quam — Datum ut supra proxima. »

1997 Avignon, 9 mars 1324.

B[eatrici] de Hungaria, dalphinæ Viennensi, quod quasdam ejus petitiones exaudire nequivit. (Reg. 112, p. II, fol. 86, c. 970.)

« *Dilecte in Christo filie B. de Ungaria, dalfine Viennensi.* Plures et diversas preces tuas, quas nuper nobis et litteris et petitionibus porrexisti, consueta benignitate suscepimus, utpote qui tam ex tui generis clara prosapia, et ex tue devotionis in Domino extimatione pregrandi, quantum cum Deo licet, tuis annuere desideriis affectamus. Verum si pro constructione unius monasterii religionis videlicet monialis, cui dedicare te destinas, in diocesi atque provincia Viennensi citra decimas postulatas, preterea si circa conferendos dilecto filio Lantelineto Raymundi, clerico et filiano (*sic*) tuo, in annis infantie constituto, canonicatum et prebendam Majoris ecclesie Sancte Marie Vapincensis, si demum, circa conferendum dilecto filio similiter Andree de Marchusiaco, clerico seculari, quem ab ejus infantia nutrivisse te asseris, annuas viginti libras super decimis et redditibus monasterii Sancte Marie Ambronensis, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis, aut primum beneficium cum cura vel sine cura vacans aut proximo vacaturum, spectans ad collationem dilecti filii prioris monasterii de Nascono, ordinis memorati, Gratianopolitane diocesis, non exaudimus ad presens tue petitionis affectum, attente quesumus, filia, quod id non gerat tue nobilitatis in Deo grata devotio minus gratum; nam licet monasterii predicti constructio, presertim hujusmodi tue dedicationis obtentu, fore causa piissima dinoscatur, in hoc tamen alterius operis pietas te prevenit quod jam ipse sunt decime in alios usus necessarios deputate. Infantes vero, salva semper modestia et honestate petentis, cathedralibus quodam modo prefici non decet ecclesiis, cum illas etate majoribus subesse oporteat, et de ipsis expediat disponi salubriter discreto pondere gravitatis. Ceterum secularibus clericis de religiosorum rebus aut bonis non consuevimus providere, cum credamus recte illis rerum et bonorum ipsorum deberi stipendia quorum noscuntur esse obsequiis deputata. Sane si a nobis alias petere duxeris que honestati conveniant, prout secundum Deum nobis possibile fuerit, tuis affectibus liberaliter annuemus. Datum Avinione, VII idus martii, anno octavo. »

1998 Avignon, 12 mars 1324.

Eduardum, regem Angliæ, hortatur ut homagium præstet regi Franciæ ratione ducatus Aquitaniæ et omnia ad concordiam nutriendam idonea observare studeat. (Reg. 112, p. II, fol. 45, c. 754; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 93[1]; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1324, § XXXVIII, extrait.)

« *Eidem regi* [*Eduardo, regi Anglie*]. Etsi exemplo Christi qui, migraturus in celum, dedit et reliquit in terra discipulis suis pacem, inter cunctos vigere ipsam universaliter affectemus, singulariter tamen illam desideramus inesse inter catholicos mundi reges et principes, inter quos maxime ideo divina potentia affinitatis jura coalescere voluit, ut per eorum placabilem animum optata quies proveniat subditorum. Sane cum homagium quod carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, pro ducatu Aquitanie rationabiliter debere assereris, dicaris nondum sibi juxta debitum prestitisse, nosque

cupiamus utrinque velut inter notabiles reges catholice fidei et preclara generis affinitate conjunctos, Deo fragrantia et tam utrique fructifera quam subditis pacis et concordie peremnis arômata redolere, attento quod debita, soluta prestantius, duplicata vice fiunt recipientibus letiora, excellentiam regiam affectuose rogamus quatinus, tam ad premissa quam alia que inter te ac dictum regem nutritive pacis bonum et concordie sapiant, sic, fili carissime, disponas intentionem cordis et dirigas animi tui gressus, quod inter te ac dictum regem, et utriusque subjectos antiquam sinceritatis massam alicujus nove discordie non corrumpat infectio, et apud Deum ac ipsam Sedem sepe propterea dignis laudibus resonet fame regie magnitudo. Datum Avinione, IIII idus martii, anno octavo. »

1. D'après un original sans doute mal conservé car la dernière phrase et la date sont incomplètes.

1999 Avignon, 27 mars 1324.

Johanni de Cerchemont negotia H[enrici], domini Soliaci, buticularii Franciæ, qui ad Apostolicam Sedem nuper venit, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 608.)

« *Johanni Cerchamont*. Nosti, fili, pro — Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno octavo. »

2000 Avignon, 27 mars 1324.

Henrico, regi Cypri, Amanevum, Bernardi comitis de Astaraco primogenitum, qui ad partes regni ejusdem regis accedat, ibidem certis ex causis per aliqua tempora moraturum, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 91, c. 993; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 300.)

« *Carissimo in Christo filio Henrico, regi Cipri illustri*. Cum dilectus filius — Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno octavo. »

2001 Avignon, 27 mars 1324.

Hugoni, præfati regis Cypri constabulario, eumdem Amanevum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 91, c. 994; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 127, n° 301.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni, carissimi in Christo filii nostri Henrici, regis Cypri illustris, constabul[ari]o*. Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

2002 Avignon, 27 mars 1324.

In e. m. « *Amfredo de Monteforti, domino de Barutz*[1] », dicti regis consiliario. (Reg. 112, p. II, fol. 91 v°, p. c. 994; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Humfroy de Montfort, seigneur de Baruth (aujourd'hui Beyrouth), connétable de Chypre (Du Cange, *Les familles d'outre-mer*, publié par E. G. Rey, Paris, 1869, in-4°, p. 680, dans la *Collection des Documents inédits*; — cf. L. Guérard, *op.* et *loc. cit.*)

2003 Avignon, 27 mars 1324.

In e. m. « *nobili viro Johanni Picahy, baylivo de Lasecta pro eodem rege*[1] », (Reg. 112, p. II, fol. 91 v°, p. c. 994; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. La forme exacte des noms propres est si souvent altérée dans les registres du Vatican qu'il n'est pas téméraire de penser qu'ici encore le copiste aura mal interprété le texte qu'il a transcrit. Or au nombre des grands officiers du royaume de Chypre figurait le *Bailli de la Secrète*, c'est-à-dire le fonctionnaire placé à la tête de l'administration des finances du royaume (Du Cange, *op. cit.*, p. 667). Il semble donc bien qu'il faille lire ici « *Baylivo de la Secreta* », et, comme les membres de la famille de Picquigny établis outre mer occupèrent les premières dignités du royaume de Chypre, on peut croire qu'il s'agit ici de l'un deux dont le nom aurait été mal reproduit. On trouve en effet, par deux fois, en 1300 et en 1330, le nom de Thomas de Picquigny comme bailli de la Secrète royale (Du Cange, *op. cit.*, p. 583-587 et 667).

2004 Avignon, 28 mars 1324.

Hugoni Fabri, clerico Caturcensis diocesis, per Petrum, sancti Stephani in Cœliomonte presbyterum cardinalem, Romanæ Ecclesiæ vicecancellarium idoneo reperto, tabellionatus officium concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 81, c. 376.)

« *Hugoni Fabri, clerico diocesis Caturcensis*. Ne contractuum memoria — Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno octavo. »

2005 Avignon, 3 avril 1324.

Inquisitorem in partibus Carcassonensibus deputatum quondam Johanni de Belna, ordinis Prædicatorum, inquisitori in eisdem partibus, in executione testamenti Petri, episcopi Carcassonensis, subrogans, mandat ei et Bertrando de Auriaco ut præfatum testamentum exequantur. (Reg. 112, p. I, fol. 82, c. 382.)

« *Dilectis filiis.., inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus auctoritate apostolica deputato, et Bertrando de Auriaco, canonico ecclesie sancti Vincentii Montisregalis, Carcassonensis diocesis.* Olim ad audientiam — Datum Avinione, III nonas aprilis, anno octavo. »

2006 Avignon, 5 avril 1324.

Petrum Marini et Guillelmum de Petrilia collectores constituit ad levandum quædam subsidia contra Galeacium de Vicecomitibus, fratres adjutoresque suos eroganda. (Reg. 112, p. II, fol. 86 v°, c. 971.)

« *Petro Marini, canonico Xanctonensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis ecclesiarum.* Dum ad expugnandum dampnatos hereticos Galeacium de Vicecomitibus et fratres suos, eorumque fautores, adjutores, receptatores, defensores, sequaces, et eis quomodolibet adherentes seu prestantes auxilium, consilium et favorem, per nonnullos prelatos, capitula et conventus ecclesiarum et alias singulares personas ecclesiasticas et seculares certa peccuniaria subcidia (*sic*) zelo fidei catholice debeant, ut accepimus, erogari, nos, volentes quod subcidia hujusmodi colligantur et custodiantur, in usus predictos prudenter et fideliter dispensanda, vos, de quorum circumspectione, industria et fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinemus, collectores et receptores subsidiorum hujusmodi, auctoritate presentium deputamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatinus circa collectionem et receptionem hujusmodi, ac diligentem custodiam eorum que receperitis de predictis, vos adeo solerter habere curetis quod de fidelitatis et circumspectionis vestre prudentia inde valeatis merito commendari. Volumus autem quod infra domos habitationis venerabilis fratris nostri Gasberti, archiepiscopi Arelatensis, camerarii nostri, predicta recipiatis subcidia et etiam conservetis in usus predictos postmodum, sicut expedire videbimus dispensanda, quodque eis a quibus receperitis subcidia supradicta, litteras vel instrumenta publica recognitionis et quitationis valeatis concedere de hiis que vobis duxerint assignanda. Datum Avinione, nonas aprilis, anno octavo. »

2007 Avignon, 5 avril 1324.

Stephano de Vidilhaco mandat ut diligenter inquirat et fideliter sibi referat veritatem super apostasia ab ordine, variis criminibus et delictis quæ dicuntur commissa a Bertrando Aulrici, canonico monasterii sancti Ruphi Valentini, ordinis sancti Augustini, qui nunc, ut fertur, in comitatu Venayssini in curiæ papalis carceribus mancipatus detinetur. (Reg. 112, p. II, fol. 86 v°, c. 972 [1].)

« *Magistro Stephano de Vidilhaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi.* Cum Bertrandus Olrici — Datum ut supra. »

1. Cet acte ne figure pas dans l'index du registre. L'adresse seule s'y trouve reproduite, et d'une écriture contemporaine.

2008 Avignon, 6 avril 1324.

Regi Franciæ, ut initium guerræ cum Eduardo, rege Angliæ, habendæ differat. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 605; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 128, n° 302.)

« *Regi Francie.* Volenti, fili carissime, aggredi ardua, expedit illa vitare provide per que posset ejus impediri propositum vel periculose differri, ne, si forsan ad utrumque intenderet, frustraretur altero seu utroque, juxta illud poeticum :

Qui duos lepores una sectabatur hora
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

Scimus autem celsitudinem regiam talia jam dudum concepisse prosequi, que utique ardua, utilia et multum statui regio honorabilia sunt censenda [1]. Verum quia, sicut habet rumor implacidus, ad suscitanda dissidia inter te et carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, hostis pacis et caritatis emulus adeo laboravit quod jam in partibus Vasconie officiales tui et regis prefati ad congressus bellicos se disponunt, ex quibus profecto, ut de dispendiis rerum, stragibus corporum ac animarum periculis, que inde possent subsequi, taceamus [2], premissorum negotiorum prosecutio difficultates posset periculosas suscipere vel totaliter impediri, providentie regie sano consilio suademus ut, sic caute guerre predicte initia differat, quod vie, per quam juri regio

provideri posset commodius, non obsistat. Et ecce, fili carissime, quod nos regi prefato super hoc scribimus, ne tam enormem injuriam, qualis est tuo culmini in combustione bastite Sancti Sacerdotis[3] et aliis commissis inibi irrogata, velit defendere, nec te in executione justitie impedire; sed si juri suo per ea que circa corrigendam dictam injuriam fecisti hactenus vel feceris in futurum, credat in aliquo derogari, illa coram te per semitas justitie tractatusque amicabiles prosequatur; ad quos obtinendum eidem nos paratos offerimus apud tuam magnificentiam diligentiam sedulam adhibere. Ceterum petimus ut intentionem in hac parte tuam, per tuas responsales litteras, celeritate qua convenit, nobis scribas, ut, juxta tenorem responsionis hujusmodi, quod expedit dicto negotio per oportunos nuntios vel alias prosequamur. Datum Avinione, VIII° idus aprilis, anno VIII°. »

1. Reg. *seucenda*.
2. Reg. *teneamus* qui est sans doute une erreur du copiste. Voyez ci-après n° 2010.

2009 Avignon, 6 avril 1324.

Comiti Valesii, ut initium guerræ inter prædictos. Franciæ et Angliæ reges habendæ differre studeat. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 606.)

« *Comiti Valesii.* Sicut, fili, tua prudentia, te docente magistra rerum experientia, non ignorat, guerrarum facilis motio nascitur[1], sed procul dubio ipsarum finis est dubius et incertus, eorumque prosecutio et plena periculis ac dispendiis variis est onusta. Ideoque principiis expedit obviare, ne forsan ad ipsas extinguendas, (nedum) cum odia[2] ex dampnis illatis utrinque inter dissidentes profundius radicata[3] fuerint, serius recurratur. Hec, fili, protanto dicimus quia, sicut habet rumor implacidus, hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, Anglie reges illustres, discensionum (*sic*) videtur jessisse (*sic*) semina que pullulare jam incipiunt, cum hinc inde in partibus Vasconie se dicantur ad congressus bellicos preparare. Sane, quia veremur ne, si procedatur ulterius, non faciliter occurretur, desideranter appetimus ut suo prefocentur in ortu hujusmodi semina ne perniciosam in segetem coalescant, presertim cum ardua negotia circa que rex Francie prefatus est soli[ci]tus, sicut tua magnificentia non ignorat, possent ex guerra hujusmodi, si procedat, dilationem recipere vel totaliter impediri[4]. Quocirca prudentiam tuam, cujus singulariter interest, et que singulariter potest, pacis pensatis commodis et dissentionum incommodis non ommissis, exhortamur attente quatinus studeat premissis malis vigilanti studio providere, et ecce nos prefatis regibus super hoc scribimus, Francie videlicet, ut caute guerre predicte initia differat, Anglie vero ne injuriam sic enormem etc. ut in proxima superiori[5]. Datum ut supra. »

1. Reg. *noscitur*.
2. Reg. *hodia*.
3. Reg. *radicatas*.
4. Reg. *impedire*.
5. Voyez la lettre précédente, n° 2008.

2010 Avignon, 6 avril 1324.

Regem Angliæ hortatur ut super excessibus in bastida Sancti Sacerdotis commissis, per vias pacificas cum rege Franciæ procedat. (Reg. 112, p. II, fol. 45 v°, c. 755.)

« *Regi Anglie.* Dum quantum te, fili carissime, quantumque carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, deceat, quantumque vestrorum subditorum utilitati congruat universitatique fidelium sit expediens pacis inter vos nutriri federa ipsaque inviolabiliter observari in examen recte considerationis adducimus, profecto desideranter appetimus et desideramus attente quod discentionum (*sic*) procurantibus scandala oportunis obvietur remediis, sic quod illa in suo debeant robore illibata manere, quod utique posse fieri arbitramur et credimus si quilibet vestrum jure suo contentus existeret, et inter vos emergentia dubia non viribus, sed juribus, non congressibus bellicis, sed pacificis tractatibus et per semitas justitie disponeretis terminari. Sane, fili carissime, quia, sicut habet rumor implacidus, inter te dictumque regem cui sanguine nosceris et affinitate conjunctus, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis de mense octobris proximo preteriti detestabiliter com-

missorum, via non ad ea que pacis sunt, sed possius (*sic*) ad dissentionis discrimina preparatur, providentiam regiam duximus attentius exhortandam quatinus, premissis in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regalem disponere studeas animum, et dissentionum discrimina declinare. Cumque, fili carissime, tu excessus predictos sic laudabilibus[1] in tuis litteris directis dilecto filio nobili viro Hugoni, domino de Soliaco, detesteris, considera quatinus si expediat te periculis tantis exponere pro excessibus tam nephandis, et si apud Deum et homines, si hoc feceris, haberi poteris excusatus ; sed, si tuo juri per processus aliquos contra officiales tuos propterea habitos vel habendos extimas in aliquo derogari, insta, fili, per licitos et amicabiles modos, ut illa debeant revocari. Nos enim offerimus nos paratos ut revocari talia debeant, apud regem ipsum instare et sedule opem efficacem et operam adhibere. Et ecce jam regi prefato super hiis scripsimus[2] prout vidimus expedire. Ceterum petimus ut intentionem in hac parte tuam per tuas responsales litteras nobis scribas. Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno octavo. »

1. Reg. *laudabilis*.
2. Voyez plus haut, n° 2008.

2011 Avignon, 7 avril 1324

Reginæ Angliæ de eisdem, ut regem, virum suum, ad prædictas vias pacificas inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 43 v°, c. 756.)

« *Regi[ne] Anglie.* Certi sumus quod ex puritatis affectu quem habes ad carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, virum tuum, cordi tuo ita incidet (*sic*) sicut suo quicquid potest sibi esse proficuum et tranquillum statum ejus respicit subditorum ; et quoniam hac de causa cum eodem viro tuo continuare te decet quecunque sibi contingentia prospera et adversa, quedam nuper instantia que, nec sibi, nec hujusmodi subditis expedire cognoscimus, tibi, carissima filia nobis in Christo, paterna solicitudine nuntiamus. Cum itaque inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, et prefatum regem, virum tuum, tam sanguine, sicut nosti, quam affinitate conjunctos, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis, de mense octobris proximo preteriti, detestabiliter commissorum, hoste humani generis procurante, via non ad ea que pacis sunt, sed potius ad dissensionis formidanda discrimina preparetur, excellentiam tuam rogamus et hortamur attente quatinus apud eundem regem, virum tuum, cui super hoc speciales nostras dirigimus litteras, insistas sedule ac labores quod ipse hortationibus nostris in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regalem disponere studeas animum, et inter eum ac dictum regem dissensionum discrimina declinare, ita quod, operante solicitudinis tue mi[ni]sterio, inter eosdem reges pax vigeat loco discordie, tuque propterea apud Deum et homines multas vendices tibi laudes. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno VIII°. »

2012 Avignon, 7 avril 1324.

Regem Franciæ de morte Mariæ, reginæ, conjugis suæ, consolatur, eumque ad uxorem quærendam hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 607.)

« *Regi Francie.* Cum mortis jactura restitutionis beneficium non admittat, mors profecto carorum, presertim illorum qui creduntur ad perennia gaudia transiisse, nequaquam debet prudentis animum immensitate doloris opprimere nec tristitia perturbare. Sane, fili carissime, si vita quam, dum in humanis ageret, clare memorie Maria, consors tua, regina Francie et Navarre, gerere studuit, attendatur, cerni debet indubie ipsam a temporali dampno[1] ad eternum pertransisse cum gaudio, vitamque caducam et miseram in perennem, omnique carentem miseria, commutasse. Ideoque a regali debent animo, propter ipsius transitum, dolor prorsus et tristitia exulare, precipue cum hec sibi nequirent proficere, ac ad tuum possent tam corporale quam spirituale dispendium provenire. Quantum autem res publica egeat quantumque statui sit expediens regio sine[2] divine ac humane domus socia, ex qua, si Dominus annueret, posses prompte et absque more dispendio ad divinum servitium et regimen publicum sobolem procreare hostisque humani generis obviare versutiis, te diutius

non carere, circumspectionem regiam credimus non latere. Ideoque ipsam merito duximus exhortandam, sibique sano consilio consulendum ut ad hoc sedule non ommittat intendere, ac ad illum a quo uxor bona tribuitur, devotius recurrendo confidenter, nec longe curet querere quod propius et cum majori morum et status persone certitudine poterit invenire. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno octavo. »

1. *Sic*, il faut évidemment *regno*, ainsi que le prouve une formule analogue que l'on lira plus loin, à la fin de l'avant-dernière phrase du nº 2191.

2. *Sic*, mot qu'il faut supprimer à cause de la négation qui vient après.

2013 Avignon, 9 avril 1324.

Comiti Valesii de benivolentia erga fratrem et nepotes ipsius gratias agit, ducissam Calabriæ versus Siciliam iter arripuisse nuntiat, nonnullaque matrimonium inter Gastonem, comitem Fuxi, et sororem B[ernardi] comitis Convenarum perficiendum ac duellum inter R[aynaldum] de Ponte et dictum B[ernardum] prorogandum tangentia ab eo petit. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 609; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 130, nº 303.)

« *Comiti Valesii.* Pro habundanti benivolentia quam ad nos te, fili, gerere in personis fratris et nepotum nostrorum hiis diebus preteritis evidentius demostrasti, tue magnificentie gratiarum iteratas exolvimus uberas actiones, intimantes eidem quod dilecta in Christo filia Maria, ducissa Calabrie, nata tua, die[1] una [cum] carissimis in Christo filiis nostris rege et regina Sicilie illustribus versus Sicilie regnum iter arripuit, prefatos regem et reginam sua conversatione placida multipliciter consolans, et de ipsorum multa benivolentia admodum consolata, quibus omnipotens Deus angelum suum bonum Raphaelem dignetur mittere, qui eos in via dirigat ab omnique adversitate protegat et ad propria cum obtata incolumitate perducat. Et quia, fili, tua circumspectio non ignorat non decere catholicum principem licita matrimonia impedire, benivolentiam tuam affectuose rogamus quatenus apud carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, efficaciter intercedat ut matrimonium contractum inter dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et sororem dilecti filii nobilis viri B., comitis Convenarum, sibi placeat ipsumque solemnizari permittat, dicto comiti dando licentiam ad propria propterea redeundi cum uxore sua reversuro in Franciam, si regi prefato visum fuerit expedire. Et quia duella velut illa, in quibus Deus temptari videtur, ac in quibus sepe subcumbit justitia, reprobantur, et principes catholici, precipue sanctus Ludovicus, avus tuus, illa non faciliter admiserunt, tuam prudentiam deprecamur attente quatinus diem assignatam inter dilectos filios nobiles viros R. de Ponte, et B., comitem Convenarum, procuret excellentia regia usque ad parlamentum aliud prorogari, et ut inter ipsos concordia tractari et fieri valeat partibus indulgeri. Datum Avinione, V idus aprilis, anno VIIIº. »

1. *Sic*, il y a évidemment une lacune.

2014 Avignon, 10 avril 1324.

Regi Franciæ processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, et fautores ejus habitos mittit; eum deprecatur ut terminum super duello inter præfatos Bernadum, comitem Convenarum, et Raynaldum de Ponte, dominum de Ribayraco, Parisius assignatum, prorogare velit, et ut matrimonium inter Gastonem, comitem Fuxi, sororemque dicti comitis Convenarum solemnisari permittat. (Reg. 112, p. II, fol. 22 vº, c. 610; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 131, nº 304, analyse.)

« *Regi Francie.* Ut regalis excellentie processus quos[1] contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, discorditer in regem Romanorum electum, necnon et Mediolanenses hereticos eorumque fautores, adjutores et sequaces nuper habuimus non ignoret, ecce quod tenores ipsorum processuum contentos in cedula presentibus interclusa regie magnitudini destinamus. Ceterum cum duella per catholicos principes, specialiter sancte memorie Ludovicum, beatum proavum tuum, consueverint evitari, paxque inter magnates dissidentes sedule procurari, serenitatem regiam deprecamur quatinus terminum dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ex parte una, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayriaco, ex altera, super hoc assignatum Parisius, prorogare velit regia magnificentia licentiamque concedere questionem subortam inter ipsos nobiles per viam pacificam ter-

minandi. Ad hoc, quia quos Deus conjunxit non decet hominem impedire, sublimitatem regiam rogamus attente ut matrimonium inter dilectos filios nobilem virum Gastonem, comitem Fuxensem, et sororem dicti comitis Convenarum contractum, quod utique ad honorem regium et dictorum contrahentium cedere credimus, solempnizari et consummari gratiose permittat regia celsitudo, quo peracto, dictus comes cum sua consorte, vel sine ipsa, redire in Franciam poterit, moram inibi juxta beneplacitum regium contracturus. Datum Avinione, III idus aprilis, anno octavo. »

1. Reg. *quod.*

2015 Avignon, 10 avril 1324.

Comitissæ Valesii Mariam, ducissam Calabriæ, natam suam, iter versus regnum Siciliæ arripuisse nuntiat, eamque rogat ut pro prædictis Fuxi et Convenarum comitibus ac Raynaldo de Ponte partes suas apud regem Franciæ necnon apud comitem Valesii, virum suum, interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 22 v°, c. 611.)

« *Comitisse Valesii.* Tuam, filia, volumus magnificentiam non latere quod dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria, ducissa Calabrie, nata tua, cum carissimis in Christo filiis nostris Roberto rege, et Sancia, regina Sicilie illustribus, eosdem regem et reginam sua placida conversatione plurimum consolans, et ab ipsis multipliciter consolata, versus regnum Sicilie arripuit iter suum, quibus bonus angelus ducatum salutis prebeat, eos clementer ab omni adversitate defendens. Ceterum tuam magnificentiam deprecamur quatinus apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, ac dilectum filium magnificum virum Carolum, comitem Valesii, virum tuum, ut dilectus filius nobilis vir comes Fuxi, matrimonium inter ipsum et sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, contractum, obtenta ab eodem rege licentia, solemnizare valeat ac etiam consumare, quodque prefixus terminus prefato Convenarum comiti et dilecto filio nobili viro Raynaldo de Ponte, invicem dissidentibus, per eundem regem usque ad aliud parlamentum prorogetur, et concedatur licentia dissensionem ipsam per viam pacificam terminandi, velis efficaciter insistere et interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

2016 Avignon, 10 avril 1324.

Comiti Fuxi nuntiat se pro ejus negotiis Carolo, regi Franciæ, et nonnullis aliis preces suas porrexisse. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 612; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 131, n° 305.)

« *Comiti Fuxi.* Scire te volumus, fili, quod pro tua et negotiorum tuorum expeditione celeri, quam desiderabiliter affectamus, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilectis filiis magnificis viris Carolo, comiti Valesii, Alfonso de Ispania, marescallo Francie, necnon et comitisse Valesii[1] ac quibusdam aliis porrigamus (*sic*)[2] per alias diversas litteras preces nostras, quas eis et eorum singulis per te, si presens fueris, alias per nostrum nuntium volumus presentari. statum tuum et negotiorum ipsorum nobis nichilominus rescripturus, et habiturus tanquam vir fortis semper in adversis patientiam, ad Dominum in omnibus dirigens vota tua, qui tibi gratiam adaugeat, et, sublatis noxiis, omnia profutura concedat. Datum ut supra. »

1. Nos 2014, 2015, 2020, 2021, 2022.
2. Voyez ci-après n° 2017, note.

2017 Avignon, 10 avril 1324.

Cuidam de matrimonio Gastonis, comitis Fuxi, celebrando, necnon de termino comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte, pro quadam dissensione sopienda præfixo, prorogando scribit eique Bernardum Jordani, dominum de Insula, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 613.)

« (*Comiti Convenarum*[1].) Pro dilecto filio nobili viro Gastone, comite Fuxi, quem gerimus in visceribus caritatis, nobilitatem tuam duximus attentius deprecandam quatinus, super obtinenda licentia carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, quod dictus comes matrimonium inter ipsum, et sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, contractum solemnizare libere valeat et etiam consummare, quodque prefixus terminus prefato comiti Convenarum et dilecto filio nobili viro Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, invicem dissidentibus, usque ad sequens parlamentum per eundem regem prorogetur favorabiliter, et licentia concedatur dis-

sensionem hujusmodi per viam pacificam terminandi, apud regem predictum sic velis efficaciter, prout expedire videris, interponere partes tuas, quod inde fructus obtatus proveniat nosque sinceritatem tuam debeamus digne laudis preconiis commendare. Ad hoc, dilectum filium Bernardum Jordani, dominum de Insula, et ejus negotia tue nobilitatis benivolentie affectione qua possumus commendamus. Datum ut supra. »

1. Ainsi que le fait remarquer M. Guérard (*Doc. pont.*, t. II, p. 132, note 2), cette adresse est mise ici par erreur, puisque dans la suite de la lettre, Jean XXII parle du comte de Comminges comme d'un tiers. Le destinataire est sans doute une de ces personnes que le pape ne nomme pas, auxquelles il dit avoir écrit, à la même date, au sujet de la même affaire (n° 2016).

2018 Avignon, 10 avril 1324.

Roberto de Atrebato, ut apud regem Franciæ pro ejusdem termini prorogatione necnon pro dicti matrimonii celebratione partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 614. — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 132, n° 306, extrait.)

« *Roberto de Atrabato*. Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, quod terminum dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ex parte una, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, ex altera, periculose dissidentibus invicem, Parisius assignatum velit prorogare favorabiliter, et licentiam concedere dissensionem hujusmodi per viam pacificam terminandi, quodque matrimonium inter dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et sororem dicti comitis Convenarum, quod utique ad honoren regium et commodum contrahentium eorundem cedere credimus, solemnizari et consummari permittat[1] dirigimus preces nostras[2]. Quocirca nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, ut preces nostre hujusmodi per eundem regem exaudiantur favorabiliter, procuret tua nobilitas interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

1. Reg. *permittas*.
2. Voyez n° 2014.

2019 Avignon, 10 avril 1324.

In e. m. magistro Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, cancellario regis Francie. (Reg. 112, p. II, fol. 23, p. c. 614; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2020 Avignon, 10 avril 1324.

Alphonso de Hispania, de prædictis negotiis, de facto Vasconiæ et de nonnullis regem Franciæ tangentibus. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 615.)

« *Alfonso de Ispania*. Super facto Vasconie quod nobis insidet multum cordi, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, per alias nostras scribimus litteras sicut in eis videbis, ut credimus, contineri, nobilitatem tuam rogantes et hortantes attentius quatinus, ut nostris in hac parte desideriis, que commodum et honorem respiciunt regium, satisfiat, interponas efficaciter, ut expedire videris, partes tuas. Ceterum eidem regi formam processuum contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, necnon et Mediolan[enses] hereticos per nos habitorum novissime tra[n]smittimus nostris litteris interclusam. Rursus de negotio super quo tibi, nuper in nostra presentia constituto, locuti fuimus, quodque tu recitare regi debuisti predicto, et hiis que circa illud tibi videbuntur expedientia, nos certiores reddere non ommittas. Preterea oblatis predicto regi precibus nostris adicimus ut diem assignatam dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, ex mansuetudinis regie benignitate prorogans, pacem et concordiam inter eos reformandi velit licentiam favorabiliter impertiri. Recomendamus quoque sibi dilectum filium nobilem virum comitem Fuxensem et ejus negotia, nostris instantes precibus apud eum quod contractum inter ipsum comitem Fuxi, et sororem prefati comitis Convenarum matrimonium, quod ad honorem cedere regium et partium illarum statum pacificum et tranquillum non modicum proficere probabiliter credimus, permittat libere consummari, super quibus apud regem ipsum tue solicitudinis precordiales instantias appetimus non deesse. Ad hec, regem eundem super transitu inclite memorie Marie, regine,

consortis sue, per alias nostras litteras, sicut expedire vidimus, consolamur, ipsum ad contrahendum[1] pro utilitate regni sui et totius Christianitatis publica citius exhortantes[2]. Super quibus procurandis, prout expedierit, tue diligentie studium non tepescat, nobis super predictis et aliis que tibi occurrerint, quantocius commode poteris, rescripturus. Datum Avinione ut supra. »

1. *Sic*, il faut sans doute sous-entendre ici *novum matrimonium*, ou un terme analogue.
2. Voyez n° 2012.

2021 Avignon, 10 avril 1324.

Comitem Valesii rogat ut, pro dictorum negotiorum expeditione, partes suas apud regem Franciæ sedule interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, c 616.)

« *Comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro C., regi Francie et Navarre illustri, tam super facto Vasconie, quod nobis insidet pro honore regio et utilitate publica multum cordi, per alias nostras certi tenoris scribimus litteras sibi formam processuum contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, necnon et contra hereticos Mediolan[enses] per nos habitorum novissime transmittimus nostris litteris interclusam, sicut tue magnificentie, ut indubie supponimus, per easdem patefiet litteras et transcripta. Rogamus etiam regem eundem super prorogatione termini dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, assignati, et licentia reformandi inter ipsos concordiam concedenda, eidem regi nichilominus dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et ejus negotia commendantes, ipsumque rogantes attentius ut matrimonium contractum inter eundem comitem Fuxi et sororem dicti comitis Convenarum permittat libere consummari ; et insuper regem eundem super obitu inclite memorie Marie, regine, consortis sue, sicut expedire vidimus per nostras litteras consolamur, ipsum pro utilitate rei publice ad contrahendum[1] citius exhortantes. Quocirca tuam magnificentiam attentius deprecamur quatinus in predictis et circa ea, ut ad exauditionis introducantur effectum, velis, sicut expedire cognoveris, operosum adhibere studium et interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

1. Voyez ci-dessus, n° 2020, note 1.

2022 Avignon, 10 avril 1324.

In e. m. marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, p. c. 616.)

2023 Avignon, 11 avril 1324.

Guillelmum, Bajocensem episcopum, ad ecclesiam Remensem per obitum pastoris nuper vacantem Sedique Apostolicæ hac vice reservatam, transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 458[1].)

« *Guillelmo, episcopo olim Bajocensi, electo Remensi.* Vacante nuper ecclesia — Datum Avinione, III idus aprilis, anno octavo. »

1. L'acte ne figure pas dans l'index du registre.

2024 Avignon, 11 avril 1324.

Guidonem, Tornacensem episcopum, ad ecclesiam Cameracensem per translationem Petri, episcopi, ad Bajocensem ecclesiam vacantem, transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 459.)

« *Guidoni, episcopo*[1] *Cameracensi.* Cum Cameracensi ecclesia — Datum ut supra. »

1. *Electo* dans l'index.

2025 Avignon, 11 avril 1324.

Petrum, episcopum Cameracensem, ad ecclesiam Bajocensem per translationem Guillelmi ad ecclesiam Remensem vacantem, transfert. (Reg. 112. p. I, fol. 103, c. 460.)

« *Petro, episcopo*[1] *Bajocensi.* Nuper ecclesia Bajocensi — Datum ut supra. »

1. *Electo* dans l'index.

2026 Avignon, 11 avril 1324.

Heliam ecclesiæ Tornacensi per Guidonis, episcopi, ad Cameracensem ecclesiam translationem vacanti, præficit, (Reg. 112, p. i, fol. 103, c. 461.)

« *Helie, electo Tornacensi.* Ecclesia Tornacensi ex — Datum ut supra. »

2027 Avignon, 11 avril 1324.

Regi Franciæ super certis negotiis ab Atrebatensi et Vivariensi episcopis expositis respondet. (Reg. 112, p. ii, fol. 23 v°, c. 617.)

« *Regie Francie.* Dudum providentia regia venerabiles fratres nostros Atrabatensem, et Vivariensem episcopos personaliter super certo negotio ad nostram presentiam destinavit, qui profecto, circa illa que oportuna erant dicto negotio, operosum curaverunt studium, velut viri profundi sensus et litterature maxime, adhibere. Quid autem super negotio prefato hactenus actum fuerit, transcripta processuum super eodem negotio habitorum celsitudini regie transmissorum, ac relatio dilectorum filiorum nobilium virorum Alfonsi de Ispania, et marescalli Francie certiorem, ut credimus, reddiderunt, prefatus que Attrabatensis [episcopus], qui redit ad eum a quo missus fuerat, supplere poterit, si relationi desit aliquid premissorum, quem benivolentie regie sincero commendamus affectu. Datum ut supra. »

2028 Avignon, 19 avril 1324.

Eidem regi, de provisione ecclesiæ Jerosolimitanæ. (Reg. 112, p. ii, fol. 23 v°, c. 618.)

Eidem. Tuam, fili carissime, celsitudinem volumus non latere quod nuper, antequam nobis presentate fuissent littere regie nobis misse, quibus certam personam per nos promoveri ad Jerosolimitanam ecclesiam regalis excellentia supplicabat, nos, de persona dilecti filii Raymundi Beguini, fratris ordinis Predicatorum, de regno tuo Francie oriundi et, ut indubie supponimus, tibi grati, providere disposueramus et de ipso postmodum providimus ecclesie memorate ; quare super hoc nos habeat circumspectio regia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, xiii kal. maii, anno octavo. »

2029 Avignon, 19 avril 1324.

Ludovico, comiti Clarimontis, excusationem ratione ejusdem electionis mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 24, c. 619.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Scire te volumus — Datum ut supra. »

2030 Avignon, 20 avril 1324.

Cancellario Franciæ, ut terminum quem H[enricus], dominus Soliaci, contra gentes castri de Dunoregis habere Parisius dicitur, prorogare velit, cum idem nobilis apud Sedem Apostolicam diebus aliquibus remanere habeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 24, c. 622.)

« *Cancellario Francie.* Cum dilectus filius nobilis vir H., dominus de Suliaco, buticularius Francie, propter certa negotia dilectum filium magnificum virum Carolum, regis Francie filium, comitem Valesii, tangentia apud nos diebus aliquibus habeat remanere, discretionem tuam attentius deprecamur quatinus terminum quem idem nobilis contra gentes castri de Dunor[e]gis habere Parisius in proximo dicitur, velit tua discretio, ne sibi paretur interim prejudicium propter hoc, facere prorogari. Datum Avinione, xii kal. maii, anno octavo. »

2031 Avignon, 21 avril 1324.

Carolo Valesii, de eodem termino prorogando. (Reg. 112, p. ii, fol. 24, c. 620.)

« *Comiti Valesii.* Cum pro certis — Dat. Avinione, xi kal. maii, anno octavo. »

2032 Avignon, 23 avril 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, de licentia a rege Franciæ habita matrimonium cum sorore Bernardi, comitis Convenarum, solemnisandi gratias agit, eumque ad prudentiam in agendis hortatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 37 v°, c. 718; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 133, n° 307.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Letanter audivimus, fili, te a [1] carissimo filio in Christo nostro Carolo, Francie et Navarre rege illustri, ad propria remeandi ac solennisandi contractum inter te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, matrimonium licentiam habuisse, super quibus nobis insidentibus multum cordi, prefato regi duxeramus, jam diu est, speciales nuntium et litteras destinandos. Verum quia ea que recte aguntur et disponuntur consulte felices exitus sortiuntur, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatenus sic prudenter, semper Deum habens pre occulis, in tuis actibus te disponas, quod tibi cedat ad honorem et meritum, in conspectu dicti regis merito reddaris acceptior et ejus gratiam uberius merearis. Datum Avinione, IX kal. maii, anno octavo. »

1. Reg. *ac*.

2033 Avignon, 24 avril 1324.

Comitem Valesii, de Petri, Vivariensis episcopi ad C[arolum], regem Franciæ, missione pro cujusdam negotii, sub secreto domino Soliaci expositi, prosecutione, certiorem facit. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 621.)

« *Eidem* [*comiti Valesii*]. Die lune post octabas Pasce (*sic*), tue, fili, magnificentie litteras nos recepisse noveris, earumque seriem non absque ingenti exultatione animi perlegisse, tenentes indubie tuum desiderium, quod exprimebant ipse littere circa illa que dicte littere continebant, Deo gratum reique publice, si effectum sortiatur obtatum (*sic*), multipliciter fructuosum, quod, ut fiat, venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, qui cras iter suum, Deo dante, debet arripere ad carissimi filii nostri C., regis Francie et Navarre illustris, ducimus presentiam destinandum, cui et dilecto filio nobili viro H., domino Suliaci, buticulario Francie, quos utique ad ipsum negotium affici noscimus, sub secreto duximus dictum negotium exponendum. Qui quidem episcopus nostrum circa premissa regi prefato et tibi propositum plenius reserabit, sciturus quod, ut conceptus tuus partu non careat, intendimus quantum decenter poterimus, sedulam diligentiam adhibere, tuam prudentiam deprecantes ut in eodem proposito cum prosecutione debita usque ad consummationem negotii perseveres. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno octavo. »

2034 Avignon, 24 avril 1324.

Eidem comiti de benivolentia exhibita gratias agit præfatumque dominum Soliaci, cujus moram excusat, in agendis commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 623.)

« *Comiti Valesii.* Tam ex gestis per te, fili, circa nostros hiis diebus preteritis, quam ex nobis scripto ac verbo pro parte tua per dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, letanter non indigne percepimus affectum tuum benivolum erga nos et sanctam matrem Ecclesiam plenius habundare, pro quibus eidem exhibemus merito gratias quas valemus. Sane quia premissa tibi non leviter nos astringunt, ut circa tua negotia dirigenda et supportanda simus solliciti et attenti, vias et modos quesivimus per quos in presentiarum possemus premissis realiter respondere; sed novit ille qui nichil ignorat, quod, faciente malitia temporis, que, illo permittente cujus judicia sunt abyssus, supra vires nos premit, illos reperire nequivimus ut vellemus. Tandem tamen ad hoc exequendum vie alique occurrerunt que tue magnificentie prefatus buticularius, tui honoris procurator fidelis et sedulus, seriosius explicabit, cui circa illa et circa nonnulla tam pacificum statum regnorum Francie et Anglie tangentia, quam circa alia, tua magnificentia fidem, quesumus, adhibere velit indubiam, ipsumque, quem paratum incunctanter supponimus et bona et personam suam pro tuo honore exponere, non vitatis periculis, suorum meritorum intuitu nostreque interventionis obtentu, habere propentius (*sic*) commendatum, ac de mora prolixiori, et nos et ipsum habere plenius excusatos, cum et innumera negotia occurentia et desiderium inveniendi viam magis accomodam per quam possemus tue benivolentie respondere, ejus celeriori obstiterunt missioni. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno octavo. »

2035 Avignon, 24 avril 1324.

Alphonso de Hispania nonnulla negotia commendat eique pro quadam gratia a rege [Franciæ] impetrata gratias agit. (Reg. 112, p ii, fol. 24 v°, c. 624.)

« *Alfonso de Ysoania.* Venerabili fratri nostro P., Vivariensi episcopo, super diversis negotiis tue nobilitati nonnulla commisimus referenda, cui velit tua prudentia credere, ipsumque necnon dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, negotia habere propensius commendata. Ceterum pro impetrata gratia regia dilectis filiis nobilibus viris Gastoni, Fuxensi, et Bernardo, Convenarum comitibus, super reditu dicti Fuxensis ad propria et contracto per eum matrimonio consummando, tibi referimus uberes [gratiarum] actiones. Datum Avinione, ut supra. »

2036 Avignon, 24 avril 1324.

In e. m. marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, p. c. 624.)

2037 Avignon, 24 avril 1324.

In e. m. cancellario Franciæ « *obmissa illa clausula : ceterum* ». (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, p. c. 624.)

2038 Avignon, 24 avril 1324.

Raynaldo de Ponte, ut P[etro], episcopo Vivariensi, in sibi commissis fidem credulam adhibere studeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 625.)

« *Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco.* Quedam venerabili fratri — Datum ut supra. »

2039 Avignon, 24 avril 1324.

Comiti Valesii, de quodam matrimonio contrahendo et de nonnullis a Vivariensi episcopo exponendis. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 626.)

« *Comiti Valesii.* Ad presulis officium satis, fili, credimus pertinere catholicos principes celibes, prole carentes precipue, ad matrimonium, ex quo prolem possint ad divinum obsequium et regimen suscipere publicum, invitare, et si forsan impedimentum illi obsistere[t] aliquod, illud tollere, prout expedire videret. Sane quod ad certam personam [descendere debeat, non sic illi credimus convenire, tum quia diversi diversa requirunt in uxoribus, que an in illa concurrant persona ipsi principes ut plerumque possunt esse presule certiores, tum propter multa [alia] que expedit sub silentio retinere. Hoc profecto, fili, quoad illum de quo in tuis habetur litteris mentio, studuimus observare, illi quidem, sicut te scire credimus, matrimonium per nostras meminimus litteras suasisse, ac venerabilem fratrem nostrum Vivariensem episcopum, quem ad prefatum negotium affici novimus, ordinasse, qui sibi pro parte nostra exponeret quod, si persona ad hoc alias habilis se offerret, si forsan illi impedimentum aliquod obviaret, quod illud parati eramus tollere, si ex hoc non crederemus divino beneplacito displicere. Verum cum prefatus episcopus a nobis, die lune post octabas Pasche[1] licentiam recepisse[t], tue magnificentie eadem die fuerunt nobis hora tarda littere presentate, quas utique perlegimus et intelleximus exultanter, prefatoque episcopo, quem utique sciebamus totum in hac parte concurrere, ad nostram presentiam evocato, eidem sub secreto tuum propositum Deo gratum, ut credimus et rei publice oportunum, pandimus, eidem que oportuna circa premissa exequenda credidimus, clarius quam prius et apertius injungentes, qui cras, dante Domino, iter suum arripiet, tibique et illi nostrum circa premissa reserabit propositum juxta traditum sibi modum, cui tua prudentia velit credere, ac ne conceptus tam laudabilis partu careat, operosum studium adhibere. Datum ut supra. »

1. 23 avril.

2040 Avignon, 25 avril 1324.

Petro de Palude, ut Petro, Vivariensi episcopo, in sibi commissis fidem adhibere studeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 627.)

« *Petro de Palude, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori.* Certa venerabili fratri — Datum Avinione, vii kal. maii, anno VIII°. »

2041 Avignon, 25 avril 1324.

In e. m. Viberto, ordinis Prædicatorum, Caroli, regis Franciæ, confessori. (Reg. 112, p. II, fol. 24 v°, p. c. 627.)

2042 Avignon, 26 avril 1324.

Regi Angliæ, ut referendis ab Hugone, domino Soliaci, pro pace cum Carolo, rege Franciæ, habenda, fidem adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 46, c. 757.)

« *Regi Anglie.* Intensis desiderantes affectibus dissensionem, quam inter te et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, suscitare super facto ducatus Aquitanie pacis emulus nititur, per vias pacificas, congressibus cessantibus bellicis, terminari, regie celsitudini nuper direxisse meminimus super hoc exhortatoria scripta nostra[1] et ecce quod dilecto filio nobili viro Hugoni, domino de Suliaco, buticulario Francie, qui, tui zelator honoris et commodi fervidus, per multos dies in Romana curia moram traxit, explicavimus que tuis honoribus et commodis super premissis credimus expedire, per ipsum tue celsitudini fideliter vive vocis oraculo refferenda. Quocirca serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus, eidem nobili fidem super predictis adhibens indubiam, velit regia providentia nostris obtemperare monitis, et regium animum ad vias pacificas, sublatis periculosis dissensionibus, inclinare. Datum Avinione, VI kal. maii, anno octavo. »

1. Voyez n° 2010.

2043 Avignon, 27 avril 1324.

Regi Franciæ, qui ad tempus negotium Vasconiæ suspenderat, diem præfixam comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte prorogarat, comitique Fuxi redeundi ad propria et matrimonium contrahendi licentiam concesserat, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 24 v°, c. 628 ; — L. Guérard, *Doct. pont.*, t. II, p. 133, n° 308[1].)

« *Regi Francie.* Letanter audivimus providentiam regiam ad tempus negotium Vasconie suspendisse, diem prefixam dilectis filiis nobilibus viris comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte nichilominus prorogasse, comiti quoque Fuxi redeundi ad propria, et contractum solennisandi[2] matrimonium licentiam concecisse (*sic*). Profecto, fili carissime, hec Deo grata credimus honorique regio convenire, et agendis plurimum expedire, ac circumspectionem regiam propter hoc favore commendabilem et multiplici laude dignam. Datum Avinione, V kal. maii, anno octavo. »

1. Avec la date du 28 avril qui est une erreur, le V des calendes de mai correspondant au 27.
2. Reg. *solennisandum*.

2044 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem regi, de Dolensis et Trecensis ecclesiarum provisione. (Reg. 112, p. II, fol. 25, c. 629.)

« *Eidem.* Dudum, fili carissime, magistrum Michaelem de Maloconductu ecclesie Pampilonensi, tunc vacanti, prefecisse meminimus in pastorem, qui propter passiones et debilitates quasdam corporales, que ipsum ad onus pontificalis officii inhabilem reddere videbantur, fuit a dicto onere excusatus. Ideoque, fili carissime, non miretur nec egre ferat celsitudo regia si de eo Dolensi ecclesie hiis diebus commisimus providere, sed ad illam venerabilem fratrem nostrum G., Trecensem episcopum, virum utique magne litterature ac approbate experientie, qui in multis servivit Romane Ecclesie, duximus transferendum, sub cujus regimine, ut speramus, prefata ecclesia in spiritualibus et temporalibus grata suscipiet incrementa. Trecensi autem dilectum filium Johannem Cerchamont, decanum sancti Germani Autisiodorensis, quem nobis sepius per suas litteras commendaverat excellentia regia, prefecimus in episcopum et pastorem, per cujus circumspectionem providam regiumque favorem speramus quod prefata ecclesia votiva suscipiet incrementa. Datum ut supra. »

2045 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem regi, de constitutione dotalitii Mariæ, natæ comitis Valesii, ducissæ Calabriæ, et quod litteræ regis Siciliæ super dicta constitutione confirmari non possunt. (Reg. 112, p. II, fol. 25, c. 630.)

« *Eidem.* Regie celsitudinis litteras nobis per dilectum filium nobilem virum H., dominum de Suliaco,

buticularium Francie, presentatas recepimus, per quas supponens excellentia regia super ordinatione dotis dilecte in Christo nobilis mulieris Marie, nate dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, ducisse Calabrie, nobis fuisse attributam a partibus potestatem, nos instanter rogabat ut taliter super hoc ordinare vellemus, quod predictus comes minime gravaretur, litterasque carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, confectas super constitutione dotalitii ducisse prefate confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos autem prefato nobili negotium hujusmodi solerter et fideliter prosequenti respondimus et providentie regie respondemus quod, inter tractationes matrimonii dicte ducisse, extitit ordinatum quod prefati rex Sicilie et comes Valesii, ac regina et comitissa, eorum consortes, deberent super dote hujusmodi, prout eis videretur expediens, ordinare; et, si forsan super hoc convenire non possent, nos et tu, fili carissime, tunc haberemus interponere partes nostras. Verum cum nondum tractatus fuerit habitus inter ipsos, nos de premissis intromittere non valemus. Ceterum, presentibus nuper rege predicto ac suis et dicte comitisse Valesii consiliariis, coram nobis et super dicta confirmatione nostra diutius altercato, tandem, quia rex prefatus, asserens litteras suas ad hoc plene sufficere, predicte confirmationi noluit consentire, nec Sedes Apostolica consuevit in regno Sicilie, nisi ad petitionem regis ipsius, talia confirmare, comitisse predicte consiliarii contenti fuerunt in hac parte littera dicti regis, et sic eadem comitissa recessit, quare nos habeat, quesumus, eadem celsitudo regia excusatos. Datum Avinione, v kal. maii, anno octavo. »

2046 Avignon, 27 avril 1324.

Comiti Valesii, super eisdem. (Reg. 112, p. II, fol. 25, c. 631.)

« *Comiti Valesii.* Litteris carissimi in — Datum ut supra. »

2047 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem comiti, ut domino Soliaci, buticulario Franciæ, in hiis sibi super facto Imperii et regnorum commissa, fidem adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 25 v°, c. 632.)

« *Eidem comiti.* Quia dilecto filio nobili viro H. domino de Suliaco, buticulario Francie, super facto imperii et regnorum eaque tangentia, nonnulla com[m]isimus tue magnificentie referenda, placeat tibi super hiis, quesumus, eidem fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, ut supra. »

2048 Avignon, 28 avril 1324.

Henrico de Soliaco utendi carnibus, vel ovis et caseis in temporibus prohibitis, cum physicus ejus hoc oportunum cognoverit, facultatem concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 81 v°, c. 379.)

« *Henrico, domino de Soliaco.* Eximie devotionis affectus — Dat. Avinione IIII kal. maii, anno octavo. »

2049 Avignon, 28 avril 1324.

Reginæ Angliæ, ut ad concordiam inter regem Angliæ et regem Franciæ reformandam studiosam operam adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 46, c. 758.)

Eidem regine [*Anglie*]. Non revocantes in dubium te, filia, intensis affectare desideriis unitatem spiritus inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie, germanum, ac Eduardum Anglie, virum tuos, reges illustres, in caritatis servari vinculo, sicut et ratio multiplex te astringit, ac tenentes indubie quod ad hoc tua sedula diligentia multum potest, tuam magnificentiam superhabundanter duximus exhortandam quatinus, cum hostis humani generis, pacis emulus, inter ipsos semina zisaniarum (*sic*) in partibus Vas[c]onie jesserit, que pullulare incipiunt, nisi provide occurratur, ut semina tam pestifera suo prefocentur in ortu, intente velis intendere ac efficaciter operam adhibere, scitura quod nos ad id intendimus et vigilanti studio, ut prefertur, vicem studiosam operam adhibere. Datum Avinione, IIII kal. maii, anno VIII°. »

2050 Avignon, 4 mai 1324.

Archambaldo, comiti Petragoricensi, de oblatis per Heliam Vigerii, militem, nuntium suum, quamvis non admissis, regratiatur et de exauditione quarumdam pe-

titionum suarum respondet. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 635.)

« *Dilecto filio nobili viro Arcambaldo, comiti Petragoricensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, iii nonas maii, anno VIII°. »

2051 Avignon, 7 mai 1324.

Magalonensi et Nemausensi officialibus, ut, ad reddendum rationem de administratis in ecclesia Bracharensi, citent Valascum Martini, scholasticum Bracharensem, qui apud loca Magalonensis vel Nemausensis diocesis se transtulit. (Reg. 112, p. i, fol. 82 v°, c. 384.)

« *Dilectis filiis.., Magalonensi, et..., Nemausensi officialibus.* Accepimus nuper quod — Dat. Avinione, nonis maii, anno octavo. »

2052 Avignon, 7 mai 1324.

Decano ecclesiæ Rothomagensis, ut in prosecutione bonorum olim a Benedicto Roterii, cive Astensi, Cameræ apostolicæ relictorum, sollicitus sit. (Reg. 112, p. i, fol. 82 v°, c. 385.)

« *Dilecto filio.., decano ecclesie Rothomagensis.* Olim per dilectum — Datum Avinione, nonis maii, anno octavo. »

2053 Avignon, 7 mai 1324.

Johannem, ecclesiæ Trecensi per Guillelmi, episcopi, ad Dolensem ecclesiam translationem vacanti, præficit. (Reg. 112, p. i, fol. 103 v°, c. 464.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Trecensi.* Nuper ecclesia Trecensi — Dat. Avinione, vi nonas maii, anno octavo. »

2054 Avignon, 7 mai 1324.

Regi Franciæ, ut regis Armenorum nuntios benigne recipiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 633.)

« *Prefato regi Francie.* Ecce, fili carissime, quod venerabilis frater noster Basilius, archiepiscopus Tarcensis[1], et dilecti filii nobiles viri Aythonus Manuzac et Balduynus, nuntii carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Armeniorum[2] illustris, ad regalem proficiscuntur presentiam, ut statum eorumdem regis et regni eidem exprimant et fiducialiter recomendent, quos velit, quesumus, audire benigne celsitudo regia et expedire mature. Datum Avinione, nonis maii, anno octavo. »

1. *Sic*, la forme correcte, *Tarsensis*, est donnée par la lettre suivante (n° 2055).
2. *Sic*, il faudrait *Leonis*, *regis Armenorum*.

2055 Avignon, 7 mai 1324.

Comiti Valesii eosdem nuntios commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 634.)

« *Dicto comiti Valesii.* Accedunt, venerabilis frater — fiducialiter deprecandam[1]. »

1. La date est donnée plus bas, après les *in. e. m.* (n° 2057).

2056 Avignon, 7 mai 1324.

In e. m. Ludovico, comiti Clarimontis. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, p. c. 634.)

2057 Avignon, 7 mai 1324.

In e. m. Alphonso de Hispania. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, p. c. 634.)

2058 Avignon, 12 mai 1324.

Regi Franciæ, de informatione facienda super degradatione quarumdam personarum ab archiepiscopo Senonensi condempnatarum, ut restringi valeat canonum censura. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 636.)

« *Dicto regi Francie.* Solita benignitate recepimus litteras, nuper nobis a regia serenitate transmissas, super degradatione quarumdam personarum ex commisso crimine condempnatarum per venerabilem fratrem nostrum.., archiepiscopum Senonensem, ad quam certum suffraganeorum numerum, quod non habetur, ut asseris, statuunt sacri canones adhibendum, ut censuram ipsorum canonum restringamus. Ut igitur consultius valeat in hac parte, ordinet, si expedire putaverit, excellentia regia quod prefatus archiepiscopus per suas litteras nos informet de personis

hujusmodi, qualitate criminis, et utrum persone ipse sue jurisdictionis existant, qua informa[tione] prehabita, vel in premissis restringemus ipsorum canonum, si viderimus expedire, censuram, vel alias, ne impediatur justitia, adhibebimus remedia oportuna, Datum Avinione, IIII idus maii, anno octavo.»

2059 Avignon, 14 mai 1324.

Petrum, episcopum Atrebatensem, de diligentia in quibusdam Carolo, regi Franciæ, suadendis adhibita commendat, et de inchoatis a gentibus Eduardi, regis Angliæ, super facto ducatus Aquitaniæ congaudet. (Reg. 112, p. II, fol. 26, c. 637.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Atrabatensi.* Fraternitatis tue litteras benigne recepimus, et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu, studiose devotionis diligentiam quam, in exponendis et salubriter suadendis carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, eis que tibi nuper imposuimus sibi fideliter exponenda, necnon et in rescribendo nobis celeriter super hoc, adhibere sedule curavisti, plurimum in Domino commendantes, leti nichilominus quod ea, sicut grata lectione litterarum ipsarum percepimus, rex prefatus gratanter admisit, nec auxit insuper modicum letitie cordi nostro quod inchoatum super facto ducatus Acquitanie per gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, nobis litterarum ipsarum series patefecit, cum videatur ad pacem solidandam inter reges ipsos tendere, quam desiderabiliter affectamus. Datum Avinione, II idus maii, anno octavo. »

2060 Avignon, 14 mai 1324.

Philippo, comiti Cenomanensi, de nuntiorum ejus receptione et de quarumdam petitionum exauditione. (Reg. 112, p. II, fol. 26, c. 638.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Cenoman[ensi].* Benigne recepimus nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium Johannem de Vienna, canonicum Cenomanensem, cancellarium, et Petrum de Jaunay, militem tuos nuper destinatos ad Sedem Apostolicam presentatas, et que ipsi, sub commissa sibi per easdem litteras credentia, coram nobis proponere voluerunt intelleximus diligenter, sibique respondimus quod expedire vidimus super eis, sicut ipsi eidem nobilitati referre plenius poterunt viva voce. Illas autem de petitionibus pro parte tua nobis per ipsos oblatis, quas honeste potuimus, ad exauditionis effectum duximus favorabiliter admittendas. Datum ut supra proxima. »

2061 Avignon, 14 mai 1324.

Petro, Benaugiarum et Castellionis vicecomiti, de petitionum suarum ab Helia de « Batseuba », domicello, præsentatarum expeditione. (Reg. 112, p. II, fol. 35, c. 719.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Benaugiarum et Castellioni[s] vicecomiti.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, II idus maii, anno octavo. »

2062 Avignon, 14 mai 1324.

Catherinæ de Greliaco litteras suas a prædicto Helia praesentatas recepisse nuntiat eamque consolatur. (Reg. 112, p. II, fol. 38, c. 720.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Catherine de Greilino*[1]. Nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Heliam de Batseuba, tuum nuntium, presentatas recepimus, et que pro parte tua dictus nuntius nobis exposuit, benigne audivimus, contentis in eisdem litteris nichilominus plenius intellectis. Sane, filia, super tuis oppressionibus et angustiis paterno tibi compasientes (*sic*) affectu; nobilitatem tuam duximus exhortandam quatinus ad illum qui mestorum est consolatio et sublevator inenuarabilis (*sic*) oppressorum devotis precibus dirigas mentem tuam, in ipso fiduciam habitura quod ipse[qui] sperantes in se non deserit, tibi tranquillitatis serenitatem tribuet post fluctus varios tempestatum, presertim si disciplinam ejus non abicieris, sed patienter sustinueris et absque murmure virgam ejus. Nos equidem in tuis oportunitatibus reperies, quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos. Datum ut supra. »

1. Au sujet des formes de ce nom, voir plus haut n° 1955, et Ed. Philippon, *Dictionnaire topographique du département de l'Ain*, Paris 1911, in-4°, au nom *Grilly*.

2063 Avignon, 14 mai 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, respondet se ad provisionem monasterii de Manso Garnerii [1], antequam supplicationes ejusdem comitis pervenissent, processisse et excusationem petit. (Reg. 112, p. ii, fol. 38, c. 721.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, ut supra. »

1. Le nom du diocèse, dans le registre, est remplacé par deux points. Il s'agit évidemment de l'abbaye du Mas-Garnier (aujourd'hui Mas-Grenier, Tarn-et-Garonne, ar. Castel-Sarrazin, c. Verdun-sur-Garonne). L'abbé Raymond IV de Montaigu, qui était mort, venait d'être remplacé par Aimeri de Montaigu (*Gallia christiana*, t. XIII, col. 118, c; — DD. Vaissete et Devic, *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IV, 1872, p. 589.

2064 Avignon, 16 mai 1324.

Burgimagistros, scabinos et consules villæ de Brugis ad concordiam cum Ludovico, comite Flandriæ, nutriendam hortatur, et abbatis Virziliacensis, qui ad statum pacis procurandum laudabiliter laboravit zelum commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 26, c. 639; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 496, n° 1337.)

« *Dilectis filiis burgimagistris, scabinis et consulibus ville de Burgis* (sic). Dum pacis commoda diligenter attendimus, dum discensionum (*sic*) dispendia attentius cogitamus, profecto vobis pacis gaudiis, sicut vestre nobis innotuere littere, perfruentibus, merito congaudemus. Sane quia hostis pacis, caritatis emulus, humani generis inimicus, quasi leo circuit querens in vobis, inter vos ac dilectum filium nobilem virum Ludovicum, comitem Flandrie, zizaniorum jacere semina, vos duximus exhortandos, sano vobis nichilominus consilio suadendo quatinus ejus insidiis obviare vigilanti studio studeatis, ac circa concordiam, in qua res parve consueverunt crescere nutriendam, ac vitandam discordiam in qua res maxime dilabuntur, curetis sedule studiosam operam adhibere. Ad hec, dilectum filium.., abbatem Verzeliacensem, qui ad statum pacis hujusmodi procurandum, ut vestre testantur littere, laudabiliter laboravit, meritorum ejusdem intuitu, vestreque interventionis obtentu, habere recomendatum intendimus loco et tempore oportunis. De devotione autem quam ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam geritis, prout vestrarum asseruit gerulus litterarum, vobis gratiarum referimus uberes actiones, vestram benivolentiam deprecantes ut in eadem constanter velitis persistere, ac nobis et sibi assistere contra ejusdem rebelles Ecclesie auxiliis et favoribus oportunis. Nos enim parati sumus et esse intendimus, dum in humanis agere divina providentia nos permittet, vobis, preter eterne retributionis premium, quod ex hoc promereri poteritis, grata vicissitudine respondere. Datum Avinione, xvii kal. junii, anno VIII° ».

2065 Avignon, 16 mai 1324.

Præfatum Ludovicum, comitem Flandriæ, ad pacem cum dictis Flandrensibus conservandam hortatur, abbatis Virziliacensis, qui ad dictam concordiam procurandam sedule laboravit, zelum commandat, et de oblatis ab eodem Ludovico gratias agit. (Reg. 112 p. ii, fol. 26, c. 640; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 497, n° 1338.)

« *Dicto comiti Flandrie.* Ex tuarum, non absque ingenti gaudio, percepimus serie litterarum quod, quiescentibus discordiarum fluctibus, quos inter te et dilectos filios nonnullos Flandrenses tibi subditos hostis pacis et caritatis emulus exitavit (*sic*), in pacis pulcritudine sedere nosceris et requie opulenta letari. Sane, fili, quia hostis ille qui mille modos nocendi habere noscitur, quique tue et ipsorum subditorum tuorum invidet caritati, zizaniarum inter te ac ipsos jacere semina, si poterit, non cessabit, tuam prudentiam deprecamur ut ejusdem hostis resistere cures insidiis et ad pacem conservandam hujusmodi operosum studium adhibere. Et quia dilectus filius.., abbas Verzeliacensis ad sedandam discordiam et procurandam concordiam antefatas, sedule, prout tue testantur littere, laboravit, habere illum tue interventionis obtentu suorumque meritorum intuitu, loco et tempore intendimus commendatum. Ad hec de personali visitatione, super qua se duxit ex habundanti tua benivolentia excusandam, ipsa non indigne admissa, de oblatione nobis facta per easdem litteras, quam gratam admodum habuimus et habebimus, nobilitati tue referimus gratiarum uberes actiones, te

rogantes ut oblata verbo, opere oportuno studeas tempore adimplere[1]. »

1. La date est la même que celle de l'acte précédent, comme l'indique la formule *ut supra* qui figure ci-après (n° 2066).

2066 Avignon, 16 mai 1324.

In e. m. Roberto de Flandria, domino de Cassello. *Datum ut supra proxime.* (Reg. 112, p. ii, fol. 26, p. c. 640.)

2067 Avignon, 21 mai 1324.

Alphonso de Hispania, qui ipsum de discordia inter Carolum, Franciæ, et Eduardum, Angliæ reges, via pacis terminata certiorem fecerat, gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 26 v°, c. 641.)

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso de Ispania.* Leta manu recepimus nobilitatis tue litteras, discordiam quam inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Eduardum, Anglie reges illustres, suscitare periculose nitebatur hostis humani generis, via pacis terminatam amicabilis nuntiantes, tanto ex eisdem placidis rumoribus letiores effecti, quanto ex ipsa concordia, quam intensis desideramus affectibus, varia videmus vitata pericula, et bona proventura multiplicia contemplamur, ejusdem nobilitatis solicitudinem, quam in notificando nobis votivos rumores hujusmodi curasti celeriter adhibere, multipliciter in Domino commendantes. Datum Avinione, xii kal. junii, anno octavo. »

2068 Avignon, 22 mai 1324.

Regem Siliciæ rogat ut ad pacem cum Eduardo, comite, et Philippo de Sabaudia, habendam, amota quadam novitate in ejusdem regis procuratorio inserta, se pronum exhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 80 v°, c. 939.)

« *Regie Sicilie.* Super tractatu reformande pacis et concordie inter te, fili carissime, et gentes tuas, ex parte una, et dilectos filios nobiles viros Edwardum, comitem, et Philippum de Sabaudia, ex altera, dudum vivente quondam Amadeo, comite Sabaudie, dicti Edwardi genitore, incepto procedere nuper, vocatis nobiscum et presentibus dilectis filiis nostris Lucha, sancte Marie in Via Lata, Johanne, sancti Theodori, Bertrando, sancte Marie in Aquiro, et Arnaldo, sancti Eustachii, diaconis cardinalibus, cupientes, tam tua quam dictorum comitis et Philippi procuratoria vidimus exhibita coram nobis, quorum neutrum repertum fuit sufficiens ad pacem ipsam, juxta tractatum[1] hujusmodi, consummandam, sed non modicam habuimus materiam admirandi quod, licet in predicto tractatu, post diversas altercationes habitas super scambio equivalenti et equiadjacenti pro castro de Savillario, pro parte tua, dicto Philippo prestando, contineatur expresse, sicut regia sublimitas non ignorat, quod infra triennium et non ultra dare deberes scambium memoratum, in procuratorio tamen noviter exhibito coram nobis, cum conditione : si posse commode, posuisti terminum sex annorum. Cumque pacem predictam, quam desideranter appetimus, tam tibi quam aliis partibus antedictis ac utilitati rei publice expedire multipliciter supponamus, et ad eam perficiendam ferventer suspiret intentio mentis nostre, regalem excellentiam attentius deprecamur quatinus, ad illam regium dirigens animum et inclinans totaliter mentem tuam, procuratorium, amota novitate predicta, sufficiens secundum formam matura deliberatione consilii ordinatam, quam continet cedula presentibus interclusa, in quo nichilominus de dissensione dilecti filii nobilis viri marchionis Saluciarum sopienda per tractatum pacis hujusmodi habeatur expressa mentio, e vestigio mittere regia providentia non postponat. Datum Avinione, xi kal. junii, anno octavo. »

1. Reg. *tractatus.*

2069 Avignon, 22 mai 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, ut ad pacem cum eodem rege Siciliæ, habendam mentem suam inclinat et procuratorium sufficiens, secundum formam præsentibus interclusam, mittat. (Reg. 112, p. ii, fol. 87, c. 973.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Super [1]tractatu reformande — hujusmodi consummandam[1]. Verum cum illam quam desideranter appetimus, tam tibi quam aliis partibus antedictis, ac utilitati rei publice multipliciter expedire indubie supponamus, et ad eam perficiendam ferventer suspiret intentio mentis nostre, no-

bilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, ipsius pacis commoda et dissensionis discrimina diligenter attendens, ad vitanda dissensionis incommoda et pacis federa procuranda inclinare sedule studeas mentem tuam, procuratorium sufficiens, secundum formam matura deliberatione consilii ordinatam quam continet cedula interclusa presentibus, transmissurus. Datum Avinione, xi kal. junii, anno octavo. »

1. Le passage supprimé ici se trouve dans la lettre précédente, *mutatis mutandis*.

2070 Avignon, 22 mai 1324.

In e. m. Philippo de Sabaudia, « *mutatis verbis ubi dicitur genitore. Datum ut supra* ». (Reg. 112, p. ii, fol. 87, p. c. 973.)

2071 Avignon, 25 mai 1324.

Quibusdam ducis Calabriæ litteris respondens, nuntiat ei se preces ejus pro Johanne, abbate monasterii sancti Sebastiani Neapolitani ad monasterium sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, promovendo, exaudire non potuisse et excusationem petit. (Reg. 112, p. ii, fol. 81, c. 941.)

« .., *duci Calabrie*. Nobilitatis tue diversas — Datum Avinione, viii kal. junii, anno octavo ».

2072 Avignon, 25 mai 1324.

Stephano de Vidilhaco, ut contra clericos et laycos quos in comitatu Venayssini de usuris publice diffamatos invenerit procedens, eos ad satisfaciendum compellat et debite corrigat. (Reg. 112, p. ii, fol. 87, c. 974.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidiliaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi, capellano nostro*. Frequens et clamosa — Datum Avinione, viii kal. junii, anno octavo. »

2073 Avignon, 25 mai 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ut treugas inter capitulum ecclesiæ Viennensis, ex una parte, et Girardum de Illino Humbertumque, fratrem ejus, ex altera, usque ad festum Penthecostes proximo venturum duraturas, usque ad instans festum Nativitatis dominicæ prorogari faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 87 v°, c. 975[1].)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi*. Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, ut supra ».

1. L'adresse seule figure à l'index, d'une écriture contemporaine, mais d'une autre main.

2074 Avignon, 26 mai 1324.

Vicario ac diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Prædicatorum et fratribus apud Burdegalam in ipso generali capitulo congregatis, de magistri ordinis electione. (Reg. 112, p. ii, fol. 38, c. 722.)

« *Dilectis filiis.., vicario ac diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Predicatorum et ceteris fratribus ejusdem ordinis apud Burdegalam in ipso generali capitulo congregatis*. Licet doctam vestram prudentiam circa ea salubriter exequenda que agenda sunt in instanti vestro generali capitulo Burdegalis (*sic*), dante Domino, celebrando, indubie supponamus sollicitam et attentam, quia tamen nonnunquam expedit emisso subdere calcar equo, sollicitudinem superaddendam sollicitis credimus non obesse. Sane, quia circa electionem magistri vestri ordinis, quo caretis ad presens, in premissis primis intendere provide vos oportet, obsecramus vos per vi[s]cera misericordie Dei nostri quatenus, vigilantius attendentes quantum corpori sit salus et integritas capitis oportuna, quantaque ex ipsius indispositione capitis possent, quod absit, incom[m]oda corpori provenire, relegatis prorsus a vestris mentibus amore, odio et favore, ad illum vestros intuitus quem Deo gratum ac dignum ad tantum laudabiliter exequendum officium extimaveritis dirigere studeatis. Verum quia sine illo sine quo nichil, ipso testante, facere possumus, hec adimplere nequitis, paterno vos rogamus affectu quatenus apud illum devotis ac sedulis orationibus insistatis ut ipse qui in sui dispositione non fallitur, et que sit in homine plene novit, sic in hac parte vota vestra aspirando preveniat, sic et ea dignetur adjuvando prosequi, quod electionis ejusdem ipsum actorem, vosque ministros fideles et sedulos, pandet exitus extitisse. Rursus quia tante congregationis regimen salusque animarum, circa quam nunc docendo, nunc predicando, nunc consulendo, nunc alia que ad ipsam

pertinent exercendo, habet intendere, merito exigunt ut vigilanti studio ad hec exequenda viri Deo fideles et devoti sancte Romane Ecclesie, ac alias ad talia exequenda sufficienter ydonei deputentur, futurum magistrum, diffinitores et alios ad quos talium dispositio pertinet, duximus exhortandos, ut circa hec, Deum solum habentes pre oculis, adhibere studeant operam studiosam. Adhuc, quia ubi gubernaculum discipline contempnitur, restat ut religio naufragetur, tam magistrum prefatum quam alios ad quos correctio in eodem ordine pertinet, obsecramus quatinus circa perversorum correctionem sic sint solliciti, sic attenti, quod, propter impunitatem ipsorum excedentium, talia non transeant ceteris in exemplum, ipsosque delinquentes a talibus disciplinis severitas retrahat a quibus ipsos non retrahit timor Dei. Denique devote petimus et humiliter imploramus ut compatientis occulo onus in Dei permissione supra vires impositum[1] intuentes, ad ejus sublevationem pie velitis intendere, illi cui, cum voluerit, subest posse, preces devotas humiliter offerentes, ut ipse infirma nostra suo robore fulciat suaque virtute sustentet, ut in commissi executione regiminis sic suum beneplacitum exequamur quod, una cum grege nobis credito, post presentis vite misericordiam, eterne retributionis premium misericorditer assequamur. Datum Avinione, VII kal. junii, anno octavo. »

1. Reg. *supra viros imposuit*. Il faut sans doute sous-entendre *nobis* dans la correction que nous proposons.

2075 Avignon, 27 mai 1324.

Ludovico, comiti Clarimontis, de cujusdam negotii expeditione. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 642).

« *Nobili viro Ludovico, comiti Clarimontis.* Nobilitatis tue recepimus litteras, et que continebant intelleximus diligenter, super quibus benivolentie tue commendantes solicitudinem, eidem gratiarum referimus uberes actiones. Te autem, fili, super illis nequivimus dirigere quousque prefatum negotium nobis fuerit magis specifice manifestum; credimus tamen expediens quod in illis procedi debeat provide, alias poterit[1] forsitan difficultates magis arduis et utilibus adhibere. Datum Avinione, VI kal. junii, anno octavo. »

1. Le sujet, sous-entendu, doit être *negotium*.

2076 Avignon, 30 mai 1324.

Regi Franciæ quod in cujusdam viri, cujus nomen non exprimitur, promotione, via electionis sit alteri præferenda rescribit, eique de prorogatione diei Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte assignate, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 643.)

« *Predicto regi Francie.* Innotuere nobis celsitudinis regie littere noviter nobis misse quod vir ille de cujus promotione agitur, si ipsum per viam electionis seu provisionis ad statum illum vocari contingat cum auxilio, consilio et bona diligentia que nos sperat adhibituros et extimat, est consentire paratus, via tamen electionis, propter multa que tacere potius expedit quam proferre, acceptior sibi foret. Profecto, fili carissime, nos cum illo sentimus quod electionis via, si obtineri valeret, sit alteri preferenda, ipsumque tenere volumus incunctanter quod favor noster et consilium, dummodo nobis constet [quod] ille juret nobis et faciat que predecessor ejus juravit et fecit, sibi non deerunt, quantum status nostri decentia patietur. De auxiliis autem que a nobis sperat, que sunt illa non exprimit, quare super illis responsum non possumus certum dare[1]. Ad hec, attendentes commoda ex pace, si vigeat inter te, fili carissime, et ca[rissimum] in Christo filium nostrum, E., regem Anglie illustrem, proventura, et dispendiis variis proventuris ex discordia, si duraret, attentis, actori pacis qui ad pacem ipsam regios animos inclinavit, gratias agimus quas valemus. Porro de prorogatione[2] diei assignate dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, benivolentie regie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. junii, anno VIII°. »

1. Voyez, sur le même sujet, n° 2080. Peut-être aussi s'agit-il de la même affaire dans la lettre n° 2084.
2. Reg. *porrogatione*.

2077 Avignon, 31 mai 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, litteras ejus se recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 87 v°, c. 976[1].)

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Nobilitatis tue benigne — Datum Avinione, II kal. junii, anno octavo. »

1. A l'index ne figure que l'adresse, d'une écriture contemporaine, mais d'une autre main.

2078 Avignon, 31 mai 1324.

Armando de Narcesio, ut ad monasterium sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, se conferens, capitulo generali in proximo ibi celebrando intersit, una cum abbate et monachis conditionem et statum ejusdem monasterii et in quibus spiritualiter et temporaliter reformari, necnon vias et modos quibus reparationi hujusmodi provideri valeat, oportune requirat omniaque referat. (Reg. 112, p. II, fol. 87 v°, c. 977.)

« *Dilecto filio magistro Armando de Narcesio, decano ecclesie sancti Stephani de Tescone Montisalbani, capellano nostro.* De statu et — Datum Avinione, II kal. junii, anno VIII°. »

2079 Avignon, 31 mai 1324.

Bernardo de Appamiis, ut apud Montempessulanum, Magalonensis diocesis, se conferens, capitulo generali a fratribus Heremitis beati Augustini ibi in proximo celebrando intersit, conditionem hujus religionis requirat omniaque referat. (Reg. 112, p. II, fol. 88, c. 978.)

« *Dilecto filio Bernardo de Appamiis, de ordine fratrum Heremitarum beati Augustini, penitentiario nostro.* Audito quod per — Datum ut supra ».

2080 Avignon, 1er juin, 1324.

Alphonso de Hispania, quid in cujusdam viri, cujus nomen non exprimitur, promotione agendum sit. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 644.)

« *Nobili viro Alfonso de Ispania.* Ex tenore litterarum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, noviter intellecto quod vir ille de cujus promotione agitur, si ipsum per viam electionis seu provisionis ad statum illum vocari contingat cum auxilio et diligentia que nos exhibituros existimat[1], paratus est consentire, quodque via electionis, propter multa que tacere quam exprimere potius expedit, acceptior sibi foret, regali celsitudini per alias nostras litteras duximus rescribendum[2] quod, super via electionis predicta ibidem cum promovendo eodem, si obtineri valeat sentientes, ipsum tenere volumus incunctanter, quod favor noster et consilium eidem non deerunt, dum nobis constet quod ille juret nobis et faciat que illius predecessor juravit et fecit, licet de auxiliis que a nobis sperat, quia illa non exprimit, certum responsum eidem facere nequeamus. Sane quoniam oportune pretacti negotii qualitas videtur exigere quod citra instantem illius terminum nuntii destinarentur aliqui ad plenum instructi, cum quibus deliberari consulte valeret an decidere vel differre adhuc potius ipsum negotium, ut ordinaretur utilius et solemnius, expediret, consultius agi quoad hoc videretur, si prelati qui missi fuerunt alias super hoc, et qui plenius negotii[3] merita sunt experti, informati plene de omnibus que ad ipsum negotium pertinent, vel saltem Vivariensis episcopus, cum mittendis aut in solidum mitterentur, super quibus tua nobilitas sublimitatem regiam, sicut expedire pro meliori cognoverit, poterit informari. Datum Avinione, kalendis junii, anno octavo. »

1. Reg. *existimas*, la correction est indiquée par le passage analogue de la lettre ci-dessus, n° 2076.
2. Voyez n° 2076.
3. Reg. *negotia*.

2081 Avignon, 1er juin 1324.

Ferrico, duci Lotharingiæ, de oblatione gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 69 v°, c. 871.)

« *Nobili viro Ferrico, duci Lothoringie.* Liberales tue nobilitatis litteras dudum nobis per tuum nuntium presentatas, solita benignitate recepimus, ex illis commendantes in Domino oblationem tuam gratam nobis non modicum, et actiones uberes tibi refferentes propterea gratiarum : quod si tarde forsan super hiis ad te paterne gratitudinis responsales iste manaverint, quesumus, fili, ut inde tua devotio non miretur ; audivimus enim quod proficiscebaris peregre, nichilo-

minus et de illis idem nuntius non curavit. Datum Avinione, kalendis junii, anno octavo. »

2082 Avignon, 1er juin, 1324.

Tarantasiensi et Bisuntino archiepiscopis eorumque suffraganeis, ut processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, Marcumque et Galeacium de Vicecomitibus habitos, ubi expedire viderint publicari faciant. (Reg. 112, p. ii, fol. 59 v°, c. 872.)

« *Venerabilibus fratribus.., Tarantasiensi et.., Bisuntino archiepiscopis eorumque suffraganeis.* Volentes processus per — litteras certiores[1]. »

1. La date est donnée par la formule *ut supra* que porte l'acte suivant.

2083 Avignon, 1er juin 1324.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 69 v°, p. c. 872.)

2084 Avignon, 4 juin, 1324.

Regi Franciæ, de cujusdam prælati electione et de quadam dignitate conferenda. (Reg. 112, p. ii, fol. 27, c. 645.)

« *Dicto regi Francie.* Noverit regia celsitudo quod, receptis litteris regiis novissime nobis missis et contentis in eis plenius intellectis, cum illo prelato, cui tua magnificentia duxerat litteras[1], super contentis in regiis litteris seriose locuti fuimus, cujus responsio talis fuit. In primis siquidem tibi, fili carissime, voluit fieri manifestum quod nonnulli fabricatores mendacii electo illi, qui jam pro prelato se gerit, et nonnullis ex illis ad quos spectat dicte prelationis electio, ac pluribus aliis falso presumpserunt suggerere quod ejusdem prelati respondentis erat intentio et ejus processus contra electum predictum habiti ad illum finem facti fuerant ut, nedum electus ipse jure suo, sed et electores ipsi jure privari debeant eligendi, et ille ad dignitatem illam prefici debeat quem tua desiderat celsitudo; hoc autem ad illum finem dicere presumpserunt ut electores et alios possit dictus electus ad partem suam trahere ac dicti prelati processus et regium propositum impedire. Quo fide digna multorum relatione percepto, volens prelatus ipse tante malitie obviare, scripsisse se asserit nonnullis ex dictis electoribus quod hoc, videlicet quod ipse electores ipsos jure suo privare intenderit, erat prorsus obvium veritati, quia hoc nequaquam sue intentionis existerat nec existit, suadens eis quod talibus detractoribus fidem nullatenus adhiberent, quare veretur prelatus ipse admodum quod electus prefatus, qui callidus reputatur, procedat circa tractatum de quo in dictis litteris regiis fiebat mentio fraudulenter. Ad id autem quod in eisdem litteris regiis continetur, videlicet quod prelatus ipse deberet prelato illi ab electo predicto pro uno ex detractoribus nominato scribere, dixit quod, deliberatione cum consiliariis suis solitis prehabita diligenti, non videbatur quod ipse pro nunc illi eidem scriberet certis ex causis aliquatenus expedire; licet enim de ipso hactenus confisus fuerit et magnam habuerit et habeat, si fideliter ageret, de ipso materiam confidendi, ad presens tamen ex causis probabilibus adeo non confidit, possetque scriptura hujusmodi, juxta eorum malitiam, suis detrahere processibus et impedimenta prebere. Sane ad illud quod circa prorogandum eidem electo prefiximus terminum, vel circa id aliter ordinandum, dicte littere continebant, respondit quod satis adhuc superest de tempore, infra quod tempus venturos prelatos aliquos intentionis regie plene conscios prestolatur, et tam cum suis solitis, quam cum illis consiliariis deliberatione prehabita diligenti, intendit super hoc providentiam regiam contentare[2].

De dignitate autem illa pro qua excellentia regia pro certa persona institit, sic respondit quod jam adeo pro alia persona processerat, quam gratam illi ob cujus favorem excellentia institerat regia indubie reputabat, quod sine nota alicujus variationis et inconstantie non poterat resilire. De dignitate autem alia, nisi per alium de eadem fuerit jam provisum, intendit juxta regiarum litterarum seriem, quantum sciet et poterit, ordinare. Porro videtur prelato illi admodum expedire quod ille, quem illi desideras prefici dignitati, propinquos coelecti supradicti electi ad se traheret, eorumque curet benivolentiam obtinere, ad quod idem prelatus jam cepit dare operam, loquendo nuntiis pro parte aliquorum propinquorum coelecti predicti ad suam presentiam destinatis, daturus imposterum am-

pliorem, adiciens quod cum illis nuntiis nichil perfecerat, quia mandata sufficientia non habebant. Laudavit insuper prelatus ipse admodum quod tractatus super collectorum concordia suspensus fuerat, et quod duret suspensio, reputat negotio plurimum expedire. Quocirca ut hoc expedit, providentia regia diligentiam curet sedulam[3] adhibere. Datum Avinione, II nonas junii, anno octavo. »

1. Il faut sans doute sous-entendre *committendas*.
2. Peut-être s'agit-il ici de l'affaire dont il est question dans les lettres précédentes nos 2076 et 2080.
3. Reg. *cedulam*.

2085 Avignon, 5 juin 1324.

Petrum Marini de quibusdam pecuniarum summis ad Cameram Apostolicam pertinentibus, ab eo receptis et in certis usibus de mandato ipsius papæ expensis, quittat. (Reg. 112, p. I, fol. 101 v°, c. 450.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Cum, sicut nobis exponere curavisti, tu summas pecuniarum infrascriptas, videlicet septingentas quadraginta unam libras, sex solidos, quinque denarios turonensium parvorum a dilecto filio Petro Jaurentii (*sic*), canonico Rivensi, officiali Tholosano, qui quantitatem hujusmodi pecunie ad nostram Cameram pertinentem a dilectis filiis Matheo et Johanne Gaite, vel alio pro eis solvente, de mandato nostro receperat, necnon duo milia septingentos decem octo denarios ad agnum auri, ac centum octo libras turonensium grossorum argenti cum *o* rotundo, et insuper quinque libras, undecim solidos turonensium parvorum a venerabilibus fratribus Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario, et Ademaro, episcopo Massiliensi, thesaurario nostris, tam per manus suas quam per dilectos filios societatis de Scala, mercatores et socios Florentinos, de peccunia Camere nostre receptas, in certis usibus, juxta voluntatem et mandatum nostrum, duxeris fideliter expendendas, per te de illis reddita ratione fideli, nos tuis volentes indempnitatibus super hiis precavere, te predictas peccuniarum quantitates, ut premittitur, per te receptas pro nobis et de mandato nostro utiliter expendisse recognoscimus et fatemur, de quibus septingentis quadraginta una libris, sex solidis, quinque denariis turonensium parvorum, ac duobus milibus septingentis decem octo denariis ad agnum de auro, et centum octo libris turonensium grossorum argenti cum *o* rotundo, àc quinque libris, undecim solidis turonensium parvorum, te et omnia bona tua perpetuo absolvimus et quitamus, volentes, tibique tenore presentium concedentes, ut nulli alii respondere de illis imposterum quomodolibet tenearis. Datum Avinione, nonis junii, anno octavo. »

2086 Avignon, 6 juin 1324

Alphonso de Hispania nuntiat se quasdam litteras Carolo, regi Franciæ, iterum scripsisse. (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, c. 646.)

« *Prefato Alfonso de Ispania.* Scire, fili, te volumus, quod super negotio de quo, sicut nosti, nuper carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nobis scripsit, nosque sibi duximus per alias nostras litteras rescribendum, verentes quod hujusmodi littere forsan, propter viarum discrimina, non fuerint celsitudini regie presentate, prefato regi scribendum providimus iterato[1], sicut tue providentie per earundem litterarum seriem, ut indubie supponimus, innotescet, quas ut idem rex plene et perfecte intelligat, diligentiam adhibeas studiosam. Datum Avinione, VIII idus junii, anno octavo. »

1. Peut-être la lettre ci-dessus, n° 2084.

2087 Avignon, 6 juin 1324.

In e. m. comiti Valesii « *mutatis mutandis et detracta ultima clausula, scilicet : quas idem rex etc. usque in finem. Datum ut supra* » (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, p. c. 646.)

2088 Avignon, 7 juin 1324.

Petrum Marini et Guillelmum de Petrilia de decem octo millibus florenorum auri, quæ pro subsidio ad expugnationem Galeacii de Vicecomitibus sequaciumque suorum erogando, a diversis prælatis et aliis ecclesiasticis personis receperant Cameræque Apostolicæ assignaverant, quittat. (Reg. 112, p. I, fol. 102, c. 452.)

« *Dilectis filiis Petro Marini, canonico Xanctonensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis ecclesiarum.* Vestra nobis exhibita — Dat. vii idus junii, anno octavo. »

2089 Avignon, 9 juin 1324.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, a festo beate Mariæ Magdalenæ proximo futuro ad unum annum, solutionis decem millium librarum turonensium passagio Terræ Sanctæ a Petro, episcopo Carcassonensi, legatorum, terminum prorogat. (Reg. 112, p. ii, fol. 38 v°, c. 723.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Olim ex parte — Datum Avinione, v idus junii, anno octavo. »

2090 Avignon, 10 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, de expeditione causæ Guillelmi, episcopi Mimatensis. (Reg. 112, p. ii, fol. 27 v°, c. 647.)

« *Dicto regie Francie.* Venientem nuper ad Sedem Apostolicam venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, nobis tue serenitatis litteris commendatum, benigne recepimus nosque sibi, obtentu regio celsitudinis, favorabiles exhibuimus et benignos ; et ut causa sua que olim venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, et dilectis filiis nostris Bertrando, sancte Marie in Aquiro diacono cardinalibus, commissa fuerat audienda, posset utilius et favorabilius expediri, venerabilem fratrem nostrum Raynaldum, episcopum Ostiensem et Velletrensem, prefatis cardinalibus super hoc duximus adjungendum. Cunque cardinales prefati, viis et modis quibus melius poterant, cause expeditionis predicte intenderent diligenter, supervenit infirmitas ejusdem episcopi, qua gravatus, a nobis instanter et humiliter petiit licentiam recedendi, quam nos sibi concessimus gratiose, ipsum que regalis consideratione magnitudinis super hiis prosequi favorabiliter, quantum cum Deo poterimus, intendentes. Datum Avinione, iiii idus junii, anno octavo. »

2091 Avignon, 10 juin 1324.

Comiti Valesii, de eisdem et de Tricaricensis ecclesiæ[1] provisione. (Reg. 112, p. ii, fol. 27 v°, c. 648.)

« *Comiti Valesii.* Venientem nuper ad Sedem Apostolicam venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, nobis tue magnificentie litteras commendatum, benigne recepimus, nosque sibi, tuarum precum interventu, favorabiles exhibuimus et benignos etc., ut in alia[2] verbis competenter[3] mutatis. Ceterum eandem magnificentiam tuam volumus non latere quod antequam nobis presentate fuissent tue magnitudinis littere, per quas de provisione Tricaricensis ecclesie nos rogabas, ad preces carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, duxeramus eidem ecclesie de persona sibi devota et accepta, et ipsi ecclesie, sicut credimus, perutili providendum. Quare super hoc nos habeat tua providentia, quesumus excusatos. Datum ut supra. »

1. L'évêché de Tricarico (Italie Méridionale, prov. de Potenza, dist. de Matera), qui venait d'être pourvu, le 4 mai 1324, d'un nouveau titulaire (C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, p. 524).
2. N° 2090.
3. Reg. *competentibus*.

2092 Avignon, 10 juin 1324.

Johanni de Cerchemont, ut ab electo Trecensi, nepote suo, restitui faciat Guillelmo, episcopo Dolensi, bona quæ idem Guillelmus habebat dum Trecensi ecclesiæ præsidebat, de bonis eisdem decenti provisione dumtaxat retenta. (Reg. 112, p. ii, fol. 27 v°, c. 649.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis, et carissimi in Christo filii nostri C[aroli], Francie et Navarre regis illustris, cancellario.* Accepimus nuper quod — materia conquerendi[1]. »

1. La date est donnée par l'acte suivant.

2093 Avignon, 10 juin 1324.

In e. m. eidem electo. *Datum Avinione, quarto idus junii, anno* VIII°. (Reg. 112, p. ii, fol. 28, p. c. 649.)

2094 Avignon, 10 juin 1324

Johanni, duci Britanniæ, ut Guillelmum, episcopum Dolensem, ad suam Dolensem ecclesiam accedentem, commendatum habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 28, c. 650.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britanie.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra. »

2095 Avignon, 10 juin 1324.

Officiali Auxitano, ut Petrum Fabri, priorem ecclesiæ «Cellægrandis[1] », Auxitanæ diocesis, Vitalem de Campeto, sacristam ecclesiæ Auxitanæ, Dominicum de Orto, presbyterum, et Senhoretum de Helisona, clericum ejusdem diocesis Auxitanæ, infra unius mensis spatium citet, de bonis, tempore vacationis ecclesiæ post Amanevi archiepiscopi obitum, perceptis rationem redituros. (Reg. 112, p. II, fol. 39, c. 724; — L. Guérard, *Doc, pont.*, t. II, p. 134, n° 309.)

« *Dilecto filio.., officiali Auxitano.* Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, IIII idus junii, anno VIII°. »

1. Serregrand, aujourd'hui occupé par une ferme, près de Barran, Gers (Cf. L. Guérard, *op. cit*, p. 134, note 1).

2096 Avignon, 10 juin 1324.

Eduardum, regem Angliæ, iterum rogat ut, ratione cujusdam terræ Bernardo Jordani de Insula restituendæ, saltem ab officialibus ejus Aquitaniæ summarie eidem comiti justitiæ complementum fieri mandet. (Reg. 112, p. II, fol. 49,. c. 779; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 270, extrait[1].)

« *Predicto regi Anglie.* Quod celsitudo regia, benigne agens cum dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani de Insula, quem, obtentu sue devotionis ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam, speciali favore prosequimur, mandet sibi restitui terram ad ipsum, ut asserit, de jure spectantem, quam utique quondam maternus avus et successive Jordanus, germanus dicti nobilis, tenuisse ac possedisse noscuntur, quamque officiales tui ducatus Aquitanie pro parte tua nunc detinent, preces paterne fiducie frequenter, fili carissime, tibi direximus efficaces; que cum adhuc super hiis ad exauditionis gratiam introducte non fuerint, cum consueta fiducia hujusmodi precum instantiam duximus iterandam, eo affectuosius quo sepius serenitatem, regiam deprecantes quatinus erga prefatum nobilem, benivole suis meritis in hac parte tractandum nostro intuitu, liberaliter condescendens, saltem mandes per dictos officiales tuos simpliciter, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, sibi fieri justitie complementum, ut ex hoc debitum regie dignitatis adhibeas, et inde commendandus in Domino tam nostris precibus quam desiderio dicti nobilis acquiescas. Datum Avinione, IIII idus junii, anno octavo. »

1. A la date du 7 janvier 1324, qui est une erreur manifeste. On trouve d'ailleurs à cette dernière date, n° 1903, une autre lettre adressée au roi d'Angleterre sur le même sujet et qui est sans doute une de celles auxquelles le pape fait allusion ici.

2097 Avignon, 10 juin 1324.

Hugoni le Despensier, ut eumdem Eduardum regem ad præmissa inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 49 v°, c. 780; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 271, analyse[1].)

« *Dicto Hugoni lo Despencier*[2]. Quod carissimus in — Datum ut supra. »

1. Avec la même erreur de date que pour la lettre précédente.
2. *Dispensatori* dans l'index.

2098 Avignon, 10 juin 1324.

In. e. m. episcopo Exoniensi Eduardi, regis Angliæ, thesaurario. (Reg. 112, p. II, fol. 49 v°, p. c. 780; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2099 Avignon, 14 juin 1324.

Petro Marini, canonico Xanctonensi, concedit ut fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium percipere possit. (Reg. 112, p. I, fol. 84, c. 391.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi*[1]. Provenit ex devotionis — Datum Avinione, XVIII kal. julii, anno octavo. »

1. Il était alors légat en Lombardie (Voyez reg. 112, p. I, fol. 84, c. 390).

2100 Avignon, 14 juin 1324.

Judicibus, ut præfato Petro eosdem fructus juxta concessionis tenorem ministrari faciant. (Reg. 112, p. i, fol. 84 v°, p. c. 391.)

« *Judicibus*. Quocirca discretioni vestre — Contradictores etc. »

2101 Avignon, 14 juin, 1324.

Item in e. m. pro Raymundo de Valle, præposito ecclesiæ Mirapicensis. *Datum ut supra*. (Reg. 112, p. i, fol. 84 v°, p. c. 391.)

2102 Avignon, 15 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, respondet super diversis articulis de oblatione eidem facta ab ambassiatoribus et nuntiis Sagonensibus. (Reg. 112, p. ii, fol. 28, c. 651.)

« *Dicto regi Francie*. Serenitati regie placuit hiis diebus per suas nobis innotescere litteras oblationem quamdam quam sibi ambassiatores et nuntii Sagonenses faciebant, ac articulos pertinentes ad oblationem hujusmodi mittere sub sigillo regio interclusos, ut, quid super hiis expediens videremus, nuntiare per nostras litteras providentie regie curaremus. Et licet, fili carissime, in hiis te vidisse plene cum regio consilio que videnda sunt supponamus, tuis tamen volentes satisfacere desideriis, que nobis occurrerunt videnda circa premissos articulos tenore presentium regie benivolentie nuntiamus.

Sane in primis visum est nobis quod, recte volenti circa premissa consulere, tria sunt attendenda, videlicet : qualis sit status et conditio offerentis, quod offerat, et quod petat. Circa primum, nostre considerationi se obtulit quod est universitas multis principibus et comunitatibus, propter dampna illata gravia et irrogatas injurias, tam ipsis quam eorum subditis, infesta nimium et exosa, inter quos sunt carissimi in Christo filii nostri Robertus, rex Sicilie illustris, qui ipsam reputat velut hostem, ac rex Aragonum qui in suis subditis ab ipsa nimium reputat se offensum, civitas quoque Januensis ipsam prosequitur velut hostem. Et preter hec, propter offensas graves et injurias multiplices Deo, nobis et Romane Ecclesie irrogatas, supposita noscitur ecclesiastico interdicto, ac plures ex ipsa sunt, et diu fuerunt excommunicationis vinculo innodati[1]. Circa secundum, videlicet quid et qualiter offerant, liquet ex ipso (*sic*) articulorum serie evidenter instare universitatem predictam quod celsitudo regia civitatem Sagonensem cum castris, villis, hominibus et jurisdictionibus quibuscumque ad dictam civitatem spectantibus, in protectione, custodia et dominio ipsius recipere dignaretur, ita quod dictam civitatem et territorium cum omnibus predictis in suo semper dominio, gubernatione et protectione detineat, absque eo quod alicui persone, collegio vel universitati tempore aliquo vel aliqua occasione concedat. Offerunt quoque quod excellentia regia in dicta civitate rectorem ponat, judicibus et familiis competenter sociatum, secundum quod sibi videbitur expedire, qui dictam civitatem gubernet et regat secundum formam statutorum et bonarum consuetudinum dicte civitatis, que nunc sunt et pro tempore per consilium civitatis ejusdem fuerunt ordinati et ordinate.

Preterea offerunt quod dicta celsitudo regia in civitate jam dicta et ejus territorio duas gabellas et redditus et proventus ipsarum habeat, videlicet gabellam salis et gabellam denarii maris, videlicet quatuor denarios pro libra, ex quarum proventibus salaria rectoris solvat, et alias expensas faciat que in dicta civitate fuerint faciende; ita tamen quod cives civitatis ejusdem, de dicta gabella denarii maris, quantum est pro bonis eorum tantum sint liberi et inmunes, quodque nulla collecta vel alia impositio fieri valeat in Sagona vel territorio ipsius vel super homines Sagonenses et territorii ipsius et bona eorum, aliquo tempore vel aliqua ex causa. Item quod homines civitatis Sagone, territorii ipsius sint liberi et inmunes ab exercitibus et cavalcatis per terram extra territorium Sagonense faciendis, nisi forte fierent specialiter ratione civitatis predicte ; per mare vero exercitum ad soldum regium facere teneantur, nisi forte exercitus fieret occasione civitatis jam dicte, quo casu sine aliquo soldo ipsum per mare facere teneantur, usque ad loca que distent a civitate Sagonensi per miliaria LX, et non ultra; premissa autem obtulerunt jure imperii semper salvo.

Circa oblationem predictam videntur subsequentia,

que nobis sunt dubia, attendenda, videlicet : quantum possint assendere (*sic*) illarum duarum gabellarum oblatarum annui redditus et proventus, cum ille sole offerantur pro omnibus oneribus supportandis. Estque advertendum quod ab una gabellarum ipsarum, videlicet denarii maris, quantum est pro bonis eorum, cives civitatis predicte debent esse liberi et inmunes, quorum forsan proventus plus ascenderent quam omnium aliorum; est enim ibi prope civitas Januensis, solennior quam Sagona, ad quam, ut probabiliter creditur, extranei libentius cum suis mercibus applicabunt.

Item est advertendum quod adicitur in oblatione predicta quod, secundum statuta et consuetudines bonas que nunc sunt, et pro tempore per consilium civitatis ejusdem fuerint ordinati et ordinate, rector regius civitatem ipsam regere teneatur, unde advertendum esset qualia sunt statuta et consuetudines presentialiter ordinata; possent enim esse talia quod non expediret honori regio talia sequi. De faciendis autem statutis grave videtur, quod illa, que sine ipso statuta per consilium et ordinata fuerint, magnificentia regia debeat observare.

. Et insuper advertendum quod ab exercitibus et cavalcatis per terram extra territorium Sagonense faciendis, nisi forte fierent occasione dicte civitatis, cives civitatis ejusdem esse debent liberi et inmunes, et, quod est gravius, per mare, nisi ad soldum regium, exercitum facere non tenentur, nisi forte exercitum contingeret[2] fieri occasione civitatis ejusdem, quo casu exercitum tenentur sine soldo aliquo per mare facere, usque ad loca tantum que distent a civitate predicta per LX milliaria et non ultra.

Ulterius est advertendum quod fit predicta oblatio imperii jure salvo, unde sciendum esset, antequam procederetur ulterius, que sint imperatoris jura; talia siquidem possent esse quod oblationem hujusmodi acceptare nullatenus expediret.

Circa tertium videlicet quod cives Sagonenses requirant, patet ex articulorum serie predictorum ipsos petere quod previdentia regia dictam civitatem et territorium, et omnes habitantes et habi[ta]turos in eis tenea(n)tur gubernare, tueri et defendere contra quascunque personas a quibuscunque injuriis, gravaminibus, oppressionibus et violentiis, secundum quod defendit et defendere consuevit ceteras civitates et fideles ipsius in ejus regno consistentes, et tam circa represalias concedendas quam circa omnia alia in predictis utilia et etiam oportuna.

Petunt insuper quod cives civitatis Sagonensis sint liberi et inmunes a quibuscunque gabellis et impositionibus in toto territorio regio pro rebus eorum dumtaxat. Sed hoc non videntur petere ut ex debito fieri debeat, sed ut munificentia regia liberaliter, prout viderit, hoc concedat.

Petunt quoque quod dignetur celsitudo regia dicte civitati prestare auxilium, consilium et favorem ad recuperandum certa castra que ad dictam civitatem pertinere asserunt et ab aliis detineri.

Profecto, fili carissime, si emolumenta proventura ex oblatione hujusmodi oneribus que illi adjacent comparentur, reperietur ipsa oblatio quoad emolumenta sterilis, et quoad onera et pericula plurimum habundare. Satis enim exiles sunt duarum gabellarum predictarum redditus reputandi, quos dumtaxat habet rex ipse recipere, deductis tamen ex gabella denarii maris redditibus et rebus dictorum civium proventuris, respectu onerum predictorum, unde advertat providentia regia quid super hoc sit agendum; nos enim, dubii super hiis que dubia sunt superius reputata nescimus certum consilium impertiri, presertim quia forsan acceptatio oblationis hujusmodi plus officeret principali negotio ad quod intendit providentia regia, quam prodesset. Si tamen posset in suspenso teneri dictum negotium, forsitan expediret, exitus enim alterius negotii viam providendi in isto consultius aperiret, que quidem dilatio videretur posse probabiliter obtineri, sub colore obtinendi declarationem dubiorum superius expressorum, nec forcitan esset malum si exprimeretur nuntiis quid in effectu offerunt, et quid petunt, immo (*sic*) ipsos seu eorum dominos deberet inducere ad ampliandum oblationem hujusmodi et ipsam restringentia summovendum.

Scribere autem prefato regi Sicilie quod, hinc ad festum proximum Assumptionis Beate Virginis, cessaret ab impedimentis et molestiis ipsorum Sagonensium, expediens non videtur; tamen quia sine assensu Januensium, quibus preesse noscitur, honeste promittere hoc non posset nec cum ipsis Januensibus trac-

tare propter ipsorum distantiam et brevitatem temporis, hoc non posset, nichilominus tamen ei, quantum honeste poterimus, id intendimus suadere.

Et quia circa nonnulla salutem proprii corporis concernentia oportuit nos vacare, si responsionem ultra quam vellemus distulimus, habeat nos, quesumus, regia magnificentia excusatos. Datum Avinione, XVII kal. julii, anno octavo. »

1. Reg. *innodata*.
2. Sur le mot *contingeret* on lit *va* et sur le mot *exercitum* qui est plus loin, *cat* (*va-cat*). Or, si l'on observe ici le sens habituel de ce terme qui désigne les mots à supprimer, la phrase est tronquée et incompréhensible. On peut donc croire que le scribe a, au contraire, rétabli une partie de phrase omise dans le texte qu'il transcrivait, et comprendre *vacat* [*in originali* ou *in regesto*].

2103 Avignon, 15 juin 1324.

Johanni, duci Britanniæ, qui bona avi sui, decimas ecclesiarum nonnullaque alia sibi pro ultramarino passagio concedi petierat, respondet postulata fieri non posse. (Reg. 112, p. II, fol. 29, c. 653.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britanie.* Presens olim in curia, et nunc absens in partibus, oblata petitione per nuntium, quam solita benignitate suscepimus, supplicasti ut bona reliqua bone memorie avi tui, ejus testamento excecutioni (*sic*) mandato, decimas insuper ecclesiarum, annalia quoque beneficiorum vacantium, ac fructus bonorum olim Templi in ducatu Britanie usque ad quinquennium in subsidium expensarum pro ultramarino passagio, ad quod obligasse te asseris, tibi concedere dignaremur. Sane, fili, quamquam sit prudentis in melius mutare consilium, tamen, sicut premittitur, tibi presenti super hiis alias respondisse recolimus per nos omnimodo non fieri posse que postulas, sic respondemus ad presens, cum nobis non occurrat presentialiter aliud respondendum; nichilominus parati existimus, ex patris benignitate propitia, exaudire in aliis, quantum bono modo cum Deo poterimus, vota tua. Datum Avinione, XVII kal. julii, anno octavo. »

2104 Avignon, 16 juin 1324.

Henrico, electo Metensi, ut ab agressione bellica contra Ferricum, ducem Lotharingiæ, desistat et dampnum illatum emendet. Reg. 112, p. II, fol. 71 v°, c. 883.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Methensi.* Infesta relatione nuper audivimus quod tu, fili, terram et gentes dilecti filii nobilis viri Ferrici, ducis Lothoringie (*sic*), causa cessante rationabili, hostiliter invasisti, dampna varia propter hoc ejusdem ducis subditis inferendo. Verum cum ex talibus aggressionibus dispendiosa pericula quibus, postquam ex illis hinc inde crevissent odiorum fomites, non valeret forsitan obviari faciliter, possent sequi, discretionem tuam monemus et hortamur attentius, tibi nichilominus districtius injungentes quatinus, premissa diligenter attendens quodque honori et statui tuo non congruit talia scandala comminantia personarum et rerum dispendia suscitare, ab invasionibus et aggressionibus bellicis de cetero prorsus abstineas et desistas, ac [de] dampnis que, occasione predicta, per te gentesque tuas illata fuerint indebite subditis dicti ducis, emendam prestari facias competentem, cum nos prefatum ducem ad hoc idem per alias nostras litteras exhortemur. Datum Avinione, XVI julii, anno octavo. »

2105 Avignon, 16 juin 1324.

Dicto duci Lotharingiae quasdam ejus petitiones exaudire non posse respondet, eique nuntiat se electo Metensi scripsisse. (Reg. 112, p. II, fol. 72, c. 884.)

« *Dicto duci* [*Ferrico, duci Lotharingie*]. Nobilitatis tue litteras nuper nobis per dilectum filium Hugonem, tuum nuntium, presentatas, benigne recepimus, et que predictus nuntius pro parte tua proponere voluit coram nobis, queve continebantur in eisdem litteris intelleximus diligenter. Et licet velimus nos tibi super tuis oportunitatibus, quantum cum Deo possumus, favorabiles exhibere, quia tamen quedam, que dictus nuntius postulavit a nobis, cum nostra decentia nequivimus admittere ad exauditionis effectum, habeat nos, quesumus, eadem nobilitas super hoc excusatos. Ceterum dilecto filio Henrico, electo Metensi, per alias nostras litteras scribimus[1] ut de cetero ab invasione hostili terre et subditorum tuorum abstineat, et de dampnis, si qua per eum vel gentes suas indebite tibi

dictisque subditis per aggressiones preteritas intulerit, emendam fieri faciat competentem, quod tu, fili, quantum ad te pertinet eidem electo facere similiter non ommittias. Datum ut supra proxime. »

1. Voyez la lettre précédente.

2106 Avignon, 21 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, ut non obstante secundo consanguinitatis gradu, possit cum Johanna, inclite recordationis Ludovici, comitis Ebroicensis filia, matrimonium contrahere. (Reg. 111, fol. 33 v°, c. 150; — Reg. 112, p. i, fol. 92, c. 419; — Arch. Nat., J. 437, n°s 30[1] et 30[2], orig. scellés sur soie[1].)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus quidem fore consentaneum rationi conditorem canonum canones a se vel suis predecessoribus editos observare, nec nos latet quin interdum rigori possit juris humani non indigne detrahere, ac postulantium meritis quod jus ipsum non patitur, diversis suadentibus circumstantiis, indulgere. Sane habebat exhibite nobis tue petitionis instantia quod tu, fili carissime, ac dilecta in Christo filia puella nobilis Johanna, inclite recordationis Ludovici, comitis Ebroicensis nata, desideratis matrimonialiter invicem, actore Domino, copulari ; sed quia secundo consanguinitatis gradu ex utroque latere, respectu ejusdem stipitis vos invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non valetis. Quare nobis tua serenitas humiliter supplicavit ut, tecum et cum eadem Johanna quod, impedimento hujusmodi aut quibusvis aliis, si qua forsan existant, nequaquam obstantibus, possitis copulari matrimonialiter dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos autem, fili carissime, considerantes attente quantum tibi regnoque tuo expediat te, absque dilatione morosa, divine et humane domus assumere sociam, quam tam persone decor et elegantia quam morum honestas ac nobilitas generis et etas congrua consortio tanti principis dignam reddant, ex qua prolem possis probabiliter de presenti suscipere ad serviendum Deo viventi et rem publicam gubernandam, quodque non credimus facile personam prompte, in qua concurrant hec omnia sicut in memorata nobili plene premissa dicuntur concurrere, reperire, multisque aliis non facile litteris exprimendis tam circa utrumque, quam circa vestrum alterutrum deductis in exacte discussionis examen, que omnia dispensationem petitam, cum per eam juri divino non derogetur in aliquo, nedum fieri suadebant, immo ad eam faciendam nostrum animum accendebant, ad Dei honorem, et utriusque vestrum totiusque domus regie, immo totius christianissimi regni tui consolationem, securitatem et gaudium, ut cum Johanna predicta, impedimento predicto aut quibusvis aliis, si qua forsan existant, sive ratione consanguinitatis[2] respectu ejusdem, seu diversorum stipitum, sive ab ipso stipite equaliter vel inequaliter distaretis, sive ratione affinitatis vel affinitatum aliarum[3] in eodem vel remotiore gradu, seu publice honestatis justitia aut sp[irit]ualis proximitatis seu proximitatum procederent, per canonicas vel alias humanas constitutiones introductis quomodolibet, super quibus consuevit Sedes Apostolica, precipue cum personis sublimibus dispensare, nequaquam obstantibus, possitis tu et ipsa Johanna, in Dei nomine matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de apostolice plenitudine potestatis, de speciali gratia dispensamus, prolem suscipiendam ex te et eadem Johanna legitimam nuntiantes. Nulli ergo[4] omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis et nuntiationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinione, xi kal. julii, anno octavo. »

1. Sous la même cote (n°s 30[3] et 30[4]) figure, en double exemplaire (orig. scellés sur soie), la confirmation par Jean XXII, le jour des nones d'avril, an X de son pontificat (5 avril 1326) de cette dispense, reproduisant intégralement le texte de celle-ci.

2. Reg. 111 : *consanguinitatis vel consanguinitatum.*

3. Reg. 111 : *aliarum quantamcumque?*

4. La formule finale, dans le registre 111, n'est indiquée que par les mots : *Nulli ergo etc.*

2107 Avignon, 21 juin 1324.

Dicto regi præfatam dispensationem quam in patentibus litteris mittit, se concessisse nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 29 v°, c. 654.)

« *Memorato regi Francie.* Serenitatis regie heri, post consistorium, dum iremus ad mensam, recepimus litteras per quas dispensationem ut cum dilecta in Christo filia nobili domicella Johanna, nata clare memorie Ludovici, comitis Ebroicensis, posses copulari matrimonialiter, cum instantia postulabas. Et quia, fili carissime, in prefata Johanna concurrere credimus omnia que sunt in sponsa tanti principis requirenda, que forsan de facili nequirent omnia simul in alia reperiri, tueque prudentie premissa nota possunt existere, quantum humana fragilitas nosse sinit[1], multisque aliis in consideratione deductis que dispensationem, non obstante quod tibi prefata Johanna in gradu tam proximo sit conjuncta, in quo quidem raro audivimus dispensasse Sedem Apostolicam, suadebant, dispensationem ipsam velut Deo gratam tibique accomodam et toti domui regie, ymmo regno consolatoriam et acceptam, prompte plenam, ut expedire credimus, duximus concedendam, prout in nostris aliis patentibus litteris, quas celsitudini regie cum istis mittimus, plenius continetur, illi qui steriles potest fecundās reddere obnixius supplicantes ut suam super vos ambos dignetur benedictionem infundere, ipsamque sic fecundam efficiat, ut ex ea possis filios et filiorum filios videre ad Dei[2] gloriam et rei publice commodum in circuitu mense tue. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo. »

1. Reg. *nosce scivit*.
2. Dans le registre après *Dei*, était écrit le mot *servitium* qui a été barré.

2108 Avignon, 21 juin 1324.

Alphonso de Hispania eandem dispensationem se dicto regi concessisse nuntiat. (REG. 112, p. II, fol. 29 v°, c. 655.)

« *Alfonso de Ispania.* Letanter in litteris regiis legimus dispensationem super contrahendo matrimonio inter ipsum et dilectam in Christo filiam Johannam, natam clare memorie Ludovici, Ebroicensis comitis, postulatam, quam indilate plenam, prout expedire credidimus, duximus concedendam, prout in patentibus litteris apostolicis, quas cum hiis mittimus, plenius continetur. Fiat ergo in Dei nomine dictum matrimonium absque mora, cui Dominus benedicat, ipsosque faciat prole multiplici ad Dei gloriam et servitium habundare. Datum ut supra. »

2109 Avignon, 21 juin 1324.

Comiti Valesii de eadem dispensatione scribit eique nuntiat regem et reginam Siciliæ, una cum ducissa Calabriæ, in crastinum Ascensionis dominicæ Neapolim applicuisse, et sequenti dominica matrimonium duci et ducisse solemnisatum fuisse. (REG. 112, p. II, fol. 29 v°, c. 656.)

« *Dicto comiti Valesii.* Et ecce, fili, quod dispensationem super matrimonio contrahendo inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et dilectam in Christo filiam nobilem domicellam Johannam, clare memorie Ludovici, Ebroicensis comitis, filiam, neptemque tuam, celsitudini regie mittimus plenam, ut expedire credimus, postulatam, prout in apertis apostolicis litteris, quas per latorem presentium mittimus, plenius continetur, credentes firmiter quod dictum matrimonium Deo sit gratum, contrahentibus expediens ac toti domui Francie, immo regno, consolatorium et acceptum. Fac ergo, fili, ut in nomine Domini dictum matrimonium absque more dispendio contrahatur. Ceterum ad gaudium tue magnificentie nuntiamus quod carissimi in Christo filii nostri rex et regina Sicilie illustres, una cum dilecta in Christo filia nobili muliere ducissa Calabrie, nata tua, in crastinum Ascensionis dominice Neapolim applicuerunt incolumes, Dei gratia mediante, ubi cum honore et letitia permaximis a suis regnicolis sunt recepti, et, sequenti dominica, matrimonium ducis et ducisse predicte in facie Ecclesie solemnizatum ac consummatum extitit, ad magnam ipsorum conjugum complacentiam ac regionis totius, sicut hec omnia noviter accepimus per litteras dicti regis. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo. »

2110 Avignon, 22 juin 1324.

Regi Siciliæ de matrimonio Caroli, primogeniti ejus, solemnisato congaudet eique nonnulla discordiam inter C[arolum], Franciæ, et E[duardum], Angliæ reges, necnon ducis Bavariæ negotium tangentia notificat. (REG. 112, p. II, fol. 82 v°, c. 947.)

« *Eidem*. Celsitudinis regie litteras ingressum, progressum et egressum tui felicis itineris necnon festivam et jocundam receptionem per tuos regnicolas, sicut decebat, in adventu jocundo regio celebratas, ac contractum inter dilectum filium nobilem virum Carolum, primogenitum tuum, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, consortem suam, in facie Ecclesie solemnisatum matrimonium nuntiantes, tanto letitiori manu recepimus quanto earum grata lectio nobis amplioris jocunditatis et letitie materiam ministravit, et ei qui sua potenti virtute tibi tribuit iter prosperum, in gratiarum jubilum propter hoc exurgentes, ipsum devotis precibus exoramus ut, super predictos conjuges plenitudinem sue benedictionis infundens, eos numerose prolis ad laudem divini nominis et domum stabiliendam regiam fecunditate letificet et sua clementi bonitate conservet in dierum longitudinem et salutem. Et ut de statu nostro et rumoribus qui nobis in presentiarum occurrunt, efficaciter regia providentia certior[1], eam volumus non latere quod nos, licet curis et solicitudinibus variis jugiter anxiemur, divina tamen propitiante clementia, corporea sospitate letamur.

Ceterum cum super discordia inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, seu officiales suos dudum, sicut nosti, suborta, speraremus de pace inter ipsos amicabili reformanda, tamen quia dictus rex Anglie certo tractatui, nuper inter fratrem et certos consiliarios suos propter hoc Parisius destinatos ac gentes dicti regis Francie habito, noluit, sicut asseritur, consentire, gentesque armorum prefati regis Francie, que prius contramandate sub spe pacis fuerant, ad octabas instantis festi beati Johannis Baptiste iterum sunt mandate, presumitur de guerra, nisi Deus aliter providerit, potiusquam de pace. Nos autem circa pacis reformationem hujusmodi intendimus interponere, quantum cum Deo poterimus, partes nostras.

Super negotio vero ducis Bavarie, cum adhuc terminus ultimi processus non venerit, quamvis instare noscatur breviter, nichil per nos ordinatum extitit postmodum, sed tibi curabimus quod ulterius ordinabitur nuntiare. Rursus, intellecto nuper quod hostes et inimici Ecclesie presertim Firmani et Fabrianenses perfidi aspirabant ad habendum et extrahendum victualia et alia subsidia de terris et partibus regni tui, preces et exhortationes nostras regie magnificentie, ne hoc quovismodo fieri permitteret, meminimus direxisse, quas adhuc affectione qua possumus iteramus, eandem magnificentiam deprecantes quatenus officiales nostros et Ecclesie, necnon dilectum filium magistrum Philippum de Chamberlhaco, legum professorem, quem dilectus filius noster Arnaldus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, ad eas partes dirigit pro suis negotiis prosequendis, habere velit regia sublimitas propensius comendatos, ei et eorum cuilibet assistendo, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, auxiliis et favoribus oportunis. Datum Avinione, x kal. julii, anno octavo. »

1. Il manque ici un mot tel que *fiat*, ou bien il faut corriger *efficaciter* en *efficiatur*.

2111 Avignon, 26 juin 1324.

Universis personis ecclesiasticis et laicis, ut officiali Lingonensi qui ad Apostolicam Sedem Guidonem Peregrini, ordinis fratrum Prædicatorum apostatam, adducit, auxilium et favorem impendant. (Reg. 112, p. I, fol. 88, c. 405[1].)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon nobilibus viris senescallis, vicariis, ballivis, prepositis, justitiariis et ceteris officialibus et dominis temporalibus eorumque loca tenentibus ad quos presentes littere pervenerint*. Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, vi kal. julii, anno octavo]. »

1. Cet acte ne figure pas à l'index.

2112 Avignon, 28 juin 1324.

Ademarum de Pictavia juniorem hortatur ut super casum Ademari, nati ejus, deponat tristitiam et dolo-

rem, consulte deliberet qualiter sit agendum et Agauto de Baucio fidem adhibere velit. (Reg. 112, p. ii, fol. 29 v°, c. 657.)

« *Dilecto filio nobile viro Ademario* (sic) *de Pictaria juniori.* Casum adversum, amaritudine plenum et turbatione non vacuum, qui in personam Ademarii, nati tui, contingit hiis diebus, non absque multa displicentia et compassione magna, tua nobilitas nos noverit audivisse. Sane quia quod factum est nequid (*sic*) non fieri nec pro infecto haberi, prudentiam tuam rogamus et hortamur in Domino, tibi nichilominus sano co[n]silio suadentes quatinus, hoc consideranter attendens, tristitiam et dolorem, qui utique illi nequaquam proficerent teque ledere graviter possent, cures deponere, teque divine permissioni que casum sic infelicem, nescimus quo occulto Dei judicio, hunc permisit, studeas conformare. Et quia mens commotionis tempore nequid (*sic*) recte quod expediat agere judicare, sed plerumque in precipitium preceps currit, tue providentie suademus ut ad ulciscendum casum prefatum non precipites, sed cum caris tuis mature delibera qua via progredi debeas in hac parte. Et quia circa hec dilecto filio nobili viro Agauto de Baucio, familiari nostro, aliqua duximus imponenda, circa illa velis eidem fidem indubiam adhibere. Gratia Dei sit tecum qui te in tribulatione hujusmodi consoletur. Datum Avinione, iiii kal. julii, anno octavo. »

2113 Avignon, 28 juin 1324.

Ademarum de Pictavia seniorem de eadem morte consolatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 658.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario* (sic) *de Pictavia seniori, comiti Diensi.* Nosti, fili, quod que facta sunt haberi nequeunt pro infectis, nec de morte ad vitam reduci potest aliquis nisi divina potentia infinita, nec ignoras quod pro hiis que recuperari nequeunt, immoderate sapientes non condecet contristari, sed, mestitia prorsus deposita, divino beneplacito seu permissioni, secundum que adversa queque et prospera in hac misera vita contingunt, potius conformare. Quocirca prudentiam tuam rogamus attentius, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus, hoc attente considerans, super infelici casu qui in personam Ademarii, nati tui, contingit hiis diebus, consolationem assumens, alios, quos casus ipse turbat, sicut vir prudens et magnanimus consoleris. Datum Avinione ut supra. »

2114 Avignon, 28 juin 1324.

In e. m. Ludovico, episcopo Lingonensi, mutatis mutandis (Reg. 112, p. ii, fol. 30, p. c. 658.)

2115 Avignon, 28 juin 1324.

Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi, de laudabili ejus proposito pacem cum Petro Raymundi et Guidone de Convenis, nepotibus suis, habendi gratias agit et preces dictæ Alienordis pro cujusdam promotione commendatas habere promittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 659.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri Alienordi de Monteforti, comitisse* (*de*) *Vindocinensi.* Presentatas nobis nobilitatis tue litteras benigne recepimus et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, filia, quia nobis innotuit series earundem quod, circa reformationem pacis et concordie inter te ac dilectos filios[1] Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, nepotes tuos, dissidentes invicem, illius qui pacis est actor beneplacitis et nostris exhortationibus te coaptans, viam elegisti liberaliter quam, super reformatione pacis ejusdem, descriptam in nostris exhortatoriis nuper tibi directis litteris reperisti, quamvis pro parte altera quedam subtilitates seu conditiones fuerint super compromisso inde facto adhibite, propter quas tractatus pacis hujusmodi totaliter est ommissus, ad hoc viam illam vel aliam, super hoc accomodam, prosequi per easdem tuas litteras offerendo, prudentiam plurimum in Domino commendamus, illam rogantes attentius et hortantes quatinus, in hujusmodi laudabili proposito solida continuatione perscistens (*sic*), cum eisdem nepotibus tuis tanta tibi sanguinis connexitate conjunctis viam[2] pacis hujusmodi efficacibus operibus prosequaris. Nos enim eisdem per alias litteras nostras scribimus[3] quod, obmissis subterfugiis et subtilitatibus, ad viam predictam redeant, et efficaciter prosequantur. Illum autem pro cujus promotione preces nobis humiliter obtulisti[4] tam

sue probitatis obtentu, quam precum tuarum interventu, habere recomendatum proponimus loco et tempore oportunis. Datum Avinione, IIII kal. julii, anno octavo. »

1. Entre ces deux mots *filios* et *Petrum* se trouvent ajoutés dans le registre d'une autre main et en lettres très fines, les mots « *Joan*[*nem*] *virum* », addition qui n'est pas justifiée par les lettres écrites sur le même sujet (Voyez n°s 1836 à 1838 et 2116).
2. Reg. *jam*.
3. Voyez la lettre suivante, n° 2116.
4. Ici se trouvent intercalés dans le registre par une erreur évidente du copiste, les derniers mots de la lettre : *proponimus loco et tempore oportunis*.

2116 Avignon, 28 juin 1324.

Dictos Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, fratres, hortatur ut, sublatis subtilitatibus et subterfugiis, pacem cum præfata Alienorde de Monteforti inceptam perficiant. (Reg. 112, p. II, fol. 30, c. 660.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Fide digna relatione percepimus quod, licet dilecta in Christo filia nobilis mulier Alienordis de Monteforti, comitissa Vindocinensis, ad pacem et concordiam inter vos et ipsam dissidentes invicem reformandam, se disposuisset liberaliter, secundum tenorem litterarum sibi super hoc directarum, vos tamen, viam subterfugientes pacificam, in compromisso facto super hoc quasdam subtilitates apponere studuistis, per quas inceptus tractatus pacis hujusmodi, qui utique usque ad perfectionem ipsius dicebatur attingere, totaliter est ommissus, quod nobis merito displicet, si est ita. Quocirca nobilitatem vestram rogamus et hortamur attentius, vobis nichilominus sano consilio suadentes quatinus, dissensionis incommodis et pacis commodis in scrutinio vestre considerationis adductis, sublatis predictis et quibusvis aliis subtilitatibus et subterfugiis, ad viam pacis inceptam redeatis totaliter, eam usque ad perfectionem et solidationem pacis ejusdem, vobis utique perutilis, prosequentes. Datum ut supra. »

2117 Avignon, 30 juin 1324.

Petro Marini indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 85 v°, c. 396.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi*[1]. Sincere devotionis affectus — Dat. Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

1. Ce personnage et celui auquel est adressé l'acte suivant étaient envoyés en Lombardie, comme en fait preuve une lettre du IV des ides de juin (10 juin) 1324, enregistrée avant celles-ci, fol. 84, c. 390.

2118 Avignon, 30 juin 1324.

Item in e. m. Pontio de Crecio, rectori ecclesiæ sancti Vincentii de Castronovo, Narbonensis diocesis. (Reg. 112, p. I, fol. 86, p. c. 396.)

2119 Avignon, 30 juin 1324.

Eidem Petro licentiam testandi concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 86, c. 397.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

2120 Avignon, 30 juin 1324.

Item in e. m. prædicto Pontio de Crecio. (Reg. 112, p. I, fol. 86, p. c. 397.)

2121 [Avignon, 30 juin 1324.]

Guillelmum, archiepiscopum Remensem, intuitu Caroli, regis Franciæ, de mora excusat. (Reg. 112, p. II, fol. 30 v°, c. 661.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Remensi.* Fraternitatis tue litteris benigne receptis, quamquam, frater, post tue translationis auspitia ad Remensem ecclesiam, te ad presentiam nostram conferre disponeres, considerantes tamen tuam in servitiis carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad presens utilem esse moram, te habemus inde non immerito excusatum[1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante qui a le même objet.

2122 Avignon, 30 juin 1324.

Prædicto regi, de ejusdem archiepiscopi mora. (Reg. 112, p. II, fol. 30, c. 662.)

« *Eidem regi.* Regie magnificentie litteris solita benignitate receptis, quamquam venerabilis frater noster Guillelmus, archiepiscopus Remensis, post sue translationis auspicia ad Remensem ecclesiam, ad se presentiam nostram conferre disponeret, considerantes tamen suam in servitiis tuis presentialiter utilem esse moram, ipsum habemus inde tuo intuitu non immerito excusatum. Datum Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

2123 Avignon, 30 juin 1324.

Carolum, regem Franciæ, iterum rogat ut bellicos apparatus differens, se ad pacem cum Eduardo, rege Angliæ, reformandam præbeat. (Reg. 112, p. II, fol. 33, c. 690; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1324, § XXXVIII.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Exultavit cor nostrum in Domino per tue, fili carissime, magnificentie litteras hiis diebus preteritis intellecto quod solemnes nuntii carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, ad tuam presentiam destinati, tecum convenerant super hiis que in partibus Vasconie per arresta tua fuerant ordinata, per quod probabiliter guerre materia prorsus videbatur esse sublata; sed, proh dolor, exultatio illa nimis cito evanuit per hoc quod fide digna relatione percepimus quod, quia promissa renuebant prefati nuntii adimplere, ad exequendum armata manu arresta hujusmodi excellentia regia, et ad resistendum prefati nuntii similiter se parabant. Et quia, fili carissime, sicut alias prudentie regie scripsimus[1], dissensio hujusmodi posset parare grande prejudicium negotiis arduis que cepisti prosequi, vel etiam forsan totaliter impedire, nec, guerra cepta, sic prompte tractatus posset amicabilis recipi sicut ante, regalem providentiam adhuc rogamus attente sibique sano consilio suademus ut, attentis dispendiis variis que non solum circa prefata negotia sed et circa alia, precipue circa transmarinum negotium quod, ut asseris, cordi tuo insidet plurimum, possent sequi, quamque sit indecens et absurdum principes tanta consanguinitate et affinitate conjunctos, qui se debent mutuis fulcire presidiis et favoribus confovere, ac illa que temporum diversitate contingit inter ipsos emergere, quantumcunque gravia, quantumcumque difficilia, trac[ta]tibus ordinare domesticis et familiaribus colloqutionibus (*sic*) expedire, sic ad invicem adversari, sic caute, sic prudenter executionem hujusmodi differat, quod amicabilem tractatum non impediat aliisque negotiis, ad que intendit magnificentia regia, non obsistat. Et ecce nos regi prefato super hoc scribimus[2], sibi, ut expedire vidimus, efficaciter suadendo ut, via resistentie facti prorsus ommissa, ad vias justitie et tractatus amicabiles se convertat, responsum suum super hoc absque more dispendio prestolantes, quo habito, indilate celsitudinem regiam curabimus reddere certiorem. Placeat quoque benivolentie regie nobis per suas innotescere litteras quid super premissis intendat, ut sic possimus circa prefatum negotium disponere provide quod viderimus expedire. Et quia tenemus indubie quod tua, fili carissime, et dicti regis personalis presentia esset pro sedanda dicta discordia plurimum oportuna, prefato regi per nostras litteras suademus ut ad diem condictam pro faciendo homagio, si non preteriit, vel ad condicendam, si preteriit, curet, si omnimode[3] poterit, interesse, subjungentes quod tua providentia dare litteras de securo conductu obtulerat se paratam, quod, fili carissime, digneris facere, si fueris requisitus, sic enim venerabilis frater noster Petrus, episcopus Vivariensis, te nobis retulit liberaliter concessisse. Dat. Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

1. N° 2008.
2. N° 2130.
3. *Sic*, il faudrait *commode*.

2124 Avignon, 1 juillet 1324

Alphonso de Hispania, ut videat quis fructus ex oblatis ab universitate Sagonæ regis [Franciæ] commodis obvenire poterit. (Reg. 112, p. II, fol. 29, c. 652.)

« *Dicto Alphonso de Ispania.* Quia nuper celsitudo regia[1] quod super articulis oblatis sibi pro parte universitatis Sagone sentiremus nos duxit per suas litteras benivole requirendos, ecce quod, adductis in recte considerationis examen que nobis, ex articulorum ipsorum serie super hiis, offerentium et oblatorum attentis conditionibus, occurrerunt, motiva nostra et dubia emergentia circa illa sibi ducimus per nostras litteras reseranda. Super quibus tua utinam circumspectio velit mentalibus occulis intueri quis fructus ex

ipsis oblatis regiis obvenire poterit commodis, eis incumbentibus invicem compensatis. Datum Avinione, kalendis julii, anno octavo. »

1. Le roi de France, voyez nº 2102.

2125 Avignon, 1 juillet 1324.

In e. m. comiti Valesii. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 29, p. c. 652.)

2126 Avignon, 1 juillet 1324.

Henricum de Soliaco, ut ad pacem inter Carolum, regem Franciæ, et Eduardum, regem Angliæ, reformandam studium adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 33 vº, c. 691.)

« *Nobili viro Henrico, domino de Suliaco.* Quam sit nobis exosa dissensio, quam hostis pacis inter carissimos filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Edwardum, Anglie reges illustres, nititur suscitare, tuam nobilitatem credimus non latere; cumque obviare principiis necessarium extimemus, ne, si forsan, quod absit, ad actus procedatur bellicos, remedia prompte ad ipsam tollendam nequeant adhiberi, ecce prefatis regibus super hoc scribimus[1], efficaciter suadentes ut, vitatis congressibus bellicis, ad vias pacis et tractatus amicabiles se convertant. Et quia tuam diligentiam ad hoc promptam supponimus et multipliciter oportunam, nobilitatem tuam rogamus attente ut, ad hoc consequendum, partes tui operosi studii sic interponas sedule, quod pacis actori debeas uberius complacere. Datum Avinione, kalendis julii, anno octavo. »

1. Nºˢ 2123 et 2130.

2127 Avignon, 2 juillet 1324.

Comiti Valesii, de eadem pace inter dictos reges procuranda. (Reg. 112, p. ii, fol. 33 vº, c. 692.)

« *Comiti Valesii.* Grata nobis admodum relatione fide digna percepimus hiis diebus inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et solemnes nuntios carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, ad prefati regis presentiam destinatos, super facto Vasconie, occasione cujus inter prefatos principes via dissensionis periculose nimium parabatur, faciente pacis actore, concordia facta erat. Sed, proh dolor, non diu post audivimus quod, pro eo quod dicti nuntii renuebant que promiserant adimplere, ad exequendum arresta sua cum armorum potentia memoratus rex Francie, ac prefati nuntii ad resistendum similiter se parabant. Et quia, fili, ex guerra hujusmodi strages corporum, lapsus rerum, et animarum pericula innumera possunt sequi, et difficultas ingeri negotio transmarino, et ardua negotia ad que intendit prefatus rex, sicut novit tua prudentia, forsitan impediri, tuam hortamur prudentiam et rogamus quatinus hiis et aliis, per que dissentio (*sic*) hujusmodi detestabilis potest reddi, consideranter attentis, ad ipsam impediendam partes tue solicitudinis interponas ; nos autem qui hoc intensis desideriis affectamus, prefatis regibus scribimus, Francie videlicet quod, attentis gravibus dispendiis que predicta dissensio verisimiliter comminatur, et quam sit indecens et absurdum principes tanta consanguinitate ac affinitate conjunctos, qui se debent mutuis fulcire presidiis, ac illa que pro temporum diversitate contingit inter ipsos emergere, quantumcumque gravia seu difficilia, tractatibus et collocutionibus domesticis expedire, sic ad invicem adversari, sic caute sic prudenter executionem arrestorum hujusmodi differat, quod amicabilem tractatum non impediat aliisque negotiis ad que intendit, ut predicitur magnificentia regia, non obsistat ; Anglie vero similibus et aliis de quibus expedire vidimus persuasionibus recensitis, ut via resistentie facti prorsus omnissa, ad vias justitie et tractatus amicabiles se convertat, eidem nichilominus suadendo ut, cum ad dissentiones hujusmodi sopiendas utriusque regum ipsorum credamus presentiam plurimum oportunam, ad diem condictam super homagio ducatus Aquitanie studeat personaliter se conferre. Datum Avinione, vi nonas julii, anno octavo. »

2128 Avignon, 2 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, ut ad eamdem pacem obtinendam partes suas interponat. (Reg. 112. p. ii, fol. 34, c. 693.)

« *Nobili viro Alfonso de Ispania.* Ad impediendam viam — Datum ut supra. »

2129 Avignon, 2 juillet 1324.

Matheo de Tria, marescallo Franciæ, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 34, c. 694.)

« *Nobili viro Matheo de Tria, marescallo Francie.* Dum discrimina varia que ex dissentione (*sic*) quam hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, Anglie reges illustres, suscitare nititur, possent subsequi considerамus attente, dum quam difficilis esse poterit ejusdem dissensionis abolitio si, quod absit, ad [con]gressus bellicos procedi contingeret, sedule meditamur, profecto desideranter appetimus tantorum malorum principiis obviare, super quo prefatis regibus scribimus prout credimus expedire. Et quia ad hoc tuum credimus operosum studium oportunum, nobilitatem tuam rogamus attente ut apud regem Francie memoratum instes sedule ut, ommissis quantum ad presens congressibus bellicis, ad vias pacis et tractatus amicabiles, quas regem Anglie credimus prosequi, ne via pandatur tantis periculis, regium animum habilitet et inclinet, ut ex hoc regis pacifici gratiam uberius merearis. Datum ut supra. »

2130 Avignon, 2 juillet 1324.

Eduardum, regem Angliæ, ad homagium regi Franciæ præstandum et ad pacem cum eodem reformandam hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 51 v°, c. 793; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 102.)

« *Eduardo, regi Anglie illustri.* Percepto dudum quod pacis emulus inter te, fili carissime, ac inter carissimum filium nostrum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis commissorum, et processuum ratione eorundem excessuum contra nonnulos tuos officiales et subditos per curiam prefati regis factorum, zisaniarum jecerat semina, que profecto vastitati bona, stragi corpora, et animas, quod esset amarius deplorandum, salutis dispendio, si coalescerent, exponebant, ut suo prefocarentur in ortu excellentiam regiam per nostras duximus litteras exhortandam[1] ut, premissis in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regium disponeret animum et dissensionum discrimina declinaret, et, quia excessus predictos regalis, ut accepimus, non indigne detestabatur magnificentia, cogitaret solicite si expediebat, pro tam nefandis excessibus tantis periculis se exponere, et si apud Deum et homines, si illis pro talibus se exponeret, haberi deberet merito excusata; sed, si juri suo per processus predictos contra dictos officiales habitos vel habendos, extimaret in aliquo derogari, instaret illos per modos amicabiles et licitos revocari, ad quod apud regem predictum Francie cui scripseramus super hiis, nos obtulimus sedule instituros[2]. Post hec autem multorum fide digna relatione, quod ad prefati regis presentiam tuos solennes nuntios, videlicet venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Dublinensem, et dilectum filium Edmundum, comitem Cansie, fratrem tuum, miseras, qui cum eodem amicabiliter super premissis convenerant intellecto, exultavit cor nostrum in Domino, pacis actori gratias super hoc merito referentes.

Sane, quia subsequenter displicenter nimis audivimus quod prefati tui nuntii nedum recusabant que promiserant adimplere, immo ad resistendum regi prefato volenti arresta sua prolata contra nonnullos tuos officiales et subditos exequi, cum armorum potentia se parabant, nos dispendiis variis que ex dissensione hujusmodi possent sequi, necnon et impedimentis que ex ea transmarino possent passagio ingeri, ad quod affici diceris et teneri, in consideratione deductis, adhuc regalem providentiam exhortantes, rogamus eandem, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus, premissis diligenter attentis, necnon quantum sit reputandum indecens et absurdum principes tanta consanguinitate ac affinitate conjunctos, qui se deberent mutuis fulcire presidiis ac favoribus confovere, ac illa que inter ipsos pro temporum diversitate contingit emergere, quatumcumque gravia, quatumcumque difficilia, tractatibus ordinare domesticis et collationibus expedire familiaribus, sic pro minimis sibi invicem adversari, quamque sit in vassallo periculosum et reprehesibile judicandum suo superiori sic armata manu resistere super hiis que per ipsum superiorem sunt judicialiter ordinata, quantumque tua gravetur opinio, si hiis que talis tuus nuntius, videlicet frater

tuus, promiserat, tali modo obviare temptaveris, etiam si proponas quod super premissis eidem tuo nuntio nullam concesseras potestatem, cum credentia effuse per tuas litteras ei data ejusque conditio arguant contrarium satis clare, viam hujusmodi onustam tantis periculis velit et studeat evitare. Sed, si per arresta premissa credat magnificentia regia suis juribus prejudicium generari, non viribus sed juribus, non congressibus bellicis sed viis pacificis tuam justitiam prosequeris. Et quia, ad disce[n]siones (*sic*) hujusmodi sopiendas, tuam et ipsius regis presentiam insimul credimus plurimum oportunam, celsitudinem regiam deprecamur ut, ad diem condictam pro faciendo homagio, si non preteriit et possis commode, studeas interesse, presertim cum rex prefatus tibi sit paratus concedere, sicut fide digna relatione percepimus, litteras de securo conductu; quod si jam dicta dies transierit, ad diem super ipso homagio faciendo condicendam, non obmittas, annuente Domino, interesse. Quid autem intendit super premissis providentia regia, curet nos indilate reddere per suas litteras certiores. Nos enim prefatum regem per nostras alias litteras duximus exhortandum[3] ut ab executione predicta supersedeat, saltem quousque nos super hiis potueris reddere de tuo beneplacito certiores.

Quocirca, fili carissime, ne tardes, quesumus, nobis quidquid intendas super hiis per tuas litteras intimare, ut sic possumus (*sic*), circa impediendam dissensionem hujusmodi, quod admodum insidet nobis cordi, quod exequi viderimus expedire[4], nec propterea quod ad diem jam condictam vel condice[n]dam pro faciendo homagio disposueris interesse, ommittas per nuntios et litteras tuam justitiam interim per vias pacificas vel justitie congruentes prosequi ac guerre initium impedire, nam ex quo cepta fuerit, quod ille dignetur avertere qui non est Deus dissensionis, sed pacis, sero, ut veremur, recursus ad vias hujusmodi haberetur. Datum Avinione, vi nonas julii, anno VIII°. »

1. N° 2010.
2. N° 2008.
3. N° 2123.
4. *Sic*; Rymer (*op. et loc. cit.*) met plus clairement « *quod expedire viderimus provide procurare* ».

2131 Avignon, 2 juillet 1324.

Isabelli, reginæ Angliæ, ut regem, virum suum ad concordiam cum præfato rege Franciæ habendam, inducat. (Reg. 112, p. ii, fol. 52, c. 794.)

« *Isabelli, regine Anglie illustri.* Quia nonnunquam expedit — Datum Avinione ut supra. »

2132 Avignon, 2 juillet 1324.

Hugoni le Despensier juniori, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 52, c. 795.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni lo Despensier juniori.* Ad id, fili — Datum ut supra. »

2133 Avignon, 2 juillet 1324.

Archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis, ut ad pacem inter dictos regem Angliæ et regem Franciæ habendam operam dent. (Reg. 112, p. ii, fol. 52 v°, c. 796.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis.* Occasione quorundam excessuum — Datum ut supra. »

2134 Avignon, 3 juillet 1324.

Johanni de Arpadella ut quatuor processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, Bituricensi, Remensi, Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis eorumque suffraganeis directis, eisdem archiepiscopis presentari et ab eis publicari faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 663; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 181, n° 371, analyse.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro.* Mittimus tibi quatuor — Datum Avinione, v nonas julii, anno octavo. »

2135 Avignon, 3 juillet 1324.

Hugoni de Engolisma, ut quasdam litteras Eduardo, regi Angliæ, et nonnullis aliis personis super facto pacis cum rege Franciæ habendæ directas, eisdem regi et personis præsentare studeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 53, c. 797.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Ecce quod carissimo in Christo filio nostro Eduardo, regi Anglie illustri, super dissensione inter ipsum et carissimum in Christo, filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem exhorta (*sic*), sicut nosti, per juris semitam vel viam sopienda pacificam scribimus secundum formam quam continet cedula presentibus interclusa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad dicti regis presentiam ubicunque sit, te, quavis dilatione cessante, conferens, eidem dictas litteras necnon et alias quas personis aliis super eodem negotio dirigimus, eis studeas presentare; dictumque negotium solerter et prudenter prosequi sicut videris oportunum. Si vero aliquo casu te contingeret super hiis impediri, per certam et sufficientem personam statim facias regi prefato, ac aliis quibus easdem litteras mittimus, presentari, instaturus nichilominus solicite super responsione per eundem regem ad contenta in predictis litteris facienda, nosque de illa et aliis que tibi occurrerint redditurus, quantocius commode poteris, certiores. Datum Avinione, v nonas julii, anno octavo. »

2136 Avignon, 7 juillet 1324.

Carolo, regi Franciæ, Johannem, dominum de Pertiniaco, se recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 664; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition* dans *op. cit.*, p. 430, n° xiii.)

« *Prefato regi Francie.* Celsitudinem regiam volumus non latere quod dilecti filii nobiles viri Petrus de Macheriaco, miles, et Antonius, serviens armorum tui, ad nostram presentiam venientes, nobilem virum Johannem Archiepiscopi, militem, dominum de Pertiniaco, nobis ex parte regia die date presentium presentarunt. Datum Avinione, nonis julii, anno octavo. »

2137 Avignon, 7 juillet 1324.

Ermengavo, archidiacono de Pardiaco, Augerio de Pazolis et officiali Avinionensi mandat ut ab administratoribus bonorum mobilium quondam Amanevi, archiepiscopi Auxitani, et fructuum ad mensam archiepiscopalem ecclesiæ Auxitanæ pertinentium, rationes audiant, cum dicta bona, pro tempore vacationis, in subsidium passagii transmarini reservati essent. (Reg. 112, p. ii, fol. 39, c. 725; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 136, n° 310.)

« *Dilectis filiis Ermengavo, archidiacono de Pardiaco, Auxitane, et Augerio de Pazolis, canonico Rosnacensi*[1], *Cameracensis diocesium, ecclesiarum,* [*ac*]..., *officiali Avinionensi.* Dudum bona mobilia — et licet quosdam de administratoribus memoratis mandaverimus[2], pro reddendis rationibus hujusmodi, ad nostram presentiam evocari, volumus tamen quod, dummodo coram vobis fideliter illas reddiderint, ad dictam Sedem venire, ratione vocationis hujusmodi, minime teneantur. Datum Avinione, nonis julii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait *Rotnacensis* (Renaix, dans la Flandre orientale, ar. Audenarde).
2. Voyez n° 2095.

2138 Avignon, 7 juillet 1324.

Argentinensi episcopo, Remensi, Senonensi, Rothomagensi, Bituricensi et Turonensi archiepiscopis, in eumdem modum ac episcopo Constanciensi, ut processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, habitos publicent et observari faciant. (Reg. 112, p. ii, fol. 72 v°, p. c. 889.)

« Ut processus per etc., ut supra in precedenti nota [Datum Avinione, nonis julii, anno octavo]. »

2139 Avignon, 11 juillet 1324.

Petrum de Thoffalhis Petro Marini, canonico Xanctonensi, in collectione subsidiorum contra Galeatium de Vicecomitibus levandorum subrogat, eumque hortatur ut, una cum Guillelmo de Petrilia, in prædictis diligentiam adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 88, c. 979.)

« *Dilectis filiis Petro de Thofalhis*[1], *canonico Agennensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis, ecclesiarum.* Nuper ad nostrum — Datum Avinione, v idus julii, anno octavo. »

1. *Thoffahis* dans le texte, *Tofalhis* dans l'index.

2140 Avignon, 14 juillet 1324.

Regi Franciæ processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, factos mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 665.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Ut de processibus contra virum nobilem Ludovicum, ducem Bavarie, per nos factis hiis diebus preteritis, promulgatis sententiis, ejus excessibus detestabilibus et proterva contumacia exigentibus, celsitudo regia certitudinem obtineat pleniorem, ecce quod scripturam interclusam presentibus eidem mittimus que premissa sibi seriosius reserabit. Datum Avinione, ii idus julii, anno octavo. »

2141 Avignon, 14 juillet 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, p. c. 665.)

2142 Avignon, 15 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 666.)

« *Alfonso de Hispania*. Ecce quod carissimo — Datum Avinione, idibus julii, anno VIII°. »

2143 Avignon, 15 juillet 1324.

Petro de Mennaco, ut de bonis quondam Guillelmi, Caturcensis episcopi, duo millia florenorum auri conventui fratrum, Predicatorum Caturcensium in eorum ecclesiæ fabricam convertenda solvat. (Reg. 112, p. i, fol. 92 v°, c. 421.)

« *Dilecto filio Petro de Mennaco, canonico Caturcensi*. Olim bone memorie — Datum Avinione, idibus julii, anno VIII°. »

2144 Avignon, 15 juillet 1324.

Gasberto, camerario apostolico, ut omnes debitores præfati Guillelmi ad debita eidem Petro de Mennaco persolvenda compellat. (Reg. 112, p. ii, fol. 93, c. 422.)

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro*. C(u)um de circumspectionis — Datum ut supra. »

2145 Avignon, 17 juillet 1324.

Episcopo Convenarum, ut pro venditione incisionis cujusdam nemoris, de debita indempnitate Hugoni de Palatio provideat. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c. 726; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 137, n° 311.)

« *Venerabili fratri episcopo Convenarum*. Dilectus filius nobilis — Datum Avinione, xvi kal. augusti, anno octavo. »

2146 Avignon, 19 juillet 1324.

Regi Franciæ litterarum Leopoldi, ducis Austriæ, transcriptum mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 667.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Heri, fili carissime, recepimus litteras dilecti filii nobilis viri Lipoldi, ducis Austrie, quorum (*sic*) transcriptum continet cedula presentibus interclusa, quem regie benivolentie affectu quo possumus commendamus. Datum Avinione, xiiii kal. augusti, anno octavo. »

2147 Avignon, 19 juillet 1325.

Johanni de Cerchemont, de processu contra Ludovicum, ducem Bavariæ, de quibusdam depositionibus a Carolo, comite Valesii, obtinendis, et de ipsius nepotum promotione. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 668; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 183, n° 377, analyse.)

« *Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis cancellario*. Processus quosdam contra nobilem virum Ludovicum, ducem Bavarie, fecimus hiis diebus, quorum tenorem misimus carissimo in Christo filio nostro Carolo, regie Francie et Navarre illustri, et dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valésii, quos supponimus te vidisse. Pro habendis autem quibusdam depositionibus sub publica manu prefato comiti scribimus, pro quibus habendis te instare sedule volumus et rogamus. Non sis anxius nimium de promotione tuorum nepotum nec cures mendicata suffragia super hoc impetrare, nos enim ipsorum memores esse intendimus loco et tempore oportunis. Habe recommendatam Ecclesiam Sanctam Dei a qua bona tu et tui recepistis plurima, et, nisi per te ste-

tisset, recepisses, ut te scire supponimus, ampliora. Si qua quidem pro ipsa vel contra ipsam fuerint ordinata, erunt tibi a pluribus plurimum imputanda. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. »

2148 Avignon, 19 juillet 1324.

Dicti Caroli, comitis Valesii, petitionibus respondens, eum rogat ut confirmationem privilegiorum a sancto Ludovico, quondam rege Franciæ, concessorum ecclesiis et prælatis, fieri procuret. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v° c. 669.)

« *Dicto comiti Valesii.* Ad ea que tue, fili, magnificentie littere nobis per dilectum filium magistrum R. de Praellis, clericum, presentate novissime continebant, breviter respondemus quod petitio illorum quinque clericorum de quibus in eisdem fiebat mentio per nos signata fuerat ante diu. De assignatione autem illarum secentarum (*sic*) librarum turonensium fienda per magistrum Hospitalis, fecimus juxta tuum beneplacitam prout littere confecte super hoc seriosius explicabunt, quod tamen alias non recolimus nos fecisse. Assignatio autem fienda super decimis expediri non potuit, cum adhuc decimarum assignatio non sit facta. Nos enim, pro nostra excusatione erga prelatos, requirebamus confirmationem et observationem privilegiorum et gratiarum per clare memorie sanctum Ludovicum, regem Francie, concessorum ecclesiis et prelatis, sicut et venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, audivimus tue magnificentie explicasse. Unde in concessione ipsius decime, quando fiet, ipsam summam intendimus et omnino volumus tue benivolentie assignare. Unde placeat tue prudentie quod fiat dicta confirmatio, que a multis ipsius sancti successoribus extitit, procurare. Ad hec, de grata oblatione et benivola per te facta nobis in eisdem litteris actiones gratiarum exolvimus quas valemus. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. »

2149 Avignon, 19 juillet 1324.

Eidem comiti, qui eum de quibusdam ipsum tangentibus certiorem fecerat, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 31, n° 670.)

« *Eidem comiti.* Tua, fili, nobis nuper benivolentia nuntiavit quod nova quedam diversa seu extranea, nos et te non leviter tangentia, fuerunt tue magnificentie intimata, de quibus venerabilis frater noster Petrus, Vivariensis episcopus, nos posset reddere certiores. Profecto, fili, audita per prefatum episcopum novitate predicta, obstupuimus, nec sufficimus admirari quomodo tanta tamque periculosa malitia potuit in cor alicujus catholici subintrare, novum modum querere ut posset tanti labe criminis innoxios maculare; sed quia res sic periculose remanet, expediret quod tantum negotium poneretur in tuto, ad quod necessarium est, ut putamus, quod coram competentibus judicibus tam crudelis et inaudita malitia panderetur. Et quia prefatus episcopus non satis explicite, presertim quoad personas, nobis factum hujusmodi reseravit, gratum nobis admodum existeret sub manu publica dicta deponentium tam crudelem malitiam obtinere, ad quam corrigendam parati sumus, quantum ad nos pertinet, cum et Deo acceptum plurimum reique publice nimium arbitremur expediens, operosum studium adhibere. Benivolentie autem tue de insinuatione hujusmodi gratiarum non indigne referimus uberes actiones. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. ».

2150 Avignon, 19 juillet 1324.

Philippo, comiti Ebroicensi, de matrimonio inter Carolum, regem Franciæ, et Johannam, dicti comitis sororem, nuper « solemnizato ». (Reg. 112, p. II, fol. 31, c. 671.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Ebroicensi.* Innotuere nobis nobilitatis tue, fili, littere in facie Ecclesie fore solemnizatum matrimonium inter carissimos in Christo [filios nostros Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, ac Johannam, sororem tuam, hiis diebus preteritis celebratum ; quod utique eo nostris acceptius accessit affectibus quo matrimonium ipsum Deo gratum, utrique conveniens ac toti domui benedicte Francie multum accomodum et regnis prefatis expediens reputamus, illius clementiam, in cujus manu vita consciscit (*sic*) juventium, implorantes ut ipsos consenescere faciat ac prole accepta sibi faciat habundare, de benivola oblatione facta nobis per tuas litteras, tue benivolentie gratiarum actiones uberes referentes. Datum ut supra proxima. »

2151 Avignon, 25 juillet 1324.

Archiepiscopo Tolosano litteras ejus a Raymundo Johannis præsentatas se recepisse nuntiat eisque respondisse. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 672.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Fraternitatis tue litteras nobis per dilectum filium Raymundum Johannis, cui per eas fidem adhiberi petiisti credulam, presentatas benigne recepimus, et, tam ea que ipse sub commissa sibi credentia nobis prudenter curavit exponere, quam que predicte continebant littere pleno collegimus intellectu ; et ecce quod super eis duximus quod expedire vidimus ordinandum, sicut in aliis nostris confectis litteris super hoc plenius poteris intueri. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno octavo. »

2152 Avignon, 25 juillet 1324.

Comitem Valesi ut, non obstante guerra Vasconiæ, licentiam in curia apostolica remanendi, ratione servicii ibidem faciendi, a rege Franciæ pro ipsius papæ nepotibus, obtineat deprecatur dictoque comiti processum contra ducem Bavariæ factum se destinasse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 674.)

« *Comiti Valesii.* Exigit presentis malitia temporis, sicut, fili, magnificentiam tuam credimus non latere, quod nostris insistant obsequiis viri de quibus plenius confidimus, et quia guerra Vasconie, que procedere, quod Deus avertat, dicitur, multos de talibus nostris familiaribus ad se trahit, requirit quasi quedam necessitas ut frater et nepotes nostri, videlicet Petrus Duesa, Arnaldus, ejus filius, et P. de Via et Arnaldus de Trian, devoti servitores tui, sedule nostris insistant obsequiis et intendant. Quocirca tue circumspectionis magnificentie, de qua plene confidimus, deprecamur ut, pro licentia regia obtinenda quod, non obstante guerra premissa, si, quod Deus avertat, processerit, ipsis nostris obsequiis insistere liceat, efficaciter velis interponere partes tuas. Processum contra ducem Bavarie novissime per nos factum, jam diu est, duximus tue, fili, magnificentie destinandum. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno octavo. »

2153 Avignon, 25 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 675.)

« *Alfonso de Ispania.* Tuam, fili, prudentiam — Datum ut supra. »

2154 Avignon, 25 juillet 1324.

Cancellario regis Franciæ, ut pro eadem licentia obtinenda, apud dictum regem insistat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 676.)

« *Cancellario regis Francie.* Cum guerra Vasconie, que procedere dicitur, multos de nostris familiaribus, de quibus confidebamus plenius, ad se trahat, temporisque malitia exigat ut tales in nostris obsequiis habeamus, prudentiam tuam, de qua plene confidimus, requirimus et rogamus attente quatinus apud celsitudinem instes regiam sedule, ut dignetur fratri, et nepotibus nostris, videlicet quod, non obstante guerra predicta, si, quod Deus avertat, processerit, nostris vacare possint obsequiis, gratiosius indulgere. Datum ut supra. »

2155 Avignon, 25 juillet 1324.

Ine. m. Matheo de Tria, marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, p. c. 676.)

2156 Avignon, 25 juillet 1324.

Regi Franciæ significat qualiter regi et reginæ Angliæ ac nonnullis ejusdem regis consiliariis et prælatis dicti regis pro pace habenda frustra scriptum sit, eum rogat ut germanum et nepotes ipsius, de non eundo in guerram Vasconiæ excusatos habere velit eique processum contra ducem Bavariæ factum et transcriptum cujusdam litteræ Leopoldi, ducis Austriæ, transmittit. (Reg. 112, p. II, fol. 34, c. 695.)

« *Dicto regi Francie.* Spe magna, utique non indigne concepta, quod negotium Vasconie per tractatus pacificos, sicut necessitudo sanguinis, utriusque partis decentia et rei publice suadebant utilitas, non per congressus bellicos finiretur, quod, ut fieret, iteratas exhortationes et preces tam carissimo in Christo filio nostro Edwardo, regi, ut ad hec suum habilitaret animum,

quam carissime in Christo filie nostre Isabelli, regine Anglie illustribus, ac nonnullis ejusdem regis consiliariis et prelatis dicti regni, de quibus expedire credidimus, ut ad hoc regem ipsum inducerent, litteratorie duximus destinandas, implacida nimium relatione multorum percepimus, procurante pacis hoste et caritatis emulo, nos frustratos. Quod profecto eo cor nostrum gravioris doloris pungit aculeus, quo guerra ipsa graviora comminatur discrimina, ac bona per ipsam veremur impediri probabiliter potiora, quare adhuc insinuare non ommittimus ut, hiis in consideratione deductis, cor suum ad ea que pacis sunt celsitudo regia debeat inclinare. Sane, fili carissime, licet fratrem ac nepotes nostros, videlicet Petrum Duesa et Arnaldum, ejus natum, ac Petrum de Via et Arnaldum de Trian, devotos servos regios, ad serviendum regali excellentie sedule noscamus obnoxios multipliciter et astrictos, ipsosque hoc studiose exequi affectemus, quia tamen ad presens guerre premisse fremitus multos de nostris familiaribus, de quibus confidebamus plenius, ad se trahit, sic quod quasi pauci de talibus nobiscum remanent in presenti, temporisque malicia exig(u)at ut tales nostris insistant obsequiis, de quorum fidelitate plenius confidamus, sicut et supponimus circumspectionem regiam non latere, providentiam regiam affectu quo possumus deprecamur quatinus fratri et nepotibus antedictis dignetur, ut nostris insistere possint obsequiis, non obstante guerra predicta, si, quod Deus avertat, processerit, gratiosius indulgere. Processum autem contra ducem Bavarie novissime per nos factum ac transcriptum cujusdam littere per dilectum filium nobilem virum Lipoldum, ducem Austrie, nobis misse alias excellentie regie misimus, cujus tenorem littere continet cedula presentibus interclusa. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium juxta suum beneplacitum dirigat in agendis. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno VIII°. »

2157 Avignon, 26 juillet 1324.

Johanni de Tria, ut ipsum excusatum habere velit, quia antequam litteræ ejus recepisset, super hiis quæ continebantur in eis aliter disponendum jam duxerat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 673.)

« *Nobili viro Johanni de Trie, domino de Monescastro*[1], *senescallo Tholosano.* Scire te volumus — Datum Avinione, VII kal. augusti, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait, comme plus haut (n° 1891) *Monchiaco castro* qui désigne sans doute Mouchy-le-Châtel (Oise, ar. Beauvais, c. Noailles) dont Jean de Trie était seigneur (cf. P. Anselme, *Histoire généalogique de la maison de France*, t. VI, p. 666; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 110, note 1).

2158 Avignon, 27 juillet 1324.

Petro Bruni inquisitionis officium in partibus Tolosanis committit. (Reg. 112, p. I, fol. 88 v°, c. 407.)

« *Dilecto filio Petro Bruni, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosanis per Sedem Apostolicam deputato.* Inter curas assiduas — Datum Avinione, VI kal. augusti, anno octavo. »

2159 Avignon, 27 juillet 1324.

Guidoni, electo Corisopitensi, ut ad solvenda legata a bonæ memoriæ Johanne, episcopo Dolensi, facta, omnia bona ejusdem episcopi quæ exigenda supersunt recipiat. (Reg. 112, p. I, fol. 98 v°, c. 443.)

« *Dilecto filio Guidoni, electo Corisopitensi.* Auditui nostri apostolatus innotuit quod bone memorie Johannes, episcopus Dolensis, anime sue cupiens providere saluti, dudum in testamento suo, quod de nostra licentia sibi sub certa forma concessa condidisse dicitur, nonnulla fecit et ordinavit legata certis personis et locis infra biennium post ejus obitum exolvenda (*sic*), te ac quibusdam aliis hujusmodi sui testamenti executoribus deputatis; et licet tu et alii coexecutores tui ad executionem[1] dicti testamenti pro parte dicamini processisse, adhuc tamen restant, sicut accepimus, plura legata solvenda et nonnulla bona et debita prefati episcopi colligenda. Cum autem nostra intersit providere quod pie voluntates descedentium (*sic*), presertim predicti episcopi qui bona sua et executores suos nostre protectioni expresse supposuit, compleantur, discretioni tue de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica

scripta committimus et mandamus quatinus, per te vel alium vel alios, omnia bona prefati episcopi, in quibuscumque et ubicunque consistentia petere, exigere et recipere cum integritate procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim, nisi ex certis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede Apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerunt, contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, et tam de duabus dietis in consilio generali, quam aliis quibuscunque constitutionibus tam de judicibus delegatis quam de personis ultra certum numerum ad judicium non trahendis, aut aliis editis que tue possent jurisdictioni aut potestati super hiis quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter — hujusmodi mentionem. Et demum, solutis per te et alios coexecutores tuos juxta formam dicti testamenti certis et distinctis legatis prefati episcopi restantibus ad solvendum, residuum bonorum ipsorum, quorum dispositionem nobis duximus reservandam, convertendorum in subcidium fidelium impugnantium hereticos Mediolanenses et Ferrarienses aliosque sancte Matris Ecclesie rebelles et hostes, sicut pro salute anime predicti episcopi viderimus expedire, ad nostram Cameram mittere fideliter et integraliter non postponas, eam de illis clare, particulariter et distincte redditurus nichilominus per tuas litteras vel instrumentum publicum certiorem. Volumus autem quod assignantes tibi vel alii, quem vel quos duxeris super hoc deputandos, bona et debita supradicta, absolvere valeas et quitare de hiis que receperis ab eisdem. Datum Avinione, VI kal. augusti, anno octavo. »

1. Reg. *escusationem*.

2160 Avignon, 27 juillet 1324.

Eidem, ut de bonis quondam Theobaldi de Poenciaco et quondam Theobaldi de Moreaco, episcoporum Dolensium, inquisitionem faciant et quæ reperirent recipiant. (Reg. 112, p. I, fol. 99, c. 444.)

« *Eidem*. Ad audientiam nostram dudum fide digna relatione perducto quod bone memorie Theobaldus de Poencajo[1], episcopus Dolensis, certas pecuniarum summas convertendas in pios usus, et quedam jocalia Romane Ecclesie, ac certam pecunie summam pro passagio transmarino legaverat, quodque quatuor milia libras turonensium parvorum, diu ante suum decessum, in thesauro Dolensis ecclesie deponi fecerat, bone memorie Thebaldo de Moreaco[2], episcopo Dolensi, suo proximo successore, ac dilecto filio Fulchone de Boesnayo, archidiacono Transmeduano in ecclesia Andegavensi, et quibusdam aliis sue ultime voluntatis executoribus deputatis, et insuper intellecto quod idem Theobaldus de Moreaco, Dolensis episcopus, quasdam magnas pecuniarum summas per manus venerabilis fratris nostri Alani, episcopi Redonensis, et dilecti filii Petri de Assigneyo, ac quorundam aliorum quos sue ultime voluntatis executores deputasse noscitur, in pios usus reliquerat convertendas, nos de premissis habere volentes notitiam pleniorem, bone memorie Johanni, episcopo Dolensi, ac dilecto filio abbati monasterii Omnium Sanctorum Andegavensis, ac Geraldo Judicis, canonico Redonensi, dedisse meminimus per alias nostras certi tenoris literas in mandatis ut predictorum episcoporum Dolensium testamenta et dispositiones seu ultimas voluntates sibi per scripturas publicas facerent exhiberi, et de premissis omnibus et singulis legatis et depositis ac relictis quibuscunque, necnon de contractatione et erogatione legatorum et depositorum, et aliis omnibus que per quoscunque acta essent super hiis, ac de hiis etiam [que] de summis pecuniarum ac bonis et jocalibus dictorum episcoporum in quibuscunque rebus et ubicunque consistentibus supererant, diligentius inquirentes, nos plenius super hoc informare curarent ut, hujusmodi informatione recepta, providere possemus quod jura Romane Ecclesie servarentur illesa, et episcoporum ipsorum pie dispositiones minime fraudarentur. Verum cum per inquisitionem auctoritate dictarum litterarum nostrarum factam super hoc, ac confessionem predictorum episcopi Redonensis ac Petri de Assigneyo ac

quorundam aliorum, evidenter constare noscatur tam penes ipsos quam nonnullos alios multa bona et jocalia predictorum episcoporum Dolensium superesse, discretioni tue de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, per te vel alium seu alios, omnia bona et jocalia seu pecuniarum summas hujusmodi, que apud dictos episcopum Redonensem et Petrum de Assigneyo aut quosvis alios, per dictam inquisitionem factam vel aliam per te, summarie, simpliciter et de plano, sicut expedire cognoveris, faciendam, seu alia legitima documenta extare repereris vel etiam superesse, petere, exigere et recipere cum integritate procures, ipsos et quosvis contradictores alios per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstantibus etc. ut supra[3]. Volumus autem quod, assignantes tibi predicta, de hiis que ab ipsis receperis, absolvere valeas et quitare, faciens fieri super singulis assignationibus hujusmodi duo consimilia publica instrumenta, quorum altero penes assignantes ipsos dimisso, reliqu[u]m, necnon ea que per te recepta de predictis fuerint, ad nostram Cameram mittere fideliter non postponas, ut possimus jura Romane Ecclesie illibata servare super hiis, et aliis de predictis, quod pro salute animarum dictorum episcoporum expedire videbitur, comodius ordinare. Datum ut supra. »

1. *Sic*, il faudrait *Pocnciaco* (Thibaut de Pouancé, cf. C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, p. 233).
2. Thibaut de Moréac (Moréac, Morbihan, ar. Pontivy, c. Locminé).
3. N° 2159.

2161 Avignon, 30 juillet 1324.

Amanevo, episcopo Agennensi, de præsentatione Bertrandi de Andirano, canonici ecclesiæ sancti Caprasii, Agennensis diocesis, et processus contra ipsum Bertrandum habiti, certiorem facit. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c. 727.)

« *Venerabili fratri Amanevo, episcopo Agennensi.* Noverit tua fraternitas quod viii kalendas augusti, dilecti filii Arnaldus de Garnello, officialis Agennensis, Arnaldus de Galhaco, licentiatus in legibus, et Sicardus Peyrerii, Albiensis diocesis, nuntii tui, presentarunt nobis Bertrandum de Andirano, canonicum ecclesie sancti Caprasii Agennensis, et Johannem de Ponte, clericum Narbonensis diocesis, necnon processum per te habitum contra ipsum Bertrandum, et quedam profana scripta, instrumenta sive artificia confecta, species atque res ipsius de quibus fecit processus hujusmodi mentionem, de quorum prese[n]tatione presentes tibi ad certitudinem destinamus. Datum Avinione, iii kal. augusti, anno octavo. »

2162 Avignon, 30 juillet 1324.

Infrascriptis, quod ad pacem inter Carolum, regem Franciæ, et Eduardum, regem Angliæ, habendam mente et opere laborare ipse non desinit. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c, 728.)

« *Venerabili fratri Amanevo, episcopo, et dilectis filiis capitulo Agennensibus et sancti Caprasii Agennensis, necnon consulibus Agennensibus, Condomiensibus, Villenove, et aliarum universitatum Agennensis et Condomiensis diocesium.* Litteras vestras benigne recepimus que, cum de reformanda pace quam inter carissimos in Christo filios nostros Karolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, reges Anglie illustres, antiqui hostis iniquitas versut[i]a dissecuit, ferventem proferant vestre devotionis affectum, apud nos effusam per vos inde supplicationis instantiam multipliciter duximus in Domino commendandam, illud certum vobis notescere cupientes quod, pro reformatione pacis hujusmodi, quam, Deo teste, vehementer appetimus, paterno amore laboravimus hactenus, nec de[si]stimus, nec sinemus integra sollicitudine mentis et operis, assistente nobis divino auxilio, laborare. Datum ut supra. »

2163 Avignon, 31 juillet 1324.

Regi Siciliæ, ut Jordane de Triniano et natis ejusdem justitiæ complementum fieri faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 82 v°, c. 948.)

« *Eidem [regi Sicilie]*. Instat, carissime fili, justitie pietas pro dilectis in Christo filiabus nobili muliere Jordana de Triniano, vidua, et natis ejusdem, pupillabus ut dicitur, quod, sicut debito regie potestatis astringeris, oppressas matrem et genitas tue fortidudinis brachio tuearis. Sane pro ipsarum parte fuit nobis expositum quod, licet quondam Jacobus de Maura, maritus prefate Jordane, ultra debitas sibi dotes certa bona ipsi Jordane reliquerit, et tam pupillas easdem quam dilectos filios nobiles viros Nicholaum et Stephanum, fratres germanos ipsarum, instituerit bonorum suorum omnium universales heredes in suo ultimo legitimo, sicut ponitur, condito testamento, ipsi tamen nobiles debitis inde portionibus non contenti, certas pecuniarum summas, jocalia, res et bona Jordane et pupillarum ipsarum sibi manu tam violenta quam cupida usurparunt, nichilominus et calumpniose trahunt eas ad curiam tuam vicarie, ibique multipliciter vexant ipsas laboribus et expensis. Quocirca rogamus excellentiam regiam et hortamur attente quatenus, oppressis hujusmodi regio favore subveniens et assistens, ipsas, quesumus indebite vexari vel opprimi non permittas, quin im[m]o, ut in hac parte totaliter impleas tui officii debitum, eisdem super hiis, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, fieri facias favorabilis et expedite justitie complementum, ita quod circa premissa juste nequeant conqueri, sed apud te, propterea commendandum in Domino, sentiant, sicut sperant, nostris precibus adjuvari. Datum Avinione, II kal. augusti, anno octavo. »

2164 Avignon, 1er août 1324.

Cum ecclesiæ rurales sancti Illarii, sancti Verani et sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali ecclesiæ Avinionensis unitæ fuissent, ut populus, qui prope dictam ecclesiam sancti Illarii ad inhabitandum in loco de Bastida se transtulit, divina officia commodius audire valeat, eamdem ecclesiam parrochialem constituit mandatque Ademario, episcopo Massiliensi, et Geraldo de Campimulo ut dictam parrochiam limitent. (Reg. 112, p. I, fol. 89, c. 410.)

« *Venerabili fratri Ademario, episcopo Massiliensi, thesaurario nostro, et Geraldo de Camulo*[1], *archidiacono Caturcensi, episcopatus Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicario generali auctoritate apostolica deputato*. Olim certis et — Datum Avinione, kalendis augusti, anno octavo »

1. *Sic*, sur les différentes formes de ce nom, voyez ci-dessus, n° 401, et *Gallia christiana*, t. I, col. 822, A.

2165 Avignon, 3 août 1324.

Audito quod rex Franciæ potentem armigerorum exercitum ad partes Vasconiæ miserat ad exequendum quædam arresta contra nonnullos officiales regis Angliæ promulgata, et occupandum castra seu loca ducatus Aquitaniæ, ratione homagii non praestiti, et quod Edmundus, regis Angliæ præfati frater, jam profectus erat ad resistendum, scribit papa archiepiscopo Cantuariensi ut partes suas diligenter pro pace interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 54, c. 801.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis*. Ex paterne caritatis — Datum ut supra [Avinione, III kal. septembris, anno octavo]. »

2166 Avignon, 4 août 1324.

Regi Franciæ Catherinæ de Greliaco negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c 677.)

« .., *regi Francie*. Super hiis que dilecta in Christo filia nobilis mulier Catherina de Grelino[1], pretextu cujusdam cause[2] ad instantiam nautarum de Regula, de Sancto Macario et aliorum per flumen Garone navigantium, sicut asseritur, dudum mote, habet in curia regia expedire, prefatam nobilem regali benivolentie specialiter commendamus. Datum Avinione, II nonas augusti, anno VIII. »

1. Voyez pour les formes de ce nom, n° 2062, note.
2. Voyez n° 1540.

2167 Avignon, 4 août 1324.

Alphonso de Hispania eandem Catherinam commen-

dat. (Reg. 112, p. ii., fol. 32, c. 678; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 138, n° 312.)

« *Alfonso de Ispania.* Dilectam in Christo — Datum ut supra. »

2168 Avignon, 4 août 1324.

In e. m. cancellario regis Franciæ. (Reg. 112, p. ii, fol. 32, p. c. 678; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2169 Avignon, 4 août 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, de provisione abbatiæ monasterii Fuxi, de matrimonii ejus solemnisatione, necnon de amotione manus regie a terra ejus. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c. 729; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 138, n° 313.

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Super abbatia[1] monasterii Fuxi tui per nos certam personam tibi gratam petebas prefici, alias, fili, te nobis scripsisse, nosque tibi meminimus respondisse quod, cum dudum de persona ydonea quam eidem monasterio utilem tibique devotam credebamus, sicut et adhuc credimus, duxissemus in nostro consistorio et de fratrum nostrorum consilio providendum, provisionem eandem de persona ydonea sic factam solemniter, revocare, aut personam ipsam amovere abinde, absque causa rationabili, nullatenus, secundum Sedis Apostolice descentiam (*sic*) debeamus, sed, facultate se nobis offerente, proponebamus, prout adhuc proponimus, tibi per vias honestas et licitas, quantum possemus secundum Deum et videremus expediens, super hiis, complacere. Verum quia noviter iterasti, per tuas litteras, super hoc preces tuas, nos idem tibi quod, alias, cum ad presens non possumus aliud, respondemus. Ceterum de sollempnisatione matrimonii tui per easdem litteras nuntiata gaudemus in Domino, ipsum devotis precibus exorantes ut, super te tuamque consortem sue gratie benedictionem infundens, votive prolis fecunditate, ad laudem sui nominis stabiliat domum tuam. Gratum etiam nobis occurrit admodum quod de obtentis litteris super amotione manus regie de terra tua in eisdem litteris subjunxisti, licet nobis displiceat quod earum executio pro parte, sicut continebant predicte littere, retardatur. Datum Avinione, ii nonas augusti, anno octavo. »

1. Le sens demanderait, ainsi que le fait remarquer M. L. Guérard, *op. cit.*, p. 139, note 1 : *Super quod de abbatia.*

2170 Avignon, 9 août 1324

Archiepiscopo Rothomagensi, ut ecclesiam parrochialem de Bleville, cum juribus et pertinentiis suis, mensæ prioratus de « Bleville Valle Infirmorum »[1], ordinis sancti Augustini, Rothomagensis diocesis, ad Caroli regis Franciæ petitionem, incorporet. (Reg. 112, p. i, fol. 88 v°, c. 408.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Rothomagensi.* Significavit nobis nuper — Datum Avinione, v idus augusti, anno octavo. »

1. Bléville, Seine-Inférieure ar. et c. du Havre. En 1337, cette paroisse avait pour patron le prieur *de Valle Leprosorum* (Le Val-aux-Grès, jadis le Val-aux-Malades, Seine-Inférieure, c. et c^ne de Bolbec ; cf. Aug. Longnon, *Pouillés de la province de Rouen.* Paris, 1903, in-4°, p. 20).

2171 Avignon, 10 août 1324.

Fructus et redditus unius anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Aquensi usque ad unum annum, ad Ecclesiæ Romanæ necessitates levandas, reservat; moderationes et terminos in perceptione observandos determinat, universasque provinciæ Aquensis personas hortatur ut fructus et redditus debitos collectoribus assignent. (Reg. 112, p. i, fol. 89 v°, c. 413 ; — Reg. 76, cur. fol. 11 v°, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis [electis], abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Vallisumbrose, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum*

dinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, necnon sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theutonicorum, Calatravensibus ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus, per civitatem et diocesim ac provinciam Aquenses constitutis. Dum necessitates innumeras [1] — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Le texte est le même, *mutatis mutandis*, que celui que nous donnons plus loin, nº 2175, d'après le registre 76 pour la province d'Embrun.

2172 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum, et Raymundum Naulonis, canonicum ecclesiæ Aquensis, collectores eorumdem fructuum in provincia Aquensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 12 vº, c. 24.)

« *Dilectis filiis* [1].., *preposito, et Raymundo Naulonis, canonico ecclesie Aquensis.* Dum necessitates innumeras — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 porte seulement : *Judicibus*.

2173 Avignon, 10 août 1324.

Item in e. m. « *In civitate ac diocesi et provincia Arelatensibus fiant littere principales et excequtorie* (sic) [1] ». (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 11 vº, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis etc.* Dum necessitates etc. — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Texte du registre 112; le registre 76 seul donne l'adresse, le texte et la date indiqués ci-dessus.

2174 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum et archidiaconum ecclesiæ Arelatensis collectores eorumdem reddituum in provincia Arelatensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 12 vº, c. 24.)

« *Dilectis filiis* [1].., *preposito, et.., archidiacono ecclesie Arelatensis.* Dum necessitates innumeras — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 met, à la place de ces deux mots : *Judicibus;* il ne reproduit ni l'incipit, ni la date.

2175 Avignon, 10 août 1324.

Infrascriptis similiter de reservatione et perceptione fructuum et redditunm unius anni beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Ebredunensi. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414 [1]; — Reg. 76, cur. fol. 10 vº, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Vallisumbrose, sanctorum Benedicti et Augustini ac aliorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, necnon sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum, Calatraventium ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus per civitatem et diocesim ac provinciam Ebredunenses constitutis, salutem.* Dum necessitates innumeras ac gravia et importabilia expensarum onera quibus Ecclesia Romana, suorum rebellium et hostium variis oppressa persecutionibus et injuriosis coutumeliis plurimum lacessita, incessanter opprimitur, ejusdemque Ecclesie reddituum et proventuum ad predicta necessitates et onera nequaquam sufficientium raritatem intenta meditatione pensamus, non absque multis anxietatibus et curis solicitis, exquirere vias et modos cogimur per quos eidem Ecclesie, tot et tantis exposite fluctuationibus tempestatum, oportune subventionis auxilia, super quibus vos ex pure devotionis et compassionis affectu promptos invenire confidimus, procuramus.

Hinc est quod nos, super predictis deliberatione prehabita diligenti, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum, quorumlibet monasteriorum, prioratuum et aliorum locorum ecclesiasticorum, tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, que in civitate ac diocesi et provincia Ebredunensibus nunc vacant, et a data presentium usque ad unum annum continue computandum qualitercunque, etiam si apud Sedem Apostolicam ea vacare contigerit, ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis, exigendos, levandos et percipiendos in modum infrascriptum et in Ecclesie memorate necessitatibus convertendos auctoritate apostolica reservamus ac etiam deputamus, ipsosque per collectores, quos ad hoc per alias nostras certi tenoris litteras deputamus, aut subcollectores qui ad hujus collectionis ministerium per eos in singulis vestris civitatibus et diocesibus, frater archiepiscope et suffraganei, constituti fuerint, colligi volumus ac per eosdem collectores nostre Camere integraliter assignari, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum in quibus hujusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint, juramento, confirmatione dicte Sedis seu quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus hujus primi anni ex predicte Sedis privilegio vel alias de jure, seu quacunque consuetudine vel statuto, alicui vel aliquibus debeantur, sive ad fabricam quorumcunque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum per quoscunque concessi fuerint vel etiam deputati, aut si sint in usus alios convertendi.

Et ut super collectione ac perceptione fructuum, redditaum et proventuum predictorum cujusvis dubitationis tollatur materia et fraudibus obvietur, declarationes seu moderationes subjungimus infrascriptas, videlicet quod si idem beneficium bis vel pluries in anno vacare contingat, volumus quod non nisi semel fructus, redditus et proventus ipsius juxta taxationem decime persolvantur et a collectoribus recipiantur eisdem, ut scilicet summam pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, dicti collectores exigant et percipiant, totali residuo obtinentibus hujusmodi beneficia remansuro, nisi forte dicti collectores residuum hujusmodi percipere et habere maluerint et obtinentibus beneficia supradicta, ad supportandum ecclesiarum onera, ad sustentationem habendam, summam pro qua beneficia ipsa taxantur in decima remanere. Nos enim dictos collectores recipiendi utrumlibet predictorum, scilicet taxationem ipsam vel residuum antedictum, habere volumus optionem, ita tamen quod quicquid ipsi collectores elegerint, beneficiorum ipsorum onera debeant obtinentes eadem, de parte quam dicti collectores sibi dimiserint, totaliter supportare, nisi forsan obtinentes beneficia hujusmodi vellent omnes fructus, redditus et proventus dimittere collectoribus antedictis. Quo casu collectores ipsi habebunt hujusmodi beneficiis, quoad curam animarum, si eis immineat, necnon et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministratione, facere per personas idoneas deserviri, ac cetera eis incunbentia onera supportari. De illis autem beneficiis que taxata non existunt ad decimam, ut sequitur ordinamus, videlicet : quod ipsorum reddituum, fructuum et proventuum medietas ad nos et ad nostram Cameram pro dictis necessitatibus, alia vero ad obtinentes eadem beneficia debeat pertinere modis et formis ac conditionibus quibus de aliis beneficiis superius est expressum.

Ceterum volumus et auctoritate presentium declaramus ut deputatio nostra hujusmodi nullatenus extendatur ad archiepiscopales et episcopales ecclesias vel abbatias regulares que tamen conventuales existunt, nec ad beneficia illa quorum redditus et proventus annuum valorem sex librarum parvorum turonensium non excedunt, et que ex permutationis causa vacare continget, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus, secundum morem diversarum ecclesiarum, institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis[1] constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, seu alias, ut diurnis et nocturnis horis intersint, dummodo viginti librarum turonensium parvorum valorem annuum non excedant, alias sub deputatione hujusmodi includantur, nec etiam ad cotidianas (*sic*) distributiones quarumcumque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones que ad certum quid

deputata noscuntur, nisi ad illas que consueverint eis qui sunt in civitate vel loco presentes, quamvis horis non intersint canonicis, elargiri. Volumus etiam quod redditus et proventus prebendarum illorum qui, solvere taxationem decime recusantes, se velle simularent abesse ut prebende, quas non recipiunt nisi sint in civitate vel loco presentes, adeo diminuantur quod parum aut nichil debeat percipi juxta taxationem predictam, sub deputatione includantur hujusmodi, ut fraus non patrocinetur eisdem.

De prebendis vero que ad tantam summam taxate sunt in decima, quod parum superest in valore, dimittatur pro servitio portio congrua, residuo penes eandem Cameram remansuro ; et idem etiam de aliis beneficiis ecclesiasticis sic taxatis ad decimam, quod parum aut nichil superest ultra taxationem eandem, diocesanorum per collectores adhibito consilio, quorum super hoc oneramus conscientias, quod utilius fieri poterit ordinetur. Et insuper intelleximus sub hac deputatione includi fructus, redditus et proventus beneficiorum patrimonialium ac prebendarum seu beneficiorum in quibus beneficiatorum non est certus numerus ac prebendarum canonicorum absentium cum decedunt, necnon prioratus conventuales quorum prelati et conventus bona in communi habere noscuntur ; ita tamen quod inde prioribus et conventibus ac aliis similia beneficia obtinentibus provideatur decenter. Nostre etiam intentionis existit quod licet archiepiscopales et episcopales ecclesie ac abbatie regulares a prestatione dictorum fructuum, sicut continetur superius, eximantur, non tamen propter hoc dignitates et alia beneficia ecclesiarum et abbatiarum predictarum quecumque sint, intra vel extra, quomodolibet intelligantur exempta ; item quod terre ac proventus et bona que decedens recipiebat distincte canonicus pro prebenda, et beneficia que detinentur per quoscunque, etiam sacrosancte Romane Ecclesie cardinales, ad mensas prelatorum pertinentes, et etiam decime, quamvis nullum 'herens beneficium habeant, sub deputatione includantur predicta; quodque illi quibus ex privilegio, consuetudine vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni debentur, illos anno sequenti percipere valeant sicut primo anno, si non restaret nostra reservatio hujusmodi, fuerant percepturi.

Ut autem circa solutionem dictorum fructuum ac reddituum et proventuum evitentur scandala, et solventes a gravaminibus releventur, volumus quod duobus terminis congruis solutio hujusmodi dictorum collectorum arbitrio statuendis[2], sic equidem quod, ubi collectores prefati taxationem decimalem fructuum, reddituum et proventuum predictorum habere pro Camera predicta maluerint, obtinentes ipsa beneficia vel illi quibus collectores aut subcollectores beneficiorum ipsorum fructus, redditus et proventus sub firma seu arrendatione, sicut viderint expedire, dimittant eandem taxationem, solvant ipsis collectoribus in eisdem duobus terminis, ut premittitur, statuendis, sufficienti tamen per obtinentes vel arrendantes eosdem prestita collectoribus ipsis super prestanda solutione hujusmodi cautione. Ubi vero collectores prefati taxationem predictam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et habere residuum fructuum eorundem elegerunt, tunc dicti collectores de illis quos in totum colligent, eo casu solvent obtinentibus predicta beneficia taxationem eandem in duobus terminis similiter staduendis; sed ne[c] pretextu defectus solutionum hujusmodi, volumus quod ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona alia mobilia divino cultui dedicata manus aliquatenus extendantur. Ceterum volumus quod fructus, redditus et proventus beneficiorum hujusmodi que infra dictum annum vacare contigerit, eo elapso, colligi per collectores et subcollectores predictos valeant, si collecti non fuerint infra illum.

Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius, per apostolica scripta vobis districtius injungentes quatinus, eidem Ecclesie ac omnibus ejus necessitatibus hujusmodi pio et prompto compatientes affectu, collectores predictos et subcollectores deputandos ab eis, hujusmodi fructus, redditus et proventus in forma predicta per dictum annum petere, colligere, exigere ac recipere, nostro et ejusdem Ecclesie Romane nomine, libere permittatis, et illos eis, prout melius in vobis fuerit, integraliter assignetis, ac alias in premissis et ea tangentibus taliter assistatis eisdem auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, quod de prompta valeatis obedientia merito commendari. Dat. Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 porte simplement : « *Item in civitate ac diocesi et provincia Ebredunensibus* » sans autre texte.
2. Il manque ici un verbe tel que *fiat*.

2176 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum et Raymundum Raboti [1], canonicum ecclesiæ Ebredunensis, collectores eorumdem reddituum in provincia Ebredunensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 11 v°, c. 24.)

« *Dilectis filiis*[2].., *preposito, et Raymundo Raboti, canonico ecclesie Ebredunensis, salutem.* Dum necessitates innumeras — Dat. Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. *Boboti* dans l'index du registre.
2. Le registre 112 porte, au lieu de ces deux mots : *judicibus.*

2177 Avignon, 10 août 1324.

Cum reservatio fructuum et reddituum beneficiorum ecclesiasticorum usque ad unum annum in provincia Arelatensi vacantium, ad beneficia dictæ provinciæ infra regnum Franciæ consistentia non extendi debeat, præposito et archidiacono ejusdem Arelatensis ecclesiæ mandat ut in recollectione reddituum beneficiorum Franciæ non se intromittant. (Reg. 112, p. I, fol. 92 v°, c. 420.)

« *Dilectis filiis.., preposito et.., archidiacono ecclesie Arelatensis.* Licet nos pro — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. ».

2178 Avignon, 12 août 1324.

Hugoni de Burgundia, militi, de multiplicibus favoribus officiali Lingonensi super captione Guidonis Peregrini, ordinis fratrum Prædicatorum apostatæ, impensis, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 32, c. 679.)

« *Hugoni de Burgundia, militi.* Grata relatione dilecti — Datum Avinione, II idus augusti, anno octavo. »

2179 Avignon, 12 août 1324.

Philippo de Valesio nuntiat quod, ad ejus preces, prorogatur Johanni de Vienna, decano ecclesiæ Cenomanensis, cancellario ejus, terminus eundi contra rebelles et hereticos Mediolanenses. (Reg. 112, p. II, fol. 32 v°, c. 685.)

« *Nobili viro Philippo de Valesio, comiti Cenomanensi.* Benigne recepimus nobilitatis — Datum Avinione, II idus augusti, anno octavo. »

2180 Avignon, 12 août 1324.

Dicto Johanni de Vienna præfatam prorogationem, scilicet usque ad octabas festi beati Michaelis proximo venturi, significat. (Reg. 112, p. II, fol, 32 v°, c. 686.)

« *Eidem decano.* Cum pridem zelo — Datum ut supra. »

2181 Avignon, 13 août 1324.

Agnetis, ducissæ Burgundiæ, litteras circa pacem inter dalphinum Viennensem et comitem Sabaudiæ reformandam a Girardo de Castronovo, dominum de Monay, præsentatas, recepisse scribit, eidem Agneti de zelo suo regratiatur eique nuntiat se ad præfatam pacem habendam studium adhibere. (Reg. 112, p. II, fol. 32, c. 681.)

« *Agneti, nate quondam beati Ludovici, ducisse Burgundie.* Grata nobis occurrit nobilitatis tue series litterarum per quas te regis pacifici filiam manifestas, ad pacem et concordiam inter dilectos filios nobiles viros dalfinum Viennensem et.., comitem Sabaudie reformandam, apud nos super hoc piis precibus et devotis insistens, ferventer dirigis, sicut hactenus direxisse dinosceris, studia mentis tue, propter quod tam eisdem litteris quam dilecto filio nobili viro Girardo de Castronovo, domino de Monay, earum exhibitore benigne receptis, et hiis que dictus nobilis coram nobis pro parte tua proponere voluit queve in ipsis continebantur litteris, plenius intellectis, ejusdem nobilitatis tue benivolentiam multipliciter in Domino super hiis commendamus. Sane, filia, quia

predictorum dalfini et comitis molesta nobis existit et extitit dissensio, et concordia plurimum grata foret, ut inter eos, extirpatis hodiorum (*sic*) fomitibus, Deo accepta, et tam ipsis quam eorum subditis et nonnullis aliis fructuosa proveniret pacis tranquillitas, sepius laboravimus et adhuc adhibere solicitudinis operose studium super hiis intendimus, divina gratia suffragante. Datum Avinione, idibus augusti, anno octavo. »

2182 Avignon, 13 août 1324.

Certas confederationes cum Carolo, rege Franciæ, ab episcopo Leodiensi factas, eidem episcopo gratas se habere scribit. (Reg. 112, p. II, fol. 73, c. 892; — A. Fayen, *Lettres de Jean* XXII, t. I, p. 514, n° 1374.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Leodiensi.* Ex transmissis nobis tue fraternitatis litteris intellecto quod certas confederationes cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, quas ex eo nobis placere verisimiliter extimabas, quia utilitates multiplices ex illis proventuras concernunt, inire provide curavisti, fraternitatem eandem volumus non latere quod, cum confederationes hujusmodi divinis non obviare beneplacitis, sed tam Ecclesie quam utriusque vestrum commodis et honoribus expedire potius indubie supponamus, grate sunt nobis admodum et accepte, quas observare, quantum cum Deo poteris, non postponas. Datum Avinione, idibus augusti, anno octavo. »

2183 Avignon, 13 août 1324.

Regi Franciæ similiter, quod dictas confederationes ab eo cum præfato Leodiensi episcopo factas, gratas habet. (Reg. 112, p. II, fol. 73, c. 893; — A. Fayen, *Lettres de Jean* XXII, t. I, p. 514, n° 1375.)

« *Eidem regi Francie.* Ex transmissis nobis litteris regiis intellecto quod venerabilis frater noster.., Leodiensis episcopus, tecum, fili carissime, certas confederationes, quas ex eo nobis placere verisimiliter existimabat[1] — Datum ut supra. »

1. Cette lettre est écrite dans les mêmes termes que la précédente, *mutatis mutandis.*

2184 Avignon, 15 août 1324.

Comitem Canciæ hortatur ut, ad tollendam inter Franciæ et Angliæ reges dissentionem, partes suas interponat, eique in negotio Dublinensis episcopi se oportuna facturum nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 53, c. 798.)

« *Nobili viro Emundo* (sic), *comiti Cancie.* Scire, fili, te volumus quod ad impediendum dissensionem quam inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, nitebatur pacis emulus suscitare, studiosam operam adhibere curavimus, sed, peccatis exigentibus, hostis ipse prevaluit in hac parte, sed et ad ipsam tollendam non cessavimus nec cessare intendimus sedulam diligentiam adhibere. Sane, fili, quia tua multipliciter interest quod dissensio hujusmodi non procedat, precipue quia, si que promisisti prefato Francie adimpleres, dissensio prorsus hujusmodi exularet, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, hiis necnon stragibus corporum, rerum lapsibus ac animarum periculis que ex dissensione hujusmodi, si processerit, proventura formidantur probabiliter, in consideratione deductis, ut tollatur prefata dissensio partes tue solicitudinis erga prefatum regem Anglie interponas, presertim cum rex predictus Francie, tibi protestanti ne per ea que inter te et regem eundem ordinata fuerant deberet regi prefato Anglie prejudicium aliquod generari, rex ipse Francie expresse duxerit annuendum, propter quod non videtur de grandi prejudicio, si servetur dicta ordinatio, dubitandum. In negotio vero venerabilis fratris nostri archiepiscopi Dublinensis cum consilio fratrum nostrorum curabimus oportuna remedia, prout negotii patietur qualitas, adhibere. Datum Avinione, XVIII kal. septembris, anno VIII°. »

2185 Avignon, 20 août 1324.

Regi Franciæ super conventione cum Leopoldo, duce Austriæ, habita respondet, eum rogat ut quasdam litteras sigillo viridi regio pendenti munitas mittat, eique

de licentia germani ac nepotibus ipsius in curia Romana remanendi concessa gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32, c. 682.)

« *Regi Francie*. Receptis noviter serenitatis regie litteris que faciebant de tractatis apud Barum cum dilecto filio nobili viro Lipoldo, duce Austrie, mentionem, exhibuerunt nobis postmodum nuntii regii existentes in curia quandam scripturam conventiones inter celsitudinem regiam et Lipoldum prefatum habitas continentem, quibus diligenter inspectis, quantum cum eodem Lippoldo agi poterat super hiis, multum processum extimamus probabiliter in negotio extitisse. Exhibuerunt insuper prefati nuntii scripturam aliam avisamenta nonnulla super hiis continentem, super quibus tenere volumus eandem celsitudinem confidenter quod, quathenus (*sic*) nos tangunt avisamenta eadem, quantum cum Deo poterimus, procedere provide disponimus super illis. Verum quia littera quedam regia cujus formam in cedula dictis nuntiis dedimus, tam pro nostri justificatione, quam pretacti negotii acceleratione, videtur nobis plurimum oportuna, rogamus providentiam regiam et hortamur quatinus illam sigillo viridi regio inpendenti munitam, secundum tenorem dicte cedule, quantocius mittere non postponat. Ceterum pro gratiosis litteris regiis super excusatione benigna germani ac nepotum nostrorum a presenti expeditione Vasconie noviter destinatis, regali benivolentie gratiarum uberes referimus actiones. Datum Avinione, xiii kal. septembris, anno octavo. »

2186 Avignon, 21 août 1324.

Comiti Valesii, ut moram Archambaldi, comitis Petragoricensis, qui ad partes Vasconiæ accedens, subita corporis infirmitate apud Montempessulanum correptus erat, excusatam habere velit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32 v°, c. 683.)

« *Comiti Valesii*. Pridem agens in curia Romana dilectus filius nobilis vir Archambaudus, comes Petragoricensis, familiaris noster, et audiens te, fili, ad partes Vasconie pro belli exercitu pervenisse, dum illuc propterea prepararetur tam sue persone quam gentis debitum et devotum tibi prestiturus obsequium, sicut audivimus, apud Montempessulanum, ecce subita corporis infirmitate corripitur et incepti profectione itineris prepeditur. Sane, cum idem comes, resumptis convalescentie viribus, suum ad ipsas partes accessum obsequiosus, ut tenetur, et promptus, duce Deo, accelerare disponat, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, ob impedimenti hujusmodi articulum, super celeriori ejus adventu ipsum comitem rationabiliter habeas excusatum. Datum Avinione, xii kal. septembris, anno octavo. »

2187 Avignon, 21 août 1324.

Comitem Petragoricensem de prædicta littera comiti Valesii scripta certiorem facit et excusationem ratione cujusdam abbatiæ, de qua jam ordinatum fuerat, ab eo petit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32 v°, c. 684.)

« *Comiti Petragoricensi*. Audito nuper quod tu, fili, pridem a nostra presentia recedens incolumis et, subsequenter, apud Montempessulanum factus infirmus, jam convalueris, ut obtamus, de infirmitate tibi compatimur, et de convalescentia gratulamur. Sane, cum morbo impeditus hujusmodi, ceptum iter ad Vasconie partes continuare nequiveris, super hiis te dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, per speciales litteras efficaciter excusamus. Et quia de abbatia illa de qua pro certa persona nobis noviter supplicasti, ante hujusmodi tue supplicationis instantiam, nos aliter ordinasse contigerat, quesumus ut inde nos habeat tua nobilitas excusatos. Datum ut supra. »

2188 Avignon, 24 août 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, ut Caroli, regis Franciæ, et Eduardi, regis Angliæ, præsentiam absque more adeuntes, eos ad pacem inducant. (Reg. 112, p. ii, fol. 34 v°, c. 696.)

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac Hugoni, episcopo Aurasicensi.*

Dum discrimina gravia que principum[1] discordia comminatur consideranter attendimus, dumque commoda que ipsorum repromittit concordia consideramus attente, profecto ad illam precidendam[2], hancque procurandam votivos labores nostros impendimus et libenter operosum studium impertimur. Scimus quidem quod, discentionum (*sic*) hujusmodi tempore, subiciuntur omnia vastitati, bona quidem maxima collabuntur, corpori quies subtrahitur, mens iniquis cogitationibus occupatur, caritatis unitas scinditur, rancores crescunt, insidiis intenditur et odia nutriuntur, pia negliguntur opera, et anime periculis exponuntur; sed nec etiam ignoramus scriptum esse in concordia parvas res crescere quodque bene, concordie tempore, vivitur, et jocunde, utiliter ac delectabiliter habitatur in unum, operibus pietatis licet vacare liberius, et saluti efficacius intenditur animarum. Hec igitur corde pervigili et intento soli[ci]tudinis studio meditantes, ad tollendam dissensionis materiam quam inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, suscitare caritatis emulus procurabat, sedulam diligentiam per nostras oportunas litteras tam ipsis regibus quam nonnullis eorum consiliariis destinatas, curavimus adhibere. Verum quia nostris adhuc non est in hac parte desideriis satisfactum, immo, quod dolentes referimus, super hiis adeo prevaluit hostis pacis quod hinc inde ad congressus bellicos gentes regie sunt parate, nolentes a ceptis desistere, sed illis, ut tantis occurratur periculis, oportune insistere potius, ac, si oportuerit, importune, considerantes quod viva vox fortius et efficatius quam mortua in audientium cordibus imprimere consuevit, vobis et vestrum cuilibet, de quorum fidelitate circumspectione ac industria fiduciam gerimus pleniorem, quosque pacis novimus fervidos zelatores, de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, velut pacis angeli, predictorum regum presentiam absque more dispendio adeuntes, ipsos et eorum quemlibet ad pacem et concordiam, aliosque ut vobis in premissis assistant de quibus expedire videritis, juxta datam vobis ex alto prudentiam, solicitis monitis et effica[cibus] persuasionibus inducatis ut, auxiliante pacis actore vestraque cooperante solertia, hostis predicti obviari possit insidiis, ac possit desiderata concordia provenire. Datum Avinione, IX kal. septembris, anno octavo. »

1. Reg. *principium*.
2. Reg. *presidendam*.

2189 Avignon, 26 août 1324.

Ecclesiæ Nemausensi vacanti, per obitum Bernardi, episcopi, qui dum Ecclesiæ, una cum Bertrando, tituli sancti Petri ad Vincula presbytero cardinali, Apostolicæ Sedis legato, obsequio insistebat, mortuus erat, alterum Bernardum præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 104, c. 466.)

« *Dilecto filio Bernardo, electo Nemausensi.* Pridem ecclesia Nemausensi — Datum Avinione, VII kal. septembris, anno octavo. »

2190 Avignon, 28 août 1324.

Carolo, comiti Valesii, de favore germano et nepotibus ipsius, ratione accessus eorumdem ad exercitum Vasconiæ, præstito, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 33, c. 687.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Magnificentie tue litteras leta manu recepimus continentes eandem magnificentiam, mox litteris nostris receptis, quas nuper eidem super excusatione personalis accessus germani et nepotum nostrorum ad exercitum Vasconie, carissimo in Christo filio nostro C., regi Francie et Navarre illustri, speciales litteras destinasse, responsionem votivam ab eodem rege super hoc prestolando. Sane cum postmodum super excusatione ipsa rex prefatus suas tam patentes quam clausas gratiosas litteras nobis duxerit destinandas, eidem magnificentie tue gratiarum de predictis exolvimus uberes actiones. Datum Avinione, V kal. septembris, anno octavo. »

2191 Avignon, 29 août 1324.

Johannæ, reginæ Franciæ, ut in piis propositis et operibus perseveret, regem virum suum diliget, eccle-

siisque et personis ecclesiasticis faveat. (Reg. 112, p. ii, fol. 33, c. 688.)

« *Johanne, regine Francie*. Habes, carissima filia, unde bonorum omnium largitori, qui tibi tam liberalis extitit, qui tam donis excellentibus te dotavit, quique tui tam solicitam curam gessit in omnibus, placere studeas ac, nequaquam committas per que sibi displiceas, sedule providere. Ipse namque ex stirpe regali creari te voluit, bonis naturalibus fortune ac gratuitis pre multis tuis participibus te ditavit ac, ut declinares a malo mundamque te reservares a noxiis teque in bonis exerceres operibus, affectum tribuit et effectum, ac te sponsam carissimo in Christo filio nostro Carolo, inclito regi Francie, preservavit. Profecto, filia carissima, si paternis aurem inclines affectibus, si ejus salutaribus monitis acquiescas, illi a quo bona cuncta procedunt, omnia tibi collata beneficia referres illa que ab eo humiliato spiritu recognosces, illi te totam offeres et residua vite tue tempora in continuatione salutaris propositi et piorum prosecutione operum devovebis, regemque prefatum, qui te pretulit aliis, sincere diliges ac, ei debitum honorem impendens, te sibi quietam et humilem exhibebis, sibique secundum Deum studebis in omnibus complacere, favore curabis ecclesias et personas ecclesiasticas confovere. Hec utique tibi annos vite producent, hec dierum longitudinem ministrabunt; hec postremo de temporali regno ad perpetuum cum immarcescibili gloria te perducent. Ad nos autem, carissima filia, cum fiducia et securitate, in hiis de quibus expedire videris, recursum habere te volumus, quantum cum Deo poterimus, perceptura. Datum Avinione, iiii kal. septembris, anno octavo. »

2192 Avignon, 29 août 1324.

Johanni de Cerchemont, cancellario regis Franciæ, Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nuntios apostolicos, commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 35 v°, c. 701.)

« *Magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis, cancellario dicti regis Francie*. Venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, Apostolice Sedis nuntios ad carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, pro certis negotiis tibi per eos plenius vive vocis oraculo referendis, de fratrum nostrorum consilio principaliter destinantes, discretionem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, eosdem archiepiscopum et episcopum habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, ut predictus rex Francie eos benigne recipiat, favorabiliter audiat, et eorum exhortationibus salubribus acquiescat, cures tue solicitudinis studium efficaciter adhibere [1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante.

2193 Avignon, 29 août 1324.

Item in e. m. magistro Andreæ de Florentia, canonico Remensi, dicti regis Franciæ clerico et consiliario. *Datum A[vinione], iiii kal. septembris, anno* VIII°. (Reg. 112, p. ii, fol. 35 v°, p. c. 701.)

2194 Avignon, 30 août 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, concedit potestatem dissolvendi et relaxandi omnes pactiones, obligationes et alia per quæ posset optatæ pacis bonum impediri. (Reg. 112, p. ii, fol. 35, c. 697.)

« *Eisdem archiepiscopo et episcopo* (*Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac Hugoni, episcopo Aurasicensi*). Pridem vobis scripsisse meminimus sub hac forma : Johannes etc. Dum discrimina gravia etc. ut in proxima superiori usque ad finem [1]. Sane quia prefatum negotium non mediocriter insidet cordi nostro, ut illa, per que nutriri posset dicta discordia et pacis bonum quomodolibet impediri, prescindere valeatis, ac liberius exequi supradicta, dissolvendi, vacuandi, irritandi ac revocandi omnes pactiones, obligationes, confederationes et colligationes juramento vel quacunque alia firmitate vallatas, necnon et relaxandi

hujusmodi et qualibet (*sic*) alia juramenta a quibuscunque prestita, per que nutriri discordia et pacis bonum posset quomodolibet impediri, prout ea secundum Deum videritis dissolvenda, vacuanda, irritanda seu etiam revocanda, vobis et cuilibet vestrum plenam et liberam concedimus facultatem. Datum Avinione, III kal. septembris, anno VIII°. »

1. Le scribe renvoie à la lettre publiée plus haut, n° 2188.

2195 Avignon, 30 août 1324.

Regem Franciæ ad pacem hortatur eique prædictorum nuntiorum adventum notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 35, c. 698.)

« *Dicto regi Francie.* Quanquam ad extirpandum zizaniarum semina que inter te, filii carissime, et carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, tibi sanguine et affinitate conjunctum, jecerat[1] hostis pacis, iteratis exhortationibus et precibus salubribus apud tuam regisque prefati Anglie regalem magnificentiam duxerimus insistendum, nec nostris in hac parte desideriis fuerit satisfactum, quia tamen, dum monitionibus carorum insistitur, licet salubribus monentis exhortationibus non acquiescant moniti, a ceptis[2] non est propterea desistendum, nos qui non solum oportune, cum sufficit, sed etiam importune, cum expedit, apostolica doctrina docemur instare, presertim quia prefata discentio (*sic*) multis est onusta periculis magnis, magnis est plena dispendiis, multorum discrimina secum trahit, utilia Dei negotia et precipue Terre Sancte negotium impedit, ad quod prosequendum uterque vestrum affici dicimini teneri, lapsusque rerum, strages corporum, animarum quoque et alia non facile numeranda pericula que, avertat Altissimus, comminatur, urget caritas, hortatur pietas et officii pastoralis cura solicitat ne a ceptis desistamus propterea, sed illis solertius insistamus. Quocirca serenitatem regiam rogamus, hortamur et obsecramus in Domino Jhesu Christo quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, summi ac pacifici regis intuitu, guerrarum quantum honeste poteris, vites fremitus, et ad pacem cunctis desideratam mortalibus regium habilites animum et disponas. Et quia vive vocis actus pressius et efficacius in audientium cordibus imprimere quam mortue consuevit, ecce ad procurandam, vice nostra, pacem hujusmodi que multum insidet cordi nostro, venerabiles fratres nostros Guillelmum, Viennensem archiepiscopum, et Hugonem, Aurasicensem episcopum, pacis sedulos zelatores, viros utique probate fidei et probitatis experte ac meritis et fama pollentes, latores presentium, de fratrum nostrorum consilio, tanquam pacis angelos eligendos duximus ad tuam et dicti regis presentiam destinandos, quorum salutaribus monitis et persuasionibus in hac parte magnitudinem regiam aquiescere cupimus et affectu pleno rogamus, ut sic, actore illo qui potest, quorumlibet discidiorum (*sic*) vepribus radicitus amputatis, inter te ac memoratum regem Anglie optate pacis federa reformentur. Porro, fili carissime, si quid forsitan inter te et ipsum regem supererit questionis, Apostolice Sedis solicitudo non deerit, sed paratam se offert, suis non parcendo laboribus, in hiis et aliis inter te et dictum regem pro viribus omnem fomitem discensionis (*sic*) extinguere, ac unitatem studiis procurare solicitis et favore. Datum ut supra proxima. »

1. Reg. *jesceral.*
2. Reg. *acceptis* au lieu de *a ceptis.*

2196 Avignon, 30 août 1324.

Johannæ, reginæ Franciæ, eosdem nuntios commendat eamque rogat ut regem, virum suum, ad pacem inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 699.)

« *Johanne, regine Francie.* Quia, filia carissima, sicut tuam magnificentiam credimus non latere, inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, virum tuum, et Edwardum, Anglie reges illustres, jessit (*sic*) dissensionum semina periculose nimium hostis pacis, que profecto, si coaluerint, lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula probabiliter comminantur, nosque, qui patris more quem non pretereunt incommoda filiorum, tantis cupientes discriminibus obviare, venerabiles fratres

nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, ad premissorum regum presentiam propterea destinemus, circumspectionem regiam, quam ad hoc noscimus multipliciter oportunam, requirimus et rogamus quatinus, in hiis premissis nostris assistens nuntiis, apud regem memoratum Francie et Navarre cures instare sedule ut regalem animum ad pacem habilitet et inclinet, super hiis tue partes solicitudinis taliter interponens quod proinde gaudia merearis consequi que pacis consilia ineuntibus sapiens repromittit, nosque, qui hoc gratum habebimus admodum, ad tua fortius beneplacita constringamur. Datum ut supra proxima. »

2197 Avignon, 30 août 1324.

Henrico, domino Soliaci, buticulario Franciæ, ut eosdem nuntios commendatos habeat et in agendis dirigat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 700.)

« *Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francie.* Miramur, fili, quod postquam ad partes te transtulisti Anglie, super negotio carissimorum in Christo filiorum nostrorum Caroli, Francie et Navarre, et E., Anglie regum illustrium, nichil nobis rescribere curavisti. Et quoniam infestis admodum turbationibus inter ipsos reges invalescentibus, sicut nosti, venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nostros et Apostolice Sedis nuntios, ad eorundem regum presentiam, de fratrum nostrorum consilio, providimus destinandos, nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus eosdem archiepiscopum et episcopum, quibus fidem adhibeas credulam super hiis que tibi ex parte nostra duxerint exponenda, recomendatos habeas ac dirigas favorabiliter in agendis, rescripturus nobis nichilominus ea que super eodem negotio et aliis tibi occurrerint rescribenda. Datum ut supra proxima. »

2198 Avignon, 30 août 1324.

Regi Angliæ, ut pro pace cum Carolo, rege Franciæ, reformanda, dictorum nuntiorum monitionibus acquiescat. (Reg. 112, p. II, fol. 53, c. 799; — Rymer, *Fœdera*, éd., 1739, t. II, p. II, p. 109.

« *Prefato regi Anglie.* Nosti, fili carissime, nos dudum infausti rumoris assertione percepto quod hostis humani generis inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, tibi sanguine et affinitate conjunctum, zizaniarum jecerat semina, ut suo, ne in perniciosam coalescerent segetem, prefocarentur in ortu, excellentie regie litteras nostras exhortatorias secundo destinasse post salutationis eloquium sub hac forma: Percepto dudum quod pacis emulus (etc. usque in finem que nota est supra in principio hujus quaterni)[1]. Sane, quamvis quod super hiis intenderet circumspectio regia responsum non receperimus postmodum ab eodem, sed audiveramus fama prenuntia displicenter quod prefatus rex Francie seu gentes sue ad intrandum ducatum Aquitanie pro exequtione certorum arrestorum contra quosdam officiales dicti ducatus dudum habitorum, ut asseritur, facienda et occasione homagii sibi pro dicto ducatu non prestiti, tueque gentes ad resistendum congressibus bellicis se disponunt, nos tamen variis dispendiis, que commotiones hujusmodi probabiliter comminantur, in considerationem deductis, non obstante quod super eisdem nostris litteris a te, sicut premittitur, non habueramus responsales, non cessavimus nec cessamus vias et modos exquirere quibus eisdem periculosis dispendiis obviari salubriter valeat, ac inter te et eundem regem Francie pacis serenitas, odiorum extirpatis fomitibus, reformari. Et ecce quod prefato regi Francie scribimus super hoc sicut expedire vidimus, iterato celsitudinem tuam rogantes attentius et hortantes ac per Dei misericordiam obsecrantes quatinus, contentis in eisdem nostris litteris et aliis que te merito debent inducere ad dissensiones vitandas hujusmodi et vias pacificas eligendas in scrutinio regie considerationis adductis, vias et modos exquirere studeas et offerre quibus ipse ad pacis reformandam concordiam inclinari debeat et induci, super quibus apostolice solicitudinis studium, quantum commode poterit, non deerit. Et quia vox viva in cordibus audientium magis imprimere quam mortua consuevit, nos venerabiles fratres nostros

Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, viros utique probate fidei et probitatis experte ac meritis et fama pollentes, pacis et concordie hujusmodi fervidos zelatores, pro pace ipsa que cordi nobis multum insidet, vice nostra, pacis actoris suffragante gratia, procuranda, de fratrum nostrorum consilio tanquam pacis angelos duximus ad tuam et ipsius regis presentiam destinandos, quorum monitionibus salubribus et persuasionibus utilibus sic prompte ac provide regia magnificentia, quesumus, acquiescat quod, actore illo qui potest, quorumlibet dissidiorum vepribus radicitus amputatis, inter te et regem prefatum votive pacis federa reformentur. Datum Avinione, III kal. septembris, anno octavo. »

1. Le scribe renvoie ici à la lettre publiée plus haut, n° 2130.

2199 Avignon, 30 août 1324.

Isabelli, reginæ Angliæ, ut regem, virum suum, ad dictam pacem inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 53 v°, c. 800.)

« *Isabelli, regine Anglie illustri.* Quod pro reformatione pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, virum tuum, Anglie reges illustres, occasione bastide Sancti Sacerdotis et homagii debiti per ipsum virum tuum dicto regi non prestiti, inter se pravis rancoribus dissidentes, quin potius jam prorumpentes in formidanda belli discrimina, sicut nosse te credimus, apud ipsum virum tuum diligenter insisteres, tibi, carissima filia, plures olim paterne solicitudinis misimus scriptiones, ostendentes profecto de pace hujusmodi commoda, et incommoda que de discordia subsequntur. Et quia de reformatione pacis ipsius, ad quam vinculo multiplici traheris, te nichil hactenus obtinuisse didicimus, immo contrarium de facto audivimus, prout in Vasconie partibus ex preparato hinc inde numeroso armigerorum exercitu indicatur, excellentiam tuam, eo affectuosius quo sepius rogamus et hortamur attente quatinus apud dictum virum tuum, cui alias nostras litteras exhortatorias noviter inculcamus, pro honore principaliter ipsius et commodo, interponas efficaciter partes tuas, quod cum dicto rege, cui speciales dirigimus etiam litteras, ad pacem hujusmodi se inclinet, suumque jus erga ipsum regem per viam suavis justitie et tractatus amabilis, et non per bellicos actus seu voluntarios motus et asperos, prosequantur, institura nichilominus apud eum quod ipse, aliquibus ad se viris pacificis convocatis, eorum usus consilio, circa premissa viam seu vias aliquas convenientes, suaves, congruas et honestas cogitet, perquirat et eligat, quas et nos commode ac effectualiter possemus prosequi ac honeste, ad quam prosecutionem offerimus totis studiis nos paratos; sicque in premissis operatura solicite quod tua mediatione, post Deum, sedetur orta discordia, et preter premium retributionis eterne, apud nos et Apostolicam Sedem, tibi propterea digne laudis proveniant incrementa. Datum Avinione, III kal. septembris anno VIII°. »

2200 Avignon, 30 août 1324.

In e. m. « *verbis competenter mutatis, non tamen posita illa clausula : ad quam vincu'o multiplici traheris, nobili viro Hugoni lo Despensier juniori. Datum ut supra* ». (Reg. 112, p. II, fol. 54, p. c. 800.)

2201 Avignon, 30 août 1324.

Archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis, ut pro pace inter Franciæ et Angliæ reges procuranda, partes suas apud dictum Angliæ regem, cum oportuna et importuna, si expedit, diligentia, interponant. (Reg. 112, p. II, fol. 54, c. 801.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis.* Ex paterne caritatis affectu quo carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, aperte diligimus, et ex pie considerationis intuitu quo utrumlibet in naturali et debito pacis mutue glutino vivere affectamus, ad ipsum regem Anglie sepius exhortationis nostre manavit epistola seriosi negotii ennarratrix, ut ab infinitis nocue discordie finibus, quam occasione bastide Sancti Sacerdotis

homagii debiti per ipsum regem Anglie dicto Francie regi non prestiti, inter eos prophanus et dampnatus hostis humani generis posuit, ad pacis benefice tramitem, non odioso belli certamine, sed grata sororis mediatione[1] justitie ac tractatus amicabilis, ad quod daremus omnem quam possemus commode operam, laudabiliter declinaret. Super quo ab ipso rege Anglie inter multas nostre scriptionis instantias, utinam potuissemus, o fratres, ab ipso rege petitum per nos et expectatum hactenus aliquod habere responsum, in quo apud regalem animum missa de profundo cordis nostre hujusmodi exhortationis eloquia juxta nostrum desiderium profecissent, sed videmus, prodholor, de facto contrarium dum, sicut moleste nuper audivimus, idem rex Francie potentem armigerorum exercitum ad partes Vasconie miserit ad exequendum quedam arresta contra nonnullos officiales ipsius regis Anglie illarum partium promulgata, et occupandum castra seu loca ducatus Aquitanie, ratione dicti homagii memorato regi Francie non prestiti, ut prefertur; dilectus vero filius nobilis vir Aymonus, regis Anglie prefati frater, jam profectus illuc dicatur, ut predictis resistere valeat se parare. Sane, quamvis miremur et nos quodammodo pudeat super hiis apud Deum et homines invicta ratione proficuis, nondum fore, sicut paterna opinione credidimus, exauditos filialiter a rege Anglie memorato, attentis tamen animarum corporum ac rerum periculis que formidantur ex ipsa discordia, immo ex ipsis preparationibus bellicosis, ac impedimentis perniciosis et variis que ad certum Dei servitium, cui predictus rex Anglie servire constringitur, preparantur, et dampnato posteris[2] calamitatis exemplo quod idem rex exhibet in conjunctis, omnem pro talibus admirationem et pudorem in nobis vincit affectio filialis, propter quod nullatenus ab inceptis in hac parte desistimus ut, subducto nostris scriptionibus calamo contra nostri officii debitum, eandem quiescere permittamus, donec de petitis Altissimo atque nobis nec minus et demum sibi complaceat, ac decori et expedientie regii culminis, actore Domino, probabiliter acquiescat. Et quia similiter nec a vobis, quibus tam confidenter incumbimus, suppliciter apud nos instantibus alias pro predictis, responsionem super hiis aliquam habuisse meminimus, divinis ac nostris et communiter humanis et propiis (*sic*) inde effectibus satisfieri cupientes, fraternitatem vestram eo affectuosius quo sepius rogamus et hortamur attente, vos in virtute Domini nostri Jhesu Christi nichilominus obsecrantes quatinus apud dictum regem Anglie, cui super istis per speciales litteras scribimus, interponatis cum oportuna et importuna, si expedit, diligentia[3], partes vestras, quod ipse rancorem remittat et releget, concepte discordie revocet insuper et deponat assumpta resistentie studia et [ad] habendam pacem cum dicto rege Francie, cui super hoc per alias litteras efficaciter scribimus[4], contra opinionem suorum emulorum omnium qui de ipsorum, quod absit, seu suarum congredientium gentium ignominiosa conflictione gauderent, hereditatem saluberrimam eligat quam ipse Christus, migraturus ad patrem, reliquit discipulis suis, pacem ad quam tendit ipsa justitia, si per ejus semitas et suaves, ut expedit, bone compositionis affatus et non per bellicosos actus, aut voluntarios motus et asperos, quod non decet causam suam, prout continue sibi et vobis aliquando scripsisse recolimus, prosequatur, inter cetera inscistentes (*sic*) quod idem rex Anglie, aliquibus ad se viris pacificis convocatis, eorum usus consilio, circa premissa viam seu vias aliquas convenientes, suaves, congruas et honestas cogitet, perquirat et eligat, quas et nos commode ac effectualiter possimus prosequi ac honeste, ad quam prosecutionem offerimus totis studiis nos paratos, quodque voluntatem suam super hujusmodi nobis inde plurimum anxiis per suas litteras rescribat ad plenum, quam et vos etiam investigare ac per vestras litteras nobis solicite scribere procuretis, et sic in illis partibus denique idem rex verba vestre hortationis exaudiat, quod spiritualis patris salutifera monita ulterius non contempnat, nosque pro eo, cujus in honorem et commodum affectione pura prosequimur pias et devotas, grates Deo propterea reddere teneamur, vos vero, preter eterne retributionis premium, dignis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum ut supra. »

1. Reg. *meditatione.*
2. Reg. *posterius.*
3. Reg. *diligentiam.*
4. N° 2195.

2202 Avignon, 30 août 1324.

Hugoni de Engolisma, ut archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi, nuntiis ad regem Angliæ pro pace destinatis, assistat. (Reg. 112, p. II, fol. 54 v°, c. 802.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Ecce quod venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nostros et Apostolice Sedis nuntios, ad carisimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, pro certis arduis negotiis que ipsi tibi refferent plenius, destinamus, volentes et discretioni tue mandantes quatinus eisdem assistas consiliis auxiliis et favoribus oportunis, nobis ea que super eisdem negotiis et aliis tibi rescribenda occurrerint fideliter rescripturus. Datum ut supra. »

2204 [5 septembre 1323 — 4 septembre 1324.]

Ludovico, comiti Flandriæ, de concordia cum Roberto de Flandria, patruo suo, inita congaudet, abbatis de Verzeliaco in hoc negotio zelum commendans. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 604; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 520, n° 1392.)

« *Ludovico, comiti Flandrie.* Tue nobilitatis, necnon et dilecti filii nobilis viri Roberti de Flandria, patrui tui, missis nuper nobis in eadem pagina litteris, consueta benignitate receptis, de concordia invicem, annuente Domino, inita, ymmo validius exitata (*sic*) quam letanter accepimus, tibi, fili, gaudenti propterea multipliciter congaudemus, agentes inde Altissimo gratias et obtantes immense quod, sicut ex ipsa concordia prudenter plura bona proventura consideras, sic ad ejus cultum incommutabiliter te disponas. Dilectum vero filium.., abbatem de Verzela (*sic*) quem in negotio dicte concordie laudabiliter laborasse testaris, super hoc in Domino plurimum commendamus, de quo non credimus leviter aliquid quod sue devotioni detraheret, et opinionem suam apud nos et Sedem Apostolicam aggravaret[1]. »

1. Ce document figure dans le registre 112 parmi les lettres de la huitième année de Jean XXII. Il est difficile d'en préciser autrement la date. Selon M. A. Fayen (*op. cit.* p. 520, note 2), il s'agirait ici de l'acte d'hommage prêté au comte de Flandre par son oncle Robert de Cassel, à Ypres, le 10 juillet 1323 (T. de Limburg-Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ* t. II, p. 366). Au sujet du rôle de l'abbé de Vézelay en Flandre, voyez aussi ci-dessus n°s 2064-2066.

2205 [5 septembre 1323 — 4 septembre 1324.]

In e. m. Roberto de Flandria. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, p. c. 604.)

TOURS

IMPRIMERIE DESLIS FRÈRES ET Cie

6, RUE GAMBETTA, 6

194